A
8-25

180-1-13

4

~~4-344~~

4

20-92

Biblioteca Universitaria
GRANADA
Sala A
Estante 8
Tabla
Número 25

# DIVI THOMAE AQVINATIS DOCTORIS ANGELICI, TOMVS TERTIVS,

Complectens,

| | | |
|---|---|---|
| Expoſitionem | In Quatuor Libros Meteororum,<br>In Tres Libros de Anima,<br>In Parua Naturalia, | Ariſtotelis. |

**At qui ſunt perfectè expoſiti, & qui mortis culpa imperfecti relicti, proprijs manifeſtum eſt locis.**

*Editio noua, quamplurimis quibus ſcatebat mendis correcta, cum Exemplari Romano, ac alijs vetuſtiſsimis manuſcriptis codicibus collata, Per R. P. F. Coſman Morelles, ordinis Prædicatorum S. T. D. ac in celeberrima Colonienſi Vniuerſitate Profeſſorem Publicum.*




ANTVERPIÆ,
Apud Ioannem Keerbergium,
ANNO M. DC. XII.

# DIVI THOMÆ AQVINATIS IN QVATVOR LIBROS METEORORVM ARISTOTELIS Expoſitio.

## LIBER PRIMVS.

### LECTIO PRIMA.

#### ANTIQVA INTERPRETATIO.

DE primis quidem igitur cauſis naturæ, & de omni motu naturali. Adhuc autem de ſecundum ſuperiorem lationem perornatis aſtris, & de elementis corporalibus quot & quæ, & de ea, quæ inuicem permutatione, & de generatione, & corruptione communi, dictum eſt prius.

b Reliqua autem pars huius methodi eſt adhuc cõſideranda, quam omnes priores Meteorologiam vocabant.

c Hæc autem ſunt, quæcumque accidunt ſecundum naturam quidem inordinatiorem, ante ea, quæ primi elementi corporum circa locum maxime propinquum lationi aſtrorum, puta de lacte & cometis, & ignitis, & motis phantaſmatibus.

#### VICOMERCATI INTERPRETATIO.

*DE primis quidem naturæ cauſis, & omni motione naturali, præterea de ſyderibus in ſupra latione or-* B *dine diſpoſitis, ac de corporeis elementis, quot & quæ ſint, quæue eorum mutua mutatio, & de ortu ac interitu communi, antea dictum eſt.*

*Reliquum autem quid huius methodi, quod ſuperiores omnes Meteorologiam nuncuparunt, adhuc viden-* C *dum eſt.*

*Hæc autem ſunt, quæ natura quidem, ſed minus ordinata quam primum ſit corporum elementum, in loco ſyderum lationi maxime vicino (vt via lactea & cometæ, & ea quæ incenduntur mouenturque imagines) eueniunt.*

a SICVT in rebus naturalibus nihil eſt perfectum, dum eſt in potentia, ſed ſolum tunc ſimpliciter perfectũ eſt, qñ eſt in vltimo actu: quando v. medio modo ſe habẽs fuerit, inter purã potentiã & purũ actum, tunc eſt quidẽ ſecundum quid perfectum, nõ tamẽ ſimpliciter, ſic & circa ſcientiam accidit: ſcientia autem, quæ hic de re tãtum in vniuerſali, non eſt ſcientia cõpleta ſecundum vltimum actũ, nam aliquis ſcit aliquid in vniuerſali, & ſcit quidem aliquid eorum actu, quæ ſunt in propria ratione eius: alia vero ſciens in vniuerſali non ſcit actu, ſed ſolum in potẽtia, puta, qui cognoſcit animal ſolum, ſic ſcit partem diffinitionis hominis in actu ſc. genus eius, differentias autem conſtitutiuas ſpeciei nondũ ſcit actu, ſed potentia tantum: vnde eſt, quod complementum ſciẽtiæ requirit, quod non ſiſtatur in communibus, ſed procedatur vſque ad ſpecies. indiuiduum enim non cadit ſub conſideratione artis: non enim eorum eſt intellectus, ſed ſenſus. Quia igitur Ariſtoteles in libro de generatione determinauit de tranſmutationibus elementorum in communi, neceſſarium fuit ad complementum ſcientiæ naturalis determinare de ſpeciebus tranſmutationum, quę accidunt circa elemẽta, & de his determinat in hoc, qui intitulatur Meteorologica. Eſt igitur intentio eius in hoc libro determinare de trãſmutationibus, quæ accidũt circa elementa ſecundũ ſingulas ſpecies, & ad manifeſtandam ſuam intẽtionem præmittit procœmiũ, in quo tria facit: Primo n. enumerat ea, de quibus tractatum eſt in libris ſcientiæ naturalis præcedentibus hunc librum. Secundo manifeſtat, de quibus in hoc libro ſit agendum, ibi. [Reliqua autem pars huius.] Tertio, oſtendit, de quibus in ſequentibus libris reſtat agendum, ibi. [Pertranſeuntes autem de his.] Præcedunt autem hunc librum ſecundũ ordinẽ in ſcientia naturali tres libri. Vnde tria facit, primo ponit, de quo ſit actum in libro Phyſicorum, in quo quidem quantum ad duos primos libros eius agitur de cauſis naturæ, & hoc tangit concludens ex determinatione præcedentium librorũ, cum dicit. [De primis cauſis naturæ.] vt intelligantur primæ cauſæ naturæ, prima principia, quæ ſunt materia, forma, & priuatio, & quatuor genera cauſarum, ſcilicet materia, forma, agens, & finis. In ſequentibus autem libris Phyſicorum agitur de motu in generali, & hoc eſt, quod ſubdit. [Et de omni motu naturali.] Secundus ſcientiæ naturalis liber eſt liber de Cœlo & mundo, in cuius prima parte, ſcilicet in duobus eius primis libris agitur de cœlo & ſtellis, quæ mouentur motu circulari, & quantum ad hoc dicit, adhuc autem de ſecundum ſuperiorem lationem perornatis aſtris, perornatis, id eſt, valde orna- A te diſpoſitis [ſecundum ſuperiorem lationem] id eſt, ſecundum motum circularem, quo mouentur omnia corpora cœleſtia. In ſecunda a. parte huius libri, ſc. tertio, & quarto libro determinat de numero elementorum, & de motu locali eorum, & quantũ ad hoc dicit. [Et de elementis corporalibus, quot & quæ ſint.] Dicit autẽ elementa corporalia ad differentiam primorum principiorum, ſcilicet materiæ, & formæ, quæ non ſunt corpora, ſed corporum elementa, ſeu principia. Ignis autem & aqua, & terra, corpora ſunt, & ſunt aliorum corporum elementa. Tertius liber ſcientiæ naturalis eſt, liber de Generatione, in quo determinat de permutatione elemẽtorum in inuicem, ſcilicet de generatione, & corruptione in cõmuni. Et hoc tangit conſequenter, cum dicit. [Et de ea, quæ inuicem permutatione.] Deinde cum dicit.

b ¶ Manifeſtat, de quo ſit in hoc agendũ, & circa hoc duo facit. Primo ponit nomen conſuetum huius doctrinæ. Secundo enumerat ea, quæ in hac doctrina continentur. Dicit ergo primo, quod reliqua methodi, id eſt, ſcientiæ na- D turalis pars, quam præ manibus habemus, reſtat conſideranda, quam omnes priores philoſophi vocabant Meteorologiam à meteore, quod eſt excedens, vel eleuatus, & logos, quod eſt ſermo vel ratio. Conſiderantur enim in hac doctrina ea, quæ in excelſis generantur, ſicut ſtellæ cadentes, ſtellæ comatæ, pluuiæ, niues, & alia huiuſmodi, quamuis & alia quædam conſiderentur, quæ fiunt in imo, ſicut Fulmina, Terræmotus, & alia huiuſmodi. Sed quia ea, quæ fiunt in alto, ſunt mirabiliora, & magis deſiderata, ideo ab eis tota doctrina nomen accepit. Secundo ibi.

μετεωρο-λογία μετέωρος λόγος.

c ¶ Enumerat ea, de quibus in hac doctrina cõſideratur, quæ videntur in quatuor diſtingui, quædã .n. ſunt, quæ fiunt in loco ſu- E premo propinquo corpori cœleſti, & hæc primo tangit, cũ dicit. Hæc autem ſunt, ſc. de quibus adhuc reſtat conſiderandũ, quæcũque accidunt quidẽ ſecundũ naturã, ſed inordinatã, & cauſaliter, vt quidam putabant. Natura tamẽ inordinatior nõ eſt natura illa, q̃ eſt primi elementi corporũ, i. e. corporis cœleſtis, ꝙ dicitur elementũ, quia eſt pars totius vniuerſi corporalis, licet non veniat in compoſitionem corporis miſti, ſicut elementa. Non eſt autẽ natura inordinatã natura corporis cœleſtis, quia ea, quæ ſunt in cœleſti corpore, ſimpliciter ſe habent, in huiuſmodi autẽ tranſmutationibus inferiorũ corporũ accidit multa varietas, ꝓpter quã quidã crediderunt, ꝙ hæc non à natura, ſed à caſu accideret, nõ conſiderantes, ꝙ naturaliter fiunt non ſolum ea, quæ ſunt ſemper, ſed etiã quæ ſunt vt in pluribus. Hæc, inquã, accidunt circa locũ maxime ꝓpinquũ lationi aſtrorũ, i. e. aſtris circulariter motis. Et hoc ponit ad differentiam ſubſequentium. Et exemplificat dicẽs, puta

de lacteo, id eſt, de lacteo circulo, qui galaxia dicitur, & ſtellis, quæ comatæ dicuntur, & phantaſmatibus, id eſt, apparitionibus ignitis, & motis, quæ dicuntur ſtellæ cadentes. Secundo, cũ dicit.

d ¶ Enumerat ea, quæ ſub prædictis fiunt, ſcilicet quæcunq; ponuntur eſſe paſſiones communes aeris, & aquæ, quia ex materia aquea in loco aeris generantur, vaporibus in aquam tranſmutatis. Tertio cum dicit.

e ¶ Enumerat ea, quæ fiunt in fundo, & dicit. Adhuc autem oportet dicere de his, quæ ſunt partes terræ, puta oriens, occidens, ſeptẽtrio, meridies: & quæ ſunt ſpecies, puta, quod quędam terra eſt calida, & arenoſa, quædam frigida & calcata: & paſſiones partium terræ, puta, quod quædam eſt ſulfurea, quædam lapidoſa, vel aliquo modo diſſoluta, ex quibus terræ rationibus, conſiderabimus omnes cauſas ſpirituum, id eſt, ventorum, quorum differentia attenditur ſecundum diuerſitatem terræ. ſimiliter de terræmotibus, quorum etiam cauſæ aſſignantur ex diuerſa ſpecie terræ, & de omnibus, quæ fiunt [ſecundum motus horum] id eſt, ventorum & terræmotuum, in quibus non omnia perfecte, & ſecundum certitudinem tradere poſſumus, ſed quædam ſub dubitatione relinquemus, ad vtramque partem rationem inducentes, in quibuſdam vero veritatem attingemus aliquo modo. Quarto ibi.

f ¶ Enumerat ea, quæ ex alto in infimum deſcendunt, ex ventis cauſata, dicens. Adhuc autem dicemus de cauſa fulminum & tiphonibus, qui dicuntur tiphi, & incenſionibus, quæ circa huiuſmodi tiphones accidunt, & aliis circularibus, quæcunque propter coagulationem accidunt paſſiones ipſorum corporum, ſcilicet elementorum. Dicit autem hoc, quia tiphones ex materia compacta generantur, cum quadam rotatione, & multa alia ſimilia accidunt tiphonibus, ex materia coagulatione compacta, cum quadam circulatione: vel poteſt hoc referri ad Iridem, & Alonem, id eſt, circulum continentem ſolem, & lunam, & ſtellas, quæ accidunt ex reuerberatione radiorum ad aliquam materiam. Deinde cum dicit.

g ¶ Ponit, de quo reſtat agendum in libris ſequentibus, & dicit, quod primo, quando pertranſiuerimus de his, quę dicta ſunt, tunc ſpeculabimur, ſecundum noſtrum poſſe, modo inducto, in libris præcedentibus, ſcilicet nõ tantum recitando opiniones aliorum, ſed etiam cauſas inquirendo [de animalibus & plantis] in vniuerſali, & ſecundum ſingulas ſpecies, & tunc fere erit finis ſcientiæ naturalis, quam à principio elegimus tradere. Dicit autem fere, quia non omnia naturalia ab homine cognoſci poſſunt.

d Et quæcunque ponemus, vtique aeris eſſe communes paſſiones & aquæ.

e Adhuc autem terræ quæcunque partes, & ſpecies, & paſſiones partium, ex quibus etiam de ſpiritibus, & terræmotibus conſiderabimus omnes cauſas, & de his, quæ fiunt ſecundum motus horum, in quibus hoc quidem dubitabimus, hęc autem attingemus aliquo modo.

f Adhuc autem & de fulminum caſu, & de tiphonibus, & incenſionibus, & aliis circularibus, quæcunq; propter coagulationem accidunt paſſiones ipſorum corporum.

g Pertranſeuntes autem de his, ſpeculabimur, ſi quid poſſumus, ſecundum inductum modum, aſſignare de animalibus, & plantis, vniuerſaliterque, ſingillatim. Fere enim his dictis, finis vtique factus erit omnis eius, quę à principio nobis electionis.

## LECTIO II.

a Hinc igitur incipientes, dicamus de ipſis primo. Quoniam enim determinatum eſt prius à nobis vnum quidem principium corporum: ex quibus conſtat circulariter latorum corporum natura: alia autẽ quatuor corpora prõpter quatuor principia, quorum duplicem eſſe dicimus motum: hunc quidem à medio, hũc autem ad medium. quatuor autẽ exiſtentibus, igne, aere, & aqua, & terra, omnibus quidem his ſupereminẽs eſſe ignem, ſubſtans autem terram, duo autem, quę ad ipſa his proportionaliter ſe habent, aerem quidem igni propinquiorem aliis, aquam autem terræ. qui itaque circa terram totam mundus, ex his conſtat corporibus, de quo accidentes paſſiones dicimus eſſe ſumendum.

## LECTIO II.

F

Completo procemio, in quo Philoſophus ſuam intentionem manifeſtauit, hic incipit procedere ad ſuum propoſitum proſequendum, & diuiditur in duas partes, in prima reſumit ea, quæ ſunt neceſſaria ad cognoſcendum principia tranſmutationum, de quibus in hoc libro tractaturus eſt: in ſecunda incipit de eis tractare, ibi. [Reſumentes igitur eas.] Circa primum duo facit: primo enumerat principia harum tranſmutationum, & differentiam eorum ad inuicem: ſecundo, oſtendit, quomodo ſe habeant ad inuicem in cauſando, ibi. [Eſt autem ex neceſſitate cõtinuus.] Dicit ergo primo, quod determinatum eſt tam in libro de cœlo, quam de generatione & corruptione, quod inter alia principia corporalia, quæ ſunt principia aliorum corporum, vnum eſt principium illorum corporum, ex quibus conſtituitur natura corporum circulariter motorum; ſcilicet ſpherarum & ſtellarum, hoc autem principiũ dicit ipſam quintam eſſentiam, ex quo omnia huiuſmodi formantur: alia vero principia corporum inferiorum ſunt quatuor propter primas tangibiles qualitates, quæ ſunt principia agendi, & patiendi, ſcilicet calidum, frigidum, humidum & ſiccum: quarum ſunt tãtum quatuor poſſibiles combinationes. nã calidum & ſiccum eſt ignis: calidum & humidum eſt aer: frigidum & humidũ aqua, frigidum & ſiccum terra, calidum vero & frigidum, vel humidum & ſiccum, aliquid eſſe impoſſibile eſt: horum autem quatuor corporum ſunt duo motus, vnus quidem, qui eſt à medio mundi ſurſum, qui eſt motus leuium, ſcilicet ignis & aeris: alius autem motus ad medium, qui eſt motus grauium, ſc. terræ & aquę. Et ſic eſt triplex motus corporum ſcilicet ad medium, qui eſt grauium: a medio, qui eſt leuium: & circa medium, qui eſt corporum cœleſtium, quæ neque ſunt grauia, neque leuia. Leuium autem & grauium eſt quædam differentia. nam aliquid eſt leue ſimpliciter, ſc. ignis, qui ſupereminet omnibus: aliquid eſt graue ſimpliciter, ſc. terra, quæ ſubſidet omnibus: alia vero duo ſunt ſecundum quid grauia & leuia. nam aer eſt leuis reſpectu terræ & aquæ, grauis vero reſpectu ignis: aqua autem eſt leuis reſpectu terræ, grauis autem reſpectu ignis & aeris, & ideo hæc duo ad alia duo extrema proportionaliter ſe habent. vt. ſ. ſicut aer eſt propinquior igni, ita aqua eſt propinquior terræ. Sic igitur patet, quod iſte mundus, qui eſt circa terram, conſtat ex quatuor corporibus. & huius mundi oportet nos in hoc libro paſſiones conſiderare, quæ ſunt tranſmutationes variæ in elementis inuentæ. Deinde cum dicit.

*Principiũ Libri.*

*Idem primo cœli tex. commen. 18.*

*Et quæcunque aeris, & aquæ affectiones communes ponere poſſumus.*

*Item, quæ terræ ſpecies, & partes, & partium affectiones, è quibus ventorum, & terræ motuum, & omnium, quæ horum motionibus fiunt, cauſas contemplabimur, quorum de aliis quidem dubitamus, alia quodammodo attingimus.*

G

*Præterea fulminum caſus, & turbines, & præſteres, & aliæ horum ipſorum corporum circulares affectiones, quæ per concretionem fiunt.*

*De his autem cum diſſeruerimus, animalia & plantas cum vniuerſim, tum ſeparatim (ſi dicere quidpiam poſſumus) modo expoſito contemplabimur. His enim traditis, finem propemodum habebit omne noſtrum ab initio inſtitutum.*

H

Tractatus primi, primi libri: in quo determinatur in vniuerſali de cauſis impreſſionum in elementis apparentium. C. II.

*Itaque de ipſis primum dicamus, ita exorſi. Cum à nobis antea ſtatutum ſit, vnum quidem corporum principium, è quibus corporum, quæ in orbem feruntur, conſtat natura, alia vero quatuor corpora ob quatuor principia, quorum motionem eſſe duplicem dicimus, vnam à medio, alteram ad medium: cumq; hæc quatuor ſint, ignis, aer, aqua, & terra, id quod ſuper omnia hæc eminet, ignem eſſe: quod ſubſidit, terrã, duo, quæ his proportione reſpondeant: ſi quidem aer ad ignem, aqua ad terram propius quam cætera accedit. Ex his ſane corporibus is, qui terram complectitur mundus, in quo quæ accidunt affectiones, eſſe ſumendas dicimus, conſtat.*

I

K

b ¶ Oſtendit

b ¶ Oſtendit, quomodo principia prædicta ſe habeant ad inuicem in cauſando, & dicit, quod neceſſarium eſt, quod iſte mundus inferior conſiſtat ex quatuor elementis. ſic continuatis ſuperioribus lationibus, id eſt, corporibus circulariter motis. Continuum autem hic accipit pro contiguo, vt ſc. nihil ſit medium inter ea. Cuius quidem neceſſitatis ratio eſt, non ſolum, quia impoſſibile eſt locum vacuum eſſe, vnde corpora oportet corporibus contignari, ſed etiam propter finem, vt ſcilicet tota virtus inferioris mundi gubernetur ſuperioribus corporibus, quod non eſſet, niſi ſe tangerent: oportet enim, quod agens corporale tangat paſſum, & motum ab ipſo: quod autem inferior mundus regitur à ſuperioribus corporibus, & moueatur, probat duabus rationibus. quarum prima talis eſt. Cauſa mouens, vnde ſcilicet eſt principium motus, neceſſe eſt, quod ſit prima cauſa: & hoc intelligitur per reſpectũ ad cauſam formalem, & materialem: nam materia patitur ab agente; agens autem naturaliter eſt prius patiente, forma etiam eſt effectus mouentis, qui educit materiam de potentia in actum: ſed finis eſt prior agente, quia mouet agentem. non tamen ſemper eſt prior in eſſe, ſed ſolum in intentione: manifeſtum eſt autem, corpus cœleſte inter naturalia eſſe primam cauſam, quod eius incorruptibilitas, & nobilitas demonſtrat. oportet igitur, quod corpus cœleſte reſpectu horum corporum inferiorum ſit cauſa, vnde principium motus. Secunda ratio talis eſt. Motus cœleſtis corporis eſt perpetuus, & hoc apparet ex ipſa diſpoſitione loci, nam in linea recta eſt accipere finem in actu, ſcilicet, extremum ipſius lineæ: in circulo vero non eſt accipere finem, ſecundum locum; & ne aliquis crederet propter hoc, quod motus corporum circulariter motorum eſſet imperfectus, ſicut motus rectus, antequam perueniat ad finem, ſubiungit, quod motus circularis ſemper eſt in fine; quodlibet enim ſignum tactum in circulo eſt principium, & finis: & motus circularis in qualibet parte ita eſt perfectus, ſicut motus rectus, quando eſt in fine. Sic igitur apparet ex ipſa diſpoſitione loci, quod motui cœleſti competit perpetuitas; motus autem inferiorum corporum non poteſt eſſe perpetuus, quia inferiora corpora mouentur motibus rectis: motus autem rectus non durat vnus exiſtens, niſi ſecundum menſuram magnitudinis rectæ, per quam tranſit: motus autem reflexus non eſt continuus, vt in octauo Phyſicorum probatum eſt. vnde, cum omnia corpora inferiora diſtent finitis locis ab inuicem, & nullum eorum ſit infinitum, vt probatum eſt in tertio Phyſicorum, & in primo de cœlo, neceſſe eſt, quod motus eorum ſint finiti, & non perpetui. illud autem, quod eſt perpetuũ & ſemper, conſequenter eſt motiuum eorum, quę non ſunt ſemper, vnde elementa inferiora ſc. ignẽ & terram, & alia ſyngenea, id eſt, congenerabilia his, ſcilicet aerem & aquam, & quæ ex eis componuntur, oportet putare cauſas accidentium circa ipſum mundum inferiorem. vt in ſpecie materiæ, id eſt, per modum cauſæ materialis, quia hoc modo dicimus ſubiectum, & patiens eſſe cauſam rerum, vt vnde principium motus, id eſt, per modum cauſæ mouentis, cauſandum eſt, id eſt, extimandum eſt, eſſe cauſam eam virtutem, quæ eſt ſemper motorum, id eſt, corporum cœleſtium, quæ ſemper mouentur, quod enim ſemper mouet, comparatur ad id, quod non ſemper mouetur, ſicut agens ad patiens.

b Eſt autem ex neceſſitate continuus iſte ſuperioribus lationibus, vt omnis ipſius virtus gubernetur inde. Vnde enim motus principium omnibus, illam cauſam putandum primam. Adhuc autem hic quidem perpetuus, & finem non habens motus in loco, ſed ſemper in fine: hæc autem corpora omnia finitis diſtant locis ab inuicem. Quare accidentium circa ipſum ignem quidem, & terram, & ſyngenea his, vt in materiæ ſpecie eorum, quæ fiunt, cauſas oportet putare, ſubiectum enim & patiens appellamus hoc modo. Quod autem ſit cauſa, vt vnde motus principium, eam, quæ ſemper motorum cauſandum virtutem.

*Mundus autẽ iſte ſuperis motionibus neceſſario quodammodo eſt cõtinuatus, vt eius inde omnis facultas regatur. Nam vnde motionis principium in omnia deriuat, primam cauſam eam eſſe cenſendum eſt. Accedit etiam, quod illa ſempiterna eſt, & motionis, quæ in loco fit, nullo fine terminatur, ſed ſemper in fine eſt: omnia a. hæc corpora inter ſe locis finitis diſtãt. Ignem itaque & terram, & quæ his ſunt cognata, eorum, quæ accidunt in eo, cauſam in genere materiæ eſſe, cenſendum eſt, (ſubiectum enim & quod patitur, hoc modo nominamus.) quæ autem ita cauſa eſt, vt vnde motus principium, in eorum, quæ ſemper mouentur facultatem eſt referenda.*

## LECTIO III.

REſumentes igitur eas, quæ à principio poſitiones, & determinatas prius determinationes, dicamus & de lactis phantaſia, & de cometis, & aliis quęcumque exiſtunt his ſyngenea entia.

Tractatus primi: primi libri: in quo determinatur de quantitate elementorum in comparatione ad cœlum. Cap. III.

*EA igitur, quæ in principio sũt poſita, quæq; antea conſtituta, repetentes, de lacteo qui apparet circulo, & de cometis, ac cæteris, quæ his ſunt cognata, dicamus.*

b Dicimus itaque, ignem, aerem & aquam, & terram fieri ex inuicem, & vnumquodque horum in vnoquoque exiſtere in potentia, ſicut & aliorum, quibus vnum aliquid, & idem ſubiicitur, in quod etiam reſoluuntur vltimum.

*Ignem autem, & aerem, & aquam, & terram viciſſim ex ſe oriri, eorumque ſingula in ſingulis poteſtate ineſſe dicimus, perinde ac alia, quibus vnum quid ac idem ſubiectum eſt, in quod poſtremo diſſoluuntur.*

c Primum quidem igitur dubitabit vtique quis, circa vocatum aerem, quam oportet accipere ipſius naturam in mundo

*Ac primum quidem dubitauerit aliquis de eo, quod vocatur aer, quæ eius natura in eo, qui terram ambit, mundo accipienda ſit, &*

## LECTIO III.

OStenſo, quæ ſunt principia actiua, & quæ ſunt principia materialia paſſionum, de quibus intẽdit tractare, incipit nunc determinare de eis. Et diuiditur in partes duas, in prima determinat de particularibus tranſmutationibus elementorum, quibus ſecundum ſe tranſmutantur. In ſecunda determinat de tranſmutationibus eorum, ſecundum quod veniunt in compoſitionem miſti, in quarto libro. ibi, [Quoniam autem ſecundum datum duo.] Prima autem pars diuiditur in duas, in prima enim determinat de tranſmutationibus, ſeu paſſionibus elementorum, quæ in alto accidunt: in ſecunda de his, quæ accidunt in infimo, & hoc in ſecũdo libro: ibi, de mari autem. prima autem pars diuiditur in tres, in prima dicit, de quo eſt intentio: in ſecunda præmittit quædam, quæ ſunt neceſſaria ad ſubſequentium determinationem. ibi, [Dicimus vtique ignẽ & aerem.] in tertia incipit determinare de principali propoſito. ibi, [His autem determinatis:] Dicit ergo primo, dicendum eſt de phantaſia lactis, id eſt, de lacteo circulo, & de cometis, & de aliis omnibus huiuſmodi, quæ ſunt his ſyngenea, id eſt, congenerabilia: ita tamen, quod reſumamus poſitiones a nobis poſitas in prioribus libris, & determinationes in eis prius determinatas, & in iſtis vtamur ad propoſitum manifeſtandum, cum opus fuerit. Deinde cum dicit.

b ¶ Præmittit quædam, quæ ſunt neceſſaria ad ſubſequentia, & circa hoc duo facit, primo præmittit aliquid, quod pertinet ad tranſmutationem elementorum ad inuicem: ſecundo dicit, quod ordinatione eorum in mundo, & ſpecialiter de aere. ibi, [Primo quidem dubitabit:] Dicit ergo primo, quod ignis, aer, & aqua, & terra fiunt ex inuicem, quamuis Empedocles contrarium ſenſerit, & hoc reſumit, vt probatum eſt in ſecundo de generatione: & huius rationem aſſignat, quia vnumquodque elementorum eſt in alio, in potentia: & quæ ſic ſe habent ad inuicem generari poſſunt. Vlterius huius rationem aſſiguat, quia communicant in vna materia prima, quæ eis ſubiicitur, & in quam ſicut in vltimum reſoluuntur. omnia enim, quorum materia eſt vna communis, ſic ſe habent, quod vnum eorum eſt potentia in alio, ſicut cultellus eſt potentia in claui, & clauis in cultello, quia vtriuſque materia communis, eſt ferrum. Deinde cum dicit.

c ¶ Inquirit de ordine elementorum, & præcipue aeris, & circa hoc tria facit, primo mouet quæſtionem, & dicit, quod primo dubitatur circa corpus, quod vocatur aer, quam naturam

habeat in mundo, qui ambit terram, vtrum ſcilicet totum ſit aer, & ſi non, quomodo ordinetur ad alia elementa. Secundo ibi.

d ❡ Proponit quædam circa ordinem elementorum manifeſta: quorum primum eſt de terra. ſcilicet quod non immanifeſtum, quanta ſit moles terræ, per comparationem ad ambientes magnitudines, ſcilicet cœleſtium corporum, & aliorum elementorum, iam enim apparuit per conſiderationes aſtrologicas, quod terra eſt multo minor quibuſdam aſtris, & quod in comparatione ad vltimam ſpheram obtinet vicē puncti. Secundum proponit de aqua.

e ❡ Et dicit, quod non videmus aquam per ſe conſtantem, & ſeparatam à corpore locato circa terram, ſcilicet mari & fluminibus, quæ ſunt manifeſta nobis, & à congregationibus aquarum, ſi quæ ſunt in profundo terræ immanifeſtę nobis, vt quidam poſuerunt: conuenit autem aquam ſic congregatam eſſe, eo quod humidum aqueum non terminatur, niſi termino alieno. Iterum ibi.

f ❡ Hic proſequitur quæſtionem ſuam iam motam, qua quærit, quid eſt inter prædicta medium, & circa hoc duo facit. Primo enim oſtendit, quod non totum ſpatium, quod eſt à ſupremis ſtellis vſque ad terram, eſt plenum vno aliquo corpore, ſcilicet igne, aere, aut vtroque, ſed ſupra hoc eſt aliquod corpus, præter iſta. Secundo oſtendit, quomodo ad illud ſupremum corpus ordinentur alia corpora, ſecundum poſitionem ibi. [Reliquum autem:] Circa primum ſic procedit, primo dicit, quod dubium eſt, vtrum inter terram, & inter aſtra vltima, quæ dicuntur non errantia, ſed fixa, ſit putandum eſſe vnum corpus, ſecundum proprietatem naturæ, vel plura, & ſi plura quot ſunt, & vbi terminentur ſecundum locum. Secundo ibi.

g ❡ Reſumit quoddam in libro de cœlo determinatum, quod eſt, quale eſt ſecundū virtutem primum elementum, ſcilicet cœleſte corpus, & quod totus ille mundus, qui eſt circa ſuperiores lationes, id eſt, quæ mouentur motu circulari, eſt plenus illo cor-

F pore: omnia n. corpora cœleſtia ad naturam illius primi elementi pertinent. Et quia Philoſophi ponebant contrarium, ideo ne ſua opinio noua videretur, ſubiungit, quod hanc opinionem nō ſolum ipſe habuit, ſed fuit etiam aliqua opinio priorum hominum. Illud enim corpus, quod dicitur æther, quod nos cœlum dicimus, antiquam habet appellationem: ſed Anaxagor. videtur putaſſe, quod ſignificaret idem quod ignis. Accepit enim, quod æther dicitur non propter ſemper currere, id eſt, continue moueri, ſed ab ethin, quod eſt ardere, quia ſuperiora corpora credidit eſſe plena igne, & quamuis in hoc male diceret, vt ibi probatum eſt, tamen hoc recte putauit, quod nihil ætheris conueniret alicui potentiæ corporali, quæ eſt præter iſta corpora. Omnes enim antiqui viſi ſunt opinari, & determinauerunt illud corpus nominari æthera, quod ſemper currit, id eſt, mouetur, & quod eſt quoddam diuinum, id eſt perpetuum, ſecundum naturam ſuam, tanquam illud corpus, nulli corporum, quæ ſunt apud nos ſit idem. Nec eſt mirum, ſi hanc opinionem, quam nos de nouo videbamur aſſumpſiſſe, etiam antiqui habuerunt: quia non dicimus, quod eædem opiniones ſunt recitatæ in hominibus, poſtquam deſierunt propter negligentiam ſtudii, non tantum bis, vel ter, ſed infinities. hoc autem dicit ſecundum ſuam opinionem, qua putauit mūdum & generationem hominum fuiſſe ab æterno, vt apparet in prioribus libris. hoc enim ſuppoſito manifeſtum fit, quaſdam opiniones, & artes à quibuſdam certis temporibus incepiſſe, & oportet dicere, quod multoties, vel magis infinities ſunt deſtitutæ propter bella, vel alias corruptiones. Et iterum reinuentę. Tertio ibi.

*αἰθὴρ.* *ἀεὶ θεῖν.* *αἴθειν.* *Prima par. q. 61. 3.* *Idem primo cœli tex. comm. 22.*

h ❡ Oſtendit, quod non eſt vnum horum corporum inferiorum corpus, quod circulariter mouetur: & circa hoc tria facit: primo oſtēdit hoc, quantum ad ignem. ſecundo, quantum ad aerem, ibi. [At vero neque aer.] Tertio, quātum ad vtrumque, ibi. [Et etiam ſi duobus.] Circa

ambientem terram, & quomodo ſe habet ordine ad alia dicta elementa corporum.

d Moles quidem enim vtiq; terræ, quanta quidem vtiq; ſit ad ambientes magnitudines non immanifeſtum, iam enim viſum eſt per aſtrologica theoremata à nobis, quod multo etiam quibuſdam aſtris minor eſt.

e Aquæ autem naturam conſtantem, & ſeparatam, neque videmus, neque contingit ſeparatam eſſe ab eo, quod circa terram locatum eſt corpus, puta, à manifeſtis, mare & fluminibus, & vtique ſi quid in profundo immanifeſtum eſt nobis.

f Intermedium autem terrę, & vltimorum aſtrorum, vnum aliquod putandum ſecundum naturam eſſe corpus, aut plura: & ſi plura: quot, & vſquequo determinata ſunt locis.

g Nobis quidem igitur dictum prius eſt de primo elemento, quale ſecundum virtutem eſt, & quia totus, qui circa ſuperiores lationes mundus illo corpore plenus eſt. Et hanc opinionem non ſolum nos exiſtimamus habentes, videtur autem antiqua quædam exiſtimatio ipſa & priorum hominum. Dictus enim æther antiquam accepit appellationem, quam Anaxagoras quidem, igni idem mihi putaſſe videtur: putans ſuperiora plena igne eſſe. Et ille eam, quę ibi potentiam æthera vocari putauit, hoc quidem recte putans. Quod enim corpus ſemper currens, ſimul & diuinum aliquid ſecundum naturā, viſi ſunt exiſtimare, & determinauerunt nominari æthera, quod tale tanquam nulli eorum, quæ apud nos exiſtens idem. Non enim dicemus ſemel, neque bis, neque raro, eaſdem opiniones reiterare factas in hominibus, ſed infinities.

h Quicunque autem ignem purum eſſe aiunt, quod ambiens non ſolum lata corpora. Quod autem inter medium terræ eſt & aſtrorum, aerem. Conſiderantes vtique nunc oſtenſa per mathematica, ſufficienter, vtique deſi-

*quo ordine diſponatur ad alia, quæ corporum elementa nominantur.*

*Terræ enim moles ad eas, quæ ambiunt, magnitudines, quanta ſit, obſcurum non eſt: quippe cum iam ex Aſtrologiæ theorematibus perſpectum nobis ſit, multo minorem eam eſſe* G *nonnullis ſyderibus.*

*Aquæ autem naturam conſiſtentem, & ſecretam non cernimus, nec fieri poteſt, vt a corpore, quod circa terram ſitum eſt, diuellatur; cuiuſmodi ſunt, & quæ nobis patent, mare & flumina, & ſi profunditas aliqua minus nobis comperta ſit.*

*Illud vero, quod inter terram &* H *vltima ſydera interiectum eſt, vtrum cenſendum ſit corpus vnum aliquod ſecundum naturam, an plura, & ſi plura, quot, & quatenus ſint locis diſtincta ſint?*

*Primum igitur elementum quam vim habeat, a nobis antea dictum eſt, & quam ob cauſam totus ille, qui ſuperis motionibus cietur, mundus eiuſmodi corporis eſſet plenus, & hanc quidem opinionem non nos ſolum habemus, ſed vetus quædam priſcorum* I *hominum ſententia videtur. Nam qui æther dicitur, vetuſta appellatione vocatus eſt, cuius ſignificationem eandem, quæ πυρὸς, hoc eſt, ignis eſſe, mihi viſus eſt Anaxagoras putaſſe: quippe qui & ſuperas partes, ignis plenas eſſe, & vim, quæ ibi eſſet, æthera appellandam eſſe exiſtimauit, quod recte quidem cenſuit. Corpus enim ἀειθεῖν, id eſt, quod ſemper curſu rapitur, ſimul & θεῖον, hoc eſt, diuinum, exiſtimaſſe illud, niſi ſunt, & quod eſſet tale, æthera nuncupare, tanquam* K *ab omnibus, quæ apud nos fiunt, diuerſum eſſet, conſtituerunt. Nō enim ſemel aut bis, aut raro, eaſdem in hominum animos in orbem redire opiniones, ſed infinite dicimus.*

*Quicunque autem id, quod ambit, & non ſolum ea, quæ feruntur, corpora ignem purum aiunt eſſe, quod autem inter terram & aſtra interiectum eſt, aerem, ſi ea, quæ nunc in Mathematicis, monſtrantur, ſatis eſſent contemplati, ab hac fortaſſe*

ſterent ab hac puerili opinione. Valde enim ſimplex putare vnumquodq; latorum eſſe paruum magnitudinibus: quia videtur aſpicientibus hinc nobis ſic. Dictum eſt quidem igitur & prius in his, quæ circa ſuperiorem locum theorematibus, dicimus autem eandem rationem & nunc. Si enim & diſtãtiæ plenę igne, & corpora conſtant ex igne, olim annihilatum, vtique eſſet vnumquodque aliorum elementorum.

*tam puerili opinione ſeſe abduxiſſent. Illud enim ſimpliciter minus exiſtimatur, ſingula, quæ feruntur, magnitudine parua eſſe: quod ſi ea hinc ſpectentur, eiuſmodi appareant. Dictum quidem eſt, & antea in his, quæ de ſupero loco contemplati ſumus: ſed ſermonem eundem nunc quoq; repetamus: ſi enim interualla igne eſſent referta, & corpora ex igne conſtarent, quoduis reliquorum elementorum iam pridem interijſſet.*

i At vero neque aere ſolo plena: multum enim vtique excederet æqualitatem communis analogię ad coelementaria corpora.

*Atqui nec aeris duntaxat ſunt plena. Communis enim ad ea corpora, quæ eiuſdem ordinis ſunt, proportionis æquabilitatem excederet.*

k Et etiam ſi duobus elementis plenus, qui intermedium terræ & cœli locus eſt. Nulla enim, vt eſt dicere, pars terræ eſt moles, in qua contenta eſt, & omnis aquæ multitudo ad ambientem magnitudinem. Videmus autem, non in tanta magnitudine factum exceſſum molis, cum ex aqua diſgregata aer fiat, aut ignis ex aere. Neceſſe autem eandem rationem habere, quantam habet tantilla & parua aqua ad factum ex ipſa aerem, & totum ad totam aquam.

C *Idq; etiam ſi duobus elementis is locus, qui inter cœlum & terram medius eſt, plenus ſtatuatur. Nam terræ moles; qua omnis etiam aquarũ multitudo comprehenditur, nulla (vt ita dicam) pars eſt ad eam, quæ continet magnitudinem, comparata. Nec vero moles tanta ſe excedere magnitudine intuemur, cum ex aqua ſecreta aer oritur, aut ignis ex aere. At neceſſe eſt, vniuerſam aquam ad totum aerem eandem habere proportionem, quam aqua tantulum, parſq; exigua ad eum habet aerem, qui ex ea progignitur.*

l Differt autem nihil, neq; ſi quis dicat quidem, non fieri hæc ex inuicem, æqualia tamen virtute eſſe. Secundum enim hunc modum, neceſſe eſt æqualitatem virtutis exiſtere magnitudinibus ipſorum, quemadmodum vtique ſi facta ex inuicem exiſterent. Quod quidem igitur neque aer, neque ignis tantum replet intermedium locum, manifeſtum eſt.

D *Nihil autem intereſt, ſi hæc nõ oriri mutuo, ſed facultate tamen paria eſſe aliquis dixerit. Hoc enim modo vires pares in illorum magnitudinibus inſint, neceſſe eſt, non aliter, ac ſi alia ex alijs viciſſim orirentur. Perſpicuum ergo eſt, nec aerem, nec ignem ſolum, intermedium locum replere.*

Circa primum ſciendum eſt, quod aliqui putauerunt ſolum corpora cœleſtia delata, id eſt, ſolem, lunam, & ſtellas eſſe naturæ igneæ, quod vero eſt inter eas, eſt naturæ aereæ. Quidam vero poſuerunt totum eſſe naturæ igneæ, ſicut Anaxag. dixit. Dicit ergo, quod quicunque poſuerunt non ſolum corpora delata ignem purum, ſed totum ambiens, ſcilicet omnes ſpheras, & id, quod eſt inter medium terræ & aſtrorum eſt aer, ſicut à terra vſque ad orbem lunæ, & quod eſt deſuper, totum eſt ignis. qui, inquam, ſic dicunt, ſi conſiderarent ea, quæ nunc ſunt ſufficienter oſtenſa per mathematicam de magnitudinibus corporum, forte deſiſterent ab hac puerili opinione. Valde enim ſimplicis hominis eſt, & inerudìti, putare ſtellas eſſe paruas magnitudinibus, quia videntur paruæ nobis tam à remotis aſpicientibus. Iterum dictum eſt de his in ſuperioribus theorematibus, ſcilicet in ſecundo de cœlo, ſed etiam nunc eadem ratione dicemus ad deſtructionem prædictæ poſitionis: cum enim corpora aſtrorum, id eſt, ſpherarum, quaſi improportionabiliter excedant quantitatem terræ, & eorum, quæ ſunt circa terram, ſi non ſolum corpora ſtellarum cõſtarent ex igne, ſed etiam diſtantiæ, quæ ſunt inter eas, eſſent plenæ igne, iam olim annihilatum eſſet vnumquodque aliorum elementorum propter exceſſum ignis ſuper ea. Deinde cum dicit.

i ❡ Oſtendit idem de aere, quantum ad aerem dicens, quod non eſt poſſibile, quod iſtæ diſtantię ſint plenę aere. Manifeſtum eſt enim, quod adhuc quãtitas aeris multum excederet æqualitatem analogiæ, id eſt, proportionis, quæ debet eſſe communis inter elemẽta ad hoc, quod elementa conſeruentur. Deinde cum dicit.

k ❡ Oſtendit idem, quantum ad vtrumq;, & circa hoc duo facit. primo ponit rationem, ſecundo excludit quandam cauillationem. ibi. [Differt autem nihil.] Dicit ergo primo, quod proportio debita elementorum non ſeruatur, ſi totus locus, qui eſt medius inter terram & ſupremum cœlum, eſt plenus duobus elementis, ſcilicet igne & aere, quia moles terræ, in qua continetur etiam omnis aquæ multitudo, nulla pars eſt habens proportionem ad totam magnitudinem ambientium corporum, cum

A ad ſolam vltimam ſpheram obtineat vicem puncti, ſecundum Aſtronomos. Videmus autem, quod cum ex aqua per diſgregationem, ſiue rarefactionem fit aer, ſiue ex aere ignis, non eſt tam immenſus exceſſus quantitatis: oportet autem ad hoc, quod conſeruetur debita proportio in elementis, quod eandem rationem, id eſt, proportionem, habeat hæc parua aqua ad aerem factum ex ipſa, & tota aqua ad totum aerem, vt videlicet quantum excedit quantitas aeris quantitatem aquæ, ex qua fit, tantum excedat in mundo quantitas totius aeris quantitatem totius aquę. Deinde cum dicit.

l ❡ Excludit quandam cauillationem dicens, quod nihil differt ad propoſitum, ſi quis dicat ſecundum opinionẽ Empedoclis, quod elementa non generantur ex inuicem, oportet enim ſecundum eius opinionem elemẽta eſſe æqualia proportione virtutis. Vnde ſic oportet, quod conſeruetur æqualitas proportione virtutis in magnitudinibus elementorum, ſi non generãtur ex inuicem, ſicut ſi generarentur: deinde recolligit, quod dictum eſt, concludens ex dictis manifeſtum eſſe, quod neque aer tantum replet medium locum, qui eſt inter terram, & ſupremas ſtellas; neque ignis, ſed præter hæc duo elementa oportet ſuper ipſa eſſe corpus cœleſte, quod nullum inferiorum eſt elementorum.

## LECTIO IIII.

Reliquum eſt autem perſcrutantes dicere, quomodo ordinata ſunt duo ad primi corporis poſitionem. Dico autem aeremque & ignem.

Tractatus primi: primi libri: in quo determinatur de ordine & ſitu elementorum. Cap. IIII.

E *REſtat autem, vt dubitando dicamus, quonam modo duo hæc, ignis & aer, ad primi corporis ſitum diſpoſita ſint.*

b Et propter quam cauſam caliditas à ſuperioribus aſtris fit his, qui circa terram locis.

*Et qua de cauſa calor in terrenis locis à ſuperis gignatur.*

## LECTIO IIII.

POſtquam Philoſophus oſtendit ignẽ & aerem, non eſſe corpus cœleſte, quod vocatur primum elemẽtum, ſiue primum corpus, nunc intendit oſtendere, quomodo ignis & aer ſe habent ad illud primũ corpus: & circa hoc duo facit. primo mouet hãc quęſtionem, & duas alias neceſſarias ad propoſitum. ſecũdo ſoluit eas, ibi. Nos a. dicamus. Prima diuiditur in tres, ſecundũ tres quęſtiones, quas mouet. [Secunda incipit, ibi.] Propter quã cauſam. Tertia ibi. [De aere ergo.] Dicit ergo primo, quod poſt prædicta relinquitur perſcrutari de ordine aeris & ignis ad primum corpus, ſcilicet cœleſte, ex quo oſtenſum eſt, ipſum eſſe aliud præter iſta. Deinde cum dicit.

b ❡ Mouet ſecundam quæſtionem, ſcilicet propter quam cauſam à ſuperioribus ſtellis cauſetur caliditas in his locis, quæ ſunt circa terram: & hæc etiam quæſtio habet ortum ex præmiſſis,

Videtur enim ſecundum naturam eſſe, quod ſimile generet ſibi ſimile. Si igitur corpus cœleſte non eſt calidum, quia non eſt ignis, neque aer, vt ſupra habitum eſt, remanet in dubio, quomodo à corpore cœleſti poſſit cauſari calor in iſtis inferioribus. Deinde cum dicit.

c De aere igitur dicentes, primo ſicut ſuppoſuimus, dicamus, ſic & de his iterum. Si itaque ſit aqua ex aere, & aer ex aqua, propter quam quidem cauſam non conſtat nubes ſecundum ſuperiorem locum? Conueniebat enim magis, quanto remotior à terra locus & frigidior, quia neque ſic prope aſtra calida exiſtentia eſt, neque prope radios à terra refractos, qui & prohibent prope terram conſtare diſgregantes caliditate conſiſtentias. Fiunt enim nubium congregationes, vbi deſinunt iam radii propter ſpargi in immenſum. Aut igitur non ex omni aere nata eſt aqua fieri, aut ſi ſimiliter ex omni, qui circa terram non ſolum aer eſt, ſed velut vapor, propter quod iterum conſtat in aquam. At vero, ſi tantus exiſtens aer omnis vapor eſt, videbitur vtique multum excedere, quæ aeris naturam, & quæ aquæ. Siquidem ſuperiores diſtantię plenæ ſunt aliquo corpore, & igne quidem impoſſibile, quia exſiccarentur vtique alia omnia. Relinquitur autem aer, & quod circa terram totam aqua. Vapor enim aquæ diſgregatio eſt. De his quidem igitur dubitatum ſit hoc modo.

*De aere igitur primum, vt propoſuimus, deinde vero etiam de his rurſus dicamus. Si ex aere aqua, & ex hac aer oritur, quid cauſa eſt, cur nubes ſupero in loco non concreſcant? Eo enim magis conueniebat, quo remotior à terra, atque frigidior locus eſt, quod nec adeo ſyderibus, ſi calida ſtatuantur, propinquus ſit, nec radiis,* G *qui à terra reflectuntur, qui calore concretiones disijciendo, concreſcere nubes prope terram prohibent. Fiunt enim & nubium denſationes, qua radij procumbunt, quandoquidem in vaſtum disijciantur. Aut igitur non ex quouis aere aqua oriri apta eſt, aut ſi æque ex quouis, is, qui in vicinia eſt terræ, non ſolum eſt aer, ſed veluti vapor: atq; ideo in aquam rurſus cogitur. Aut ſi aer totus, cum tantus ſit, vapor eſt aeris profecto, & aquæ natura multum excedere videbitur: ſi* H *quidem eorũ, quæ in loco ſupero ſunt, interualla corporis alicuius plena sũt, igniſque eſſe non poſſunt, quod reliqua iam omnia exſiccata fuiſſent. Reſtat vero, vt aeris, & quod omnem terram circum eſt aquæ, quippe cum aquæ ſit ſecretio. De his igitur hoc modo dubitatum ſit.*

d Nos autem dicamus ſimul, & ad dicenda determinantes, & ad nunc dicta. Quod quidem enim ſurſum, & vſque ad lunam dicimus eſſe corpus alterum ab igne & aere, quinimo & in ipſo hoc quidem purius eſſe, hoc autem minus ſincerum, & differentias habere, & maxime quæ deſinunt ad aerem, & ad eum, qui circa terram, mundum.

I *Nos autem quæ ſimul, & ad ea, quæ tradenda ſunt, & quæ tradidimus, conducant, ſtatuentes dicamus. Superum enim, & quod ad Lunam vſque protenſum eſt corpus, ab igne quidem & aere diuerſum eſſe dicimus. Sed tamen aliquid in eo ſincerius eſſe, aliquid minus ſincerum, ac varietate diſtinctum: potiſſimum qua ad aerem deſinit, & ad mundum, qui terram circuitu ſuo complectitur.*

c ¶ Mouet tertiam dubitationem, quæ tamen ex præmiſſis ortum habet: dixerat enim prius, quod oportebat cõſiderare, quomodo ſit accipienda natura aeris in vniuerſo, & hoc ideo, quia multa eorum, de quibus determinaturus eſt, generationem habent in aere. Dicit ergo, quod ſicut ſupra ſuppoſuimus, oportet primo aliquid dicere de aere, & ſic erit dicendum de aliis duabus quæſtionibus motis. Vnde ſtatim incipit mouere dubitationem ad naturam aeris pertinentem. Oſtenſum eſt enim in libro de generatione, quod aqua fit ex aere, & è conuerſo, cum autem ex condenſationibus nubium generatur pluuia, hoc eſt aerem conuerti in aquam. Quærit ergo, ſi aqua fit ex aere, & aer ex aqua, quare in ſuperiori parte aeris non inſpiſſentur nubes ad generationem aquæ? & inducit rationem ad oſtendendum, quod hoc fieri deberet. Manifeſtum eſt enim, quod condenſatio nubium ſit ex frigiditate: nam ſicut calidi eſt rarefacere, ita frigidi inſpiſſare: locus autem aeris, qui eſt remotior a terra, videtur eſſe frigidior, quia videntur ibi ceſſare duæ cauſæ calefactionis, quarum vna eſt propinquitas ad aſtrum, ex quibus cauſatur calor, & hoc tangit, cum dicit, quod neque ille locus aeris ſuperior, ſcilicet eſt prope aſtra exiſtentia calida, ſcilicet ſecundum effectum, vt caliditas aſtrorum poſſet impedire inſpiſſationem nubium. Alia cauſa calefactionis eſt reuerberatio radiorum ſolis à terra: & hoc tangit, cum dicit, Neque iterum ille locus ſuperioris aeris, eſt prope radios refractos, id eſt, reuerberatos à terra, qui prohibent congregari nubes prope terram per hoc, quod ſua caliditate diſgregant conſiſtentias vaporum. Et quod hæc ſecunda cauſa non impediat congregationem, manifeſtat per ſignum. Manifeſtum eſt enim, quod congregationes nubium fiunt ibi, vbi radii repercuſſi a terra iam deſinunt habere virtutem calefaciendi, propter hoc, quod in immenſum ſparguntur, & ſic multum diſtant à radiis cadentibus, vnde non multiplicatur cauſa caloris. Ad huius autem intelligentiam ſciendum eſt, quod radii procedentes a ſole ad terram, ſunt cauſa caliditatis. Cum autem radius in terram cadens repercutitur, fit iterum alius radius à terra, quaſi re ſurſum tendens. Quanto ergo hi duo radii fuerint magis ſibi inuicem propinqui, tanto plus de calore cauſatur: quia virtus vtriuſque radii, ſcilicet cadentis & reflexi, pertingit ad eandem partem ae-

F ris, & inde eſt, quod vbi radius ſolis cadens ſuper terram facit angulum rectum, ibi eſt maximus calor, quia reflexio fit in eadem parte: quanto vero radius cadens in aliquo loco fecerit angulum maiorem recto, tanto eſt minus de calore, quia cum repercuſſio fiat ſecundum pares angulos, radius repercuſſus multum diſtat à radio primo cadente. Manifeſtum eſt autem, quod quanto duæ lineæ continentes angulum, magis procedunt, tanto magis diſtant ab inuicem. Vnde quanto magis receditur à terra, vbi fit reuerberatio, tanto magis prædicti radii diſtant ab inuicem, & eſt minor calor. Et ideo propter immenſam ſeparationem prædictorum radiorum ab inuicem in loco ſuperiori, deſinit calor, & condenſatur ibi nubes propter frigus, & hoc eſt, quod dicit. [Nubium congregationes fiunt, vbi deſinunt iam radii propter ſpargi in immenſum.] Sic igitur vtraque cauſa, quæ poſſet impedire congregationem nubium in ſuperiori parte aeris, ceſſat, vt dictum eſt. Et cum ibi non condenſentur nubes, oportet dicere, quod aqua non ſit nata fieri ex omni aere: aut ſi ſimiliter ſe habet omnis aer ad hoc, quod generetur ex eo aqua, oportet, quod iſte aer, qui eſt circa terram, non ſolum ſit aer, ſed ſicut vapor, & ex hac cauſa congregatur ad generationem aquæ: ſuperior autem, qui eſt purus aer, non poſſet condenſari in aquam. Sed hoc non poteſt eſſe, quia ſi totus iſte aer, qui eſt circa terram, cum ſit tam magnus vapor, videtur ſequi, quod natura aeris & aquæ multum excedat alia elementa: quia ſuperiores diſtantiæ, quæ ſcilicet ſunt inter ſtellas, ſunt plenæ aliquo corpore, cũ nihil ſit vacuum, vt in quarto Phyſicorum
K probatum eſt. Impoſſibile eſt autem, quod ſint plenæ igne, quia ſic omnia alia exſiccarentur, vt ſupra probatum eſt: relinquitur ergo, quod ſint plenæ aere, & illud, quod eſt circa terram, ſit plenum aqua. Sed hic aer eſt vapor, quia vapor eſt quædam diſgregatio aquæ, id eſt, aqua rarefacta, & ſic poſitis tribus quæſtionibus, quaſi colligens ſubdit, quod de prædictis dubitatum ſit hoc modo. Deinde cum dicit.

d ¶ Soluit propoſitas quæſtiones, & primo eam, quæ de ordinatione elementorum: Secundo eam, quæ eſt de generatione nubium, ibi. [Eius quidem igitur.] Tertio eam, quæ eſt de caliditate à ſtellis in inferioribus cauſata, ibi. [De facta autem caliditate.] Circa primum tria facit. Primo reſumit, quod dictum eſt de natura primi corporis dicens, quod ad intellectum, & eorum, quæ nunc ſunt quæſita, & eorum, quæ poſtmodum ſunt dicenda, oportet determinando dicere, quod ſupremum corpus vſque ad lunam, eſt alterum ab igne & aere, ſicut iam oſtenſum eſt, & quod in ipſo ſupremo corpore eſt aliquid purius, & aliquid minus purum,

e Lato autem primo elemento circulariter & corporibus, quæ in ipſo, quod propinquum ſemper inferioris mundi, & corporis motu diſgregatum accenditur, & facit caliditatem. Oportet autem intelligere ſic & habere incipientes. Quod enim ſub ea, quæ ſurſum circulatione corpus, velut materia quædam exiſtens, & potentia calida, frigida, ſicca & humida, & quęcunque his aliæ aſſequuntur paſſiones, fit talis, & eſt à motu, & immobilitate eius, quod cauſam & principium diximus prius.

f In medio quidem igitur, & circa medium eſt, quod grauiſſimum, & frigidiſſimum ſegregatum terra & aqua. Circa hæc autem, & habita his aer, quemque propter conſuetudinem vocamus ignem. Non enim eſt ignis. Exceſſus enim calidi & velut feruor eſt, quod eſt ignis. Sed oportet intelligere dicti à nobis aeris, quod quidem circa terram velut humidum & calidum eſſe propter vaporem, & exhalationem habere terra. Quod autem ſuper hoc calidum iam & ſiccum eſt. Vaporis enim natura humidum & calidum, exhalationis autem calidum & ſiccum. Et eſt vapor quidem potentia velut aqua. Exhalatio autem potentia velut ignis.

*Cum autem primum elementum, & quæ in eo ſunt, corpora in orbem ferantur, corporiſque inferioris pars, quæ illi proxima eſt, motu ſemper diſcreta incenditur, caloremque gignit. Id vero concipere animo ſic decet, hinc quoq; exordio ſumpto. Nam quod ſub conuerſione ſupera corpus eſt, cum* B *veluti materia quædam ſit, & poteſtate calida, frigida, humida, & ſicca, & cæteris, quæ his conſequuntur, affecta, talis redditur, atque eſt, partim à motu, partim ab immobilitate, cuius rei cauſam atque originem antea docuimus.*

*Itaque quod grauiſſimum eſt, & frigidiſſimũ, terra videlicet & aqua, in medio, & circa mediũ ſecretum eſt, circa autem hæc, ea, quæ illis hærent, aer, & id, quod ex conſuetudine πῦρ,* C *id eſt, ignem, cum tamen non ſit, nuncupamus: ſi quidem πῦρ, caloris eſt exuperatio, & veluti feruor. Sed intelligendum eſt eius, quod à nobis aer dicitur, & vocatur, partem terræ circumfuſam, quia vapor veluti ſit, & terræ halitum habeat, quaſi humidam & calidam eſſe: eam autem, quæ ſuperior hæc eſt, calidam & ſiccam. Vaporis enim natura humida eſt & calida; halitus autem, calida & ſicca: vaporque poteſtate eſt, vt aqua, halitus poteſtate, vt ignis.*

purum vel ſincerum, non, quod ibi ſit aliqua compoſitio, vel miſtio extraneæ naturæ, ſed magis purum dicitur, quod eſt magis nobile, magis virtuoſum, magis formale. Vnde & habet differentias in virtute & nobilitate, & maxime iſta differentia manifeſta eſt ex illa parte, qua deſinit ad aerem, & ad mundum inferiorem, qui eſt circa terram. In luna enim apparet defectus luminis, & quando eſt plena, apparent in ea quædam robuſtitates. Secundo ibi.

e ¶ Oſtendit effectum, quem habet corpus ſuperius in inferiora, & dicitur, quod primo elemento, id eſt, cœlo circulariter moto, & motis corporibus, quæ ſunt in ipſo, id eſt, ſole & ſtellis, illa pars inferioris mundi, quæ eſt ei propinquior, quaſi diſgregata, ſeu rarefacta per motum ſuperioris corporis, accenditur, & ſic fit caliditas. Et ſubiungit rationem dicens, quod hoc oportet intelligere incipiendo. Tota enim materia corporalis, quæ eſt ſub corpore circulariter moto, eſt ſicut quædam materia exiſtens in potentia, ad caliditatem, frigiditatem, ſiccitatem, & humiditatem, & ad alias paſſiones & formas, quæ conſequuntur ad hæc, & quia materia reducitur in actum, à primo agente, natura enim corporalis fit talis actu per hoc, quod participat de motu, vel non participat, ſed immobilis permanet à corpore cœleſti, quod ſupra diximus eſſe cauſam & principium, vnde motus eſt in iſtis inferioribus. Non eſt autem intelligendum, quod corpora inferiora recipiant huiuſmodi paſſiones à ſuperioribus, tanquam accidentaliter, & non ſecundum naturam, vt aqua calefacta ab igne, ſed ipſam naturam, vel formam, ſecũdum quam naturaliter ſunt calida, vel frigida à ſuperiori corpore recipiunt multo principalius, quam ab generante, nam principium generationis primum eſt corpus cœleſte. Tertio ibi.

f ¶ Oſtendit ordinem elementorum. Si enim per participationem motus fit calor in iſtis inferioribus, & per elongationem à motu cœleſti è conuerſo fit frigus, neceſſe eſt, quod illud, quod eſt frigidiſſimum, & grauiſſimum, id eſt, aqua & terra ſit magis remotum à motu cœleſti exiſtens in medio, quantum ad terram: & circa medium, quantum ad aquam: vel dicit circa medium, eo quod medium cum ſit indiuiſibile, non poteſt eſſe locus corporis, ſed circa medium, id eſt, centrum mundi eſt terra & aqua, centrum autem terræ eſt in centro totius. Circa hæc autem, ſcilicet terram & aquam, & habita his, id eſt, quæ ordinantur, poſt ipſa eſt aer, & id, quod ex conſuetudine vocamus ignem, in quibus abundat calor. Exponit autem, quod dixerat, quod quartum elementum ſupra aerem ordinatum non proprie vocatur i- A gnis. Ignis enim ſignificat exceſſum calidi, & eſt quaſi quidam feruor & accenſio quædam, ſicut glacies non eſt elementum, ſed eſt quidam exceſſus frigoris ad aquam congelatam. Id autem, ad quod ſic ſe habet ignis, ſicut glacies ad aquam, non eſt nominatum, & ideo nominamus ipſum nomine ignis, ſicut ſi aqua non haberet nomen, & nominaremus elementum aquæ glaciem. Sed oportet intelligere, quod de toto iſto corpore, quod à nobis dicitur aer, vna pars, quę eſt propinqua terræ, eſt quaſi calida, & humida, propter id, quod habet de vapore, & exhalatione terræ: ſic enim elementa ſunt ordinata ſecundum quod eorum naturæ competit. Vnde quia aer ſecundum naturam ſuam eſt calidus & humidus, ſic eſt diſpoſitus, vt vaporem terræ ſuſcipiat ad eius calorem & humiditatem ſeruandam. Sed illa pars corporis quod communiter vocatur aer, quæ eſt ſuperior, eſt calida & ſicca, & hanc partem vocamus elementum ignis, & ſic aer nomen commune eſt duobus elementis. Et quia dixerat de vapore, & de exhalatione; oſtendit interea, & dicit, quod natura vaporis eſt eſſe humidum calidum: natura autem exhalationis eſt eſſe calidum, & ſiccum, & ſic vapor propter humiditatem eſt quaſi in potentia ad aquam, exhalatio autem propter ſiccitatẽ, eſt quaſi in potentia, vt igniatur.

D

## LECTIO V.

Eius quidem igitur, quod in eo, qui ſurſum loco non conſtare nubes, hanc exiſtimandum cauſam eſſe, quia non ineſt aer ſolum, ſed magis velut ignis.

b Nihil autem prohibet, & eam, quæ in circuitu lationem prohibere nubes conſtare in ſuperiori loco

Tractatus primi libri, in quo ſoluuntur duæ quæſtiones motæ, & non ſolutæ in quarto capitulo. Cap. V.

*Qvod igitur nubes ſummo in loco non concreſcant, hanc eſſe cauſam cenſendum eſt; quia aer tantum illic non ſit, ſed potius ignis.*

*Quanquam nihil etiam prohibet, conuerſione impediri, quo minus nubes in ſupero loco cogantur. In*

E

## LECTIO V.

Soluta quæſtione de ordinatione elemẽtorum, ſoluit quæſtionem de inſpiſſatione nubium, & ponit duas ſolutiones, quarum primam concludit ex prędictis dicens, quod hanc exiſtimandum eſt eſſe cauſam, quare in ſuperiori parte non congregantur nubes, quia pars eius ſuperior, quæ communiter vocatur aer, eſt magis quaſi ignis, vt dictum eſt. Sed quia etiam multo inferius infra illam partem adhuc non generantur nubes, neceſſe fuit, vt poneret aliam ſolutionem. Vnde ſecundam ſolutionem ponit. ibi.

b ¶ Et dicit, quod nihil prohibet etiam propter motum aeris in circuitu prohiberi, quod nubes non congregentur in ſuperiori loco, quia neceſſarium eſt, quod totus aer, qui eſt in circuitu terræ, fluat circulariter motus. Sed ab iſto fluxu excipit aerem, qui capitur inter periferiam, id eſt, circumferentiam definitam, id eſt, quæ continetur infra partes terræ, vt ſic tota terra inueniatur eſſe ſphærica cum aere incluſo inter partes terræ, & ſic ille aer, qui excedit omnem altitudinem montium in circuitu fluit, aer autem, qui continetur infra montium altitudinem, impeditur ad hoc fluxu ex partibus terræ immobilibus, & propter hoc, generatio

ventorum videtur eſſe nunc in locis terræ ſtagnantibus, id eſt, in aere, qui continetur infra partes terræ, ac ſi eſſent ſtagna aeris quieſcentis. Si enim aer, in quo generantur venti, moueretur circulariter, oporteret, quod omnes venti cum eo circulariter circumferrentur: nunc autem videmus ex diuerſis partibus ventos flare. Et quia in aere fluenti non generantur venti, ſed in quieſcenti, ſecundum hoc venti non excedunt montes altos. Dicitur enim ab antiquis, quod ſacrificiis factis in altiſſimis montibus poſt annum inueniebatur cinis adhuc ſaluus, in eodẽ loco manens. Et hoc, quod venti non generantur, ibi eſt ſignum, quod etiam nubes ibi non condenſantur in pluuias. Quare autem aer, qui excedit montes, fluat, oſtendit ſubdens, quod ideo fluit in circuitu, quia ſimul trahitur cum circulatione cœli. Ignis enim eſt continuus, id eſt, contiguus cum corpore cœleſti, aer autem cum igne. Quia ergo ſuperior aer fluit, per eius motum prohibetur congregari in aquam, quia motus rarefacit, & congregationem impedit. Sed ſi qua pars illius aeris aliquo modo condenſetur, aut aliquod ſpiſſum aliquo modo fiatur, per aliquam violentiam feretur deorſum, id eſt, in locum aeris propinqui terræ, & ſi quid calidum erat in ea, feretur ſurſum. Et alia pars illius aeris, quæ non grauatur, feretur ſurſum cum igne exhalato, & ſic dum eorum, quæ reſoluuntur à terris & aquis, aliquid manet in loco aeris, aliquid autem fertur ad locum ignis: continue vnus locus manet plenus aere, & alius plenus igne, non tamen ita, quod ſemper maneat idem aer & ignis numero incorruptus, ſed ſemper corrupta vna parte aeris vel ignis, vel per violentiam ad terram expulſa, generatur alia, aliaque ſurſum à terra & aqua eleuatur: & ita licet ſẽper maneat in loco aeris aer, & in loco ignis, ignis, tamen vnumquodque ipſorum fit aliud & aliud per continuam generationem & corruptionem, ſicut in fluuio decurrenti patet, in quo ſemper manet aqua, non tamen eadem numero, ſed vna defluente, & alia ſuccedente. Deinde recolligit ea, quæ dicta ſunt, ibi.

c ¶ Et dicit. Tanta ſunt dicta à nobis de eo, quod non fiunt nubes, neque inſpiſſatio vaporum in aquam in ſuperiori parte aeris, & de hoc quomodo oporteat accipere de loco, qui eſt inter ſuprema aſtra & terram, quo ſcilicet corpore plenus eſt.

d ¶ Soluit tertiam quæſtionem, & primo dicit, de quo eſt intentio

Fluere enim neceſſe eſt omnem, qui in circuitu aerem, quicunque vero intra periferiã capitur definitum, & vt terra ſphærica ſit tota, videtur enim & nunc ventorum generatio in ſtagnantibus terrę locis, & non excedere ventos altos mõtes, fluit quoque aer in circuitum, quia ſimul trahitur cum totius circulatione. Ignis quidem enim cum eo, quod ſurſum elemento, cum igne autem aer continuus eſt. Quare & propter motum prohibetur congregari in aquam. Sed ſemper quæcunque pars ipſius grauetur, extruſo in ſuperiorem locum calido deorſum fertur: alia autem in parte ſimul fertur ſurſum exhalato igni, & ſic continue hoc quidem perſeuerat aere plenum, hoc autem igne, & ſemper aliud & aliud fit vnumquodque ipſorum.

c De eo quidem igitur, quod eſt, non fieri nubes, neque in aquam congregationem, & quomodo oportet accipere de loco medio aſtrorum & terræ, & quo eſt corpore plenus, tanta dicta ſunt.

d De facta autem caliditate, quam exhibet ſol, magis quidem diligenter, & ſecundum ſeipſum in his, quæ de ſenſu conuenit dicere. Calidum enim paſſio quædam ſenſus eſt, propter quam autem cauſam fit, non talibus exiſtentibus illis ſecundum naturam, dicendum & nunc.

e Videmus itaque motum, quod poteſt diſgregare aerem & ignire, vt & lata liquefacta videãtur ſæpe.

f Eius quidem igitur, quod eſt fieri æſtum & calorem, ſufficiens eſt efficere & ſolis latio tantum: velocem enim oportet & non longe eſſe, quæ quidem igitur aſtrorum velox quidem, longe autem, quæ Lunę, deorſum quidem, tarde autem: quæ autem ſolis, ambo hæc habent ſufficienter.

*orbem enim fluat aer omnis, eſt neceſſe, quicunque intra ambitum non comprehenditur ſic æquatum, vt in vniuerſa terra globi ſpeciem habeat. Ventorum enim etiam ortus in paludoſis quoq; locis eſſe nunc videtur, altiſſimoſq; montes, ſpiritus non tranſſcendunt. In orbem autem fluit, quod vna cum vniuerſi conuerſione ſimul*

G *trahatur. Ignis namq; ſupero elemento, & igni aer continuatur. Quare & motu prohibetur, quominus in aquã concreſcat. Sed quæcunq; pars grauitatem habet, ea, calore in ſuperum locum expreſſo, ſemper deorſum fertur, aliud autem vna cum igne qui exhalatur, viciſſim ſurſum euehitur. Ita alius locus ignis plenus, alius aeris perpetuo perſeuerat. & aliud ſemper, atque aliud ſit, vterque ipſorum.*

H

*Itaq; cur nubes non gignantur, nec in aquam fiat concretio, & quemadmodũ de loco inter ſydera, & terram interiecto, ſentire debeamus, atq; etiam cuius corporis plenus ſit, hæc ſint dicta.*

*Quoniam autem calor quædam ſenſus affectio eſt, de eo, qui à ſole gignitur calore per ſe, ac exquiſite diſſerere, in libro de ſenſu magis congruit.*

I *Sed quam ob cauſam gignatur, cum talem naturam illa non habeant, nunc quoque dicendum eſt.*

*Motionem igitur ſecernendi incendendiq; aeris facultate præditam videmus, vt ea etiam, quæ feruntur, liquari ſæpe conſpiciamus.*

*Itaq; ſolis vna motio tempori, caloriq; afferendo eſt ſatis. Incitatam enim eſſe oportet, & procul non diſtare. At quæ ſyderum eſt, velox quidem*

K *eſt, ſed procul abeſt: quæ vero Lunæ, inferior eſt, ſed tarda: Solis autem motio ſatis vtrumque habet.*

F dicens, quod de caliditate, quam ſol facit in iſtis inferioribus, magis conueniret dicere, ſecundum ſe & diligenter, id eſt, perfecte in his, quæ dicenda ſunt in libris de ſenſu: quia calidum eſt quædam ſenſuum paſſio, eſt enim obiectum ſenſus tactus. Senſus autem & ſenſibile habent eandem ſcientiam, cum ad inuicem dicantur quodammodo. Sed quia materia præſens hoc requirit, dicẽdum eſt nunc propter quam cauſam, cũ corpora cœleſtia non ſint calida in ſui natura, fit ab eis caliditas in iſtis inferioribus. Secundo ibi.

e ¶ Soluit quæſtionem, & diuiditur in duas partes. primo ponit quęſtionis ſolutionem, ſecundo probat verum eſſe, quod in quæſtione ſupponebatur, ibi. Signum autem ſufficiens. Prima diuiditur in duas cauſas, quas aſſignat, ſecunda incipit, ibi. Et quia ambiens. Circa primum tria facit: primo aſſignat cauſam, propter quam à corporibus cœleſtibus non calidis exiſtẽtibus, calor in iſtis inferioribus generatur, & dicit, quod ſenſibiliter videmus, quod motus, quia poteſt diſgregare aerem, & rarefacere, poteſt etiam ignire: nam raritas, & igneitas ſe conſequuntur, vt frigiditas & ſpiſſitudo, & propter hoc ea, quæ feruntur, ſicut ſagittæ, ſi habeant plumbum & ceram, ſæpe videntur liqueſieri, quaſi motu ea calefaciente. Vnde nihil inconueniens eſt, ſi cœlum ſuo motu calefacit iſta inferiora. Secundo ibi.

f ¶ Aſſignat cauſam, quare in iſtis inferioribus cauſatur calor magis ex motu ſolis, quam ex motu alicuius alterius corporis ſuperioris, & dicit, quod ſol ſolus ſufficiens eſt facere æſtuantem calorem in iſtis inferioribus. Nam calor, qui fit ex aliis corporibus cœleſtibus, eſt quaſi inſenſibilis reſpectu caloris, qui fit a ſole, huius autem ratio eſt, quia motus, qui cauſat vehementem calorem, oportet, quod ſit velox, & quod propinquus nobis. Vnde motus aſtrorum fixorum, & quinq; errantium, quæ ſunt ſupra ſolem ſecundum opinionem Ariſtotelis, ſc. Saturni, Iouis, Martis, Veneris & Mercurii, eſt quidem velox, remotus tamen a nobis longe. Motus autem Lunæ, licet ſit propinquus, eſt tamen tardus. Motus a. ſolis habet vtrumq; ſufficienter ad cauſandum calorem in iſtis inferioribus, ſc. & velocitatem, & propinquitatẽ. Quod autem hic dicitur de velocitate motus ſolis, referendum eſt ad motum, quo mouetur ſecundũ motũ diurnum, nõ ad proprios motus ſtellarum. Manifeſtum eſt.n. quod motum

diurnum

diurnum omnia aſtra eodem temporis ſpatio peragunt: quanto autem aliquod cœleſtium corporum eſt propinquius centro, tanto minorem circumferentiam circuit, vnde tardius mouetur, ſecundum autem proprios motus Luna velociſſime mouetur. Tertio ibi.

g ¶ Aſſignat cauſam quare magis generatur calor ex motu ipſius ſolaris corporis, quam ex motu ſpheræ eius, & dicit quod rationabile eſt quod motus fiat magis cum ipſo ſolari corpore, & huius ſimile poſſumus ſumere ex his, quę ſunt apud nos, quia etiam hic aer vicinus rebus ſpiſſis, quæ feruntur per violentiam, maxime fit calidus. Et hoc accidit etiam rationabiliter, quia maxime motus corporis ſolidi diſgregat aerem. Vnde cum ipſum corpus ſolare ſit magis ſolidum, quam cæteræ partes ſpheræ ipſius, cum non ſit diaphanum, magis ex motu eius generatur calor, quam ex motu ſpheræ eius. Sic igitur propter cauſam iſtam, caliditas a ſole pertingit ad locum iſtum, quamuis ſol non ſit calidus. Nec huic cauſæ impedimentum præſtat, quod luna eſt inter ſolem & nos, quæ calefieri non poteſt, quia licet non calefiat a ſole, aliquo tamen modo immutatur ab eo; videmus enim quod illuminatur ab eo, non ſemper autem eadem ſpecie immutationis mutatur medium extremum, ſicut radius ſolis non inflammat vas vitreum plenum aqua, ſed ſtuppam oppoſitam. Apparet etiam ratio quare vbi eſt vmbra, non eſt tantus calor, quantus eſt in loco vbi radii ſolares proiiciũtur, quia ſcilicet vmbra cauſatur ex aliquo corpore oppoſito ſoli, quod interrumpit continuationem transmutationis, quæ eſt à ſole, ſed actio ſolis pertingit ad locum vmbræ per quandam reflexionem. Nec tamen putandum eſt, quod motus ſolis in quantum motus tãtum cauſet calorem, ſed in quantum eſt motus talis corporis in ſua natura habentis virtutem calefaciendi. Omnes enim formæ corporum inferiorum, reducuntur in corpora cœleſtia, ſicut in quædam principia, & inde eſt quod diuerſa corpora cœleſtia, diuerſos effectus in rebus corporalibus habent non ſolum ſecundum calidum, ſed etiam ſecundum alias paſſiones, & formas. Deinde cum dicit.

g Fieri autem magis ſimul cum ſole ipſo caliditatem rationabile ſumentes ſimile ex his, quæ apud nos ſunt. Etenim hic violentia latis vicinus aer, maxime fit calidus, & hoc rationabiliter accidit. Maxime enim motus ſolidi, diſgregat ipſum: propter hanc igitur cauſam pertingit ad hunc locum caliditas.

h Et quia ambiens ignis per aerem ſpargitur motu frequenter & fertur violentia deorſum.

i Signum autem ſufficiens, quod qui ſurſum locus non ſit calidus neque ignitus eſt diſcurſus aſtrorum. Ibi quidem enim non fiunt. Deorſum autem: quamuis quæ magis mouentur & citius: igniantur citius. Adhuc autem ſol, qui maxime videtur eſſe calidus, videtur albus, ſed non igneus exiſtens.

## LECTIO VI.

HIs autem determinatis, dicamus propter quam cauſam flammæ accenſæ apparent circa cœlum, & diſcurrentia ſydera: & vocari à quibuſdam: dali, & eges: hæc enim omnia ſunt idem, & propter eandem cauſam: differunt autem per magis & minus.

b Principium autem, & horum, & multorum aliorum hoc eſt. Et enim calefacta terra à ſole: exhalationem neceſſarium fieri: non ſimplicem vt quidam putant: ſed duplicem: hanc quidem magis vaporoſam: hanc autem magis ſpumoſam. hanc quidem eius quod in terra & ſupra terram humidi vaporem: hanc autem ipſius terræ

h ¶ Ponit propriam cauſam caliditatis generatæ ex motu ſolis, quæ tamen non eſt vniuerſalis, ſed particularis, vnde dicit quod frequenter ignis, qui ambit inferiores partes mundi ex motu corporis cœleſtis, fertur quadam violentia deorſum, & ſpargitur per aerem, quia ſicut ſupra dictum eſt: ſuperior pars aeris & ignis, quendam fluxum habet ex motu cœli, Deinde cum dicit.

A

i ¶ Manifeſtat quod quæſtio ſupponebat, ſcilicet quod corpora cœleſtia non ſunt calida, aut ignita, & hoc per duo ſigna. Primum eſt, quia ibi non apparent diſcurſus aſtrorum, quæ videntur cadentia, quæ ex ignitione generantur in inferiori loco, quod non eſſet, ſi corpora cœleſtia eſſent calida aut ignita, quia vbi eſt motus maior & velocior, ibi citius aliquid ignitur. Secundum ſignum eſt, quod ſol qui maxime videtur eſſe calidus, ex effectu videtur coloris albi & non ignei.

*Porro calorem vna cum Sole excitari, rationi conſonum eſſe intelligimus, ex his, quæ apud nos fiunt, ſumpta ſimilitudine. Nam etiam hic, ſi quædam vi ferantur, proximus aer plurimum incaleſcit, idq; recta euenit ratione, quandoquidem rei ſolidæ motus, aerem maxime ſecernit. Partim itaq; hanc ob cauſam ad hunc locum*

B

*calor perducitur.*

*Partim quod ignis aerem ambiens motione ſæpius diuellatur, & vi deorſum feratur.*

*Superum autem locum calidum non eſſe, neq; ignitum, etiam ſtellarum tranſcurſus ſatis declarant. Hi enim eo in loco non fiunt, ſed in infero, cum tamen ea, quæ incitatus mouentur, tum celerius, tum plenius igneſcant. His accedit, quod Sol, qui maxime calidus videtur, candidus, non igneus*

C

*apparet.*

Tractatus ſecundi: libri primi: in quo determinatur de ſtellis diſcurrentibus & aliis ſimilibus illis. C.1.

*HIs conſtitutis dicamus, quæ cauſa ſit, cur flammæ ſuccenſæ, & tranſcurrẽtes ſtellæ, & quæ à nõnullis* δαλοὶ καὶ αἶγες, *id eſt, faces, & capræ nominantur, in cœlo appareant. Hæc enim omnia idem ſunt, & per eandem cauſam, ſed intenſione & remiſſione differunt.*

D

*Horum autem, atq; aliorum multorum principium hoc eſt. Cum enim terra vi ſolis incaleſcit, exhalationem fieri neceſſe eſt, non illam quidem vnam & ſimplicem (vt aliqui exiſtimant) ſed duplicem, vnam, quæ vapor magis ſit, alterã, quæ magis ſpiritus. Ac vaporem quidem eam eſſe, quæ ex eo humore eſt, qui intra & ſupra terram continetur: quæ autem*

### LECTIO VI.

POſitis his quæ ad manifeſtationem ſequentium philoſophus induxerat, incipit primo determinare de his, quæ in alto ex materia ſicca generantur: ſecundo de his quæ ex materia humida in alto generantur. ibi. [De loco autem poſitione.] Prima diuiditur in tres. primo determinat de ſtellis cadentibus, & his quæ ſimilem habent cauſam. Secundo, determinat de cometis. ibi. [De cometis autem.] Tertio, de lacteo circulo qui dicitur galaxia. ibi. [Qualiter autem & propter quam cauſam.] Circa primum duo facit: primo enim determinat de ſtellis cadentibus, & aliis huiuſmodi. ſecundo determinat de quibuſdam aliis apparitionibus, quæ in aere videntur. ibi. Apparent autem alii nocte. Circa primum duo facit: primo dicit de quo eſt intentio, & dicit quod poſt determinationem prædictorum, dicendum eſt propter quam cauſam apparent in cœlo flammæ accenſæ, & ſydera diſcurrentia, & vocari à quibuſdam dali, id eſt, titiones & eges, id eſt, capræ. Ideo autem dicendum eſt ſimul de omnibus iſtis, quia omnia huiuſmodi ſunt idem ſecundum ſpeciem, & ſecundum eandem cauſam fiunt, ſed differunt per magis & minus, vt infra patebit. Secundo ibi.

E

b ¶ Determinat propoſitum, & circa hoc duo facit, primo præmittit cauſas generationis prædictorum, & dicit, quod principium prędictarum paſſionum & multarum aliarum, tam actiuum quam materiale, eſt quod dicetur. Cum enim terra calefacta fuerit per motum ſolis, oportet aliquam exhalationem reſolui à terra, quæ non eſt vnius modi, vt quidam putant, ſed eſt duplex: quædam enim eſt magis vaporoſa & humida, quædam vero eſt magis ſpumoſa & ſicca, nam ab humido aqueo, quod eſt ſuper terram, reſoluitur & eleuatur vaporoſa exhalatio & humida: ab ipſa autem terra quæ eſt ſiccæ naturæ, eleuatur exhalatio fumoſa ſiue ſpumoſa. harum autem exhalationum, ſpumoſa quidem ſupereminet propter calidum quod in ea dicatur & magis ipſam ſubtiliat. Siccum enim & calidum leue eſt, & talis eſt ignis natura. Vaporoſa autem exhalatio quæ eſt magis humida,

ſubeſt

ſubeſt ſpumoſæ propter pondus, non enim ita rareſit. calidum enim & humidum pertinent ad naturam aeris, qui ſubeſt igni calido & ſicco exiſtenti, & huic atteſtatur ordo elementorum, qui ſunt ſupra terram. Nam ſub circulari motu cœli primo eſt locatum id quod eſt calidum & ſiccum, quod communiter dicitur ignis, licet non ſit nomen proprium, vt ſupra dictum eſt.

Quia enim id quod eſt commune omni fumoſæ exhalationi, eſt innominatum, & quod tale eſt maxime natum eſt exuri, propter hoc ſic neceſſarium fuit vti nominibus, vt talis fumoſa exhalatio ignis diceretur, ſub fumoſa autem exhalatione eſt aer. Sic ergo poſita eſt cauſa & effectiua prædictarum paſſionum, quæ eſt latio ſolis, & cauſa materialis quæ eſt fumoſa exhalatio. Secundo ibi.

c ¶ Determinat de generatione prædictarum paſſionum & circa hoc duo facit. primo aſſignat rationem generationis harum paſſionum, ſecundo aſſignat rationem quorundam accidentium circa ipſas, ibi Propter poſitionem. Circa primum, tria facit. primo aſſignat cauſam prædictarum paſſionum in communi, ſecundo aſſignat differentias eorum ad inuicem, ibi. Quæcunque igitur maxime. Tertio mouet dubitationem circa determinata, ibi. Dubitabit vtrinq; aliquis. Dicit ergo primo, quod prædicta oportet intelligere hic, quod nunc diximus, ignem, ſcilicet fumoſam exhalationem eſſe, vt quoddam hypercauma, hoc eſt, quædam materia incendi, & quod ordinatur in rotunditate quæ eſt circa terram vltimo, incipiendo, ſcilicet à terra, quodque propter propinquitatem ad motum cœleſtem ſæpe exuratur, ſortiens augmentum caloris modico motu, id eſt, cum parum mouetur ex motu ſuperioris corporis, ſicut accidit de fumo, dum inceditur & fit flamma. Nihil enim eſt aliud flamma quam ardor ſpiritus, id eſt, fumi ſicci. Ipſa ergo flammatio prædicti hypercaumatis communiter loquẽdo

Tex. conſ. 47. par. 7.

exiſtentis, ſiccæ ſpumoſam. Et harum ſpumoſam quidem ſupereminere propter calidum, humidiorem autem ſubeſſe propter pondus. Et propterea hoc modo ordinatum eſt quod in circuitu. Primo quidem enim ſub circulari latione eſt quod calidum & ſiccum, quod dicimus ignem, innominatum enim, quod commune in omni fumoſa diſgregatione. Attamen quia maxime natum eſt tale exuri corporum, ſic neceſſarium vti nominibus, ſub hac autem natura eſt aer.

c Oportet autem intelligere velut hypercauma, hoc quod nunc diximus ignem ordinatum circa vltimum ſphæræ quæ circa terram, vt modico motu ſortiens exuratur ſępe ſicut fumus. Eſt enim flamma, ſpiritus ſicci ardor.

d Quacunque igitur ſe habet maxime optime talis conſiſtentia, quando à circulatione mota fuerit, aliqualiter exuritur. Differt autem ſecundum hypercaumatis poſitionem, aut multitudinem. Siquidem enim latitudinem habeant & longitudinem hypercaumata multoties videntur accenſa, ſicut flamma velut in area ardentis ſtipulæ. Si autem ſecundum longitudinem ſolum vocati dali, & eges: & ſydera, aut ſiquidem plus hypercauma fuerit. Si autem ſecundum longitudinem & latitudinem, quando quidem quaſi ex ſcintilla ſimul combuſtum, hoc autem fit propter igniri ſecundum modicam quidem, ad principium autem eges vocatur, quando autem ſine hac paſſione, dalus, quando vero longitudines exhalationis per modica & multipliciter diſperſæ fuerint, & ſimiliter ſecundum latitudinem & profunditatem ſydera putata volare fiunt. Aliquando quidem igitur à motu exhalatio exuſta generat ipſa, aliquando autem ſub frigore conſiſtente aere extruditur & ſegregatur calidum, propter quod & latio ipſorum aſſimilatur magis proiectioni, ſed non exuſtioni.

*terræ exiccatæ eſt, fumidam, quarum ea, quæ ſpiritus naturam habet, ob calorem emineat, quæ autem humidior, præpondere ſubſiſtat. Ob eamq; cauſam id quod ambit, hoc ornatu & ordine diſpoſitum eſt. Primum quidem, ſub conuerſione calidum illud ac ſiccum eſt, quod πῦρ, id eſt, ignem, nominamus. Nam quod fumidæ omni* G *ſecretioni commune eſt, nomine vacat. Sed quoniam, quod eiuſmodi eſt, maxime omnium corporum ſuccendi natura poteſt, nominibus hoc modo vtamur neceſſe eſt. Infra hanc naturam, aer eſt.*

*Ac illud quidem animo concipiendum eſt, hoc, quod πῦρ, id eſt, ignem veluti ὑπέκκαυμα, hoc eſt, ſuccenſionis fomitem, nominauimus, circum extremum globi, qui terram ambit, extenſum eſſe, vt ſimul ac leuiter fuerit* H *commotum, ardorem quaſi fumus ſæpe conſiciat. Eſt enim flamma, ſpiritus ſicci feruor.*

*Qua igitur ex parte conſtitutio eiuſmodi idonea maxime fuerit, cum à conuerſione aliquo modo agitatur, incenditur. Sed pro materiæ, quæ incenſioni apta eſt, copia & ſitu, differentia exiſtit. Nam ſi in latum & longum ea materia expanſa ſit, ardens ſæpe flamma conſpicitur, qualis eſt ſtipulæ quæ in agris incenditur. Si autem in longitudinem ſolum diſtendatur ea, quæ & faces, & capræ, & ſtellæ nomi-* I *natur. Si vero in longum magis, quàm in latum ſuccenſioni materia diſtenta ſit, cum ſimul incenſa veluti ſcintillas mittit, id quod ſit, quoniam per partes quidem exiguas, ſed cohærentes principio incendatur, capra nuncupatur, quum autem præter hanc affectionẽ, fax. At ſi exhalationis longitudines per partes exiguas & frequentes, æqualiſq; latitudinis ac magnitudinis ſparſæ fuerint, ſtellæ fiunt, quæ videntur proſilire. Ac interdum quidem exhalatione, motu ſuccenſa, oriuntur:* K *interdum aere, qui frigore cogitur, quod calidum eſt, extrudente atque excernente. Quo fit, vt iaculationis potius earum motio ſpeciem habeat, quam accenſionis.*

F eſt generatio prædictarum paſſionum, ex appropinquatione materiæ præparatæ cauſæ efficienti. Deinde cum dicit.

d ¶ Aſſignat differentiam prædictarum paſſionum, oſtendens quomodo ſit accipienda differentia earum, & dicit quod ex qua parte ſe habet prædicta materia quomodocunque ſe habet conſiſtentia, id eſt, prædicta materia incendii optime diſpoſita ad hoc, quod igniatur, tali modo exuritur, quando fuerit mota per calefactionem à circulari motu cœli. & differt paſſio exignita ſecundum poſitionem prædictæ materiæ, & multitudinem. Si enim prædicta materia habeat magnam longitudinem, & latitudinem, videtur eſſe quædam flamma accenſa in cœlo, ſicut cum ſtipula ardet in area. Si vero non habeant multum in latitudine, ſed ſolum in longitudine, generantur, & apparent illic dali, id eſt, titiones, & eges id eſt, capræ, & ſydera diſcurrentia. quod ſi prædicta materia fuerit plus ſecundum longitudinem quam latitudinem, & quando ſimul dum comburitur ignis ſcintillat. id eſt, videtur ſalire, & diſcurrere quaſi eges, id eſt, ſicut capræ, quod quidem fit propter hoc quod incipit igniri non tota materia ſimul, ſed ſecundum aliquas paruas partes incipiens ex aliquo principio illius materiæ, quando inquam hoc fit, tunc vocátur eges, id eſt, caprę: ſed quando fit incenſio prædictæ materiæ ſine prædicta paſſione, id eſt, ſine ſcintillatione, eo quod materia tota accenditur ſimul, tunc vocatur dalus, id eſt, titio. Sed quando exhalatio non fuerit continua, ſed frequens & diſperſa per modicas partes, & multis modis, tam ſecundum longitudinem, quam ſecundum latitudinem quam etiam ſecundum profunditatem, tunc fiunt ſydera quę putátur volare, eo quod illa materia cito conſumitur & deſinit eſſe ibi vbi prius accenſa fuerat, ſicut accidit de ſtuppa ſi modicum de ea per longitudinem diſponatur, & accendatur: currit enim cõbuſtio, & videtur ſimilis eſſe motui alicuius corporis ignei. Sic igitur patet, quod populum habet de materia flamma accẽſa mediocriter, ꝓpter

pter quod vocantur titiones, & capræ, minimum autem ſtellæ diſcurrentes, & propter hoc frequenter apparent. Sed quia ſydera volantia habent aliam cauſam ſuæ generationis, ideo ſubiungit, quod exhalatio exuſta à ſole generat ea, aliquando autem inſpiſſato aere propter frigus illud quod eſt ibi calidum inſpiſſatum extruditur inferius, & ſeparatur ab eo frigido: & propter hoc illud inſpiſſatum ignitur, & videtur ſtella cadens: propter quod, & motus ſyderum cadentium non aſſimilatur exhalationi, ſed proiectioni potius.

### LECTIO VII.

QVia aſſignauit duas cauſas generationis ſyderum diſcurrentium, hic mouet quandam dubitationem circa ea, & circa hoc duo facit. primo mouet dubitationem, quæ eſt: vtrum diſcurſus ſyderum currentium fiat hoc modo, ſicut cum fumoſa exhalatio inferioris candelæ, incenditur à flamma ſuperioris candelæ, vel lucernæ. Tunc enim videtur ignis deſcendere cum mirabili velocitate, & videtur proiectio vnius, & eiuſdem ignis, & non videtur, quod ignis fiat in alio, & alio corpore. Aut ſecundum veritatem diſcurſus ſyderum cadentium ſunt proiectionis alicuius eiuſdem corporis cadentis. Secundo ibi.

b ¶ Soluit propoſitam dubitationem, & circa hoc duo facit. Primo dicit, quod propter vtramq; cauſam videtur eſſe diſcurſus ſyderum cadentium: quandoque enim ſic fit talis diſcurſus per continuam ignitionem materiæ, ſicut dictum eſt de fumo lucernarum, quandoque autem aliqua ignita proiiciuntur propter hoc, quod expelluntur à ſuperiori frigore, ſicut cum aliqua cadunt expulſa ex digitis, vt nux ceraſi. Vnde & in terram, & in mare, videntur cadentia, & hoc tam in die quam in nocte ſerenitate exiſtente. Dicit autem de die, & non ſolum per noctem, quia huiuſmodi ignis cadens, niſi propinquaret terræ, non appareret de die. Dicit autem [ſerenitate exiſtente] quia tempore nebuloſo talis ignis ab hum

### LECTIO VII.

DVbitauit vtique quis: vtrum velut quæ ſub lucerna poſita exhalatio à ſuperiori flamma accendat inferiorem lucernam. Mirabilis enim, & huiuſmodi velocitas eſt & ſimilis proiectioni, ſed non in alio, & alio facto igne, aut B proiectiones eiuſdem alicuius corporis ſunt diſcurſus.

b Videtur itaque propter ambo. Etenim ſicut à lucerna fit, & quædam propter expelli proiiciuntur, velut quæ ex digitis elabentia, vt in terram, & in mare, videantur cadentia, & nocte, & per diem videntur ſerenitate exiſtente. Deorſum autem iaciuntur, quia coagulatio ad deorſum inclinat propellens, propter quod, & fulmina deorſum cadunt. Omnium enim horum generatio non exuſtio, ſed ſegregatio ab expulſione eſt, quoniam ſecundum naturam calidum ſurſum natum eſt ferri omnino.

c Quæcunque quidem igitur magis in ſupremo loco conſiſtunt, ex exuſta fiunt exhalatione. Quæcunque autem demiſſius, ſegregata propter concerni, & infrigidari humidiorem exhalationem: hæc enim congregata & deorſum tendens propellit inſpiſſata, & deorſum facit calidi proiectionem.

d Propter propoſitioné autem exhalationis qualitercunque contingat, poſita latitudine & profunditate ſic fertur, aut ſurſum, aut deorſum, aut ad latus, plurima autem ad latus propter duabus ferri lationibus, violentia quidem deorſum, natura autem ſurſum. Omnia enim ſecundum diametrum feruntur talia; propter quod & diſcurrentium ſyderum plurima obliqua fit latio. Omnium itaque horum cauſa, vt quædam materia, exhalatio, vt autem mouens aliquando quidem quæ ſurſum latio, aliquando autem aeris concreti coagulatio.

### *LECTIO VII.*

*DVbitauerit enim aliquis, num quemadmodum halitus lucernæ ſubditus, ex ſuperiore flamma lychnũ inferiorem accendit (admirabilis enim & iaculationi ſimilis huius quoque eſt velocitas, ſed tamen iacu-* B *latio non ſic agitur, vt alius, atque alius ignis efficiatur) an eiuſdem corporis ſint diſcurſus.*

*Vtroque autem modo exiſtere videntur. Nam & ita, vt flammæ à lychno accenduntur, & aliquæ eliſione quadam perinde ac è digitis nuclei, iaciuntur, vt & in mare, & in terram tam noctu, quam die, ac cœlo ſereno cadere viſantur. Deorſum au-* C *tem iaciuntur, quod denſitas, quæ propellit in inferum locum iaciat, qua etiam de cauſa in inferum locum fulmina decidunt. Horum enim omnium ortus, accenſio non eſt, ſed excretio, quæ fit eliſione, quandoquidem, & calidum quandocunque natura ſurſum effertur.*

*Quæ ergo in ſupero magis loco, generantur, ea exhalationis fiunt incenſione: quæ vero in inferiore eiuſdem* D *ſecretione, quod exhalatio, quæ humidior eſt, cogatur, atque refrigeretur. Ea enim cum cogitur ac deorſum inclinat, denſata, quod calidum eſt, depellit, & in locum inferum iaculatur.*

*Ob ſitum autem exhalationis, in ſuperum aut inferum locum, aut ad latus id fertur, prout videlicet illa in latum, & altum diſtenditur. Plurimum tamen in latus, quoniam dua-* E *bus motionibus cieatur, vi quidem in inferum, natura in ſuperum locum. Huius enim generis omnia per diametrum feruntur. Quæ etiam cauſa eſt, vt tranſcurrentium ſtellarum latio, tranſuerſa plurimum fiat. Horum itaq; omnium in materiæ genere cauſa exhalatio eſt, vt autem mouens, interdum quidem ſupera motio, interdum vero aeris concreti coagulatio.*

A ditate nubium, & aeris extingueretur. Sed licet iſta quæ cadunt expulſa ſint ignita, & ita vt videtur deberent eſſe leuia, & aſcendere, tamen deorſum iaciuntur, quia coagulatio frigoris impellens, ea inclinat deorſum, & propter hanc cauſam fulmina cadunt deorſum, licet ſint ignita, quia generatio omnium horum ſic cadentium, non eſt per exuſtionem ab aliquo calido igniente, ſed per ſeparationem ab aliquo frigido expellente, quia omne calidum, ſecundum naturam habet ferri ſurſum. Secundo ibi.

c ¶ Aſſignat differentiam inter diſcurſus ſyderum ex duabus cauſis prouenientes, & dicit, quod quæcunque ſyderum diſcurrentium magis generantur in ſupremo loco, fiunt per aduſtionem exhalationis. Quęcunque dimiſſius generantur, fiunt propter hoc, quod humidior exhalatio concernitur, & inſpiſſatur, & infrigidatur, hæc enim humida exhalatio congregata deorſum tendens impellit, & quaſi proiicit calidum deorſum cum aliqua materia inſpiſſata. Deinde cum dicit.

d ¶ Aſſignat rationem quorundam accidentium circa prædicta, & circa hoc duo facit, primo aſſignat rationem de modo motus, huiuſmodi aſtrorum cadentium, ſecundum diſpoſitionem ipſorum. Secundo determinat locum generationis eorum ibi. [omnia autem hæc ſub luna.] Dicit ergo primo, quod ſi ſecundum diuerſam propoſitionem exhalationis in latitudine, & profunditate ſecundum hoc diuerſimode fertur ſtella cadens, aut ſurſum, aut deorſum, aut ad latus expulſionis à frigore, quod ſi materia frigida inſpiſſata expellens fuerit adunata, & ſurſum, ſtella cadens per expulſionem fertur deorſum: ſi autem fuerit adunata inferius, fertur ſurſum: cum autem ex neutra parte adunatur, tunc fertur ad latus quaſi oblique, & in diametrum, & hoc pluries euenit, quia calidum expulſum, fertur duabus lationibus: naturaliter enim in quantum eſt calidum fertur ſurſum, ſed per violentiam expulſionis fertur deorſum. omnia autem talia, quorum motus ſic com-

compoſiti ſunt, feruntur ſecundum diametrum, id eſt, oblique, quia talis motus eſt quaſi medius inter aſcenſum & deſcenſum: & ideo motus diſcurrentium ſyderum vt plurimum fit obliquus. His autem dictis epilogat quæ dicta ſunt, & dicit, quod omnium prædictorum cauſa materialis eſt exhalatio. cauſa autem mouens eſt duplex. quandoque quidem motus ſuperioris corporis, quandoque autem condenſatio aeris inſpiſſati ex frigore, & ex hoc expellentis calidum. Deinde cum dicit.

e ¶ Determinat locum generationis prædictorum, & dicit, quod omnia prædicta generantur ſub luna. Cuius ſignum eſt, quod apparent nobis valde velociter moueri, ſicut illa, quæ proiiciuntur à nobis, vtpote ſagittæ, & alia huiuſmodi. quæ propter propinquitatem velocius moueri videntur quam aſtra, ſcilicet ſol & luna, quamuis manifeſtum ſit ſecundum rei veritatem, quod ſuperiora corpora multo velocius mouentur, quam aliquid, quod ſit hic.

LECTIO VIII.

POſtquam Philoſophus aſſignauit cauſam accenſionum quæ videntur moueri in aere, hic cauſam aſſignat quorundam aliorum nocte apparentium, & circa duo facit. primo proponit illa, quorum cauſas aſſignare intendit, & dicit, quod aliquando apparent in nocte cum fuerit ſerenitas phantaſma, id eſt, apparitiones in cœlo, ſicut ignis, id eſt, quædam aperturæ, ac ſi cœlum eſſet apertum: & Bothin, id eſt, Voragines, quaſi profundæ aperturæ, & etiam ſanguinei colores. Secundo ibi.

b ¶ Aſſignat cauſas horum: & circa hoc duo facit, primo aſſignat cauſam quare apparent prædicta. ſecundo quare multa alia fiunt, quæ non apparent, ibi. Omnino autem in quo albus. Circa primum duo facit. primo aſſignat cauſam colorum. ſecundo aſſignat cauſam hiatus, & voraginis. ibi, Hiatus autem. Dicit ergo primo, quod eadem cauſa eſt in his operationibus, quæ eſt etiam ignitionum. de quibus ſupra dictum eſt. Cum enim manifeſtum ſit, quod aer ſuperior, quem ſupra dixit hypercauma, ſic diſponitur, quod in eo fiat ignitio, quæ quidem aliquando talis eſt, vt videatur ardere flamma. quandoque autem taliter fit ignitio, vt videantur ferri titiones & ſydera, nullum eſt inconueniens: cum incenſiones fiant in aere multiformes, quod ille aer ſuperior coloratus appareat omni genere cœlorum. Duobus enim modis conuenit, quod aer aliquatenus inſpiſſatus omnes modos colorum repræſentet. vno

e Omnia autem hæc ſub luna fiunt. Signum autem apparens, ipſorum velocitas. ſimilis apparens his, quæ à nobis proiiciuntur, quę, quia prope nos ſunt multum videntur velocitate prętergredi aſtra, & ſolem, & lunam.

LECTIO VIII.

APparent autem aliquando nocte, ſerenitate exiſtente, conſiſtentia multa phantaſmata in cœlo, puta hiatus, & bothin, & ſanguinei colores.

b Cauſa autem & in his eadem. Cum enim manifeſtum eſt conſtans qui ſurſum aer & ignitio fiat, & ignitio, aliquando quidem, talis fit vt flamma videatur ardere, aliquando autem velut dali ferantur, & ſidera: nullum inconueniens ſi coloratur idem iſte aer conſtans multimodis coloribus. Perſpiſſius enim tranſparens minus lumen, & refractionem ſuſcipiens aer, omnimodos colores faciet, maxime autem puniceum, aut purpureum: quia hi maxime ex igneo, & albo apparent permiſtis nigro ſecundum ſuper apponens velut orīētia aſtra, & occumbentia ſi fuerit Cauma & per fumum punicea apparent, refractionem autem facient cum ſpeculum, fuerit tale, vt non figuram ſed colorem ſuſcipiat. Quare autem non multo tempore maneant hæc conſiſtentia, cauſa, velox exiſtentes.

c Hiatus autem, diſrupto lumine, ex obſcuro, & nigro facit putari aliquam profunditatem. Multoties autem ex talibus, & dali excidunt, cum congregetur magis, concretum autem amplius vorago videtur.

F modo quando aliquod minus lumen, quod non ſufficit totaliter illuminare, tranſparet per aliquem fumum, aut vaporem ſpiſſiorem. alio modo, quando fit repercuſſio luminis ad aliquem aerem, aliquatenus inſpiſſatum. ſed maxime ex iſtis duabus cauſis apparent in aere color puniceus, & purpureus, & rubeus & ſubrubeus. quia maxime hi colores, apparent ex aliquo igneo, & albo, mixtis nigro. quæ quidem mixtio poteſt fieri ſecundum duas ſupradictas cauſas, ſcilicet ſecundum ſuperappoſitiones. quod ſupra dixerat tranſparentiam minoris luminis per aliquod ſpiſſius. ſicut ſol, & luna, & alia aſtra apparent punicea, in ortu, & occaſu & quaſi ſubrubea, quando eorum lumen non eſt perfectum, ſed hoc dico, ſi fuerit calor, quia quando eſt frigus, vapores ſunt condenſati, & magis obſcurant lumen aſtrorum orientium, vel occidentium, vt apparere non poſſit. quando autem eſt calor, exhalationes ſunt rariores; & ſic per eas lumen aſtrorum tranſparere poteſt, & ſimiliter ſi aſtra videantur mediante fumo, videntur talis coloris. Et ſecundum etiam aliam prædictam cauſam, fit prædicta miſtio, ſcilicet per refractionem, cum illud ad quod fit refractio luminis, quod hic ſpeculum dicit, ſit, ſicut nubes aquoſa, ſiue aliquid huiuſmodi fuerit tale, vt non repræſentet figuram, ſed colorem, hæc autem exponet cum de iride agetur. Aſſignat autem cauſam conſequenter, quare huiuſmodi colores cito diſparent, & non multo tempore manent, quia ſcilicet cauſa apparitionis ipſorum eſt velox, i. cito pertranſiens: aer enim non multo tempore manet ſimilis, ſed de facili ingroſſatur, vel ſubtiliatur. Deinde cum dicit.

c ¶ Aſſignat cauſam hiatus, & voraginis. & dicit, quod cum lumen, quod apparet in aere diſcontinuatur ex aliquo obſcuro, & nigro quod ſcilicet eſt propter aliquem vaporem magis ſpiſſum apparet, quod ſit aliqua profunditas, & apertura in cœlo, & huius ſignum eſt, quod cum ille vapor interrumpat lumen, magis inſpiſſatur. & ex talibus hiatibus exeunt, vel excidunt titiones ignei. quaſi calido expulſo a frigore vaporem inſpiſſante ſed quando ille vapor obſcurus, diſcontinuans lumen, concretum & inſpiſſatum fuerit magis, facit videri maiorem profunditatem, quia album ſeparatur a nigro, cum autem fuerit è conuerſo, tunc videtur ſolum hiatus, & apertura. Patet ergo, quod vtraque apparitio, & cœlorum, & hiatuum, habent ſimilem cauſam, ſcilicet admiſtionē adinuicem albi, & nigri. Sed color purpureus, aut puniceus, fit ex albo tranſparente per nigrum. hiatus autem,

*Omnia autem hæc infra Lunam gignuntur. Cuius rei ſignum eſt eorum velocitas, rerum, quæ à nobis iaciuntur, velocitati ſimilis: quæ, quoniam nobis propinquæ ſunt, Solem, Lunam, & ſydera videntur celeritate multum ſuperare.*

Tractatus ſecundi, libri primi, quod eſt
G de habitu & voragine, & coloribus
in cœlo apparentibus. Cap. ij.

*INterdum vero ſerena nocte complures in cœlo rerum imagines conformatæ apparent, vt hiatus: & foueæ. & colores cruenti. Eadem autem horum quoq; cauſa eſt.*

*Quoniam enim perſpicuum eſt, ſuperum aerum incenſionem modo talem fieri, vt ignem ita concreſcere. vt incendantur, flamma ardens videa-*
H *tur, modo inſtar facis, & ſtellæ ferri, nihil abſurdum eſt, ſi idem ipſe concretus aer omnis generis coloribus inficiatur. Nam & exiguum lumen, cum per denſius quidpiam translucet, & aer reflexionem accipiens, varii generis refert colores, ac in primis puniceum, quod hi maxime ex ignei, & albi commixtione, cum alter alteri ſuperinditur, oriantur. Veluti ſydera, cum oriuntur. & occidunt, ſi æſtus fuerit, atque etiam per fumum punicea apparent. Ac repercuſſu id ipſum effi-*
I *cient cum eius generis ſpeculum fuerit, vt non figuram, ſed colorem accipiat. Cur autem hæ diutius non permaneant, concretio cauſa eſt, quæ cito intercidit.*

*Hiatuum autem profunditas quædam fieri videtur, lumine per cæruleum, & atrum diſrupto. Ac ſæpe faces ex eis exiliunt, cum maior fuerit con-*
K *cretio, cum autem concreſcit, hiatus videtur.*

&vo-

& vorago ex nigro interrumpente album. Deinde cum dicit. d ¶ Oſtendit, quod multa huiuſmodi ſiunt, quæ non apparent, & dicit, quod album coniunctum nigro, multas facit differentias colorum. ſicut apparet de flamma in fumo. quæ facit diuerſos colores, ſecundum quod fumus fuerit depreſſior, vel denſior, vel rarior. Sed de die ſol ſua claritate prohibet huiuſmodi colores apparere, de nocte vero, non apparent niſi rubeus, quia alii colores, ſicut viridis, & alii obſcuriores, ſunt ſimiles colori noctis propter obſcuritatem. Vltimo epilogat prædeterminata, & dicit, quod prædictas cauſas oportet exiſtimare de aſtris diſcurrentibus, & ignitis, & de aliis huiuſmodi apparitionibus, quæcunque feſtinas faciunt phantaſias, id eſt, quæcunque pertranſeuntes videntur abſque magna mora temporis.

### LECTIO IX.

POſtquam Philoſophus determinauit de ſtellis cadentibus, & huiuſmodi. hic determinat de cometis. & primo dicit de quo eſt intentio, dicens, quod nunc dicendum eſt de cometis, & lacteo circulo: hoc ordine ſeruato circa vtrumque, vt primo referamus dubitationes, id eſt, obiectiones ad ea quæ dicta ſunt ab aliis, & poſtea determinemus quod nobis videtur. Secundo ibi. b ¶ Proſequitur propoſitum ordine præmiſſo. Vnde primo ponit opiniones aliorum de cometis. ſecundo determinat de eis ſecundum opinionem ſuam ibi. [Quoniam autem de manifeſtis.] Prima diuiditur in duas, in prima ponit opiniones: in ſecunda improbat eas ibi. [Omnibus autem] prima diuiditur in tres, ſecundum tres opiniones ponit. Primo ergo ponit opinionem Anaxago. & Democ. qui dixerunt, cometas eſſe ſymphaſim, id eſt, coapparitioné ſtellarum errantium quæ ſunt quinque, ſcilicet, Saturnus, Iuppiter, Mars, Venus, & Mercurius, quorum aliquę, cum appropinquant, videntur ſe tangere, & ita videtur vna ſtella, & apparet ei coma propter augmentum luminis. Secundam opinionem ponit ibi.

c ¶ Et fauere quidam Pytagoricorum in Italia commorantium, qui dixerunt cometam eſſe vnam de ſtellis errantibus, ſed non eſſe phantaſiam, id eſt, viſionem eius, niſi poſt multum tempus propter hoc, quod excedit, id eſt, recedit a ſole modicum, ſicut, quod accidit circa ſtellam Mercurii, quæ quia modicum digregatur, id eſt, elongatur à ſole frequenter non apparet, ita, quod poſt longum tempus appareat, cum diu non apparuit. Tertiam opinionem ponit ibi.

d Omnino autem in nigro album multum facit varietates, velut flamma in fumo. De die quidem igitur ſol prohibet, nocte autem, excepto puniceo, alii propter ſimilem colorationem non apparent. De diſcurrentibus quidem igitur aſtris, & ignitis, adhuc autem, & de aliis phantaſmatibus talibus, quæcunque feſtinas faciunt phantaſias, has exiſtimare oportet cauſas.

### LECTIO IX.

DE cometis autem, & vocato lacte dicamus: dubitantes ad dicta ab aliis primo.

b Anaxagoras quidem igitur, & Democritus, aiunt eſſe cometam ſymphaſim errantium ſtellarum cum propter prope venire putentur, tangere inuicem.

c Italicorum autem quidam vocatorum, Pythagoricorum, vnum dicunt ipſum eſſe errantium ſyderum. ſed poſt multum tempus phantaſiam ipſius eſſe, & exceſſum ad modicum, quod accidit, & circa Mercurii ſtellam. Quia enim modicum digreditur, ſæpe non apparet, ita, vt poſt tempus appareat multum.

d Similiter his, & qui circa Hippocratem Chium, & diſcipulum eius Eſchylum enunciauerunt, ſed comam non ex ipſo aiunt, habere, ſed errantem propter locum aliquando accipere refractu noſtro viſu ab humore, attracto ab ipſa ad ſolem. Quia autem deſcendit tardiſſimo tempore: apparet poſt tempus plurimum aliorum aſtrorum. Vnde cum ex eodem appareat ſubdeficiens per totum ſuum cir-

A

*Omnino autem, quod album eſt, in nigro multas efficit varietates, velut flamma in fumo. Ac interdiu quidem ſol prohibet, noctu vero reliqui præter puniceum, ob coloris ſimilitudinem, non apparent. Tranſcurrentium igitur aſtrorum, & rerum incenſarum, præterea eius generis imaginum, quæ celeriter apparent,*

B *has eſſe cauſas putandum eſt.*

Tractatus ſecundi libri primi, in quo determinatur de cometis ſecundum opiniones aliorum. Cap. III.

*DE cometis autem, & eo quod lac nominatur, dicamus, de iis primum dubitantes, quæ ab aliis ſunt tradita.*

*Anaxagoras igitur, & Democritus aiunt, crinitas ſtellarum vagarum*

C *ſimul apparentium ſpeciem eſſe, cum ſeſe ob appropinquationem videntur contingere.*

*Quidam vero ex Italicis, & his, qui Pytagorici nuncupantur, vnam ex ſtellis errantibus eſſe inquiunt, ſed longis temporum internallis apparere, parumque excidere quod Mercurii etiam ſyderi euenit. Nam cum parum digrediatur, multis apparendi temporibus occulitur, vt per longa temporis interualla conſpiciatur.*

D

*Idem quoque Hippocrates Chius, & eius diſcipulus Æſchylus tradiderunt, niſi quod comam, non ex ſe, inquiant habere. ſed errando ex loco interdum aſſumere, dum aſpectus noſter ab humore, qui ab illo attractus eſt, ad Solem reflectitur. Quod autem tardiſſime relinquatur per longiora temporis interualla, quam reliqua ſydera conſpici, vt cum ex eodem cernitur toto ſuo circulo relictus. Re-*

E *linqui autem illud, & ad ſeptentriones, & ad auſtrum. Ac in loco quidem*

d ¶ Quæ fuit quorundam ſequentium Hippocratem, & Eſchylum eius diſcipulum, quæ quidem opinio in hoc ſimilis eſt ſecundæ, quod poſuit ſtellam cometam eſſe vnam de errantibus, ſed in hoc differt ab ea, quod ſecunda opinio poſuit, quod in ſtella erratica habet comam ex ſe, ſed iſta tertia opinio ponit, quod non habet comam ex ſe ipſa, ſed cum ſit errans, ex loco aliquando accipit comam, quia dicebant, quod ab ipſa ſtella attrahitur quidam humor, & cum ponerent, quod viſus fieret extramittendo, poſuerit, quod radius viſualis pertingens ad illum humorem attractum ab ea, repercutitur vſque ad ſolem, & ſic ille vapor attractus eſt quaſi quoddam ſpeculum igneum ſolis, nam repercuſſio eſt cauſa, quod aliquid in ſpeculo videatur, & ita dicunt fieri comam. Aſſignat autem conſequenter cauſam de tempore apparitionis, & dicit, quod ſtella cometa apparet poſt plurimum tempus aliorum aſtrorum, id eſt, magis occultatur, quam aliquo aliæ ſtellæ, quia tardiſſime deſcendit à ſole ſecundum tempus, videlicet cum perierit totum ſuum circulum, quod appellat ſubdeficere, dicuntur enim ſtellæ errantes ſubdeficere reſpectu primi motus, quia mouentur motu contrario, & ſic videntur ſecundum proprium motum poſteriorari, vel quia ſicut quidam dixerunt tardius mouentur quã primum cœlum, quod reuoluit omnia motu diurno, ſic autem dicebant, quod ſtella cometa ſubdeficit à ſole, totum ſuum circulum peragendo, & ideo cum redierit ad illum terminum ex quo incipit diſcedere, iterum apparet, quouſque iterum coniungatur ſoli: & dicebant etiam, quod iſta ſtella in ſuo motu recedit à ſole, non tantum ſecundum longitudinem, ſed etiam, ſecundum latitudinem declinans ad arctum, & auſtrum, id eſt, ad ſeptentrionem, & meridiem. Aſſignat etiam conſequenter cauſam circa locum apparitionis huius ſtellæ, & dicit, quod hæc ſtella non apparet in medio duorum tropicorum, ſcilicet Cancri, & Capricorni, quia per illam partem cœli mouetur ſol, & conſumit humiditatem, vnde in ea parte cœli, non poteſt ſtella attrahere aquam, ſed cum declinat ad auſtrum recedens a via ſolis, inuenit copiam ibi talis humiditatis, eo quod non eſt conſumpta à ſole, ſed propter obliquitatem orizontis, nobis, qui habitamus in parte ſeptentrionali pars circuli paralelli, quæ eſt ſupra terram eſt parua, quæ autem eſt ſub terra eſt maior, & ſic ſol, qui de nocte cum videtur cometa, eſt ſub terra, tantum diſtat ab humore attracto a ſtella, quod

non

non poteſt viſus hominum repercuti ab humore ad ſolem, neque ſi ſol ſit propinquus tropico, ſcilicet capricorno, neque ſi ſit in æſtiuis verſionibus, id eſt, in tropico æſtiuo, qui ſit cancer. Vbicunque enim fuerit ſol ſub terra erit maior diſtantia eius ad vaporem contractum, quam ſit conueniens repercuſſioni vel ex circulo, vel ex latitudine zodiaci: ſed quando ſtella relinquitur à ſole verſus boream, id eſt, ad ſeptentrionalem partē: tunc poteſt recipere comam, quia ibi eſt multum de humiditate & periferia cœli, quæ eſt ſuper orizontem, eſt ibi magna, & quæ eſt ſubtus eſt parua, & ſic de facili viſus hominum refractus, poteſt pertingere ad ſolem.

LECTIO X.

Poſitis opinionibus, hic improbat eas, & primo ponit modum improbādi, & dicit, quod quædam intendit inducere, quæ ſunt communiter contra omnes prædictas opiniones: quædam vero quę ſunt contra aliquam earum ſpecialiter tantum. Secundo ibi.

b ¶ Diſputat contra poſitas opiniones, & primo contra ſecundam, quæ fuit Pytagoricorum: ſecundo contra tertiam, quæ fuit Hippocratis. ibi, Adhuc autem ſi propter. tertio contra primam, quæ fuit Democriti, & Anax. ibi, Commune autem & his. Contra primam ponit duas rationes, quarum prima talis eſt. Omnes ſtellæ erraticæ ſubdeficiunt, id eſt, quaſi mouentur ſubdeficiendo, ſicut expoſitum eſt in circulo animalium, qui dicitur zodiacus: ſed multi cometæ viſi ſunt hunc extra hunc circulum. ergo non omnes cometæ ſunt ſtellæ erraticæ. Secunda ratio talis eſt. Sæpe viſi ſunt cometæ plures vno ſimul facti, non igitur cometa eſt, vna ſtellarum errantium. Harum rationum prima eſt communis, contra has opiniones. ſecunda, eſt propria, contra primam, & tertiam opinionem. Deinde cum dicit.

*Improbat. Hippoc. geometr. Pri. ratio*

c ¶ Improbat poſitionem Hippocratis per tres rationes. circa primam quarum dicit, quod ſi aliquis planetarum propter refractionem viſus habet comam, ſicut dixit Hippocrates, oporteret, quod aliquando hæc ſtella erratica appareret ſine coma: & hoc ideo, quia non vbique habet comam, vt dictum eſt, ſed ſolum, cum eſt extra tropicos, declinans ad ſeptentrionem. manifeſtum eſt autem, quod etiam in aliis locis ſubdeficit, quaſi diſcedens à ſole. & ita oportet, quod aliquando videatur ſine coma. ſed nulla ſtella viſa eſt ſine coma errans, præter quinque ſupra ſtellas nominatas: quæ quandoque omnes apparent ſimul eleuatæ ſuper orizontem, & omnibus eis exiſtentibus ſuper orizontem, vel etiam quibuſdam earum apparentibus ſuper orizontem, & quibuſdam exiſtentibus cum ſole, nihilominus apparent cometæ, & ſic manifeſtum eſt. quod cometa non ſemper eſt una quinque ſtellarum errantium, & nulla eſt alia ſine coma præter has. ergo cometa non eſt ſtella errans quaſi ſine coma apparens, quod oportet, ſi comam ex ſeipſo non haberet, ſed ex aliquo loco determinato, vt ipſi dicunt. Secundam ponit ibi.

d ¶ Et dicit, quod non eſt verum, quod cometa fiat ſolum in loco, qui declinat ad ſeptentrionem, hoc ſimul obſeruato, quod ſol tunc ſit circa tropicos æſtiuales, quaſi propinquius ſtellæ, quia magnus cometes, qui factus eſt eo tempore quo fuit factus terræmotus magnus in Achaia, & ſupergreſſio fluctuum ortus fuit ab occaſibus æquinoctialibus: & ita manifeſtum eſt quod fuit infra tropicos. Et iam etiam multi facti ſunt ad auſtrum. Falſum eſt ergo, quod dicunt, quod fiat tantum ad ſeptentrionem. Tertiam rationem ponit ibi.

e ¶ Et dicit, quod tempore cuiuſdam principis Athenienſium, facta fuit ſtella cometa ſole exiſtente circa tropicos hyemales, id eſt, circa capricornum, & hoc menſe Gamelione, ſcilicet decembri vel Ianuario, & hoc videtur eſſe impoſſibile, ſicut & ipſi dicunt, quod ſit tanta refractio

culum, cedere aut ipſum, & ad Arctum, & ad Auſtrum. Intermedio quidem igitur loco tropicorum non attrahere aquam ad ipſum, quia conſumpta eſt à ſolis latione, ad auſtrum autem cum feratur copia habere talis humiditatis: ſed quia parua eſt deciſio circuli, quæ eſt ſuper terram, quæ autem deorſum multiplex, non poteſt viſus hominum fractus ferri ad ſolem, neq; appropinquante tropico loco, neque in æſtiuis verſionibus exiſtente ſole, propter quod in his quidem locis non fieri cometam ipſum. Quando vero ad boream relictus extiterit: accipere comam: quia magna eſt periferia, quæ dicitur orizontis. Quæ autem ſubtus pars circuli parua, facile enim viſus hominum pertingere tunc ad ſolem.

LECTIO X.

Omnibus autem his hæc quidem coniunctim, accidit dicere impoſſibilia, hæç autem ſeparatim.

b Primo quidem igitur dicentibus, quod errantium eſt vna ſtellarum cometa. errantes enim omnes in circulo animalium ſubdeficiunt, cometæ autem multi viſi ſunt extra circulum. Deinde, & plures vno ſimul facti ſunt ſæpe.

c Adhuc autem ſi propter refractionem comam habent ſicut ait Hippoc. oportebat aliquando apparere, & ſine coma ſtellam habere. quoniam quidem ſubdeficit quidem, & ad alia loca, comam autem habet non vbique: nunc autem nulla viſa eſt, præter quinque ſtellas. iſtæ autem ſæpe ſimul omnes eleuatæ apparent ſuper orizontem, & manifeſtis exiſtentibus ipſis omnibus, & non apparentibus omnibus, ſed quibuſdam exiſtentibus circa ſolem, nihilominus cometæ apparent facti ſæpe.

d At vero neque hoc verum, quod in loco ad actum fit cometes ſolum, ſimul, & Sole exiſtente circa tropicos æſtiuales. magnus enim cometes factus circa eum, qui in Achaia terræmotum, & circa fluctus aicenſum ab occaſibus æquinoctialibus ortus fuit, & ad auſtrum iam multi facti ſunt.

e Sub principe autem Athenienſium glorioſiſsimo Molo

F

*ſolſtitiis interiecto, quod motione Solis flagret, ad ſe aquam non trahere: cum vero ad auſtrum fertur, eius quidem humoris copiam habere, ſed quod circuli ſuperior pars, exigua ſit, inferiorque multiplex, hominum aſpectum, ad Solem vſque reflecti non poſſe, nec cum ad auſtrum Sol propius accidit, nec cum ad æſtiuas conuerſiones: itaque nec cometen hiſce in locis* G *exiſtere. Cum autem ad ſeptentriones derelinqui contigerit, comam accipere, propterea quod orbis ambitus, qui eſt ſupra orizontem, magnus ſit, parſque inferior exigua. tum enim hominum aſpectum ad Solem facile perduci.*

H

*LECTIO X.*

*His autem omnibus accidit, vt ex his, quæ eſſe non poſſunt, quædā communiter, quædam ſeparatim inquiant.*

*Ac primum quidem his, qui cometen ſyderibus errantibus vnum eſſe ſtatuunt. Errantia enim ſydera à Sole in circulo ſignorum relinquuntur. Cometæ autem multi extra circulum conſpecti ſunt: ſimulq; etiam plures vno ſæpius orti ſunt.*

I *Ad hæc: ſi ob reflexionem comam habent, vt Hippocrates, & Æſchilus aiunt, oportebat ſane, hoc ſydus abſque coma interdum videri, quandoquidem, & in aliis locis derelinquitur, comamque omni in loco non accipit. Nunc autem præter quinque ſydera nullum conſpectum eſt. Hæc vero ſupra orizontem, omnia ſimul ſublimia ſæpius viſuntur, Sed ſeu omnia appareant, ſeu non omnia, propterea quod aliqua Solem ſubierint, exiſtere tum ſæpenumero cometæ nihilominus cernuntur.*

K

*At neque hoc verum eſt, in ſeptentrionali ſolum loco cometas oriri, cum Sol in ſolſtitio eſt æſtiuo. Nam magnus cometes, qui circiter id tempus extitit, quo in Achaia terræ quaſſatio, & inundatio fuit, ab occaſu æquinoctiali exortus eſt, & ad Auſtrum quoque multi iam orti ſunt.*

*Cum autem Eucleus Molonis filius Athenis Rempub. gereret, men-*

ctio viſus noſtri ad ſolem propter diſtantiam eius, quæ eſt tunc temporis de nocte ad ſolem, & propter magnitudinem deciſionis circuli, qui eſt ſub orizonte. Falſum ergo dicunt, quod non appareat cometa, niſi ſole exiſtente circa tropicum æſtiuale. Deinde cum dicit.

f ¶ Improbat primam opinionem à quatuor, per rationes, quarum prima eſt cōtra omnes prædictas opiniones dicentes, cometas eſſe ſtellas erraticas, quia etiam quædam ſtellarum non errantium accipiunt comam, & hoc non ſolum oportet credere Ægyptiis ſtudentibus in mathematicis, qui hoc dicunt: ſed ipſe Ariſtoteles dicit ſe hoc vidiſſe, quod vna ſtellarum, quæ eſt in figuratione canis apud fæmur eius, comam habuit, ſed debilem: quod patuit, quia quando aliquis fortiter intendebat in ipſam, debilitabatur lumen comæ: ſed quando aliquis iaciebat viſum in ſtellam non nimis intenſe, & remiſſius, plus apparebat lumen comæ. Secundam rationem ponit ibi.

g ¶ Et dicit, quod omnes cometæ, quæ ſuo tempore fuerunt viſæ, apparuerunt in loco ſuper orizontem. [ſine occaſu] id eſt, ſine appropinquatione ad ſolem. Tunc enim dicitur occaſus ſtellarum, quando intrant ſub radiis ſolis: ſed cometæ apparentes ſuo tempore diſparuerunt ſine hoc, quod appropinquarent ad ſolem, adhuc ſuper orizontem exiſtentes longe à ſole. Et diſparuerunt quaſi paulatim conſumpti, ita quod non derelinqueretur, neque corpus vnius ſtellæ, neque plurium: quia magna ſtella, de qua ſupra diximus, quod fuit tempore terræmotus in Achaia, apparuit tempore hyemis, in veſpere, exiſtente gelu, & ſerenitate, ſub Aſio principe Athenienſium, & primo die non apparuit ipſa ſtella, ſed coma eius ſolum, quaſi occidens, ante ſolem: ſecundo autem die apparuit quando poſſibile fuit, quia per modicum tempus remanſit poſt ſolem, & mox occubuit: ſed lumen co-

ne factus fuit cometa ſtella. menſe Gamelione, ſole exiſtente circa tropicos hyemales, & quidam tantam refractionem factam eſſe, & ipſi impoſſibilium eſſe aiunt.

f Commune autem his, & contactum dicentibus, primo quidem, quia non errantium etiam accipiunt comam quædam. Et hoc non ſolum Ægyptiis credere oportet, equidem & illi aiunt, ſed & nos vidimus. Earum enim quæ in fæmore canis, ſtella quædam habuit comam, debilem tamen, intendentibus quidem enim in ipſa debile factum eſt lumen, adiacentibus autem viſum remiſſe plus.

g Adhuc autem omnes, qui apud nos viſi ſunt ſine occaſu diſparuerunt in cœlo ſuper orizontem conſumpti paulatim, ita vt neq; vnius ſtellæ derelinqueretur corpus, neque plurium, quoniam, & magna ſtella, de qua prius meminimus, apparuit quidem hyeme, & gelu, & ſerenitate à veſpero ſub Aſio principe, à primo quidem die non apparuit tanquam præoccumbens ante ſolem, ſequenti autem die apparuit quantum contigit, minimum enim relictum fuit & mox occubuit, lumen autē extendit vſque ad tertiam partem cœli, velut ſimul: propter quod, & vocata fuit via. Aſcendit autem vſque zonam Orionis, & ibi diſſoluta fuit. Et quidem Democritus obtinere voluit pro opinione ſua: ait enim apparuiſſe, diſſolutis cometis ſtellas quaſdam, hoc autem non aliquando quidem oportebat fieri, aliquando autem non, ſed ſemper.

h Adhuc autem, & Ægyptii aiunt errantium, & ad ſeipſas, & ad alias fieri conuentus. Et nos ipſi vidimus ſtellam Iouis in Geminis ſubeuntem cuidam iam, & diſparere facientem, ſed non Cometam factum.

i Adhuc autem, & ex ratione eſt manifeſtum: ſtellæ enim, & ſi maiores, & minores appareant, ſed tamen indiuiſibiles per ſe eſſe videntur quemadmodum vtique ſi eſſent indiuiſibiles tangentes, nullam facerent magnitudinem maiorem, ſic, & quoniam non ſunt quidem, videntur autem indiuiſibiles, & conuenientes nihil videbuntur maiores, ſecundum

*ſe Ianuario, cum Sol in ſolſtitio eſt hyberno, crinitum ſydus ad ſeptentriones viſum eſt: cum tamen illi etiam negent tantam fieri reflexionem poſſe.*

*His autem, & illis, qui contactum ponunt, commune eſt, primum quidem quod inerrantium, etiam nōnul-* B *læ comam aſſumant: quod non ſolis Ægyptiis credere, nam, & illi hoc tradunt, oportet, verum nos quoque conſpeximus. Quædam enim ex his ſtellis, quæ in canis coxa ſunt, comam quamuis obſcuram, aſſumpſit. Intenta enim acie ipſam aſpicientibus lumen remiſſius fiebat, remittentibus, illam ſplendidius.*

*Adhuc quotquot apud nos conſpecti ſunt ſupra orizontem, priuſquam occiderent, paulatim euanuerunt, ita vt* C *nec vnius, nec plurium ſyderum corpus relinqueretur. Nam & magnum ſydus, de quo antea meminimus, hyeme conglaciantibus rebus cœlo ſereno veſperi conſpectum eſt, Ariſteo magiſtratum gerente. Ac prima quidem die viſum non eſt, &, antequam Sol occiderit. Poſteriori autem viſum eſt, propterea, quod, quam minimo fieri potuit ſpatio, relictum eſt, & continuo occidit. Sed ſplendor vſq; ad tertiam cœli partem, vt ſaltus diffuſus eſt, ideoque via vocata eſt. Ad Orionis vero vſq; zonam aſcendit, atq; ibi ſo-* D *lutum eſt, ſed Democritus opinionem ſuam confirmare contendit. Ait enim ſtellas quaſdam cometis diſſolutis viſas fuiſſe. Ad hoc alias fieri, alias non fieri non oportebat, ſed ſemper.*

*Aiunt præterea Ægyptii ſtellas errantes tum inter ſe, tum cum inerrantibus congredi. Quin & ipſi Iouis ſtellam, cum vna earum, quæ in Ge-* E *minis ſunt, bis congredi, eamq; occultaſſe vidimus, nec propterea factum cometen, ſed ratione quoque perſpicuum eſt.*

*Nam ſtellæ ſeu maiores ſeu minores appareant, nihilominus ſingulæ ſeparatim indiuiduæ videntur. Itaq; vt ſi eſſent indiuiduæ, cū ſeſe contingerent, nullā maiorem efficerēt magnitudinē, ſic, cū indiuiduæ non ſint, ſed videntur, nullam congredientes ampliorem magnitudinem referrēt. Cauſas igitur*

A meta extendit vſque ad tertiam partem cœli, quaſi ſimul, & non paulatim creſcens in lumine, ita vt ille aſcenſus luminis, vocatus fuerit via cometæ, & aſcendit, etiam retrocedens à ſole vſque ad quaſdam ſtellas, quæ vocantur zona Orionis, & ibi fuit diſſoluta, non appropinquando ad ſolem, ſed magis ac magis diſcedendo ab eo. Hæc etiam ratio eſt contra omnes opiniones prædictas, quæ dicunt cometam eſſe vnam, vel plures ſtellarum errantium. Et ſic patet per hanc rationem, quod illud, quod Democritus dixit, ad confirmandum ſuam opinionem, non fuit ſufficiens. Dixit enim quod diſſolutis cometis, aliquando apparuerunt ſtellæ quædam remanētes, quod ideo eſt inſufficiens, quia oportebat ipſum probare, quod non aliquando, ſed ſemper remanſerunt ſtellæ, diſſolutis cometis, quod apparet eſſe falſum, ex eo quod dictum eſt. Tertiam rationem ponit ibi.

h ¶ Quæ talis eſt, Ægyptii dicunt, quod fiunt coniunctiones ſtellarum errantium ad inuicem, & ad alias fixas ſtellas, & dicit ſe vidiſſe ſtellam Iouis ſe ſuppoſuiſſe cuidam ſtellæ, quæ eſt in Geminis ita, quod fecit eam diſparere, ſed tamen non fuit factus cometa, quod oporteret, ſecundum opinionem Democriti, & Anaxagoræ. Quartam rationem ponit ibi.

i ¶ Quæ talis eſt. Quamuis ſtellarum quædam videantur eſſe maiores, quædam minores ad inuicem comparatæ, tamen vnaquæque ſecundum ſe conſiderata, videtur quaſi punctalis, & indiuiſibilis: ſed ſi eſſent naturæ indiuiſibilis ſe inuicem tangentes, non facerent maiorem magnitudinem, vt probatum eſt in ſexto phyſicorum: ergo, quando videntur indiuiſibiles, licet non ſint, quando coniunguntur ad inuicem, non debent videri maiores, ſecundum apparentem magnitudinem: & ita ex contactu ſtellarum, non debet videri coma, quaſi propter augmentum luminis. Hæc autem duæ vltimæ

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA

mæ rationes, ſunt contra opinionem Democriti. Vltimo autem recolligit illud, quod dictum eſt, & patet in litera.

## LECTIO XI.

Poſtquam Philoſophus reprobauit opiniones aliorum, hic incipit ponere opinionem propriam de cometa, & primo oſtendit modum certitudinis, qui eſt in hac materia exquirendus: & dicit, quòd de talibus, quæ ſunt immanifeſta ſenſui, non eſt exquirenda certa demonſtratio, & neceſſaria, ſicut in mathematicis, & his quæ ſubiacent ſenſui, ſed ſufficit per rationem demonſtrare, & oſtendere cauſam, ita quòd quæſtionem ſoluamus per aliquam ſolutionem poſſibilem, ex qua non ſequatur aliquod inconueniens per ea, quæ hic apparent ſecundum ſenſum. Vnde hoc modo, in propoſito, ad habendam cauſam eſt procedendum. Secundo ibi.

b ¶ Secundum prædictum modum incipit aſſignare cauſam de apparitione cometæ, & circa hoc duo facit. Primo aſſignat cauſam de apparitione cometæ. Secundo de loco, & tempore apparitionis. ibi [ Eius autem quod eſt ] prima diuiditur in duas. in prima aſſignat cauſam apparitionis cometæ: ſecundo hoc manifeſtat per ſignum. ibi [ De eo autem quod eſt. ] Circa primum duo facit. primo oſtendit cometas apparere ex duabus cauſis: ſecundo oſtendit differentiam inter cometas, ex diuerſis cauſis apparentes, ibi [ Quandoquidem ergo. ] Circa primum tria facit. primo reſumit quædam ſuperius dicta ad manifeſtandum propoſitum, & dicit, quòd oportet ſupponere ſupradicta, quòd huius inferioris mundi, qui eſt circa terram prima pars, & ſuprema, ſub corporibus circulariter motis, eſt exhalatio calidi, & ſicci. Iterum oportet ſupradicta ſupponere, quòd iſta exhalatio calida, & ſicca, & multa pars aeris, qui continguatur ad ignem ſimul circumducitur circa terram, ſub ſphera cœleſti motu circulari, quaſi ſi delata & circumducta circulatione cœli. Et tertio, oportet ſupponere, quòd exhalatio prædicta ſic mota, frequenter ignitur: quocunque modo ſit diſpoſita ad hoc, quòd ignis in ea bene dominetur, propter quam cauſam fiunt
F diſcurſus ſyderum, vt dictum eſt. Secundo ibi.

c ¶ Aſſignat cauſam apparitionis cometæ, & dicit quòd quando talis exhalatio fuerit condenſata, & propter motum ſuperioris corporis inciderit in ipſam exhalationem aliquod principium igneum, ita ſcilicet quòd ex aliqua parte incipiat exuri, ſic, quòd ignis non ſit tam multus, vt cito exurat materiam, neque etiam ſit ita debilis, vt cito exſtinguatur, priuſquã accendatur, ſed ſit talis, quòd plus, & diu poſſit permanere cum quantitate ignis, & diſpoſitione materiæ inſpiſſatæ, cum hoc etiam, quòd ſimul de inferioribus aſcendat continue exhalatio bene diſpoſita ad hunc modum exuſtionis, vt ſcilicet diu duret, tunc fit ſtella cometa, quia illud, quod iam ignitum eſt, videtur quaſi ſtella, reliqua autem, ſcilicet exhalatio, quæ nondum eſt perfecte ignita, ſed apta ignitioni, videtur coma eius, quia qualitercunque figuretur talis exhalatio, huiuſmodi figura videbitur, quia ſi exhalatio ſit vndique circumpoſita ſtellæ, i. principio vel parti ignitæ videtur quaſi coma, vnde & cometes dicitur, ſi autem diſponatur, ad longitudinem principii igniti, videtur exhalatio eſſe quaſi barba ſtellæ, & ideo vocatur pogonias, id eſt, quaſi barbatus, Tertio ibi. πωγωνίας

d ¶ Manifeſtat quod dictum eſt de cometa per comparationem ad ſtellam cadentem. Dictum eſt enim ſupra, quod motus ignis accenſi in tali materia, cum fuerit motus per expulſionem, videtur eſſe motus ſtellæ, & ſimiliter manſio, vel quies igniti principii in prædicta materia, videtur eſſe manſio, vel quies ſtellæ. Dicit autem ſtellam cometam quieſcere, ad excludendum motum, qui apparet in ſtellis cadentibus, non autem ad excludendum motum cometæ, ſecundum quod circumuoluitur ſimul cum cœ'o, de quo poſt dicet, Huiuſmodi autem manſio prædicti principii accidit propter hoc, quòd materia non ſtatim conſumitur, tum propter multitudinem & ſpiſſitudinem, & ignis debilitatem, tum propter aliam materiam ſuccedentem, vt dictum eſt, & eſt ſimile ſicut ſi aliquis in magnum cumulum palearum immiſerit titionem, aut aliquod quodcunque ignitum, non enim ſtatim diſcurret quaſi exurens paleam,

magnitudinem exiſtentes. Quod quidem igitur dictæ de ipſis cauſæ falſum exiſtunt entes, ſi non per plura, ſed tamen per hæc ſufficienter palam eſt.

### LECTIO XI.

QVoniam autem de immanifeſtis ſenſui putamus ſufficienter demonſtrare ſecundum rationem, ſi hoc ad poſſibile reduxerimus, ex his, quæ nunc apparent, exiſtimabit vtiq; aliquis, ſic de his maxime accidere.

b Supponitur enim nobis mundi huius, qui circa terram quantum ſub circulari latione eſſe primam partem exhalationem ſiccam & calidam. Ipſa autem & continui ſub ipſa aeris ad multum ſimul circumducitur circa terram ſub ſphera, & motu circulari, lata autem, & mota hoc modo, quacunque contingit bene dominabilis exiſtens, ſæpe ignitur: propter quod dicimus fieri & diſperſorum ſyderum diſcurſus.

c Cum igitur in talem condenſationem incidit propter ſuperiorem motum principium igneum, neque ſic, vt multum exuratur, neque ſic, vt cito extinguatur, ſed plus & ad multum: ſimul autem de ſubtus accidat aſcendere bene diſpoſitam exhalationem, hoc fit ſtella cometa, qualitercunque exhalatum extiterit figuratum, ſiquidem omniquaque ſimiliter, cometes: ſi autem longitudines, vocatur Pogonias.

d Sicut autem talis latio, ſtellæ latio videtur eſſe, ita & manſio quaſi ſimilis ſtellæ manſio videtur eſſe. Simile enim quod fit, velut ſi quis in palearum cumulum, aut multitudinem, immiſerit titionem, aut ignis initiat principium modicum: videtur enim ſimilis & ſyderum diſcurſus huic. Cito enim propter diſpoſitionem hypercaumatis aptam ſuccedit in longitudinem, ſi itaque hoc maneat, & non conſumatur, pertranſiens, aut maxime denſatum eſt hypercauma, fiet vtiq; principium lationis conſummatio diſcurſionis & talis cometa eſt ſtella velut diſcur-

*ab illis traditas falſas eſſe, ſi non pluribus, his ſaltem ſatis conſtat.*

Tractatus ſecundi, libri primi, in quo determinatur de cometis, ſecundum opinion. Ariſtot. Cap. iiij.

*QVoniam autem cenſemus ea, quæ ſenſum effugiunt, ſatis ra-*
G *tione demonſtrata eſſe, ſi ad id, quod eſſe poteſt, ea reduxerimus, ex his quæ nunc dicuntur exiſtimare aliquis poſſit, ſic potiſſimum in his accidere.*

*Poſitum enim à nobis eſt, eius mundi, qui circa terram eſt, partem primam, quæ conuerſioni ſubeſt, eam omnem halitum ſiccum eſſe & calidum. Ac eum quidem, vna cum aeris magna parte, quæ illi eſt continuata, latione, & ea, quæ in orbem ſit, motione circa terram circumagi, eoque*
H *modo latione & motu agitatum qua parte temperatum eſſe contigerit, accendi, ex quo & ſyderum, quæ ſparguntur, diſcurſus fieri dicimus.*

*Cum igitur igneum principium ſuperorum corporum motu in eiuſmodi denſitatem inciderit, idq; nec adeo copia exuperans fuerit, vt celeriter, & quam plurimum incendat, nec tam debilem, vt cito extinguatur, ſed amplum, & late patens, ſimulque halitum apte temperatum ex infero loco*
I *aſcendere contigerit, crinitum ſydus exiſtit, pro halitus illius figura. Nam ſi omni ex parte ſimilis ſit, cometes, id eſt, crinita nuncupatur; ſi autem in longitudinem extenditur, Pogonias, id eſt, barbata.*

*Vt autem talis motus, ſyderis motus, ſic ſtatus, ſyderis ſtatus videtur, Perinde enim ſit, ac ſi aliquis facẽ, aut exiguum ignis principium in palearũ cumulum, ac multitudinem inijceret, Nam & ſtellarum diſcurſus, huic rei*
K *ſimilis videtur. Ob materiæ enim, quæ ad ignem concipiendum apta eſt, habilitatem, in longum celeriter ſerpit. Hoc vero ſi permanſerit, nec in tranſitu extabuerit, qua parte incenſionis materia maxime denſa eſt, diſcurſus finis, motionis initium fiet. Taleq; eſt crinitum ſydus qualis ſyde-*

paleam: ſed videtur ignitio diu vno loco manere. Ita ſi quis recte conſideret, videtur ſimilitudinem quandam habere diſcurſus ſtellarum cadentium apparitioni cometæ, quia in ſtellis diſcurrentibus cito procedit ignitio in longitudinem, propter diſpoſitionem .ſ. hypercaumatis, ad hoc, quod de facili adurantur: ſed ſi ignitio maneret, & non pertranſiret conſumendo materiam, aut materia eſſet multum denſa, vt non poſſet cito conſumi, tunc quaſi ſubtracto medio diſcurſu, remaneret ſolūmodo ſtella manens, ſicut eſt in principio diſcurſus, & in termino, & tale quid, eſt cometa, vt imaginemur, quod cometa ſit quaſi ſtella diſcurrens, prout talis ſtella eſt in principio, & fine diſcurſus, ſubtracto motu diſcurſionis. Sic igitur cōcludit, quod quando principium cōſiſtentiæ ipſius fuerit in inferiori loco. i. ſub globo lunari dicitur cometa p ſe apparens, ſine aliqua ſtella errante vel fixa.

c ¶ Aſſignat alium modum apparitionis cometæ & dicit, ꝙ quando ſub aliqua ſtellarū errantium, vel non errantium, exhalatio adunatur per motum illius ſtellæ, tunc aliqua ſtellarum dictarum fit cometa, nō quod ſtella, quæ apparet, ſit aliquod igneum in aere, ſicut in ſuperiori dictū eſt, ſed eſt verax ſtella, errans, vel non errans, non tamen coma eius fit in loco cœleſti, vbi ſunt aſtra: ſed eſt ſub cœlo, in aere, & ponit exemplum de halo. i. de aere qui videtur aliquando circumſtare ſolem, & lunam, etiam ſole, & luna motis: huiuſmodi enim halo nō eſt in loco ſolis, & lunę, licet ſequatur ſolem, & lunam etiam ſole, & luna motis, hæc enim paſſio fit in aere condenſato, ſub motu ſolis, & lunæ, vt infra dicetur, ſicut igitur halo ſe habet ad ſolem, & lunam, ita coma ſe habet ad ſtellas fixas, vel erraticas, quando apparent cum comis, & eſt aliqua exhalatio inferius, ſcilicet in ſuperiori loco aeris, conſequens motum illarum ſtellarum. Sed tamen hæc eſt differentia inter halo, & comam, quia color eius, quod dicitur halo, non eſt, ex ipſo vapore, ſed eſt ex reuerberatione ad nubem, vt infra oſtendetur: ſed hoc quod videtur de comis, eſt proprie color ipſarum exhalationum fumoſarum. Deinde cum dicit.

f ¶ Oſtendit differentiam inter cometas, ſecundum duos modos apparentes, & dicit, quod quando exhalationis adunatio fit ſecūdum aliquam ſtellam fixam, vel errantem neceſſe eſt, quod in cometa manifeſte videatur motus, qui eſt ſtellæ cui adhæret coma. Sed quando ſtella cometa eſt per ſe ignis exiſtens in aere, ſiue aliqua ſuperiorum ſtellarum, tunc vident ſubtardantes, quod hoc manifeſtat per hoc, quod latio inferioris mundi, qui eſt circa terram, talis eſt .ſ. tardior motu cœleſti, quamuis enim circumuoluatur ignis, & magna pars aeris per motum firmamenti, non poteſt tamen attingere ad velocitatem motus cœleſtis. Exhalatio igitur ignita exiſtens in ſuperiori parte aeris circumuoluitur ſolum cum aere, & igne, ſed quia motus horum corporum eſt tardior motu firmamenti, ideo cometa exiſtens in aere remanet poſt corpora cœleſtia, quæ velociſſime mouentur, & ſic videtur habere motum contrarium firmamēto, ſicut & planetæ ex ſola retardatione, ꝙ etiam quidam opinati ſunt circa planetas: & inde eſt etiam quod prædictæ opiniones poſuerunt cometas eſſe planetas. Sed hoc quod cometa ſæpe fit per ſe, & frequentius quam circa aliquam ſtellarum determinatarum, id eſt, fixarum quæ habent eſſe fixum & determinatū in cœlo, maxime manifeſtat, quod cometa non eſt repercuſſio facta in exhalatione quam nominat hypercauma ad ipſam ſtellam cui adhęret coma, ſicut eſt in halo: ſi autem eſſet ſicut eſt in halo, fieret repercuſſio viſus ab exhalatione ad ipſam ſtellam, & non ad ſolem, ſicut dicunt ſequaces Hippoc. ſed de halo poſterius dicetur. Deinde cum dicit.

g ¶ Manifeſtat quod dixerat per ſignum, & dicit quod hoc eſt, quod, conſiſtentiam cometarum eſſe igneā, vel quantum ad comā apparentem, argumētum eſt, quod plures cometæ ſignificant ſiccitatem, & ſpiritus ſiccitatis. Manifeſtum eſt enim, quod venti & ſiccitates fiunt propter hoc, quod multa exhalatio ſicca eſt ſegregata à terra, vnde neceſſe eſt aerem eſſe ſicciorem, & humiditas, quæ euaporat ab aquis rareſit, & diſſolui poteſt propter multitudinem calidæ exhalationis, ita quod non de facili vapores in aquam condenſentur, ſed magis generentur venti, qui cauſantur ex exhalationibus ſiccis, hoc autem erit manifeſtius quando dicetur de vētis. Sic igitur quando apparent frequentes, & multi cometæ, quod accidit propter multitudinem exhalationis ſiccæ, oportet quod anni ſint notabiliter ſicci, & ventoſi. Sed quando rarius fiunt cometæ, & non ita magni fiunt, non ſunt anni notabiliter ſicci, & vētoſi. Sed tamen vt frequēter fit exceſſus venti, aut ſecundum tempus, quia diu durat, aut ſecundum magnitudinem non quia vehementer flat, & ponit exemplum. Aliquando enim in quibuſdā fluuiis cecidit lapis ex aere per diem, eleuatus à vento, & tunc fuit factus quidam cometa circa veſperū, & ſimiliter circa illū magnum cometam, de quo ſupra diximus fuit hyems ſicca, & borealis, & propter contrarietatē ventorū factus fuit ſuper exceſſus fluctuū, ita quod propter hoc deſtructæ dicuntur quædam ciuitates, quia extra in pelago flabat magnus auſter, ſed in ſinu vincebat boreas. Similiter ſub principe Nicomacho apparuit quædam cometa. &

A ... ſus ſyderum habens in ipſo terminum & principium. Quandoquidem igitur, in ipſo ſuperiori loco principium conſiſtentiæ fuerit per ſe cometa, apparet.

e Quando autem ſub aſtrorum aliquo, aut non errantium, aut errātium, à motu conſiſtit exhalatio, tunc cometes fit horū aliquid. Non enim circa ipſa aſtra coma fit: ſed quemadmodum halo circa ſolem apparet, & lunam, aſſequentes, & quidē translatis, cum ſic fuerit condenſatus aer, vt paſſio hæc fiat ſub ſolis itinere, ſic & coma aſtris velut halo eſt, attamen halo quidē fit propter refractionem talis coloris, ibi autem in ipſis exhalationibus color apparens eſt.

f Quandoquidem igitur ſecundum ſtellam fiet talis concretio, eandem neceſſe eſt manifeſtare lationem, & motum cometam, qua quidē fertur ſtella, cum autem conſtiterit per ſe, tunc ſubtardantes vidētur, talis enim latio mundi, qui circa terrā, hoc enim maxime inſinuat non eſſe refractionem quandam cometam, vt halo in hypercaumate puro ad ipſam ſtellam factam, & non vt dicunt, qui circa Hippoc. ad ſolem, quia & per ſe fit cometa ſæpe, & frequentius, quam circa alias determinatarum ſtellarum. De halo quidē igitur cauſam poſterius dicemus.

g De eo autem, quod eſt eſſe igneam cōſiſtentiam ipſorum argumentum, oportet putare quod ſignificant plures ſpiritus, & ſiccitates. Palam enim quod fiunt propter multū eſſe talem ſegregationē, quare ſicciorem neceſſarium eſſe aerem, & diſgregari & diſſolui euaporās humidum a multitudine calidæ exhalationis, vt non conſiſtat facile in aquam. Manifeſtius autē dicemus & de hac paſſione, quando & de ſpiritibus dicendi fuerit tempus. Quandoquidem igitur crebri, & multi apparent, ſicut dicimus, ſicci, & ſpumoſi fiunt anni, notabiliter, quando autem rariores, & tenuiores. magnitudine, ſimiliter quidem non fit tale, attamen, vt frequens fit quidē exceſſus ſpiritus, aut ſecundum tempus, aut ſecundū magnitudinem, quoniam & quando in Ægyptiis fluuiis cecidit lapis ex aere, & ſpiritu, eleuatus cecidit per diem. Accidit autem & tunc cometes ſtella factus à veſpere, & circa magnam ſtellā cometā ſicca erat hyems, & borealis, & fluctus propter contrarietatem ventorū factus fuit, in ſinu quidem enim boreas obtinuit, extra autem auſter flabat magnus. Adhuc autem ſub principe Nicomacho factus fuit paucis dieb. cometes, circa æquinoctialem circulum, vt à veſpera faciens ortum in eoque circa Corinthum ſpiritus inuentus eſt.

*ris diſcurſus, qui principium & finem in ſe habeat. At cum in infero ipſo loco concretionis principium fuerit, per ſe crinita apparet.*

*Cum autem exhalatio ſub aliquo ſydere ſeu inerrante ſeu errante motione concreuerit, tum horum aliquod crinitum efficitur. Ipſis enim ſyderibus crines non fiunt, ſed perinde ac coronæ quæ ſolem ac Lunam ambire* B *& ea, quamuis locum mutantia conſequi videntur, cum ſic aer fuerit denſatus, vt hæc affectio ſub ſolis curſu oriatur: ſic crines in ſyderibus coronæ locum obtinent. Sed hæc quidem ex reflexione talem refert colorem: illic autem eo qui apparet, colore inficiuntur. Ac cum ad ſydus concretio huiuſmodi ſita fuerit, cometes, eodem quo ſydus, motu moueri videatur neceſſe eſt.*

*Cum autem ſeparatim concreuerit, tum derelinqui videtur. Mundi enim, qui ad terram pertinet, talis eſt motio. Quod vero plerumque per ſe, ac ſæpius, quam circa aliqua certa ſydera, oriatur cometes, maximum argumentum eſt, non perinde ac coronam ex pura ſuccenſionis materia ad ſydus, non item ad Solem, vt inquit Hippocrates, reflexio-* C *nem eſſe. Sed cauſam coronæ, poſterius trademus.*

*At eorum concretionem igneam eſſe, hoc argumento coniici debet, quod plures ſi fiant flatus ac ſiccitates denunciant. Perſpicuum enim eſt eos fieri, quod magna eiuſmodi ſecretionis copia habeatur, Aerem itaque ſicciorem eſſe & cum humore qui exhalatur, exhalationis calidæ multitudine dirimi, & ſolui, vt non facile in aquam concreſcat, neceſſe eſt. Sed cum de flatibus differendi tempus erit, de affectione hac dilucidius dicemus. Cum igitur crebri, & plures apparent ſicci, & flatuoſi, quemadmodum diximus, anni inſigniter redduntur. Cum vero rario-* D *res, & magnitudine obſcuriores, non æque tale quiddam euenit, ſed tamen venti nimia quadam vis exiſtit, aut tempore, aut magnitudine. Nam cum lapis flatu ſublatus in Aegos flumen ex aere decidit, interdiu decidit, & veſperi crinitum ſydus exortum eſt. Sed & magni cometæ tempore hyems ſicca fuit, & Aquilonia & ob ventorum contrarietatem inundanter facta eſt. Sinum enim Aquilo tenebat, & extrinſecus Auſter vehemens ſpirabat. Nicomacho item Athenis imperante, circa æquinoctialem circulum paucis diebus, cometes exortus eſt, iſque non veſperi, cuius tempore Corinthi ventum contigit exoriri.*

E

tunc etiam fuit factus magnus ventus apud Corinthum. Deinde cum dicit.

h ¶ Aſſignat cauſam de loco, & tempore apparitionis cometæ, & dicit quod cauſa eius quod non fiant multi, & ſæpe, magis extra tropicos, id eſt, extra viam ſolis quam intra, eſt quod per motum ſolis, & aſtrorum, non ſolum ſunt exhalationes calidæ actu reſolutæ, ſed etiam, ſi aliquid eſt in huiuſmodi exhalationibus conſiſtens, & ſpiſſum per motum ſolis & ſtellarum, diſgregatur, & ſic impeditur cauſa apparitionis cometæ, niſi quando fuerit ſuperabundans, talis exhalationis multiplicatio, quod raro accidit, & maxime eſt cauſa etiam raræ apparitionis cometarum, quia plurimum de materia tali, ex qua cauſatur, cometa adunatur in regione lactei circuli, vt infra dicetur, vnde raro tantum multiplicatur exhalatio, quod ſufficiat apparitioni cometæ, & lactei circuli.

h Eius autem quod eſt non fieri multos ſæpe cometas, & magis extra tropicos, quam intra cauſa ſolis & aſtrorum motus, non ſolum ſegregans calidum, ſed & diſgregans quod conſiſtit. Maxime autem cauſa, quia plurimum in lactis congregat regionem.

## LECTIO XII.

QValiter autem, & propter quã cauſam ſit, & quid eſt lac dicamus, iam prædiſcutientes autem & de hoc, quæ ab aliis dicta ſunt primo.

b Vocatorum quidem igitur Pythagoricorum, quidam aiunt viam eſſe hanc: hi quidem excedentium cuiuſdam aſtrorũ ſecundũ dictam ſub Phaetonte lationẽ, hi autem ſolem hoc circulo delatum eſſe aliquando aiunt. Velut igitur exuſtum eſſe hunc locum, aut aliquam aliam talẽ paſſionẽ paſſum eſſe à latione ipſorum.

c Inconueniens autem non cointelligere, quod ſi quidem hæc erat cauſa, oporteret zodiacum circulum ſic habere, & magis quam eum qui lactis. Omnia enim in ipſo feruntur errantia, & non ſol ſolum. Manifeſtius autem nobis totus circulus, ſemper enim ipſius manifeſtus ſemicirculus nocte, ſed nihil videtur tale, paſſus, niſi quæ copulatur pars ipſius ad lacteum circulum.

d Qui autem circa Anaxagoram, & Democritum, lumen eſſe lac aſtrorum quorundam aiunt, ſolẽ enim ſub terra latum non reſpicere quædam aſtrorum. Quęcunq; quidem igitur aſpiciuntur ab ipſo, horum quidem nõ apparere lumẽ, prohiberi. n. à ſolis radiis, quibuſcunque autem obſtruit terra, vt non aſpiciantur à ſole, horũ propriũ lumen aiũt eſſe lac.

e Manifeſtum eſt autem, quod & hoc impoſſibile, lac quidem enim ſemper idem: & in eiſdem eſt aſtris, apparet enim maximus circulus: à ſole autem ſemper altera, quæ non aſpiciuntur, quia non in eodem manet loco. Oportebat igitur translato ſole transferri & lac: non autem nunc apparet hoc factum.

f Adhuc autem ſi, quemadmodum oſtẽditur nunc in his quæ circa Aſtrologiam theorematibus ſolis magnitudo maior eſt quam terræ & diſtantia multo maior quæ aſtrorum ad terram, quã ſolis, ſicut quę ſolis ad terram, quam lunę, non itaque longe alicubi à terra conus, qui à ſole cõmunicet radios. Neq; itaq; vmbra terræ, quę vocatur nox, erit apud aſtra, ſed neceſſe ſolem in omnia aſtra proſpicere, & nulli ipſorum terram obſiſtere.

*Sed quamobrem nec multi nec frequenter fiant cometæ, & extra potius Tropicos, quam intra Solis & ſyderum motus cauſa eſt, qui non ſolum calorem excernit, ſed id quod concretum eſt, diſſipat. Potiſſima autem cauſa eſt, quod plurimum in lactis locum cogatur.*

### Tractatus ſecundi: libri primi: in quo agitur de galaxia, ſecundum opinionem antiquorum. Cap. V.

*QVo autem modo & qua ex cauſa procreetur, quid item lac ſit, iam dicamus. Sed quæ ab aliis antea dicta ſunt, de hoc quoque prius diſſeramus.*

*Eorum ergo qui Pythagorici nuncupantur, nonnulli, viam hanc eſſe aiunt, alii quidem ſyderis alicuius ex iis, quæ in eo interitu qui Phaetontis tempore fertur accidiſſe, deciderit: alii vero inquiunt Solem per hunc circulum alias motum fuiſſe. Hunc igitur locum ex eorum motione veluti arſiſſe, aut re alia quapiam affectum fuiſſe.*

*Abſurdum autem eſt non eos ſimul intelligere, ſi hæc ſit cauſa, ſignifero quoque hoc idem, & magis quam lacteo circulo euenire potuiſſe. Vagæ enim omnes ſtellæ, & non Sol vnus in eo feruntur. Eſt vero vniuerſus circulus nobis conſpicuus (nam eius medietas ſemper noctu apparet) nec tamen re vlla eiuſmodi affectus videtur, niſi qua ſui parte cum lacteo circulo copulatur.*

*Anaxagoras autem & Democritus, quorundam ſyderum lumen lac eſſe aiunt. Etenim Solem, dum ſub terra fertur, ſydera quædam non aſpicere. Quare eorum, quæ ab eo circumſpiciuntur, quod eius radiis prohibeantur, lumen non videri, quibus autem terra ſic obiicitur, vt à Sole non aſpiciantur eorum lumen proprium lac eſſe inquiunt.*

*At, nec hoc quoque eſſe poſſe, perſpicuum eſt; lac enim idem ſemper in iiſdem eſt ſyderibus, quandoquidem circulus maximus eſſe cernitur. Quæ autem à Sole non ſpectantur, quod eodem in loco non permaneant, alia perpetuo ſunt, & alia. Lacteum igitur circulum, Sole locum mutante, loco transferri oportebat, quod fieri minime videtur.*

*Ad hæc ſi ita ſit, vt in theorematibus de Aſtrologia demonſtratur, Soliſq; magnitudo maior eſt quam terræ, & interuallum quod à ſyderibus ad terram porrigitur, multiplex eſt eius quod à Sole non ſecus atque id, quod à Sole ad terram eſt, eius quod à Luna, proiecto non procul à terra turbo, qui à Sole eſt, radios alicubi coniunget: nec terræ vmbra, quæ nox vocatur, ad ſydera perueniet; ſed neceſſe erit, ſydera omnia à Sole aſpici, nec vlli eorum terram ſeſe obiicere.*

## LECTIO XII.

POſtquam Phil. determinauit de ſtellis cadentibus, & cometis, nunc determinat de lacteo circulo, & primo oſtendit de quo eſt intentio, & dicit, quod iam dicendum eſt de lacteo circulo, qualiter, & propter quam cauſam eſt apparitio eius, & quid eſt illa claritas, quæ eſt quaſi lac, hoc ſeruato ordine, vt primo diſcutiemus ea quæ ab aliis dicta ſunt. Secundo ibi.

b ¶ Exequitur propoſitum, & primo ponit opiniones aliorum: ſecundo opinionem propriam ibi. [Nos autem dicamus,] prima diuiditur in tres, ſecundum tres opiniones, quas ponit ſecunda incipit ibi. [Qui autem circa Anaxagoram,] tertia ibi. [Amplius autem tertia.] Circa primum duo facit. primo ponit opinionem, & dicit, quod quidam de numero philoſophorum, qui vocantur Pythagorici, dixerunt quod lacteus circulus eſt quædam via, ſed in hoc diuerſificati ſunt: quidam enim dixerunt, quod erat via alicuius ſtellæ, quæ per hanc partem cœli tranſiuit, derelicto proprio curſu, tempore exorbitationis cœli quæ dicitur in fabulis fuiſſe facta ſub Phaetonte. Sed alii dicunt, quod per iſtum circulum quandoque tranſiuit Sol, & ita per motum ſolis vel ſtellæ, locus iſte cœli eſt quaſi exuſtus, vel paſſus aliquam talem paſſionem, vt videatur ibi quædam albedo. Secundo ibi.

c ¶ Improbat hanc opinionem & dicit quod inconueniens fuit, quod ponentes hanc opinionem non ſimul intelligebant quod ſi tranſitus ſolis, vel ſtellæ eſſet cauſa, huius claritatis in hac parte cœli, multo magis oportebat quod hæc diſpoſitio eſſet in circulo zodiaco quam in circulo lacteo, quia non ſolum ſol, ſed omnes ſtellæ feruntur per zodiacum, circulus autem zodiacus totus manifeſtus eſt nobis diuerſis temporibus, quia de nocte ſemper apparet medietas zodiaci ſuper terram, terra enim obtinet vicem

F puncti reſpectu ſpheræ ſtellarum fixarum. vnde per groſſitiem terrę nihil occultatur nobis de zodiaco, ſed quamuis totus zodiacus ſit à nobis viſibilis, tamen non videtur in eo aliqua talis diſpoſitio niſi in parte, qua cõiungitur lacteo circulo. Deinde cum dicit.

d ¶ Ponit ſecundam opinionem, & primo recitat eam, & dicit quod ſectatores Anaxagoræ, & Democriti, dixerunt claritatem lacteam, quæ apparet in cœlo eſſe lumen quarundam ſtellarum. Cum enim ſol fertur ſub terram dixerunt, quod vmbra terræ pertingit vſque ad ſpheram ſtellarum fixarũ, & occultat quaſdam ſtellas, nec recipiant radios ſolis, non autem omnes, quia propter paruitatem terræ vmbra eius non occupat totum cœlum, ſed aliquam paruam partem. Dicebant enim quod claritas ſtellarum, quæ reſpiciunt à ſole non apparet, quia prohibetur apparere radiis ſolis ad eas pertingentibus, & ſic circa eas non videtur claritas lactis, ſed illarum ſtellarum, ad quas non pertingunt radii ſolis impediente terra apparet proprium lumen, quod dicebant eſſe claritatem lactis. Secundo ibi.

e ¶ Reprobat hanc opinionem per duas rationes, quarum primam ponit: dicens manifeſtam eſſe hoc quod dictum eſt eſſe impoſſibile, quia claritas lactis ſemper apparet in eiſdem ſtellis, quia circulus lacteus videtur eſſe vnus de maximis circulis ſpheræ, qui diuidit eam per medium. Sed quia ſol non ſemper manet in eodem loco cœli, oportet, quod ſemper ſint alia, & alia aſtra, quæ occultantur radiis ſolis per vmbram terræ, quia oportet imaginari motum vmbræ in oppoſitum motui ſolis. Si igitur occultatio ſtellarum per vmbram terræ eſſet cauſa apparitionis lacteæ claritas, oporte-

K ret moto ſole, trãsferri, & lacteam claritatem, ſed hoc non videtur fieri, quia ſemper apparet in eodem loco: & in eiſdem ſtellis, vt dictum eſt, falſa eſt igitur prædicta opinio. Secundam rationem ponit ibi.

f ¶ Dicens, quod probatum eſt per aſtrologicas rationes, & conſiderationes, quod ſol eſt maior terra, & quod plus diſtant aſtra fixa à terra quam ſol, ſicut & plus diſtat quam luna. Quando autem corpus lucidum eſt maius corpore opaco, ex cuius oppoſitione fit vmbra, vmbra non aſcendit in immenſum, ſed pyramidaliter aſcẽdit in conum vſq; ad aliquam quantitatem, & tanto minorem, quanto corpus lucidum magis diſtat à corpore opaco, & quanto magis excedit ipſum: vnde manifeſtum eſt, quod non multũ longe conus vmbræ, terræ proiicitur ad radios, qui ſunt à ſole, neq; vmbra terræ, quæ vocatur nox eſt apud aſtra fixa, ſed neceſſe eſt, quod ſol proſpiciat omnia aſtra fixa, & quod nulli eorum obſiſtat terra, obſiſtit autem lunæ eclypſans ipſam, quia eſt inferior ſole, vt dictum eſt, & ſic patet, quod prædicta opinio falſum ſupponebat. Tertiam opinionem ponit ibi.

g ¶ Et primo recitat ipſam, dicens, quod quædam tertia opinio fuit de circulo lacteo, dixerunt enim quidam, quod claritas lactea eſt, eo quod viſus noſter repercutiebatur à ſtellis quibuſdam ad ſolem; & ideo apparebat claritas circa illas ſtellas repercutientes viſum, ita quod ſunt quaſi quoddam ſpeculum claritatis ſolaris, ſicut Hippocr. dixit de apparitione cometæ. Secundo ibi.

h ¶ Improbat hanc opinionem per duas rationes, quarum primā ponit dicens, quod impoſſibile eſt, quod prædicta opinio ponit, & præmittit hanc propoſitionem. Si omne, id eſt, totum hoc .ſ. vidés, & ſpeculum, & res quæ videtur per ſpeculū immobilis maneat, neceſſe eſt, quod eadem pars emphaſeos. i. formæ apparentis, appareat in eodē ſigno ſpeculi. i. in eodem puncto ad quod ſit repercuſſio lineæ viſualis, ſed ſi ſpeculum moueatur, & ſimiliter res viſa per ſpeculum, videns autem quieſcat, & illa duo q̄ mouētur ſemper remaneant in eadem diſtantia ad videntem, ſed ad inuicē comparata, neque æquali velocitate mouentur, neque ſunt ſemper in eadem diſtātia, impoſſibile eſt ꝙ eadem apparitio fiat in eadem parte ſpeculi, quia nihil differt, quod ſpeculū & res viſa moueantur diuerſa velocitate, quam ſi vnum moueretur, & alterum quieſceret, quod ſi eſſet, manifeſtum eſt, ꝙ videretur in alia & alia parte ſpeculi forma rei viſæ, propter diuerſam opinionem ſecundum ſitum, & hoc dico ſi videns quieſcat, quia ſi vidēs moueatur, & ſpeculum quieſceret, & res viſa moueatur, poſſet forma rei viſæ apparere in eadem parte ſpeculi, quia per motum videntis recompenſaretur ꝙ deeſſet, motu rei viſæ, ſi ſic proportionaliter mouerētur. Vnde oportet, quod quādo videns quieſcit, & ſpeculum & rés viſa mouentur in æquali velocitate, quod forma nō appareat in eadem parte ſpeculi. Sed aſtra quæ ſunt in circulo lacteo exiſtentia, quæ ponuntur quaſi ſpeculum, mouentur: & ſimiliter ſol mouetur ad quem ponitur fieri repercuſſio viſus, & ſic obtinet locum rei viſæ. Nos autem qui ſumus videntes quieſcimus propter quietem terræ. Motus autem quo mouemur per terram non facit aliquā ſenſibilē differentiam, reſpectu tantæ magnitudinis. Aſtra autē prædicta & ſol mouentur æqualiter (nobis quidem) & diſtantia corū ſemper æqualis nobis, quod non ſic intelligendum, quod æqualis ſit diſtantia nobis ad ſolem, diſtantiæ quæ eſt à nobis ad ſtellas, cum ſupra dictum ſit, quod ſtellæ ſunt ſupra ſolem. Sed quod ſol per motum ſuum non ſit a nobis magis vel minus diſtans, & ſimiliter conuenit ſtellæ. Vt intelligatur, maior vel minor diſtantia quæ ſit notabilis reſpectu diſtantiæ quæ eſt inter ſolem & ſtellas, & hoc propter paruitatem terræ. ſed a ſeipſis ſol & ſtellæ non ſemper diſtant æqualiter, quia [Delphis,] hoc eſt conſtellatio. Delphini, quæ eſt in lacteo circu-

A lo, quandoq; oritur in media nocte, quandoq; diluculo: & manifeſtum eſt quod plus diſtat à ſole, quando oritur in media nocte, quam quādo oritur diluculo. Sed partes lactei circuli, ſemper manent in eodem loco, quod non oportebat ſi eſſet apparitio ex repercuſſione proueniens. Non enim eſſet hęc claritas in eiſdem locis (vt oſtenſum eſt.) Secundam rationem ponit ibi.

i ¶ Et dicit, quod de nocte in aqua & aliis huiuſmodi corporib. ſpecularibus, aſpicitur forma lactei circuli. Sed inconueniens eſt dicere, quod viſus repercutiatur ab aqua ad ſolē, vel propter diſtantiam. Videtur enim valde etiam inconueniens, ꝙ ſint ibi duæ repercuſſiones: vna .ſ. ab aqua in lacteum circulum, & alia à lacteo circulo ad ſolem. Vltimo autem epilogando concludit, quod lacteus circulus neq; eſt via alicuius planetarum, vt prima opinio dixit, neq; eſt lumē ſtellarum quæ non reſpiciuntur à ſole: vt dixit ſecunda opinio, neque eſt repercuſſio viſus à ſtellis ad ſolem, vt dixit tertia opinio. Hæ enim opiniones fuerūt ante eum de Galaxia. γαλαξία

LECTIO XIII.

Reprobatis opinionib. aliorū de circulo lacteo, hic ponit propriā opinionem, & circa hęc duo facit: primo reſumit q̄dā ſuperius dicta, q̄ ſunt vtilia ad ꝓpoſitū manifeſtādū: ſecundo manifeſtat propoſitum ibi. [Quod itaq; ſecundum vnum aſtrorum accidit.] Reſumit autem duo. primo quod ſupra dictum eſt de poſitione ſiccæ exhalationis, & eius inflammatione. Vnde dicit, quod vult reſumere id quod ſupra poſuit tanquam principium. Dictū eſt enim ſupra, quod communiter vocatur aer totum hoc, ꝙ eſt intra terram & globum lunarem: huius autem ſuprema pars: licet non proprie poſſit dici ignis, quia ignis ſignificat exceſſum in caliditate, ſicut glacies in frigore: tamen illa pars ſuperior aeris habet virtutē ignis, quia eſt calida & ſicca: ita quod cum aer per motum cœleſtem diſgregatur, talis conſiſtentia exhalationis prędictæ, ſegregatur à terra, & ab aere inferiori, & eleuatur ſurſum, & ex hoc dicimus apparere ſtellas cometas. Secundo ibi.

b ¶ Reſumit, quod dictum eſt de vno mod[illegible] apparitionis cometæ, & dicit, quod oportet intelligere aliqui[illegible] mile eſſe in lacteo circulo, quod fit in cometis, quando come[illegible] non fuerit aliqua exhalatio eleuata & ignita per ſe exiſtens abſ[illegible] aliqua ſtella. ſed fit eius apparitio ab aliqua ſtellarum fixarum v[illegible] errantium (ſicut dictum eſt) quia tunc apparent cometæ prop[illegible]er hoc, quod tales exhalationes eleuatæ conſequuntur motum [illegible]larum, quæ videntur cometæ, ſicut etiam ſolem ſequitur talis [illegible]dunata exhalatio, ex qua propter repercuſſionem radiorum app[illegible]t halo, cum aer ad hoc fuerit diſpoſitus. Deinde cum dicit.

g Amplius autem eſt tertia quædam ſuſpitio de ipſo. Dicunt enim quidam lac eſſe refractionem noſtri viſus ad ſolem, ſicut & ſtellam cometam.

h Impoſſibile autem & hoc. Siquidem enim videns quieuerit & ſpeculum: & quod videtur omne, in eodem ſigno ſpeculi eadem apparebit vtiq; pars emphaſeos. Si autem moueatur ſpeculum, & quod videtur in eadem quidem diſtantia ad videns & quieſcens, & ad inuicem, aut neque æque velociter, neq; in eadem ſemper diſtātia, impoſſibile eandem emphaſim in eadem parte eſſe ſpeculi. Quæ autem in lactis circulo lata aſtra mouentur, & ſol ad quem refractio manentibus nobis, & ſimiliter æqualiter ad nos diſtantia, ab ipſis autem non æqualiter. Quandoq; quidem mediis noctibus Delphis oritur, quandoq; autem diluculo. Partes autem lactis eædem manent in vnoquoq; & quidem non oportebat ſi erat emphaſis: ſed non in eiſdem adhuc eſſet hæc paſſio locis.

i Adhuc autem nocte in aqua & talibus ſpeculis lac quidem illuceſcit aſpicientibus, viſum autem refrangi ad ſolem quo modo poſſibile? Quod quidem igitur neq; via planetarum nullius: neque lumen eſt non reſpectorum aſtrorum, neque refractio ex his manifeſtum: fere autem hæc ſolum ſunt quæ vſque nunc tradita ſunt ab aliis ante nos.

LECTIO XIII.

NOs autem dicamus, reſumentes ſuppoſitum nobis principium. Dictum eſt enim prius, ꝙ extremum dicti aeris potentiā habet ignis & motu diſgregato aere ſegregatur talis conſiſtentia, qualem & cometas ſtellas eſſe dicimus.

b Tale itaque oportet intelligere factum, quod quidem in illis cum non ipſa per ſe fuerit talis ſegregatio, ſed ab aliquo aſtrorum aut fi-

*Tertia quædam præterea de eo eſt opinio. Nam quidam, vt cometen, eſt Lac aſpectus noſtri ad Solem reflexionem eſſe, inquiunt.*

*Sed hoc quoq; eſſe non poteſt. Nam ſi hæc omnia, id quod videt, & ſpeculum & quod videtur, quieuerint, eadem*
B *dem profecto imaginis apparet, pars quæ eodem in ſpeculi puncto apparebit. At ſi ſpeculum, & id quod cernitur, moueantur, ac idem quidem ad id quod videt, & quieſcit, interuallū ſit: ſed eorum inter ſe nec æqua ſit celeritas, nec idem ſemper interuallum, fieri non poteſt, vt quæ eadem rei, quæ cernitur imago, in eadem ſpeculi parte appareat. At ſtellæ, quæ in lacteo ſunt circulo, præterea & Sol, ad quem eſt reflexio, quieſcentibus nobis mouentur, & ſimiliter & pari à nobis, inter*
C *ſe autem non pari interuallo diſtantia. Delphinus enim nonnunquam nocte media, aliquādo ante lucem exoritur. Lactis autem partes eadem in quaque permanent: quod, ſi eſſet imago, quæ appareret, nec in ipſis loci affectio hæc ineſſet, fieri non oporteret.*

*Noctu præterea in aqua & ſimilib. ſpeculis Lac aſpicientib. apparet. Qui autem fieri poteſt, vt ad Solem aſpectus reflectatur? Perſpicuum igitur ex his eſt, nec ſtellæ errantis alicuius viam eſſe, nec ſtellarum non conſpectarum lumen, nec reflexionem. Atq; hæc*
D *tantum fere ſunt, quæ ad hanc vſque ætatem ab aliis ſunt tradita.*

Tractatus ſecundi: libri primi: in quo Ariſt. determinat de Galaxia ſecundum opinionem propriam. Cap. VI.

*NOs autem dicamus, principium, quod à nobis poſitum eſt, reſumendo. Antea enim dictum eſt, aeris extremum ignis vim habere, ita vt aere per motum diſiecto, talis concretio ſecernatur, qualem crinitas ſtellas eſſe dicimur.*

*Quiddam vero huiuſmodi fieri intelligendum eſt, quale in illis, cum non*
E *ipſa per ſe ſecretio coaluerit, ſed ſub aliqua ſtella vel fixa, vel vaga. Tales*

c ¶ Manifeſtat propoſitum: oſtendens quæ ſit cauſa apparitionis lactei circuli: & circa hoc tria facit. primo proponit cauſam apparitionis lactei circuli: ſecundo inducit ſignum eorum, quę dicta ſunt ibi. [Signum autem.] tertio concludit propoſitum ibi [Quare autem ſi quis] Circa primum duo facit, primo oſtendit cauſam lacteæ apparitionis: & dicit, quod illud quod accidit in apparitione, ſecundum vnam ſtellam, oportet accipere eſſe factum circa totum cœlum, & circa totum motum ipſius: quia rationabile eſt, quod ſi motus vnius ſtellæ attrahit, & circundabit aliquam exhalationē, quod multo magis hoc poſſit facere motus omnium ſtellarum, & præcipue in loco illo cœli, vbi apparent frequentiſſimæ ſtellæ, & plurimæ & maximæ. Secundo ibi.

d ¶ Oſtendit cauſam quare in hac determinata parte cœli circuli lactei claritas apparet, & dicit, quod circulus animalium qui dicitur zodiacus diſſoluit adunationem prædictę exhalationis ꝓpter hoc, quod per zodiacum mouetur ſol, & alii planetæ, & hæc eſt etiam cauſa propter quam vt plurimum, cometæ non apparent in zodiaco, ſed extra tropicos, (vt dictum eſt,) & hæc eſt etiam cauſa propter quam circa ſolem, & lunam non fit coma: quia videlicet per motum ſolis, & lunę citius diſgregatur exhalatio, quam diximus eſſe cauſam apparitionis cometæ & lactei circuli, quam vt poſſit adunari ad cauſandum apparitiones prædictas. Sed iſte circulus in quo apparet nobis videntibus lactea claritas, eſt vnus maximorum circulorum, qua diuidit ſpheram per medium: & eſt ſic diſpoſitus ſecundū ſitum, vt ex vtraq; parte multum excedat vtrunque tropicum, ſcilicet hyemalem & æſtiuum, licet interſecetur à zodiaco: & etiam hic locus iſtius circuli eſt plenus magnis ſtellis fulgidis, & quę propter frequentiam & ſpiſſitudinem vocātur ſporaticæ, id eſt, ſeminatæ in cœlo, quod etiam manifeſte oculis videri poteſt, ita quod propter huiuſmodi cauſam ſemper in tali parte cœli adunetur exhalatio, quia videlicet in hac parte cœli eſt efficax virtus ſtellarum ad attrahendam exhalationem, & non eſt cauſa vehemens, quæ im-

F pediat eius adunationem, ſicut accidit ſub zodiaco circulo. Iſta igitur exhalatio adunata ſub tali parte cœli, facit ibi videri lacteā claritatem: ſicut & exhalatio conſequens aliquam ſtellam, facit ibi videri comam. Deinde cum dicit.

e ¶ Manifeſtat quod dictum eſt per ſignum dicens. Signum prædictorum eſt, quod in prædicto lacteo circulo vnus eius ſemicirculus duplatur, & habet amplius de lumine, cuius cauſa eſt, quia in illo ſemicirculo ſunt plures ſtellæ, & magis frequentes quam in alio, ac ſi nulla eſſet alia cauſa claritatis apparentis, quam motus aſtrorum, plurimorum frequentium, quia ſi in iſto circulo apparet claritas in quo plures ſtellæ ponuntur, & in illa eius parte plus apparet, in qua ſunt ſtellæ plures & magis frequentes, veriſimile eſt multitudinem ſtellarum eſſe cauſam huius apparitionis. Quod autem dictum eſt de iſto circulo, & de ſtellis in eo exiſtentibus, poteſt conſiderari ex deſcriptione, quia aſtrologi deſcribunt totam ſpheram cum ſtellis in ea exiſtentibus. Exponit autem conſequenter quare in circulo lacteo exiſtentes ſtellæ vocantur ſporaticæ, id eſt, ſeminatæ, quia videlicet ſic ſunt diſperſæ per illam partem cœli, quod non conuenit eas ordinare ſub aliqua figuratione, ſicut ſtellas exiſtentes in aliis partibus cœli, quia vnaquęque earum non habet aliquam determinatam poſitionem, vt poſſit ad ſimilitudinem alicuius figuræ reduci, & hoc eſt manifeſtum aſpicienti in cœlo, quia in ſolo hoc circulo ſpatia intermedia inter ſtellas maiores, ſunt plena quibuſdam paruis ſtellis. Sed in aliis locis cœli manifeſte deficiunt ſtellæ: quapropter intermedia apparent vacua à ſtellis. Deinde cum dicit.

f ¶ Concludit ex ſupradictis ſuam intentionem, & dicit, quod ſi cauſa ſupra aſſignata de apparitione cometæ accipienda eſt tanquam mediocriter dicta, quia ſcilicet nullum habet inconueniens manifeſtum, exiſtimandum eſt etiam ſic ſę habere de circulo lacteo: quia quod in cometis eſt coma circa vnam ſtellā, eandē paſſionē accidit fieri circa quendā circulū, ita quod

xorum aut errantium. Tunc enim ibi videntur cometæ, quia aſſequūtur ipſorum lationē, quemadmodum ſoli talis concretio à qua propter refractionē halo apparere dicimus, cum ſic fuerit diſpoſitus aer.

c Quod itaque ſecundum vnum aſtrorum accidit, hoc oportet accipere factum circa totum cœlum & ſuperiorem lationem omnem. Rationabile enim ſiquidē vnius aſtri motus. & eum qui omnium facere tale aliquid, & arripere, & cum his adhuc ſecundum quem locum creberrima, & plurima, & maxima exiſtunt entia aſtrorum.

d Qui quidem igitur animalium, propter ſolis lationem, & planetarum diſſoluit talem conſiſtentiam, propter quod multi quidem cometarum, extra tropicos fiunt. Adhuc autem, neq; circa ſolem: neq; circa lunā fit coma. Citius enim diſgregantur, quam vt conſtet talis concretio. Iſte autē circulus in quo lac apparet, aſpicientibus, & maximus eſt exiſtens, & poſitus ſitu ſic, vt multum tropicos excedat. Adhuc autem locus plenus eſt aſtris maximis, & fulgidiſſimis, & adhuc ſporaticis vocatis: hoc autem eſt, & oculis videre manifeſtum: vt propter hoc continue & ſemper omnis aggregetur concretio.

e Signum autem. Etenim ipſius circuli amplius lumen eſt in altero ſemicirculo habente duplatum. In hac enim plura & crebriora ſunt aſtra quam in altero tanquam non propter alteram aliquam cauſam facta claritate, quam propter aſtrorum lationē. Si enim & in iſto circulo fit, in quo ponuntur plurima aſtrorum, & iſtius circuli in quo videtur magis ſpiſſa eſſe, & multitudo, & magnitudo aſtrorum: hanc veriſimile exiſtimare conuenientiſſimam cauſam, eſſe paſſionis. Conſideretur autem & circulus, & quæ in ipſo aſtra ex ſubſcriptione. Sporatica autem vocata, ſiquidem in ſpheram non erit ordinare, quia nullā determinatam habet vnumquodque poſitione, ad cœlum autem reſpicientibus eſt palam. In ſolo enim hoc circulorum intermedia plena talibus aſtris ſunt. In aliis autem deficiunt manifeſte.

f Quare ſiquidem & de apparendo cometas acceptamus cauſam tanquam dictam mediocriter, &

*enim tum ſtellæ crinitæ apparent, quod earum motionem conſequatur, non aliter ac Solem talis concretio, in qua ex reflexione coronam tum dicimus apparere, cum aerem ita eſſe temperatum contigerit.*

*Quod autem vno in ſydere euenit, illud idem in toto cœlo; motioneq; ſupera*

G *vniuerſa fieri ſumendum eſt. Nam rationi conſonum eſt, ſi vnius ſyderis motio accendi, omnium etiam tale quiddam efficere, ignemq; excitare, idq; eo in loco, vbi ſydera frequentiſſima ſunt, plurima & maxima.*

*Signorum quidem orbis ob Solis, & errantium ſtellarum motionem, eiuſmodi cōcretionem diſſoluit, quam ſane ob cauſam cometarum plurimi, extra ſolſtitiales circulos fiunt. Præterea nec circa Solem, nec circa Lunā ſpargitur coma, quod celerius diſcutiant,*

H *quā vt concretio huiuſmodi poſſit cogi. At circulus in quo Lactis ſpecies conſpicientibus apparet, maximus eſt, eumq; ſitum habet, vt ſolſtitiales circulos multum excedat. Plenus item ſtellarum eſt, tum maximarum, tum ſplendidiſſimarum: earum item quæ* σποράδες, *id eſt, ſparſæ nominantur, quod quidem oculis intueri licet, vt ob hæc ipſa continenter & perpetuo omnis hæc cogatur ſecretio.*

*Cuius rei ſignum eſt, quod in ipſius orbis altero, qui duplicatur ſemicirculo, lumen maius ineſt. In hoc enim plu-*

I *ra & denſiora, quam in altero, ſunt ſydera, quaſi nulla alia cauſa ſit, cur ſplēdor oriatur, quam ſyderum motio. Nam ſi in hoc circulo oritur, in quo plurimæ poſitæ ſunt ſtellæ, & in ea ipſius circuli parte, in qua & magnitudine & multitudine ſyderum magis dēſus apparet, veriſimile fuerit, huiuſce affectionis hanc maxime proprie cauſam eſſe exiſtimare. Sed tam circulus, quam ea quæ in illo ſunt ſydera, ex deſcriptione ſpectentur. Quæ autem ſporades, hoc eſt, ſparſæ nuncupantur, non*

K *adeo licet in ſphera deſcribere, quod nulla earum vſquequaque euidentem ſitum obtineat. Sed ſpectantibus cœlum manifeſtæ ſunt: in hoc enim vno orbe, huius generis ſyderum interualla ſunt plena, cum in aliis aperte deſtituantur.*

*Quare ſi cauſam, cur cometæ appareant, vt mediocriter traditā amplectimur, de Lactis quoque ſpecie, eo-*

quod lactea claritas vt ita dicatur, quaſi definiendo nihil aliud ſit lactea via, quam coma eiuſdem maximi circuli in cœlo apparens, propter ſegregationem, id eſt, eleuationem à terra exhalationis ad illam partem adunatæ: & ideo ſicut prius dictum eſt, non fiunt multi cometæ, neque frequenter: quia talis adunatio exhalationis, quæ eleuata eſt à terra, eleuatur ſecundum vnamquamque circulationem, & adunatur maxime in loco lactei circuli, ita quod à lacteo circulo exhalatio ſuperabundans non relinquitur, quæ poſſit eſſe materia apta ad cometæ apparitionem. Vltimo autem recapitulat ea quæ dicta ſunt, & dicit, quod dictum eſt de his quæ fiunt in hoc mundo, qui eſt circa terram, qui ſcilicet eſt ſuppoſitus generationi, & corruptioni quantum ad illum locum, qui eſt continuus, id eſt, contiguus motibus cœleſtibus, ſcilicet diſcurſu aſtrorum, & de ignita flamma, & de cometis, & lacteo circulo, quia huiuſmodi paſſiones apparent circa locum iſtum ſuperiorem.

LECTIO XIIII.

POſtquam Philoſophus determinauit de his, quæ cauſantur ex exhalatione ſicca ad ſupremum locum aeris eleuata, hic determinat de his quæ cauſantur ex exhalatione humida, & primo de his quæ cauſantur ex exhalatione humida ſuper terram. Secundo de his, quæ cauſantur ex exhalatione humida in terra. ibi. [De ventis autem.] Circa primum duo facit. Primo oſtendit de quo eſt intentio dicens, quod nunc dicendum eſt de his quæ fiunt in loco, qui ſecundum ſitum deſcendendo eſt ſecundus poſt locum ſupremum aeris, in quo fiunt ea, quæ dicta ſunt. Sed aſcendendo eſt primus immediatus circa terram quæ inferior pars aeris eſt. Iſte enim locus eſt communis, & aquæ & aeri, quia in eo aer eſt ſecundum naturalem ordinem elementorum, & aqua ex vaporibus eleuatis ibi generatur. Vnde non ſolum eſt communis aquæ, & aeri, ſed etiam eis quæ accidunt circa generationem ipſius aquæ & aeris, quæ fiunt ſuperius dum aqua reſoluitur in vapores, qui pertinent ad naturam aeris, & vapores congregantur in aquam. Oſtendit etiam modum determinandi de iſtis dicens, quod debemus ſumere primo principia communia, & cauſas omnium horum accidentium. Secundo ibi.

de lacte eodem modo exiſtimandum habere. Quod enim ibi circa vnum eſt paſſio coma, hæc circa circulum quendam accidit fieri eandem. Et ex hoc (vt eſt dicere) velut definitum, maximi circulo propter ſegregationem coma, propter quod quemadmodum prius diximus non multi, neq; ſæpe fiunt cometæ, quia continue ſegregata eſt, & ſegregatur ſecundum vnamquamque periodum in hunc locum ſemper talis conſiſtentia. De factis quidem igitur in eo qui circa terram mundo continuo lationib. dictum eſt de diſcurſu quidem aſtrorum & ignita flamma, adhuc autem de cometis & vocato lacte. Fere enim ſunt tot paſſiones apparentes circa hunc locum.

LECTIO XIIII.

DE loco autem poſitione ſecundo poſt hunc, primo autem circa terram dicamus. Iſte enim locus communis eſt aquæ & aeris, & accidentium circa eam, quæ ſurſum generationem ipſius. Sumendum autem & horum principia, & cauſas omnium ſimiliter.

b Quod quidem igitur vt principale, mouens, & primum principiorum circulus eſt, & in quo eſt manifeſte ſolis latio diſgregans, & congregans in fieri prope, aut longius cauſa generationis, & corruptionis eſt.

c Manente autem terra, quod circa ipſam humidum à radiis & ab alia quæ deſuper caliditate euaporans, ſurſum fertur.

d Caliditate autem, quæ duxit ſurſum, relinquente, & hac quidem directa ad ſuperiorem locum, hac autem & extincta propter ſuſpendi longius in aere, qui ſuper terram conſtat: iterum vapor infrigidatus: & propter derelictionem caloris, & propter locum, fit aqua ex aere: facta autem, iterum fertur ad terram.

A *dem modo rem habere putandum eſt. Quæ enim ibi in vno affectio coma eſt, hanc eandem in circulo aliquo fieri contingit, eſtque Lac, vt (illud veluti definietes, ita dicamus,) maximi circuli, quæ ex ſecretione eſt, coma. Ideo (vt diximus) nec multi nec ſæpe fiunt cometæ, propterea quod in hunc locum eiuſmodi concretio ſecreta ſemper fuerit,* B *& in quoque circuitu continenter ſecernatur. Ac de his quidem, quæ in mundo, qui terram ambit, ſuperiſque motionibus continuatus eſt, oriuntur, videlicet de ſyderũ diſcurſu, de flamma ſuccenſa, de cometis, & eo quod γάλα, id eſt, Lac nominatur, dictum eſt. Tot enim fere ſunt affectiones, quæ hoc in loco apparent.*

Tractatus tertii: libri primi: in quo determinatur de pluuia, rore, pruina, niue. Cap. I.

C *NVnc autem de loco, qui ab hoc quidem poſitione ſecundus eſt, at circa terram primus (hic enim & aquæ, & aeris communis eſt locus) de his item; quæ in ſupera eius generatione accidunt, dicamus.*

*Horum autem omnium principia, & cauſæ eodem modo ſumenda ſunt. Principium igitur, vt mouens, & præcipuum,* D *& primum orbis eſt, in quo ſolis motio, quæ manifeſte ſegregat, & cogit eo quod propius, aut longius accedat, ortus & interitus eſt cauſa.*

*Stante autem terra, is, qui circa eam eſt, humor radiorum, & reliqui ſuperi caloris efficientia, in vaporem conuerſus, ſurſum conſcendit.*

*Cum vero calor, quo effertur, eum deſerit, partimque in ſuperum locum diſſipatur, partim extinguitur, propterea quod in aerem, qui ſupra terrã eſt,* E *ſublimis remotius efferatur, vapor refrigeratus, tum ex caloris defectione tum etiam ex loco, rurſus concreſcit, & ex aere aqua gignitur, quæ mox vbi genita eſt, rurſus in terram fertur.*

b ¶ Determinat propoſitum: & primo ponit ea, quæ communiter pertinent ad cauſam omnium huiuſmodi paſſionum: ſecundo autem determinat de ſingulis paſſionibus, oſtendens differentiam inter eas ibi. [Eleuato autem humido.] Circa primum tria facit, primo ponit cauſam effectiuam harum paſſionum: & dicit quod illud quod eſt cauſa ſicut mouens & principale, & primum principium omnium harum paſſionum, eſt circulus zodiacus in quo manifeſte mouetur ſol, qui diſgregat reſoluendo vapores à terra, & congregat eos per ſuam abſentiam: frigore enim inualeſcente in aere per abſentiam ſolis, nubes condenſantur in aquam: & ideo ſubiungit, quod hoc, quod quandoque fit prope nos, quandoque autem elongatur à nobis exiſtit cauſa generationis & corruptionis: fit prope autem nobis, ſecundum proprium motum, quando accedit ad ſigna ſeptentrionalia: elongatur autem à nobis dum moratur in ſignis meridionalibus. Secundo ibi.

c ¶ Oſtendit cauſam materialem harum paſſionum: & dicit quod cum terra quieſcat in medio, illud humidum aqueum quod eſt circa ipſam tum à radiis ſolis, tum ab alia caliditate, quæ eſt à ſuperioribus corporibus, reſoluitur in vaporem: & ſic ſubtiliatum per virtutem calidi ſurſum fertur. Tertio ibi.

d ¶ Oſtendit modum generationis horum, de quibus intendit: & circa hoc tria facit; primo, ponit in communi modum generationis harum paſſionum: & dicit quod vapor, qui ſurſum fertur per virtutem caloris, deſeritur à caliditate, quæ ſurſum eum ferebat: quod quidem contingit dupliciter; Vno modo per hoc, quod id, quod erat ſubtilius, & calidius in vapore, eleuatur vlterius ad ſuperiorem locum exhalationis ſiccæ, & ſic reſidua pars vaporis remanet frigida: alio modo per hoc, quod calor, qui eſt in vapore, extinguitur propter hoc, quod longe eleuatur à terra in aere, qui eſt ſupra terram, vbi deficit calor propter hoc, quod radii reuerberati à terra in immenſum ſparguntur, vt ſupra dictum eſt. Sic igitur deficiente calore calefaciente, & eleuante vaporem aqueum, vapor aqueus redit ad naturam ſuam, coadunante etiam frigiditate loci: & ſic infrigidatur: & infrigidatus inſpiſſatur: & inſpiſſatus cadit ad terram. Secundo ibi.

e Eſt autem quæ quidem ex aqua exhalatio, vapor: quæ autem ex aere in aquam, nubes: caligo autem nebulæ, decidentia eius, quæ in aquam concretionis: propter quod ſignum magis eſt ſerenitatis, quam aquarum. Eſt enim caligo velut nebula ſterilis.

f Fit autem circulus iſte imitans ſolis circulum ſimul enim ille ad plagas permutatur, & iſte ſurſum & deorſum. Oportet autem intelligere hunc, velut fluuium fluentem, circulum, ſurſum & deorſum, communem aeris & aquæ. Prope quidem enim exiſtente ſole vaporis ſurſum fluit fluuius elongato autem deorſum, aquæ. Et hoc indeſinens vult fieri ſecundum ordinem. Quare ſiquidem ænigmatizabant Oceanum priores, forte vtique hunc fluuium dicebant: circulariter fluentem circa terram.

g Eleuato autem humido ſemper propter calidi virtutem, & iterum lato deorſum propter infrigidationem ad terram, proprie nomina paſſionibus imponuntur, ex quibuſdam differentiis ipſarum, cum quidam enim ſecundum modica feratur, pſecades, quando autem ſecundum maiores partes, pluuia vocatur.

h Ex eo autem, quod de die euaporat, quantum non ſuſpenſum fuerit, propter paucitatem ſurſum ducentis ipſum ignis, ad eam quæ eleuatur, aquam, iterum deorſum latum, cum infrigidatum fuerit nocte, vocatur ros: & pruina.

i Pruina quidem quando vapor congelatur priuſquam in aquam condenſetur iterum, fit autem in hyeme, & magis in hyemalibus locis, ros autem cum concretus fuerit, in aquam vapor, & neque ſic fuerit æſtus, vt exſiccetur ſurſum ductus, neque ſic frigus, vt congelatur vapor ipſe, propterea quod aut locus calidior, aut tempus: fit enim ros magis in temperie, & in temperatis

*Quæ autem exhalatio ex aqua ortum habet, vapor eſt, at quæ ex aere in aquam mutatur, nubes, nubiſq; eius, quæ in aquam concreuit, excrementum, nebula. Ideo cœli ſereni potius eſt ſignum, quam aquarum. Eſt enim nebula veluti ſterilis nubes.*

G

*Orbis autem hic fit, qui Solis orbem imitatur: ſimul enim, & ille ad latera, & hic ſurſum, & deorſum conuertitur, atque hunc fluminis inſtar ſurſum deorſumq; in orbem fluentis, quod aeris & aquæ commune ſit, intelligere oportet. Nam cum ſol propius adeſt, vaporis fluuius ſurſum fluit cum autem abeſt, aquæ fluuius deſcēdit, & hoc quidem continenter atque ordine efficitur. Quare, Oceanum, veteres (ſiquidem obſcure loquebantur) forte, hunc ipſum fluuium, qui terram* H *circumfluit, eſſe dicerent.*

*Cum autem humor, caloris vi ſurſum ſemper euehatur, & refrigeratione in terram rurſus feratur, affectionibus differentiiſq; eius nonnullis nomina proprie poſita ſunt. Cum enim exiguis partibus fertur, gutta, cum plenioribus, imber vocatur.*

I

*Eius autem vaporis, qui interdiu educitur, quicquid ob caloris ſurſum ferētis paucitatem aquæ ſublatæ comparatione in ſublime non tollitur, rurſus, cum noctu refrigeratum fuerit, delatum, ros & pruina nuncupatur.*

*Pruina quidem cum vapor ante conglaciauerit, quam rurſus in aquā concreſcat. Fit autem hyeme, & ma-* K *gis in locis brumalibus. Ros vero, cum in aquam vapor concreuerit, nec tepor eiuſmodi eſt, vt id, quod in ſublime elatū eſt, exiccet, nec tale frigus, vt vaporem gelet, propterea quod, aut locus calidior ſit, aut tempus. Ros enim in cœli temperie lociſque temperatis magis gignitur, pruina contra, vt dictum eſt. Siquidem conſtat aqua*

e ¶ Oſtendit quid ſit medium in prædictis tranſmutationibus. In prima enim tranſmutatione, ſecundum quam aqua ſubtiliſatur, & eleuatur, medium eſt vapor: nam ipſa exhalatio reſoluta ab aqua vocatur vapor, qui eſt medius inter aerem & aquam. In illa autem tranſmutatione, ſecundum quam aer condenſatur in aquam medium eſt nubes: quæ eſt via generationis aeris: ſed cum nubes condenſatur in aquam, id quod eſt reſiduum de nube, quod ſcilicet in aquam condenſari non potuit, eſt caligo nebulæ: & ideo nebula magis eſt ſignum ſerenitatis quam pluuiæ: quia nebula eſt quaſi quædam nubes ſterilis, id eſt, ſine pluuia: quæ eſt naturalis effectus nubis. Contingit tamen aliquando nebulam eleuari in ipſa exhalatione vaporum: antequā condenſentur in nubem perfecte: & tunc nebula poteſt eſſe ſignum pluuiæ. Tertio ibi.

f ¶ Oſtendit quando in prædictis tranſmutationibus repræſentatur ſimilitudo primæ cauſæ mouentis, ſcilicet circulationis ſolis: attenditur enim quædam circulatio in prædictis tranſmutationibus, dum aqua reſoluitur in vapores: qui condenſantur in nubes: & nubes in aquam: quæ cadit in terram. Dicit ergo, quod iſta circularis tranſmutatio imitatur circularem motum ſolis: ſed enim permutatur ad diuerſas partes cœli: puta ad ſeptentrionem, & meridiem: & circulatio iſta completur in hæc, quod vapores aſcendunt ſurſum, & deſcendunt deorſum. Sed oportet intelligere, quod iſte fluxus vaporum aſcendentium, & deſcendentium, fit quaſi quidam fluuius circularis, communis aeri, & aquæ: nam quod ex aqua reſoluitur in vaporem, ad aerem attinet, quod autem nubes in aquam condenſantur, ad aquam. Cum ergo ſol prope exiſtit, iſte fluuius vaporum aſcendit ſurſum: cum autem elongatur ſol, deſcendit deorſum: & hoc indeſinenter fit ſecundum ordinem prædictum. Vnde concludit quod forte antiqui dicentes Oceanum eſſe quendam fluuium circumdantem terram, occulte loquuntur de hoc fluuio, qui circulariter fluit circa terram: vt dictum eſt. Deinde cum dicit.

g ¶ Determinat de prædictis paſſionibus in ſpeciali: oſten-
F dendo differentias earum adinuicem: & diuiditur in duas partes. In prima determinat de generatione illorum, quæ manifeſtiorem habent cauſam. In ſecunda de generatione grandinis, circa quam eſt maior difficultas: ibi, [Ipſa autem aqua.] Circa primum duo facit: primo determinat de pluuiis dicens quod cum humidum aqueum eleuetur ex virtute calidi, & iterum feratur deorſum propter infrigidationem, ſecundum quaſdam differentias, huiuſmodi paſſionibus aeris, diuerſa nomina imponuntur: quia quando per modicas partes vapores inſpiſſati in aquam cadunt, tunc dicuntur [pſecades:] id eſt, guttæ: ſicut aliquando contingit, quod paruæ guttæ decidunt: quando vero ſecundum maiores partes decidunt guttæ ex vaporibus generatę, vocatur pluuia. Secundo ibi.

h ¶ Determinat de rore: & pruina: & circa hoc tria facit: primo determinat modum generationis eorum: & dicit, quod ros, & pruina contingunt ex hoc, quod de die, ſole exiſtente ſuper terram aliquid euaporat ex humido aqueo propter ſolis calorem: quod quidem euaporat, & non multum ſuſpenditur: vel eleuatur ſuper terram: propter hoc, quod ignis, id eſt, calor eleuans huiuſmodi vaporem eſt paruus in comparatione ad humorem aqueum: qui eleuatur: & ita cum de nocte infrigidatus fuerit aer, inſpiſſatur ille vapor eleuatus de die: & cadit in terram: & vocatur ros: vel pruina: vt ita ſe habeat acceſſus ſolis, & receſſus, ſecundum motum diurnum, ad generationem roris, & pruinæ ſecundum quod ſe habet ad generationem pluuiæ ſecundum motum proprium, ſecundum quod accedit, & recedit æſtate, & hyeme. Secundo ibi.

i ¶ Oſtendit differentiam eorum, dicens, quod pruina fit quando vapor prius congelatur, quam condenſetur in aquam: & propter hoc fit in hyeme: & hyemalibus locis, id eſt, in frigidis locis, Sed ros fit, quando vapor inſpiſſatur in aquam: neque eſt tantus æſtus, quod vapor eleuatus deſiccetur: neque eſt tantum frigus, quod vapor congeletur: & ideo oportet quod ſit, aut in tempore,

tempore, aut in loco calido: quia ros ſemper fit in tempore temperato, & in locis temperatis: ſed pruina, ſicut dictum eſt, fit in tempore, & loco magis frigidis: cum enim vapor ſit calidior aqua, quia adhuc eſt in eo aliquid de calore eleuante, maior frigiditas requiritur ad congelationem vaporis, quam aquæ: & ſic pruina nunquam fit niſi in magno frigore. Deinde cum dicit.

k ¶ Oſtendit qualiter exiſtente aere diſpoſito fit ros: & pruina: & primo oſtendit hoc communiter quantum ad vtrunque: ſecundo ſpecialiter de rore: ibi, [Fit autem ros vbique.] Circa primum duo facit: primo oſtendit quod proponit: ſecundo ponit quoddam ſignum prædictorum: ibi. [Signum autem.] Dicit ergo primo, quod tam ros quã pruina fiunt cum aer fuerit ſerenus: abſque nubibus & pluuia: & tranquillus abſque vento: quia ſi non ſit ſerenus, non poſſunt eleuari vapores de die, propter defectum caloris: ſi autem non fuerit tranquillitas, vento flante, non poterunt vapores condenſari, vt generetur ros. Nam ventus commouendo aerem impedit congregationem aquarum. Deinde cum dicit.

l ¶ Manifeſtat per ſignum quod ſuppoſuit de generatione roris: & pruinæ: & dicit, quod ſignum huius, quod ros, & pruina cauſentur ex hoc, quod vapor non longe eleuatur à terra, eſt hoc, quod in montibus non ſit pruina: cum tamen ibi magis videatur fieri propter loci frigiditatem. Huius ergo ſunt duæ cauſæ: vna quidem, quia vapor ex quo generatur ros, & pruina, eleuatur ex locis infimis, & humefactis, ex quibus multi vapores generantur, & eleuantur, vnde caliditas, quæ eos eleuauit, non potuit eleuare eos ad multam altitudinem, quaſi portans onus, quod excedit ſuam virtutem, ſed prope loca infima dimittit calor vapores, & cedit ros & pruina; vnde in montibus altis pruina eſſe non poteſt. Secunda autem cauſa eſt, quia aer ſuperior excedens montes, ſicut ſupra dictum eſt, fluit quaſi tractus ex motu cœli: & ideo ſuo fluxu diſſoluit adunationem huiuſmodi vaporum, quæ eſt cauſa roris, & pruinæ: plus autem de motu requiritur ad multam materiam vaporoſam diſgregandam, quam diſgregandam paruam: materia au-

A tem pluuiæ, & niuis, eſt multa: materia autem roris, & pruinæ eſt pauca ſimpliciter: licet ſit multa in comparatione ad calorem paruum eleuantem ipſam: vnde in montibus altiſſimis propter maiorem fluxum aeris, neque pluuia, neque ros, neque pruina cadit: in montibus autem non ita altis cadit pluuia & nix, propter minorem fluxum: non autem ros, & pruina. Deinde cum dicit.

m ¶ Oſtendit ſpecialiter de rore, quali diſpoſitione fiat: & circa hoc tria facit. primo proponit veritatem: dicens quod ros fit in omnibus locis flantibus auſtralibus ventis: non tamen ita validis, quod impediant congregationem vaporum: non autem ſic flantibus borealibus ventis, niſi in regione Ponti, quæ eſt frigidiſſima: ibi enim contrarie accidit: nam tempore boreali fit ros: non autem tempore auſtrali. Secundo ibi.

n ¶ Aſſignat cauſam eius quod communiter accidit, & dicit quod cauſa huius eſt ſimilis ei, quod dictum eſt, quia ſcilicet ros fit in tempore temperato, ſed non fit in hyeme, id eſt, in tempore valde frigido, & rationem ſimilitudinis oſtendit, quia Auſter facit temperiem, ſed Boreas facit hyemem: & frigus, eſt enim tunc frigus: & ideo ex hyeme, id eſt, ex frigiditate extinguit caliditatem exhalationis: vt ſcilicet non poſſint vapores eleuari ad generationem roris. Tertio ibi.

o ¶ Aſſignat cauſam eius quod accidit in Ponto: & eſt quod ibi propter magnam frigiditatem, auſter non ſufficit ad facere tantã temperiem, quæ ſufficit ad eleuationem vaporis, & ideo tempore auſtrali ibi non fit ros. Sed boreas propter ſuam frigiditatem congregat calidum, quod eſt in locis humectis, antipariſtaſim faciens, id eſt, cum quadam cõtrarietate circumſtans calidum: cum enim frigidum circumſtat calidum: ſi non omnino poſſit extinguere ipſum, congregat illũ, & ſic ex congregatione calidi, vigoratur effectus eius: & ideo magis reſoluitur vapor: & hoc non tantum in Ponto accidit: ſed in aliis locis videtur fieri frequenter, quia putei magis vaporant flantibus ventis borealibus, quam auſtralibus: propter calorem congregatum ex frigore interius: ſed tamen in aliis locis, frigiditas boreæ extinguit caliditatem vaporum, antequam aliqua multitudo poſſit adunari ad generationem roris: ſed quando fiunt

locis: pruina autem, ſicut dictum eſt, contrarie: palam enim quod vapor calidior aqua: habet enim eleuantem adhuc ignem: quare amplioris frigiditatis ipſa coagulare.

*calidiorem vaporem eſſe, propterea quod ignem, à quo educitur, adhuc retineat, ita vt maiori frigore congeletur.*

k Fiunt autem ambo ſerenitate, & tranquillitate: neque enim leuabuntur non exigente ſerenitate, neque conſtare poterunt vtique vento flante.

B *Sereno autem & tranquillo cœlo ambo oriuntur. Serenum enim niſi ſit, nihil euehetur, nec ventus ſi flauerit, poterit concreſcere.*

l Signum autem, quia fiunt hæc prope, & quod non longe ſuſpẽditur vapor, in montibus quidem etenim non fit pruina. Cauſa autem vna quidem hæc, quia ſurſum ducitur ex ſubmiſſis, & humectis locis: quare, velut onus portans, maius, ſurſum ducens caliditas, quam ſecundum ipſam, non poteſt eleuare ipſum ad multum locum altitudinis, ſed prope dimittit iterum. Alia autem, quia fluit maxime aer exiſtens in altis; qui diſſoluit conſiſtentiam talem.

*At vero hæc fieri, quod non procul vapor efferatur, hinc perſpici licet, quod in montibus pruina non fiat. At cauſa quidem hæc vna eſt, quod ex locis cauis & humidis euehitur. Itaque calor, qui euehit, tanquam maius onus ferens, quam vires eius ferre poſſint, in locum longe editum attollere non poteſt, ſed in proximo*
C *rurſus dimittit. Altera eſt, quod aer in locis excelſis diffluit, qui eiuſmodi concretionem diſſoluit.*

m Fit autem ros vbique auſtralibus, non borealibus, præterquam in Ponto: ibi autem contrarie, borealibus quidem enim fit, non auſtralibus.

*Fit autem ros vbiq; Auſtrinis flatibus, non Aquilonius, præterquam in Ponto, vbi contra, Aquilonius gignitur, Auſtrinis non item.*

n Cauſa autem ſimiliter, ſicut quia temperie quidem fit, hyeme autem non fit; Auſter quidem temperiem facit, Boreas autem hyemem; frigus enim; quare ex hyeme exhalationis extinguit caliditatem.

D *Cauſa autem ſimilis eſt, atque ea, cur cœli temperie gignatur, bruma minime. Auſter enim temperiem facit, Aquilo autem, quandoquidem frigidus eſt, brumam. Ideo frigoris vi aſpirationis calorem extinguit.*

o In Ponto autem Auſter quidem non ſic facit temperiem, vt fiat vapor, Boreas autem propter frigiditatem antipariſtaſim faciens, calidum congregat, quare plus vaporat magis. Sæpe autem hoc & in exterioribus locis eſt videre factum, vaporant enim putei borealibus magis, quam auſtralibus; ſed borealia quidem extinguunt antequam conſtet aliqua multitudo, in auſtralibus autem ſinitur congregari exhalatio.

*At in Ponto non eam Auſter affert temperiem, vt vapor gignatur. Aquilo vero frigore vndequaq; circumſtans calorem colligit. Ita vt amplior factus, magis vaporet. Quod in locis extra Pontum licet videre: Putei e-*
E *nim Aquilonius magis quam Auſtrinis flatibus vaporant. Sed Aquilonii ante reſtinguunt, quam multitudo aliqua concreſcat. Auſtrinis autem aſpiratio colligi permittitur.*

venti auſtrales, non impeditur congregatio vaporum: vt generetur ros. Sed in Ponto etiam aliquando propter boream extingitur calor vaporum: & impeditur eorum eleuatio: ſed aliquando propter multitudinem frigoris, multum de calido includitur intra terram: & ſit multa exhalatio vaporum; ita quod ad modicum tempus reſiſtit frigiditati aeris, donec congregetur tantum, quod ſufficiat ad generationem roris.

p ¶ Poſtquam Philoſophus determinauit de generatione pluuiæ, roris, & pruinæ, hic incipit determinare de generatione grandinis, & circa hoc tria facit: primo oſtendit locum generationis grandinis: ſecundo enumerat quædam accidentia circa grandinem, quæ faciũt difficultatem circa generationem ipſius, ibi. [Oportet autem accipere.] Tertio aſſignat cauſam generationis eius, ibi, [In his quidem igitur.] Dicit ergo primo, quod licet vapor congeletur in hoc aere vicino terræ: tamen aqua non coagulatur hic ad generationem grandinis, ſicut coagulantur in loco nubium: ex illo enim loco veniunt tria corpora inſpiſſata propter infrigidationem: ſcilicet aqua pluuiæ, & nix, & grando, ſed duobus horum corporum quædam proportionalia fiunt in loco inferiori vicino terræ, quæ ex eiſdem cauſis generantur: ſed differunt à pluuia, & niue ſecundum magis, & minus, prout ſcilicet citius, vel tardius fit generatio, & ſecundum multitudinem, & paucitatem: Nix enim, & pruina, proportionaliter ſunt idem, & ſimiliter pluuia, & ros: ſed differunt ſecundum multum, & paucum: quia pluuia fit ex multo vapore infrigidato: huius autem multitudinis cauſa eſt, & locus magnus, & ſpatioſus, & multum tempus, in quo vapor adunatur, & colligitur, & multus etiam locus ex quo colligitur. Quia enim in alto generantur pluuiæ, ex multis partibus illuc concurrunt vapores, ros autem habet paucum de vapore: quia tempus in quo colligitur eſt paucum: conſiſtentia enim illius vaporis eſt ephi-

F meros, id eſt, vnius diei: & locus, in quo congregatur, paruus eſt: quia congregatur in propinquo terræ, & hoc manifeſtum fit per hoc, quod generatio roris eſt velox: & multitudo eius eſt parua. Et ſicut ſe habet de rore, & pluuia, ita ſe habet de niue & pruina: quando enim tota nubes congelatur fit nix: quando vero aliquis paruus vapor congelatur circa terram, tunc fit pruina: & ideo vtrumque eorum eſt ſignum temporis, aut regionis frigidæ: quia cum in vapore, & nube adhuc ſit aliquid de caliditate, non congelaretur, niſi eſſet magnum frigus, ſuperuincẽs caliditatem ipſam: quia in nube multum reſiduum eſt de calore, qui facit euaporare humidum aqueum à terra, in vapore autem adhuc magis. Sic ergo, ſicut pluuia & nix fiunt ſuperius, ita ros & pruina inferius: ſed tamen licet grando fiat ſuperius, non conuenit ei proportionale inferius: & huius cauſa erit manifeſta, cum expoſita fuerit cauſa generationis grandinis.

p Ipſa autem aqua non coagulatur hic: quemadmodum in circa nubes loco. Inde enim tria veniunt corpora conſtantia propter infrigidationem: aqua, nix, & grando, horum autem duo quidem proportionabiliter, & propter eaſdem cauſas fiunt his, quæ inferius, differentia ſecundum magis, & minus, & multitudine, & paucitate. Nix enim & pruina idem & pluuia & ros, ſed hoc quidem multum, hoc autem paucum. Pluuia quidem enim ex multo vapore fit infrigidato, huius autem cauſa, & locus multus, & tempus exiſtens, in quo colligitur, & ex quo: paucum autem ros, ephimeros enim conſiſtentia, & locus paruus, manifeſtat autem generatio exiſtens velox: & parua multitudo. Similiter autem & pruina, & nix: cum enim congeletur nubes, nix eſt: cum autem vapor, pruina: propter quod aut temporis, aut regionis ſignum eſt frigidæ. Non enim vtique coagularetur adhuc multa inexiſtente caliditate, ſi non ſuperuinceret frigus: in nube enim adhuc ineſt multum calidum reſiduum ignis, qui euaporare fecit ex terra humidum. Grando autem quidem fit ibi: in propinquo autem terræ vaporante hoc deficit: quemadmodum enim diximus: vt quidem ibi nix, hic fit pruina: vt autem ibi pluuia, hic ros: vt autem ibi grando, hic non correſpondet ſimile: cauſa autem cum dixerimus de grandine erit manifeſta.

*Ipſa autem aqua non concreſcit, vt in nubium loco. Inde enim tria corpora frigore concreta proficiſcuntur, aqua, nix, & grando. Quorum duo proportione his, quæ in loco inferiori fiunt, reſpondent, & iiſdem de cauſis, quibus ea generantur, ſed intenſione ac remiſſione, multitudine item &*
G *paucitate differunt. Nix enim & pruina, idem ſunt. Item pluuia & ros, ſed aliud multum eſt, aliud paucum: pluuia enim ex multo refrigerato vapore generatur. Cuius rei cauſa eſt loci & temporis, in quo & ex quo colligitur, magnitudo. Quod autem paucum eſt, ros eſt. Vnius enim dici concretio eſt, & locus paruus. Quod etiam procreatione, quæ celeriter exiſtit, & multitudine exigua indicatur. Similis pruinæ & niuis ratio eſt. Nam cum nubes conglaciata fuerit, nix eſt: cum autem vapor, pruina. Id-*
H *eo aut regionis, aut tempeſtatis frigidæ ſignum eſt. Niſi etiam frigus euiciſſet, non conglaciaſſet, cum multus etiam calor intus extaret. Siquidem in nube multus calor adhuc ineſt, qui ignis reliqua pars eſt, quo humor è terra ſecretus eſt. Grando autem illic quidem generatur, ſed in vaporum loco terræ proximo deficit. Vt enim diximus: quemadmodum illis nix, ita & hic pruina: & vt illic pluuia, ita hic ros oritur, vt vero illic grando, ita hic ſimile non redditur. Cuius cauſa perſpicua erit, cum de grandine dixe-*
I *rimus.*

LECTIO XV.

OPortet autem accipere ſimul: & accidentia circa generationem ipſius: quæque non ſeducentia, & putata eſſe rationabilia. Et quidem enim grando criſtallus: coagulatur autem in hyeme aqua, grandines autem fiunt vere & autumno maxime: deinde autem & tempore fructuum: hyeme autem rarius: & quando minus fuerit frigus: vniuerſaliter autem fiunt, grandines quidem in temperatioribus locis, niues autem in frigidioribus locis.

Tractatus tertii, libri primi, in quo determinatur de grandine.
Cap. II.

*SVmenda autem etiam ea ſunt, quæ in eius ortu eueniunt, partim quæ*
K *non fallunt partim quæ præter rationem videntur. Grando enim glacies eſt, aqua autem hyeme gelatur, fiuntque grandines vere & autumno maxime, deinde & fructuum prouentus tempore, hyeme vero rarius idque cum minor eſt vis frigoris. Omninoque in locis temperatioribus grandines, in frigidioribus niues generantur.*

LECTIO XV.

PRoponit quædam accidentia quæ accidunt circa grandinem, & faciunt difficultatem circa generationem ipſius: & proponit duas difficultates circa generationem ipſius: ſecundam ponit, ibi. [Inconueniens autem.] Dicit ergo primo, quod oportet accipere ea quæ accidunt circa generationem grandinis, quæ putantur eſſe rationabilia: & non ſunt falſa, & primo proponit, quod grando eſt ſicut chriſtallus quidam, id eſt, aqua vehementer congelata: & proponit iterum, quod aqua maxime congelatur in hyeme: ex quibus videtur ſequi, quod grando maxime fiat in hyeme: ſed contrarium videtur accidere, quia grãdines maxime fiunt in vere, & in autumno, & primo in tempore fructuum, id eſt, in æſtate, & circa principium autumni: minus autem in hyeme, & tunc quando fuerit minus, & frigus hyemis; & vniuerſaliter grandines, fiunt in locis magis temperatis, niues autem in frigidioribus locis, & temporibus

A poribus. Vnde & grandines, in quibus apparet maior congelatio, magis deberent fieri locis, & temporibus frigidis. Deinde cum dicit.

b ¶ Ponit ſecundam difficultatem, & circa hoc tria facit: Primo, difficultatem ponit, & dicit, quod inconueniens videtur, quod aqua congeletur ſuperius, quia non poteſt congelari, antequam ſit facta: neque poſtquam eſt facta, remanere congelata, & eleuata; quoniam ſtatim cadit. Vnde non videtur, quod poſſit dari tempus, in quo congeletur ad generationem grandinis. Secundo ibi.

c ¶ Ponit quandam apparentem ſolutionem huius difficultatis: poſſet enim aliquis dicere, quod aqua diuiſa in partes minimas remanet in aere, quaſi ei commiſta: & non cadit ſtatim, ſed immoratur in aere, per hunc modum accidit, quando cadunt pſecades: de quibus ſupra dictum eſt. Et ſimile eſt etiam de auro reſpectu aquæ, quæ ita ſe habet ad terram, ſicut aer ad aquam: frequenter enim aurum, vel terra ſupernatat aquæ propter paruitatem partium: ſed ſi congregarentur illæ partes terræ, vel auri, caderent ſub aqua. Vnde congregatis paruis partibus aquæ, quæ reſident in aere, fiunt magnæ guttæ, & ſic deorſum feruntur pſecades, & ita poſſet aliquis dicere, quod aqua inſidens aeri, congelaretur ad generationem grandinis. Tertio ibi.

d ¶ Excludit dictam ſolutionem dicens, quod non contingit fieri in grandine, ſicut contingit in pſecadibus, quia partes aquæ congelatæ, ſi eſſent partes, non poſſent vniri, vt facerent aliquid magnum, ſicut eſt grando, ſicut continuantur partes aquæ humidæ exiſtẽtis: quia duriora, vt ſunt congelata, non ita adunantur, ſicut humidiora. Vnde oporteret, quod tanta aqua, quanta eſt magnitudo grandinis ſurſum maneret in aere non cadens: quod patet, quia non eſſet tanta poſt congelationem, ſi non fuiſſet tanta ante congelationẽ, ex multis enim paruis non poſſunt fieri multa magna continua: ſed quod tanta aqua ſurſum maneat non cadens, videtur impoſſibile. Deinde cũ dicit.

e ¶ Aſſignat cauſam generationis grandinis, & primo ponit opinionem aliorum, ſecundo opinionem propriam: ibi. [ Sed quoniam videmus.] Circa primum duo facit: Primo proponit opinionem aliorum, & dicit, quod quibuſdam videtur, quod cum nubes fuerit ex magno calore impulſa in ſuperiorem locum, qui eſt valde frigidus, ex eo, quod ibi deſinunt radii refracti à terra, aqua veniens ibi coagulatur propter frigiditatem loci: & ideo in æſtate in regionibus calidis fiunt grandines; quia magnus calor multum impellit nubes in ſuperiorem locum ſurſum longe à terra Secundo ibi.

f ¶ Impugnat prædictam poſitionem tribus rationibus, quarũ prima eſt, quod videmus in altis montibus non fieri grandines, quod tamen oportebat, ſi per eleuationem vaporis in locum multum altum generarentur grandines, ſicut etiam videmus in montibus altis fieri niues, quæ generantur in alto. Secundam rationem ponit ibi.

g ¶ Et dicit, quod ſæpe viſę ſunt nubes, quę feruntur prope terram, cum multo ſono, ita vt quidam audientes cadentes terreantur, ac ſi aliquod maius futurum portendatur, aliquando etiam talibus nubibus viſis prope terram ſine ſono, fit multa grando, incredibilis magnitudinis, & figuræ non rotundę. Hoc autem, ſcilicet quod grando non ſit figuræ rotundæ, & quod ſit magnæ quantitatis, accidit ex hoc, quod cõgelatio grandinis eſt facta prope terram, & ideo paruo tempore fit motus ipſius, quia ſi multo tẽpore fieret, diminuta fuiſſet quantitas grandinis, & figura fuiſſet facta rotunda: motu diſſoluente præcipue partes angulares, fortius diuidentes aerem, & magis ei reſiſtentes. Non ergo verum eſt, quod generatio grandinis fit multum longe à terra, Tertiam rationem ponit, ibi.

h ¶ Et dicit; quod neceſſe eſt, quod magnitudo grandinis cõtingat ex fortitudine cauſæ coagulationis grandinis: quia grando eſt quoddam congelatum: ſicut chriſtallus, vt eſt cuilibet manifeſtum. Sed magnitudo

b Inconueniens autem & coagulari aquam in eo, qui ſurſum loco: neque enim congelatam eſſe poſſibile, antequam aqua ſit facta, neque aquam vllo tempore poſſibile manere eleuatam exiſtentem.

c Ac vero neque quemadmodum pſecades, B ſurſum quidem inſident propter paruitatem, immorantes autem in aere, ſicut & in aqua terra: & aurum propter paruitatem partium ſæpe ſupernatat, ſicut in aere aqua: conuenientibus autem multis paruis, magnæ deorſum feruntur pſecades.

d Hoc enim non contingit fieri in grandine: non enim copulantur congelata, quemadmodum humida. Palam igitur, quod ſurſum tanta aqua maneret: non enim vtique C congelata eſſet tanta.

e His quidem igitur videtur paſſionis cauſa huius, & generationis, cum propulſa fuerit nubes in ſuperiorem locum magis exiſtentem frigidum: propterea quod deſinũt ibi refractiones radiorum à terra: & veniens ibi aqua, coagulatur, propter quod æſtate magis in calidis regionibus fieri grandines, quoniam amplius calidum ſurſum pellit à terra nubes.

D

f Accidit autem in valde altis minime fieri grandinem: quamuis oportebat: quemadmodum & niuem videmus, & in altis maxime factam.

g Adhuc autem ſæpe viſæ ſunt nubes delatæ cum ſono multo ſecus ipſam terram: vt terribile eſſet audientibus & videntibus, tanquam futuro aliquo maiori: aliquando autem & ſine ſono talibus viſis nubibus, grando fit multa, & magni- E tudo incredibilis, & figuris non rotunda, propterea quod non multo tempore ſit latio ipſius, tanquam prope terram facta coagulatione.

h At vero ſi neceſſarium ab ea, quæ maxime cauſa coagulationis, maximas fieri grandines, criſtallus enim grando: & hoc omnibus manifeſtũ, magnæ autem

*Illud etiam abſurdum eſt, aquam in ſupero loco congelari, cum nec congelari ante poſſit, quam oriatur, nec vllo tempore ſublimis pendere.*

*At neq; vt guttæ, quæ per ſuperum locum ob paruitatem vehuntur, in aere verſatæ (quemadmodum enim in aqua, terra & aurum ob partium exiguitatem ſæpe innatant ſic & in aere aqua) paruiſq; multis coeuntibus, magnæ deferuntur, ita in grandine fieri hoc poteſt.*

*Namq; gelu concreta ſunt, non coaleſcunt, vt humida. Perſpicuum itaq; eſt, tantum aquæ in ſupero loco permanſiſſe, non enim tanta fuiſſet congelata.*

*Quibuſdam itaque huius affectionis, & procreationis cauſa hæc videtur eſſe, quod cum nubes in ſuperum locum, qui quod radiorum è terra reflexiones ibi deſinant, paulo frigidior eſt pellitur, vbi illuc peruenerit, aqua geletur. Ideo æſtate magis, & locis tepidis grandines fieri, quod calor longius a terra nubes repellat.*

*At in locis admodum editis, grandines generari minime contingit, quod tamen oportebat, perinde ac niuem in excelſis locis gigni conſpicimus.*

*Nubes præterea tam vehementi ſonitu prope terram ferri ſæpius viſum eſt, vt audientibus & videntibus terror incuteretur, quaſi maius quippiam futurum eſſet. Interdum etiam abſq; ſono eiuſmodi conſpectis nubibus multa grando, & magnitudine incredibili, & figura non rotunda exiſtit, propterea quod multo tempore non deferatur, quaſi prope terram facta ſit gelatio, non vt illi inquiunt.*

*Atqui neceſſe eſt ab eo, quod gelationis cauſa maxime eſt, magnas grandines effici. Grando enim glacies eſt. Atque hoc cuiuis conſtat. Magnæ autem ſunt, quæ figura non*

magnitudo grandinis maior eſt in grandinibus, quæ non ſunt rotundæ: ex quo poteſt concludi, quod grandines, quæ non ſunt figuræ rotundæ, habeant fortem cauſam congelationis: ſed hoc, quod grando non ſit figuræ rotundæ, eſt ſignum, quod ſit congelata prope terrã, quia ſi venirent de longe circumquaque eſſent attritæ, propter motum à longinquo, & ſic eſſent figuræ rotundæ: & magnitudine minores. Vnde concludit, quod coagulatio grandinis nõ accidit propter hoc, quod vapores compellantur in locum frigidum ſupremum, multum remotum à terra. Deinde cum dicit.

i ¶ Aſſignat cauſam generationis grandinis, in quo primo excludit vnam difficultatẽ ſuperius motam, ſecundo excludit aliam, ibi. [Accidit autem hoc.] Dicit ergo primo, quod per experimentum videmus, quod calidum & frigidum ſua contrarietate circumſtant ſe inuicem, & aggregant: & hoc manifeſtum eſt in terra. Nam in æſtu interiora terræ ſunt frigida, propter hoc, quod caliditas aeris frigiditatem terræ circumſtat, vnde congregatur interius: èconuerſo autem tempore frigoris, interiora terræ ſunt calida, propter hoc, quod frigus concludit interius calorem, qui erat in terra, & inde eſt, quod aqua fontium in æſtate eſt frigida, & in hyeme calida: Et hoc oportet putare fieri, etiam in ſuperiori loco. Vnde in tempore calido, frigidum contrarietate calidi circumſtantis incluſum, vehementius operatur: vnde aliquando valde cito ex nube facit aquam, & propter hoc, multo maiores guttæ fiunt in calidis diebus, quam in hyeme, & aquæ pluuiæ fiunt lubricæ, id eſt, violentiores. Quæ quidem magnitudo, & violentia accidit ex eo, quod quaſi tota ſimul deſcendit pluuia, quod accidit propter celeritatem congelationis. Et ſic contrariũ accidit ei, quod Anaxagoras dicebat: volebat enim hoc accidere, quando vapor, ex quo generatur pluuia, aſcendit in aerem valde frigidum: ſed nos èconuerſo dicimus, quod hoc accidit, cum vapor deſcendit in aerem calidum. Sic igitur ex calido circumſtante frigidum, & congregante ipſum, fiunt magnæ guttæ pluuiarum & violentæ: ſed cum frigidũ magis congregatur, concluſum

ſunt, quæ figuris non rotundæ: hoc autem ſignum eſt, quod ſit congelata prope terram, late enim de longe, propter fieri de longe, circum attritæ fiunt, figuræque rotundæ, & magnitudinis minoris: quod quidem igitur non expropellendi in ſuperiorem locum frigidum coagulatio accidit, palam.

i Sed quoniam videmus, quod fit antipariſtaſis calido, & frigido inuicem, propter quod in æſtibus frigida inferiora terræ, & calida in gelu, hoc oportet præſentire & in eo, qui ſurſum fieri loco. Quare in calidioribus temporibus antipariſtaſim paſſum intra frigidum, & propter eam, quæ in circuitu caliditatem, aliquando quidem cito aquam ex nube facit, propter quod & guttæ multo maiores in calidis fiunt diebus quam in hyeme, lubricæ enim quidem dicuntur, cum ſubito ſimul totæ, magis ſubito autem propter celeritatem coagulationis, hoc autem fit ipſum contrarium quemadmodum, vt Anaxagoras dicit, hic quidem enim cum in frigidum aerem aſcenderit, ait hoc pati, nos autem cum in calidum deſcenderit & maxime cum maxime, cum autem adhuc magis antipariſtaſim patiatur intus frigidum ab exteriori calido, aquam autem faciens, coagulauit, & fit grando.

k Accidit autem hoc, cum citius fuerit coagulatio, quam aquæ latio deorſum. Si enim fertur quidem in tanto tempore, frigiditas autem vehemens exiſtens in minori coagulauit, nihil prohibet eleuatam congelari, ſi in minori fiat tempore coagulatio, quam quæ deorſum latio. Et quanto vtique propinquius, & magis ſubito fiat coagulatio, aquæ lubricæ magis fiunt, & guttæ, & grandines maiores, propterea quod breui ferantur loco, & non crebræ guttæ, quæ magnæ cadunt, propter eandem cauſam.

*conſtant rotunda. Quo declaratur prope terram concreſcere, nam quæ è longinquo feruntur, quod per longum ſpatium ferantur, vndiq; corraſæ rotundæ ſiunt, & magnitudine minori. Perſpicuum igitur eſt, pulſu in ſuperum locum frigidum congelatione non fieri.*

G *Quoniam autem calorem & frigus ſeſe vndiq; viciſſim coercere & comprimere conſpicimus (qua de cauſa ſubterranea loca tum calidis temporibus frigida ſunt, tum gelidis calida) hoc ipſum fieri in ſupero loco cenſendum eſt. Temporibus itaq; calidioribus frigus calore ambiente introrſum vndiq; compulſum, interdum quidẽ aquam ex nube celeriter facit, interdum grandinem.*

H *Quocirca & guttæ diebus tepidis, quã hyeme multo maiores, & aquæ impetuoſæ magis gignũtur. Magis autem impetuoſæ fiunt, cum magis coaceruatæ, magis vero coaceruatæ ob denſationis celeritatẽ. Atq; hoc contra quam Anaxagoras inquiat, euenit. Ille enim ita affici ait, cum in frigidum aerem aſcenderit: nos autem, cum in calidum deſcenderit, & maxime, cũ maxime. Cum autem frigus à calore exteriore circumſtante introrſum magis compreſſum fuerit, mox vbi aquam genuit, conglaciat, efficiturque grando.*

I *Hoc autem accidit, cum gelatio celerior fuerit, quam aquæ in inferum locum delatio. Nam ſi tanto temporis ſpatio deorſum feratur, frigus autem vehemens breuiori conglaciet, nihil prohibet, tum cum ſuſpenſa eſt, gelari, ſi gelatio minori tempore efficiatur, quã deorſum latio. Quo vero propior, & magis collecta gelatio fuerit, eo impetu maiore aquæ decidunt, & guttæ grandineſq; maiores, propterea quod per breue ſpatium ferantur, nec denſæ eæ, quæ magnæ ſunt, ob eandem cauſam guttæ cadunt.*

K *Rarius autem fit æſtate, quam vere & autumno: quãquam magis quam hyeme, aer enim æſtate eſt ſiccior, qui vere adhuc eſt humidus: autumno vero iam humeſcit.*

F ab exteriori calido, non ſolum ſubito condenſantur nubes in aquam, ſed vlterius aqua congelatur ex vehementi virtute frigidi incluſi, & ſic fit grando. Vnde patet ſolutio primæ difficultatis, quare ſcilicet aqua congelatur in grandinem, magis tempore æſtatis, quam hyemis. Deinde cum dicit.

k ¶ Soluit ſecundam difficultatem, & circa hoc tria facit: primo ſoluit difficultatem, ſecundo aſſignat rationem de tempore generationis grandinis, ibi. [Minus autem æſtate] tertio, ponit quoddam conferens ad celeritatem generationis grandinis, ibi. [Confert autem.] Fuit autem ſecunda difficultas ex hoc, quod non videbatur poſſe dari tempus, in quo ſuperius aqua cõgelaretur in grandinẽ, quia ſtatim dum aqua generatur, cadit: & antequam generetur, cõgelari non poteſt. Ad ſoluendam igitur hanc difficultatem dicit, quod generatio grandinis accidit, quando eſt velocior aquæ congelatio, propter virtutem frigoris aggregãtis, quam motus aquæ pluuiæ deorſum. Et quod hoc ſit poſſibile, oſtendit: cum enim omnis motus localis ſit in tempore, manifeſtum eſt, quod in aliquo determinato tempore aquæ pluuiæ fertur deorſum. Contingit autem, quod in minori tempore frigiditas, propter ſuam vehementiam, congregat aquam, quam ſit tempus deſcenſus eius, vnde nihil prohibet, ſi congelatio fiat in minori tempore, quam motus deorſum aquæ, ſi frigidum exiſtat fortius, & vehemens. Et hinc eſt, quod quanto propinquius nobis fit generatio aquæ, vel grandinis, tãto magis ſubito congeletur, calido exiſtente fortiori prope terram, & vehementius expellente, & concludente frigidum. Et ideo oportet, quod & aquæ pluuiæ fiant violentiores: & tam guttæ pluuiarum, quam grãdinum ſint maiores: propter hoc, quod per minus ſpatium feruntur: & minus ex eis diſſoluitur: illæ autem guttæ, quæ cadunt magnæ, non ſunt crebræ, propter eandem cauſam: quia enim ſubito, & ſimul congelantur, in magnas, non in multas partes diuiduntur, & ſubito etiam cadunt, ſicque materia pluuiæ & grandinis, non tam ſpiſſim cadit. Deinde cum dicit.

Aſſignat

l ¶ Aſſignat rationem de tempore generationis grandinis, & dicit, quod minus cadunt grandines æſtate, quam in vere, & in autumno: ſed magis quam in hyeme, ideo autem minus in æſtate, quia æſtas eſt ſiccior, in vere autem eſt adhuc humidum, propter hyemem præcedentem: & in autumno iam incipit humectari, & ſic in æſtate non eſt tanta materia vaporum humidorum ad generationem grandinis, ſicut in vere, & in autumno, licet ſit maior calor: in hyeme autem licet abundet materia, deficit tamen calor, qui ſit potens concludere frigidum ad generationem grandinis. Fiunt etiam grandines tempore maturationis fructuum, id eſt, in fine æſtatis, propter eandem cauſam, quia tunc calor adhuc viget, & etiam aeriam incipit humectari. Deinde cum dicit.

m ¶ Quia difficultatem ſuperius motam ſoluerat, propter velocitatem generationis grandinis contingentem ex vehementia frigoris, ponit hic aliud ad celeritatem eandem conferens, & dicit, quod confert ad celeritatem coagulationis, quod aqua fuit præcalefacta, adiuuante materia vaporoſa caliditatem tēporis, & ideo citius infrigidatur, quia frigus vehementius agit in ipſam, & poteſt intrinſecus penetrare aquā rarefactam per calorem, & ideo multi, cum volunt infrigidare calidam aquam ponunt eam ad ſolem primo. Et illi etiam, qui piſcantur in regione Ponti, cum fecerint habitacula tempore glaciei ad venandum piſces, quos venantur ſcindentes glaciem fluuiorum, vel maris, circumfundunt aquam calidam calamis, quibus venantur, vt citius coaguletur, & ſic vtuntur glacie, quaſi plumbo, vt calami firmiter quieſcant. Sed & in regionibus, & in temporibus calidis, aqua calida fit cito frigida, eo quod cito inſpiſſatur propter prædictam cauſam, & ideo in Arabia, & Æthiopia fiunt pluuiæ æſtate, & non hyeme, quia ſcilicet vapores cito infrigidantur ex contrarietate calidi circumſtantis, cum regio illa ſit valde calida. Vltimo autem epilogat, quæ dicta ſunt, & eſt planum in litera.

A

l Minus autem æſtate fit, quam vere & autumno, magis autem quam hyeme, quia ſiccior aer æſtate, in vere autem adhuc humidus in autumno autem iam humectatur. Fiunt autem: quemadmodum iam dictum eſt, & in maturatione fructuum grandines, propter eandem cauſam.

B

m Confert autem adhuc ad celeritatem coagulationis: & præcalefactam eſſe aquam, citius enim infrigidatur, propter quod multi cum calidam infrigidare cito voluerint, ad ſolem ponunt primo: Et qui circa Pontum, cum in glacie habitacula fecerint, ad piſcium venationem, venantur enim decidentes glaciem, aquam calidam, calamis circumfundunt, propterea, quod citius coagulatur, vtuntur enim glacie, quaſi plumbo, vt quieſcant calami. Calida autem fit cito conſtans aqua: in regionibus, & in temporibus calidis. Fiunt autem & circa Arabiam, & Æthiopiam, æſtate aquæ, non in hyeme, & hæ vehementes, & eadem die ſæpe, propter eandem cauſam: cito enim infrigidantur antipariſtaſi: quæ fit propter calidam eſſe regionem valde. De pluuia quidem igitur, & rore, & niue, & pruina, & grandine, propter quam cauſam fiunt, & quæ natura ipſorum eſt, dicta ſint tanta.

C

D

## LECTIO XVI.

DE ventis autem, & omnibus ſpiritibus, adhuc autē de fluuijs & mari dicamus, primo & de his dubitantes ad nos ipſos, ſicut enim & de alijs, ſic & de his, nihil accipiemus dictum tale, quod non & quilibet dicat vtique.

E

b Sunt autem quidam, qui aiunt, vocatum aerem motum quidem, & fluētem, ventum eſſe, conſiſtentem autem eundem hunc iterum nubem, & aquā, tanquam eadem natura exiſtente aquæ & ſpiritus, & vento exiſtente motu aeris. Propter quod & eorum, qui ſapienter volunt dicere, quidam vnum

*Quin etiam interdum fructuum prouentus tempore, grandines (vt dictum eſt) fiunt.*

*Ad gelationis autem celeritatem aqua ante excalefacta aliquid confert. Celerius enim refrigeratur, ideo multi, cum refrigerare celeriter voluerint, Soli primum eam exponunt. Ponti etiam accolæ, cum in glacie domos extruunt, ad piſcium venationem (venantur enim glacie perfracta) aqua calida arundines perfundunt, propterea quod celerius geletur. Nam glacie pro plumbo vtuntur, vt immotæ arundines conſiſtant. Quæ autem calidis temporibus, & locis concreſcit aqua, cito incaleſcit. Æſtate etiam, non hyeme, tum in Arabia, tum in Æthiopia pluuiæ oriuntur, & illæ quidem vehementiores, & eadem die ſæpius, ob eandem cauſam. Cito enim refrigeratur propter antiperiſtaſin, quæ ob loci vehementem calorem exiſtit. De pluuia igitur, & rore, & niue, & pruina, & grandine, quam ob cauſam fiant, & quæ natura eorum ſit; hæc ſint dicta.*

Tractatus quarti, libri primi: in quo determinatur de generatione Fontium, & Fluuiorum.
Cap. I.

*DE ventis autem, & omnibus flatibus, atq; etiam de fluminibus & mari dicamus, de his quoq; primum aduerſus nos ipſos dubitantes. Vt enim & de alio quouis, ita etiam de his nihil traditum accepimus, quod non vel quiuis diceret.*

*Sunt autem quidam, qui aiunt id, quod nuncupatur aer, cum mouetur, & fluit, ventum eſſe: idipſum vero cum rurſus cogitur, nubem & aquam, perinde ac aquæ & flatus eadem natura ſit, aeriſq; motionē ventum eſſe. Quapropter nonnulli ſcite dicere volentes, ventos omnes ventum vnum eſſe inquiunt, quod accidit, vt vniuerſus aer, qui mouetur, vnus &*

## LECTIO XVI.

POſtquam Philoſophus determinauit de his, quæ generantur ex alto ab exhalatione humida, hic determinat de his, quæ generantur in terra ex eadem materia, ſcilicet de fontibus & fluminibus: & diuiditur in partes duas. In prima determinat de cauſa generationis fluuiorum: in ſecunda de duratione eorum, ibi. [Non ſemper eadem loca.] Circa primum tria facit: primo dicit, de quo eſt intentio, & dicit, quod eſt de ventis, & omnibus, quæ ex ventis cauſantur, & de fluuiis, & de mari, de quibus hoc ordine dicetur, quod primo proponemus dubitationes ad nos ipſos, & poſtea declarabimus veritatem ad nos ipſos, & non ad alios, quia de talibus nihil accipiemus dictum ab aliis, quod non quilibet poſſit dicere, tam facilia ſunt dicta eorum, & ideo non multum curabimus ea. Secundo ibi.

b ¶ Ponit opiniones quorundam de ventis, & dicit, quod quidam dixerunt, quod corpus, quod dicitur aer, dum fluit, & mouetur, eſt ventus: dum autem conſtat, & inſpiſſatur, eſt nubes; & aqua, ac ſi eadem natura ſit aquæ, aeris, & venti, & nihil aliud ſit ventus, quam aer, & aqua. Et quia aer totus eſt vnus, ideo quidam volentes multum ſapienter loqui, dixerunt, quod non eſt niſi vnus ventus, & quod videantur vēti differre, hoc non eſt niſi ex differentia locorum, in quibus mouentur, quod eſt ſimile, ac ſi dicerent, quod omnes fluuii ſūt vnus fluuius, & quod omnis aqua eſt vna, quod manifeſte falſum eſt. Vnde multitudo hominum, qui vulgariter, & ſine inquiſitione Philoſophiæ loquuntur de ventis, melius loquūtur quam iſti, qui ſic inquirendo errauerūt, quia ſi hoc eſſet verū, quod omnes fluuii fluerent ex vno principio, & hoc etiam poſſet aliquo modo eſſe verum, quod omnes venti eſſent ex vno principio. Sed de ventis etiam, ſicut de fluuiis manifeſtum eſt, quod id, quod dixerunt leuiter, & mendaciter dixerunt. Oportunum eſt autem de

hoc

hoc conſiderare in proprio tractatu, quid eſt ventus, & quomodo generatur, & quid mouet ipſum, & vnde eſt principium ventorum, & vtrum oporteat accipere ventum fluentem ſicut ex aliquo vaſe, qui tam diu flat, donec illud euacuetur, ac ſi eſſet emiſſum ab aliquo vtre, vt fabulatur Homerus: aut non eſt ex vno principio, ſed ex multis, vt pictores pingunt, diuerſos ventos emittentes ex ſe principium flatuum. Tertio ibi.

c ¶ Inducit ſimiles opiniones de generatione fluuiorum, propter hoc enim induxerat, quod dictum eſt de ventis. Et circa hoc tria facit: primo ponit quorundam falſam opinionem: ſecundo reprobat eam, ibi. [ Quamuis manifeſtum ] tertio excludit quandam rationem ipſorum, ibi. [ Non ſolum, ſed & talia. ] Dicit ergo primo, quod ſimiliter videtur quibuſdam ſe habere de generatione fluuiorum, ſicut dictum eſt de generatione ventorum: dicunt enim, quod cum aqua eleuatur à terra per vaporationem, & iterum fluit deorſum, congregatur ſub terra: & ſic fluit ad generationem fontium, & fluuiorum, ſicut ſi intelligantur exire ex aliquo magno ventre, id eſt, ex aliqua magna voragine, vbi ſit congregata multa aqua, ſiue ita ſit, quod omnes fluuii fluant ex vno principio tali, ſiue ex diuerſis talibus principiis diuerſi fluuii fluant. Et ſecundum hoc, aqua non generatur ſub terra de nouo ad fluxum fontium, & fluuiorum, ſed illa, quæ prius fuit collecta in prædicta receptacula eſt principium multitudinis aquarum & fluuii. Et huius ſignum dicebant eſſe, quod in hyeme eſt maior fluxus fluuiorum quam in æſtate. Et hinc aſſignant cauſam, quare quidam fluuiorum ſunt perpetui, & quidam non perpetui: quando enim propter magnitudinem voraginis tan-

aiunt ventum eſſe omnes ventos: quia accidit, & aerem motum vnum & eundem eſſe omnium, videri autem differre nihil differentem, propter loca, vndecunque extiterit fluens, ſimiliter dicens, quemadmodum vtique ſi quis putet omnes fluuios vnum fluuium eſſe, propter quod melius multi dicunt ſine inquiſitione, quam cum inquiſitione ſic dicentes. Si quidem enim ex vno principio omnes fluuij, & ibi ſpiritus, eodem modo, forſitan dicerent vtique aliquid dicentes ſic, ſi autem ſimiliter hic, & ibi, palam, quod hoc leue dictum erit vtique mendacium, quoniam hoc quidem opportunam habet conſiderationem, quid eſt ventus, & quomodo ſit, & quid mouens, & vnde principium eorum, & primo vtrũ quemadmodum ex vaſe oportet accipere fluentem ventum, & vſq; adhuc fluere, donec vtique euacuetur vas, velut ex vtribus emiſſum, aut quemadmodum pictores pingunt, ex ſeipſis principium emittentes.

c Similiter autem de generatione fluuiorum videtur quibuſdam habere, eleuata enim à ſole aqua: & iterum plura, congregata ſub terra, fluere, ex ventre magno, aut omnes ex vno, aut alium ex alio, & non fieri aquam vllam, ſed collectam ex hyeme in talia ſuſceptacula terræ: hanc fieri multitudinem fluuiorum, propter quod & maiores ſemper hyeme currere, quam æſtate: & hos quidem perpetuos, hos autem non perpetuos. Quorumcunque quidem enim propter magnitudinem ventris multa collecta aqua eſt, vt ſufficiat, & non prius conſumatur, antequam ſuperueniat imber in hyeme iterum, hos quidem perpetuos eſſe in finem: Quibuſcunque autem minora ſuſceptacula, hi propter paucitatem aquæ exſiccantur, antequam ſuperueniat quæ de cœlo, euacuato vaſe.

d Quamuis manifeſtum, ſi quis velit faciens ſuſceptaculum præ oculis quotidianæ aquæ fluentis continuæ intelligere multitudinem, excedit vtique magnitudine, terræ molem, vel non multum deficiet ſuſcepta omnis fluens aqua per annum, ſed palam, quod accidunt quidem & multa alia in multis locis terræ.

e Non ſolum, ſed & inconueniens, ſi quis non putet propter eandem cauſam aquam ex aere

F *idem videatur. Cumque nihil differat, cum tamen differre ob loca, vnde perpetuo effluit, videri. Qui perinde dicunt, ac ſi quis omnes fluuios, vnum eſſe fluuiũ exiſtimet. Quocirca multitudo abſq; perſcrutatione rectius his dicit, qui adhibita perſcrutatione ſic loquuntur. Nam ſi ex vno principio omnes fluerent, itemque ſtatus eodem modo, fortaſſe qui ſic aiunt, aliquid dicerent. At ſi non aliter hic atq; illic res habet, conſtat hoc illorum ſcitamentum falſum eſſe. Cõſentanea enim perſcrutatio de hoc eſt, quid ventus ſit, & quomodo generetur, quidq; ſit, quod eos moueat, & vnde eorum principium ducatur. Et vtrum ventus quaſi ex vaſe fluere ſumendus ſit, & eouſq; ex illo fluere, quoad vacuũ reddatur, tanquam ex vtribus emittatur, an quemadmodum etiam pictores pingunt, ex ſe initium emittant.*

G

H

*Fluuiorum quoq; ortus non diſſimilis eſſe quibuſdam videtur. Aquã enim, quæ à ſole ſublata eſt, rurſus cũ pluit ſub terra collectam, tanquam ex magno ventre fluere, aut omnes ex vno, aut alium ex alio, nullamq; aquã generari, ſed ex ea, quæ hyeme in hæc principia collecta eſt, fluuiorum multitudinem effici. Ideo maiores ſemper hyeme quam æſtate fluere, & alios quidem perennes eſſe, alios non perennes. Quorum enim ob aluei magnitudinem aqua collecta multa eſt, vt ſufficiat, nec antea conſumatur, quam hyeme imber redeat, eos perennes ſemper eſſe. Quorum vero minora ſunt receptacula, eos ob aquæ paucitatem exſiccari prius vaſe exinanito, quam ea, quæ è cœlo defluit, ſuperueniat.*

I

K *At conſtat, ſi quis ei aquæ, quæ quotidie fluit, facto ante oculos ſuſceptaculo, multitudinem eius conſiderare voluerit, fore, vt quod aquam anno fluentem recipit, terræ molem magnitudine exuperet, aut certe parum vincatur. Atqui perſpicuum eſt multa etiam eiuſmodi, multis in terræ locis accidere.*

*Sed illud abſurdum eſt, ſi quis non putet ob eandem cauſam aquã ex aere etiam intra terram oriri, ob quam*

ta aqua congregata in hyeme ſub terra, vt ſufficiat ad perpetuitatem fluuii, ita quod non deficiat aqua fluens, priuſquam iterum ſuperueniat in noua hyeme: tunc fluuius fit perpetuus vſque in finem: ſi autem receptaculum ſit paruum, tunc propter paucitatem aquæ deficit origo fluuii: quaſi euacuato vaſe, antequam iterum fluat aqua de cœlo: & ideo fluuius non perenniter fluit. Deinde cum dicit.

d ¶ Improbat prædictam poſitionem, quadrupliciter: primo quidem dicens, quod ſi aliquis velit præ oculis conſiderare multitudinem aquæ, quæ continue fluit per fluuios per totum vniuerſum, excederet totam quantitatem terræ, vel parum ab ea deficeret, ſi oporteret eſſe aliquod receptaculum ſub terra, vel vnum, vel plura, vnde flumina fluerent, & ſic oporteret totam terram interius eſſe concauam ad capiendam tantam multitudinem aquæ, & hoc ipſum non ſufficeret, hoc autem patet eſſe falſum: cum enim terra naturaliter ſit in medio, & naturaliter partes tendant ad medium, non poteſt dici, quod terra ſit tantum concaua interius ad ſuſcipiendam aquam, licet non ſit inconueniens, quod in multis locis terræ, ſint aliqua receptacula aquarum. Secundo ibi.

e ¶ Ponit ſecundam rationem, & dicit, quod inconueniens eſt, ſi quis non putet, quod ex aere euaporato intra terram fiat aqua propter eandem cauſam, propter quam fit etiam ſupra terram in aere. Vnde ſi ſupra terram in aere, aer euaporatus propter frigiditatem condenſatur in aquam, oportet putare, quod etiam à frigiditate terræ hoc idem fiat. Et ſic non ſolum aqua ſeparatim exiſtens in terra, quaſi in aliquo receptaculo, fluit per fluuios, ſed continue infra terram generatur per infrigidationem vaporum: &

hæc

A

hæc effluet per fluuios. Sed quia poſſet aliquis dicere: quod ex vaporibus infra terram generatur quædam aqua, ſed tota ſimul colligitur in aliquibus receptaculis, ex quibus fluuii fluunt, quod eſſet ſimile, & quaſi idem poſitioni prædictæ, ideo tertio hoc excludit per quoddam ſignum, ibi.

f ¶ Et dicit, quod adhuc non eſt intelligendum tale eſſe principium fluuiorum, quod aqua quidem non generetur infra terram, ſed exiſtat ibi quotidie, dum flumina fluunt, ac ſi eſſent quædam ſtagna aquarum ſub terra, vt quidam dicunt, ſed oportet intelligere ſic fieri intra terram, ſicut fit ſupra terram: ſupra terram enim dum primo condenſatur vapor, fiunt paruæ guttæ, quæ adunantur cum aliis, & ſic facile aqua fluens deſcendit cum quadam multitudine, ita etiam fit infra terram: primo enim paruæ guttæ generantur, & ſic principia fluuiorum ſunt quædam ſcaturigines in imo terræ. Et hoc manifeſtatur per opus, qui enim volunt ducere aquas, puta facientes puteos, vel aliquod tale, colligunt aquas in locis infimis, & defoſſis, ac ſi fieret quædam reſudatio terræ per aquam à locis excelſis ad infima. Et ex hoc apparet, quod aqua guttatim profluit à terra ad generationem fluuiorum & fontium, non autem ita, quod in terra ſint loca, quæ ſint quaſi ſtagna aquarum actu exeuntium. Quarto ibi.

g ¶ Ponit aliud ſignum ad idem ſummum ex naturali fluxu aquarum, nam præcedens ſignum fuit ſumptum ex opere, & dicit, quod propter eandem cauſam [ rheumata, ] id eſt, fluuiorum fluxus videntur eſſe ex montibus, & maximi fluuii fluunt ex maximis montibus, & fontes, vt plurimum ſunt vicini montibus, & locis altis. Sed in campeſtribus ſunt pauci fontes ſeparati à fluuiis, & hoc ideo eſt, quia loca montana, & alta ſunt, ſicut quædam ſpongia ſpiſſa propter ſoliditatem lapidum ad eiiciendam aquam, & ſunt ſuſpenſa ad hoc, quod aqua poſſit fluere, & ſic producunt aquam in multis locis. Et colligunt etiam aquam deſuper complutam, ſed hoc ſecundum modicas partes, non tamen ita, quod infra montes ſint voragines, in quibus congregatur aqua: & ideo dicunt, quod colligunt aquam, quia ſuſcipiunt magnam multitudinem aquæ deſuper aduenientis per pluuiam. Et ad hoc cooperatur figura mõtium: nam figura rotunda eſt capaciſſima figurarum. Nihil autem differt ad recipiendam multitudinem aquæ, an circumferentia ſit diſpoſita ſupreme ſecundum concauitatem, an ſecundum conuexam globoſitatem: quia vtroque modo æqualem quantitatem capiet. Vnde licet montes non ſint poſiti ſecundum concauitatem, ſed ſecundum globoſitatem potius, tamen multitudinem aquarum ſuſcipere poſſunt, & non ſolum colligunt multitudinem aquarum, vt aliunde receptam propter figuram, ſed etiam producunt eam, vt interius generatam propter frigiditatem quia

fieri, propter quam quidem ſuper terram, & in terra. Quare ſi quidem & ibi propter frigiditatem conſtat vaporans aer in aquam, & ab ea, quæ in terra frigiditate idem oportet putare hoc accidere, & fieri non ſolum ſegregatam aquam in ipſa, & hanc fluere, ſed fieri continue.

B

f Adhuc autem non ea, quæ fit, ſed exiſtente aqua quotidie, non tale eſſe principium fluuiorum, velut ſub terra ſtagna quædam ſegregata, ſicut quidam dicunt, ſed ſimiliter, ſicut in eo, qui ſuper terram, loco, paruæ conſiſtentes guttæ, & iterum ipſæ cum aliis multis, tandem cum multitudine deſcendit pluuia aqua, ſic & in terra ex paruis colligi primo, & eſſe vult ſcaturigines in imum terrę principia fluuiorum. Manifeſtat autem ipſum opus: qui enim aquæductus faciunt, humilibus, & defoſſis colligunt, ac ſi vtique ſudante terra ab excelſis.

C

g Propter quod & rheumata fluuiorum ex montibus videntur fluentia, & plurimi, & maximi fluuii fluunt ex maximis montibus. Similiter autem & fontes plurimi montibus & locis altis vicinantur, in campeſtribus autem, ſine fluuiis pauci ſunt omnino. Montana autem & alta loca velut ſpongia ſpiſſa ſuſpenſa, ſecundum modica quidem, in multis autem locis producunt, & colligunt aquam; ſuſcipiunt enim aduenientis aquæ magnam multitudinem. Quid enim differt concauam & ſupinam, aut conuexam periferiam eſſe, & gibboſam? Vtroque enim modo æqualem molem comprehendet corporis, & aſcendentẽ vaporem infrigidant & concernunt iterum in aquam: propter quod quemadmodum diximus, maximi fluuiorum ex maximis videntur fluentes montibus. Palam autem eſt hoc, conſiderantibus terræ periodas, has enim ex inquirere à ſingulis ſic deſcripſerunt, quæcunq; non accidit ipſoſmet vidiſſe dicentes. In Aſia quidem igitur plurimi ex Paropaniſo vocato monte, videntur fluentes & maximi fluuii. Hic autem mons dicitur eſſe maximus omnium, qui ad Orientem hyemalem. Aſcendenti enim in hunc apparet, quod extra mare, cuius terminus non palam, his, qui hic. Ex hoc quidem fluunt alii fluuii, & Bactrus, & Choaſpes, & Araxes. Adhuc autem dicitur Tanais pars exiſtens in Meotidem paludem: fluit autem & Indus ex ipſo, omnium fluuiorum rheuma plurimum. Ex Caucaſo autem alii fluunt multi,

*ſupra terram oriatur. Quare ſi illic aer, qui vaporis naturam obtinet, in aquam frigoris vi concreſcit, ab eo etiam frigore, quod intra terram eſt, idem fieri putandum eſt, nec aquam tantum ea ſecerni & fluere, ſed continenter quoque oriri.*

*Præterea, ſi aqua in dies non gignatur, ſed iam ſit, non tale eſſe fluuiorum principium, quales lacus quidam ſubterranei ſecreti ſunt, quemadmodum aliqui inquiunt, ſed vt ſupra terram exiguæ guttæ concreſcunt, & illæ rurſus cum alijs coeunt, demum ingens aquæ pluuiæ copia decidit, ſic in terra ex paruis primum colligi, ac fluuiorum eſſe principia: terra in vnum veluti ſtillante. Res autem ipſa hoc indicat. Qui enim aquæductus faciunt, cuniculis & ſuffuſionibus congregant, tanquam ab excelſis terra ſudorem mittente.*

D

*Quapropter fluminũ fluxus è montibus labi cernũtur, plurimaq; & maxima flumina è maximis montibus fluunt, Fontes ſimiliter plurimi montibus & locis altis propinqui ſunt, in planis autem pauci admodum, & illi quidem ſine fluuiis exiſtunt. Nã montoſa & edita loca, quaſi ſpõgia ſuſpenſa, paulatim quidẽ, ſed multis in locis ſtillant, colliguntq; aquam. Aquæ.n. deſcendentis ingentem copiam excipiunt. (Quid.n.refert, cauus ne ſit & ſupinus, an pronus & deuexus ambitus? ſiquidẽ æqualem corporis molem vtroq; modo ob denſitatẽ excipiet) & vaporem aſcendentem refrigerant, ac in aquam rurſus conuertunt. Ideo maxima flumina ex maximis (vt diximus) montibus fluere cernuntur. Hoc autem his perſpicuũ eſt, qui terræ circuitus intuentur. Quoſcunq; enim ijs, qui narrant, cernere non contigit, eos à ſingulis interrogando, hunc in modũ deſcripſerunt. In Aſia igitur ex monte, qui vocatur Paropaniſus, plurima & maxima flumina fluere cernuntur. Hic v. omnium conſenſu, montiũ omnium, qui ad ortũ brumalem ſunt, maximus eſt. Si quis.n. eius verticem ſuperauerit, ei mare exterũ inde apparet: cuius terminus conſpicuus non eſt iis, qui ſunt citra. Ex eo ergo defluunt, tum alij fluuij, tum Bactros, & Choaſpis, & Araxes. Cuius Tanais pars in Mæotidem paludem effunditur. Indus quoque, cuius inter omnes fluuios fluxio maxima eſt, ex eodem decurrit. Ex Caucaſo vero, cum pleriq; alij, & numero permulti, & magnitudine excellentes, defluunt, tum Phaſis. Caucaſus autem mons eſt eorum, qui ad æſtiuum Solis exortum ſiti ſunt, ampliſſimus pariter & altiſſimus, cuius celſitudinis*

E

quia vaporem reſolutum à terra, & aſcendentem propter caliditatem innatam frigiditas terræ infra terram partim coagulat: & ſic iterum condenſat ipſum in aquam, & ideo, vt dictum eſt, maximi fluuiorum fluunt ex maximis montibus. Et hoc manifeſtum eſt, ſi quis conſideret circularem diſpoſitionem terræ, qui enim ſic deſcripſerunt terram, vel ipſi viderunt, vel ab aliis inquiſiuerunt flumina & regiones. Ponit ergo primo exemplum in Aſia de Paropaniſo, qui eſt ad ortum hyemalem, & de Caucaſo, qui eſt ad ortum æſtiualem: ex quibus cum ſint maximi montes, multi & maximi fluuii oriuntur. In Europa autem de monte Pyreneo, qui eſt ad occaſum ęquinoctialem, & de quibuſdam aliis montibus, qui ſunt ad ſeptentrionem in Scythia: ex quibus etiam fiunt magna flumina, & in Africa, ſiue in

F ue in Libia, de quibuſdam aliis magnis montibus, ex quibus alia magna flumina fluunt: & ſimiliter dicit eſſe de aliis montibus, & fluuiis: & quod quicunque alii fluuii fluunt ex paludibus, paludes iſtæ ſunt poſitæ prope montes, & ſic in idem redit. Et ſic exemplis poſitis, concludit propoſitum dicens. Quod quidem igitur. Non oportet repetere, quod ſupra dictum eſt, quia planum eſt in litera. Deinde cum dicit.

& ſecundum multitudinem, & ſecundum magnitudinem excedentes, & Phaſis, Caucaſus autem maximus mons eſt eorum, qui ad orientem æſtiualem, & multitudine, & altitudine. Signa autem altitudinis quidem, quia videtur à vocatis profundis, & à nauigantibus in ſtagno. Adhuc autem illuſtrantur ſole ipſius ſummitates vſque ad tertiam partem noctis, & ab oriente, & iterum à veſpera. Multitudinis autem, quia multa habens iuga, in quibus habitant gentes multæ, & ſtagna aiunt eſſe magna, attamen omnia iuga aiunt eſſe manifeſta vſque ad vltimum verticem. Ex Pyreneo autem, (hic autem eſt mons ad occidentem æquinoctialem in Celtica) fluunt Iſter & Tarteſſus: iſte quidem igitur extra columnas, Iſter autem per totam Europam in Pontum Euxinum. Aliorum autem fluuiorum plurimi ad arctum ex montibus Hercyniis: hi autem & multitudine, & altitudine maximi ſunt circa hunc locum. Sub ipſa autem vrſa ſuper vltimam Scythiam vocatæ ripæ, de quarum magnitudine valde dixere ſermones, qui dicuntur fabuloſi. Fluunt igitur plurimi, & maximi, poſt Iſtrum, aliorum fluuiorum hinc, vt aiunt. Similiter autem & circa Libiam, qui quidem ex Æthiopicis montibus, & Agon, & Niſes, maximi autem diuulgatorum, Thiomættius vocatus, qui in exterius mare fluit, & Nili fluuius, qui ex argenteo vocato monte. Eorum autem, qui circa Elinitum locum, Achelous quidem ex Pindo & Inachus: Strimon autem & Neſtus, & Hebrus, omnes tres exiſtentes ex Combro. Multi autem fluxus, & ex Rhodope ſunt: ſimiliter autem & alios fluuios inueniat quis vtique fluentes. Sed teſtimonii gratia hos diximus: quoniam & quicunque ipſorum fluunt ex paludibus, paludes ſub montibus poſitas eſſe accidit: fere omnes autem ſub locis altis ex præparatione. Quod quidem igitur non oportet putare ſic fieri principia fluuiorum, vt ex determinatis ventribus, manifeſtum. Neque enim vtique locus ſufficiens eſſet, qui terræ, vt eſt dicere, ſicut neque qui nubium, ſi exiſtentem ſub montibus oportebat fluere ſolum, & non hoc quidem deficeret, hoc autem fieret, ſed ſemper ab exiſtente accipiebatur. Et ſub montibus eſſe fontes atteſtantur, quia ex confluere ad modicum ex multis ſcaturiginibus paulatim diſtribuit locus: & fiunt ſic fontes fluuiorum.

*tudinis argumentum eſt, quod & ab eo loco, quem Bathea, hoc eſt, profunda Ponti vocant, & ab his, qui in paludem nauigant, cernitur: & præterea eius cacumen noctu tam mane quã veſperi, ad tertiam vſq; partem à Sole illuminatur. Amplitudinis vero, quod cum multas ſedes habeat, in quibus & populi multi inhabitãt, & multos lacus eſſe ferunt, eas tamen omnes ad ſummum vſq; cacumen conſpicuas eſſe affirmant. Ex Pyrenæo autem, (qui mons eſt in Celtica ad æquinoctialem occaſum) Danubius & Tarteſus defluunt, quorum hic quidẽ vltra columnas, Danubius vero per totam Europam in Pontum Euxinum. Cæterorum fluminum plurima ad ſeptentriones ex Hercyniis mõtibus deſcendunt, qui montes eo in loco, & altiſſimi ſunt, & ampliſſimi. Sub ipſis autem ſeptentrionibus vltra extremã Scythiam hi ſunt, qui Riphei nuncupantur. De quorum magnitudine fabuloſa admodum ſunt ea, quæ traduntur. Inde igitur plurima, & aliorũ poſt Danubium flumina maxima fluere inquiunt. Eodem autem modo & in Africa, alij quidem, vt Ægon & Nyſes, ex Æthiopum montibus defluũt, alij, qui inter celebres maximi ſunt, Chremetes, qui in exterum mare influit, & Nili principium è monte, qui Argyrus nominatur. Eorũ autem, qui ſunt in Græcia, Achelous è Pindo oritur, indeq; Inachus: Strymon vero, Neſtus & Hebrus, omnes tres è Scombro. Multæ item aquarum fluxiones, è Rodope exiſtunt. Nec aliter cæteros amnes fluere quiſpiam deprehendet. Sed teſtimonij gratia, hoſce attulimus. Nam quicunq; è paludibus fluũt, ex illis fluunt, quas fere omnes ſub montibus, aut locis, quæ ſenſim aſſurgunt, ſitas eſſe accidit. Perſpicuum igitur eſt, non ita de fluuiorum principiis cenſendum eſſe, quaſi ex alueis quibuſdam definitis oriuntur. Nec enim terræ locus, vt ita dixerim, ſufficeret, quẽadmodum nec dubium, ſi eam duntaxat, quæ iam eſt fluere oportet, nec altera pars deflueret, altera oriretur, ſed ſemper ex ea, quæ eſſet, diſpenſatio fieret. Quod item flumina ad montium radices fontes habeant, idipſum teſtatur, quoniam locus aquam propterea diſtribuit, quod tenui quodam fluxu paulatim ex multis guttulis confluat. Atque hoc ſane modo amnium fontes oriuntur.*

h ¶ Excludit rationem ponentium prædictam poſitionem, & dicit, quod non eſt inconueniens, quod inueniantur aliqua loca habentia actu multitudinem aquæ, ac ſi eſſent ſtagna, ſed non ad tantum hoc valet, vt ex hoc poſſit accidere fluxus fluuiorum: non enim magis poſſumus dicere, quod aquæ, ſi quæ continentur ſub terra vel in montibus, contineant totam

K

h Et non ſolum, ſed talia eſſe loca habentia multitudinem aquæ, velut ſtagna nihil inconueniens, ſed non ad tanta, vt hoc accidat, nihil magis quam ſi quis putet, quæ manifeſta, eſſe fontes fluuiorum, fere enim ex fontibus plurimi fiunt: ſimile igitur illa, & hoc putare eſſe corpus aquæ omnium. Quod autem tales fontes, & voragines terræ, manifeſtant abſorti fluuiorum. Accidit autem hoc in multis locis terræ, puta, Peloponeſi. Plurima talia circa Arcadiam

*Nec tamen abſurdum eſt, eiuſmodi eſſe loca, quæ veluti ſtagna, aquarum multitudinem contineant: quanquam non ea capacitate, vt hoc nihilo magis eueniat, quam ſi quis fluuiorum fontes perſpicuos eſſe arbitretur. Fere enim è fontibus plurimi effluunt. Perinde igitur fuerit, hos atque illa vniuerſum aquæ eſſe corpus, exiſtimare. Terræ autem cauernas eiuſmodi eſſe, & hiatus, ea quæ abſorbentur, flumina declarant: quod quidem multis terræ in locis accidit, vt in Peloponeſo, in Arcadia plurima huius generis habentur,*

tam aquam fluuiorum, quam ſi quis dicat, quod fontes, qui manifeſte apparent extra terram, totam aquam fluuiorum actu contineant, plurimi enim fluuiorum fluunt ex fontibus. Quod dicit propter hoc, quod aliqui fluunt ex paludibus, vt dictum eſt, vnde ſimile eſt putare, quod contineant totum corpus aquæ, quæ fluit per flumina, illæ collectiones ſubterraneæ, vt exiſtimare, quod ipſam contineant iſtæ collectiones aquarum, quæ inueniuntur extra terram in fontibus. Sed hoc manifeſte eſt falſum, quod etiam de collectionibus aquarũ, quæ ſunt ſub terra, manifeſtum eſſe poteſt per hoc, quod multa flumina abſorbentur à terra, & hoc manifeſtat per multa exempla, & eſt planum in litera.

## LECTIO XVIII.

a Poſtquam Philoſophus oſtendit cauſam generationis fluuiorum: hic determinat de duratione eorum: & circa hoc duo facit: primo ponit opinionem ſuam circa hoc, & dicit, quod non ſemper eadem loca terræ ſunt aquoſa, vel arida, ſed hoc permutatur, ſecundum quod fluuii generantur de nouo, vel deficiunt, propter quam cauſam fit permutatio circa terram: vt quæ nunc eſt arida, aliquando fiat mare, & èconuerſo, & non ſemper in vna & eadem parte terræ ſint mare, vel terra ſicca, ſed hoc non accidit caſu, ſed ſecundum quendam ordinem, & aliquam circulationem cœli: ſicut & omnes tranſmutationes, quæ fiunt in iſtis inferioribus, ordinantur ſecundum motum cœli: ſecundo, ibi.

b ¶ Manifeſtat, quod dixerat: & circa hoc duo facit: primo aſſignant cauſam vnam eius, quod dictum eſt. Secundo excludit quã-dam

A dam cauſam ab aliis opinatam, ibi. [ Qui quidem igitur reſpici.] Circa primum duo facit: primo aſſignat cauſam prædictæ tranſmutationis, ſecundo aſſignat cauſam: quare prædicta tranſmutatio lateat, ibi. [ Sed propter quod fit. ] Dicit ergo primo, quod cauſa & principium tranſmutationis prædictæ hæc eſt, quod virtus terræ habet ſuo modo ſtatum, & ſenectutem: ſicut corpora animalium, & plantarum, in hoc tamen eſt differentia, quod animalia, & plantæ, patiuntur ſenectutem, & ſtatum, non ſucceſſiue, ſecundum diuerſas partes, ſed ſimul ſecundum totum, ſed in terra hæc tranſmutatio eſt ſecundum partem, & partem, propter caliditatem & frigus, creſcente vna parte in caliditate, vel frigore, & alia diminuta propter motum ſolis, & alias circulationes cœleſtium corporum. Et inde eſt, quod ſecundum diuerſum ſitum in aſpectu ſolis & ſtellarum, partes terræ recipiunt diuerſam virtutem, ita quod aliquæ partes terræ poſſunt diu permanere in humiditate, & aquoſitate, ſecundum aliquod determinatum tempus, quod eſt eis quaſi iuuentus, vel ſtatus, & poſtmodum ſiccari, quod eſt terræ quaſi ſenectus: quæ naturaliter propter defectum humorum habet deſiccare, & dum hæ partes terræ exſiccantur, alia loca terræ viuificantur, & fiunt aquoſa: ſecundum aliquam partem, quod patet per hoc, quia in vere omnia quaſi iuueneſcunt per humiditatem: quæ in hyeme poſtea ſeneſcunt propter nimiam ſiccitatem, & in vere etiam noſtræ partes terræ ſunt in vigore, alibi vero ſunt iam deſiccata omnia. Et ſic patet, quod ſenectus & iuuẽtus non accidunt ſecundum totum terræ, ſicut in animalibus & plantis, ſed ſecundum partem & partem. Sic igitur in aliquibus par-

ſunt. Cauſa autem, quia montoſa exiſtens, non habet effluxus ex alueis in mare: repleta enim loca, & non habentia effluxum ipſius inueniunt tranſitum in profundum: cogente deſuper veniente aqua. Circa Helladem quidem parua talia omnino ſunt facta, ſed ſub Caucaſo ſtagnum, quod ibi vocant mare, hoc enim multis fluuijs, & magnis ingredientibus non habens effluxum manifeſtum, deriuat ſub terra iuxta Coraxos, circa vocata profunda Ponti, hæc autem ſunt infinita quædam maris profunditas, nullus enim vnquam, qui deſcenderit, potuit terminum inuenire, hæc autem longe à terra fere ad trecenta ſtadia potabilem reddunt aquam in multum locum, nõ in directum, ſed in tres partes. Et circa Liguſticam non minor Rhodano abſorbetur quidam fluuius, & iterum egreditur ſecundum alium locum. Rhodanus eſt fluuius nauibus tranſmeabilis.

## LECTIO XVIII.

a Non ſemper autem eadem loca terræ, neque aquoſa ſunt, neque arida, ſed permutantur ſecundum fluuiorum generationes, & defectus, propter quod, & quæ circa aridam permutantur, & mare, & non ſemper hæc quidem terræ, hoc autem mare perſeuerant omni tempore, ſed fit mare quidem, vbi ante aridam, vbi autem nunc mare quidem, iterum hic terra, ſecundum tamen quendam ordinem putare oportet hoc fieri, & periodum.

b Principium autem horum, & cauſa, quia terræ, & quæ intus, ſicut corpora plantarum, & animalium ſtatum habent, & ſenectutem, ſed illis quidem non ſecundum partem hoc accidit pati, ſed ſimul totum in ſtatu eſſe, & detrimentum pati neceſſarium, terræ autem hoc fit ſecundum partem propter frigus & caliditatem. Hæ quidem igitur creſcunt, & minuuntur propter circulationem & ſolem, propter hęc autem & virtutem partes terræ accipiunt differentem, & vſque ad tempus aquoſa poſſunt permanere, deinde exſiccantur, & ſeneſcunt iterum, alia autem loca viuificantur, aquoſa fiunt ſecundum partem. Neceſſe autem locis factis ſiccioribus, & fontes exterminari, his autem accidentibus fluuios quidem ex

*tur. Cuius rei cauſa eſt, quod cum montoſa ſit, ex alueis in mare effluxũ non habet. Repleta enim loca illa, nec effluxum habentia, ſibi tranſitum intimo inueniunt, vim afferente aqua ea, quæ ſuper delabitur. In Hellade ſane perpauca omnino huiuſmodi eueniunt.* B *At vero Caucaſo montilacus ſubiectus eſt, quem accolæ mare nominant. Multorum enim ac vaſtorum omnium, qui in ipſum influunt, effluxum, manifeſtum non habens, terram ſubit, ac per Coraxos erumpit circiter loca Ponti: quæ Bathea, hoc eſt, profunda appellantur. Hæc autem immenſa quædam ſunt maris altitudo, vt nullus vnquam deſcendendo, terminum inuenire potuerit. Illic igitur longe à terra trecentis circiter ſpatiis dulcis aqua per longum tractũ redditur, non continenter quidem, ſed tribus locis.* C *Quinetiam in Liguria, non minor Rhodano fluuius quidem abſorbetur (fluuius autem nauigabilis Rhodanus eſt) & rurſus alio in loco emergit.*

Quarti tractatus, primi libri, in quo determinatur de duratione fontium & fluuiorum. Cap. II.

*Non ſemper autem eadem terræ loca aquoſa ſunt, vel arida, ſed pro fluminum ortu ac defectione mutantur. Quamobrem mutatio quoq;* D *eſt inter continentem, & mare, nec ſemper loca hæc terra illa, mare omni tempore permanent. Sed vbi terra erat, nunc mare eſt, & vbi nunc mare rurſus erit terra: quanquam ordine quodam ac periodo fieri iſta cenſendum eſt.*

*Horum autem principium & cauſa eſt: quod terræ interiora, quemadmodum & ſtirpium & animalium* E *corpora, vigentem ſtatum & ſenectutem habeant. Sed hoc intereſt, quod illis non per partes, eiuſmodi affectiones vſu veniant, ſed in vniuerſum ſimul corpus & vigere & ſeneſcere neceſſe eſt, terræ autem ob calorem & frigus, per partes hoc euenit. Ac illa quidem vi ſolis & conuerſionis augeſcunt & imminuuntur, ex quibus etiam terræ partes vim differentem accipiunt. Quare ad aliquod vſque tempus humida poſſunt permanere, deinde exſiccantur, & rurſus ſeneſcunt. Alia autem loca reuiuiſcunt, & per partes humida redduntur. Cum autem loca ſicciora euadunt: fontes euaneſcant neceſſe eſt, idque cum euenerit, flumina ex ingentibus primum exigua fieri, tum*

partibus terræ deſiccatæ modo prædicto fontes deſtruuntur, & ex hoc ſequitur, quod fluuii primo quidem ex magnis rediguntur in paruos, & tandem totaliter exſiccantur, propter ſiccitatem fontium, ex quibus oriebantur. Et ſic in vna parte terræ, quæ iam ſenuit, exſiccantur, in alia autem, quæ facta eſt aquoſa, proportionaliter de nouo fiunt fontes, & flumina: & ita facta transmutatione circa flumina, vt ſcilicet in vna parte terræ deficiant, in alia eſſe incipiant de nouo, transmutatur per conſequens mare, & vbi abundauerat primo per excreſcentiam fluuiorum, ſiccatis fluuiis recedit mare: & remanet arida. Vbi vero mare exſiccabatur, per aliquam aliam rationem cauſatam, ex aliquibus fluxibus ſuperuenientibus terræ, iterum ibidem ſtagnat aquæ abundantia congregata. Secundo ibi.

c ❡ Aſſignat rationem, quare prædictæ transmutationes latent: & dicit, quod prędictę transmutationes maris & aridæ latent, quia omnis naturalis transmutatio non fit ſubito, ſed ſucceſſiue: & prædictæ transmutationes, quæ accidūt circa magnas partes terræ, ſunt in temporibus longiſſimis, & prius fit interitus, & corruptio omniū gentium, quam maneat memoria transmutationis talis à ſui principio vſque in finem. Si enim ſemper eædem gentes

F gentes remanerent in eiſdem partibus terræ, poſſet remanere aliqua memoria rerum etiam antiquiſſimarum, & transmutationum: ſed quando aliqua gens deletur, & ſuperuenit noua in locum eius, non remanet in ſecunda gente memoria antiquitatum, quæ fuerunt in prima gente, & multo minus in tertia vel quarta. Corruptiones autem gentium, quæ nouiſſimæ ſunt, fiunt per prælia, aliæ autem fiunt per infirmitates, & epidemias, aliæ autem per ſterilitates, & harum ſterilitatum & corruptionum, quędam ſunt magnæ ſimul, quædam vero fiunt paulatim, vt etiam transmutationes gentium de loco ad locum lateant, eo quod aliqui à principio, ex eo, quod incipit terra fieri ſterilis, vel infirma, vel propter guerras relinquūt regionem: alii autem permanent, quamdiu poſſunt ibi nutriri, ita quod à primo diſceſſu vſque ad vltimum, quandoque fit magnum tempus, & non eſt memoria primi receſſus, etiam ſi homines non moriantur, ſed transmigrant. Et ſicuti eſt de deſertione terrarum, ita etiam eſt de habitatione earum, quia non eſt memoria propter longinquitatem temporis, quando, & à quibus habitari cœperit, & quando ſunt immutata ex paludoſis in ſiccitatem, vt habitari poſſint, quia hoc paulatim factum eſt,

ex magnis paruos primo, deinde autem fieri tandem ſiccos. Fluuiis autem transmutatis, & his quidem exterminatis, in aliis autem proportionaliter factis, transmutari mare: vbi quidem enim excreſcens à fluuiis abundauit, abſcedens aridam facere neceſſarium, vbi autem fluctibus abundans exſiccabatur ad terram, hic iterum ſtagnare.

c Sed propterea, quod fit omnis naturalis circa terram generatio per ſucceſſionem, & in temporibus longiſſimis ad noſtram vitam, latent hæc facta, & prius omnium gentium interitus fiunt, & corruptiones, quam memoretur horum permutatio à principio in finem. H Maximæ quidem igitur corruptiones fiunt, & citiſſime in prælijs, aliæ autem in infirmitatibus, hæ autem ſterilitatibus, & in his, hæ quidem magnæ, hæ autem ſecundum modicum, vt lateant talium gentium: & transmigrationes, propterea quod hi quidem derelinquunt religiones, hi autem permanſerunt vſque ad hoc, donec vtique non amplius poſſet alere regio multitudinem vllam. A prima igitur deſertione ad vltimam, veriſimile fieri longa tempora, vt nullus memoretur, I ſi ſaluatis adhuc permanentibus obliuionem factam eſſe, propter temporis multitudinem. Eodem autem modo oportet putare, & inhabitationes latere, quando primum factæ ſunt gentibus ſingulis, deinde permutata, & facta ſicca ex paludoſis & aquoſis. Etenim hic paulatim ex multo fit tempore additio, vt non ſit memoria qui primi, & quando, & qualiter habentibus locis, venerunt, velut accidit & circa Ægyptum. Etenim hic locus ſemper ſiccior videtur factus, & tota regio fluuij attritio exiſtens Nili, propter autem paulatim exſiccatis paludibus propinqua inhabitari, ex temporis longitudine ablatum eſt principium. K Videntur igitur & ora omnia, excepto vno Canobico manufacta, & non fluuij exiſtentia, & antiquitus Ægyptus Thebe vocatus. Inſinuauit autem & Homerus, ſic recens exiſtere, vt eſt dicere, ad tales permutationes. Illius enim loci facit memoriam, tanquam non adhuc Memphi exiſtere, aut totaliter, aut tanta. Hoc autem veriſimile ſic accidere, inferiora enim loca poſterius habitata ſunt, paludoſa enim ad amplius tempus neceſſarium eſſe, propinquiora alterationi propter ſtagnare in vltimis ſemper magis, permutatur autem hoc, & iterum apte habet: deſiccata enim loca veniunt ad bene habere: quæ autem prius bene temporabiles, exſiccata aliquando fiunt

*ad extremum ſicceſcere, fluminibus vero loco mutatis, & hic quidem exſiccatis, alibi ratione ſimili genitis, mare mutati. Eum enim locum, in quo fluminum impulſu redundabat, cum recedit, ſiccum reddat neceſſe eſt, vbi vero fluxionibus abundans terra adaggerata exſiccatum eſt, ibi* G *rurſus ſtagnare.*

*Sed quoniam omnis, quæ ad terrā pertinet generatio, ſenſum, & longiſſimo ad noſtram vitam temporū tractu efficitur, fieri hæc nos latet, ac prius integræ gentes perduntur, atque intereūt, quam horum à principio ad finem mutatio memoria vlla comprehendi poſſit, ac maximi quidem &* H *celerrimi interitus in bellis fiunt, alij in morbis, alij in ſterilitatibus, & in his alij magni, alij paulatim. Quocirca & huiuſmodi gentium migrationes ignorantur, propterea quod alij regionem deſerant, alij couſque permaneant, quoad nullam amplius multitudinem alere regio valeat. Inter primam igitur & vltimam migrationem longum temporis ſpatium intercedat, veriſimile eſt: quo quidem fiat, vt nemo meminerit, quin ſi ij, qui remanſerunt, ſuperſtites vi-* I *uant, illorum memoriam temporis longitudine deleta ſit. Eodē modo exiſtimandum eſt tempus latere, quo inhabitari primum ea loca cœperint, quæ mutata fuerunt, & ex aquoſis & paluſtribus arida reddita. Illa enim paulatim multo in tempore amplïantur, vt nulla ſit memoria, quinam primum, & quo tempore & quo locorum ſtatu in ea euenerint, quemadmodum & in Ægypto euenit. Hic enim locus ſiccior ſemper fieri, totaque regio, Nili fluminis alluuie videtur concreta. Sed quia paludibus ſicceſcentibus à finitimis paulatim incoli cœperunt, longinquitas temporis initium obliterauit. Itaq; oſtia omnia, vno Canopico excepto, manufacta, non fluminis videntur. Quinetiam antiquitus, quæ Thebæ appellantur, erat Ægyptus:* K *id quod Homerus etiam docet, qui non adeo multo poſt eiuſmodi mutationes extitit. Huius enim loci meminit, tanquam Memphis aut omnino non eſſet, aut certe non tanta. Hoc vero ita accidiſſe veriſimile eſt. Humilia enim loca poſterius quam edita incoli cœperunt, quandoquidem neceſſe eſt, ea loca, quæ concretioni ex alluuie propiora ſunt, cuius extremis ſemper locis magis ſtagnent, diutius paluſtria remanere. Id autem mutatur, & rurſus in melius euadit: quippe cum in meliorem ſtatum ea, quæ exſiccantur, loca rediguntur, & quæ prius temperata erant, cum nimis ſicceſcunt, deteriora fiunt. Quod Græciæ, Argiuorum, Mycæneorumque regioni contingit. Troicis enim temporibus, Argiua, propterea quod paluſtris eſſet, paucos alere poterat,*

eſt, & in multo tempore: & ponit exemplum de terra Ægypti, quæ paulatim exiccata eſt quaſi à fluuio, & de quibuſdam aliis terris, quæ ſunt tranſmutatæ, & deſiccatæ ab aquoſitate, & econuerſo: & eſt planum in litera. Deinde cum dicit.

d ¶ Excludit cauſam à quibuſdam opinatam: & circa hoc tria facit. primo excludit cauſam falſam: & dicit quod aliquid reſpiciētes ad aliquid modicum, volunt iudicare de toto cœlo, putant enim cauſam talium tranſmutationum eſſe mutationē totius mūdi, ac ſi cœlum, & mūdus de nouo ſit generatus: & ex hac cauſa dicunt, ꝙ mare eſt minoratum, quia à principio cœpit deſiccari à ſole: vnde plura loca apparent mō deſiccata, quæ prius eſſent aquoſa, & hoc verum eſt: licet ēt contrarium verum ſit: quia in aliquib. locis inuenitur ſuperueniſſe mare vbi prius erat arida: ſed hoc eſt falſum, ꝙ cauſa huius trāſmutationis ſit mundi generatio: deriſibile enim videtur ponere tranſmutationē in tota ꝑpter tranſmutationem in paruis partibus: magnitudo aūt terræ quaſi nihil eſt cōparatione ad totū cœlu: obtinet enim vicem puncti. Secundo ibi.

e ¶ Reſumit verā cām, & dicit ꝙ vera cā iſtarum tranſmutationū eſt, ꝙ ſicut vnus annus diuiditur per diuerſa tpa. ſ. per hyemē, & æſtatē & conſueta, & ſic magna aliqua circulatio diuiditur ſecundū ſtatuta tpa, per magnā hyemē, in qua eſt multus exceſſus imbrium & magnā æſtatem, in qua eſt ſiccitas magna. Non autē ita, ꝙ ſimul fiat iſte magnus exceſſus imbrium, vel ſiccitatis, ſecundum totam terram vel ſemper ſecundū eaſdē partes, ſed in diuerſis partib. & ponit exemplum de diluuio facto tpe Deucalionis, in quadā determinata parte Græciæ. Tertio ibi.

f ¶ Aſſignat ex p̄dictis cām diuturnitatis fluuiorum, & dicit ꝙ cū in aliqua terra factus fuerit magnus exceſſus imbriū, ita imbibitur in terra humiditas, ꝙ ſufficit ad multum tps ad generationem fluuiorū, ꝙ quidē cōe eſt diuerſis opinionib. Siue. n. dicatur, ꝙ perpetuitas fluuiorum eſt ex magnitudine voraginum continentium multā aquā, vt quidā dicūt, ſicut p̄dictū eſt: ſiue dicatur ſecundum noſtrā opinionem ſuperius poſitam, ꝙ cauſa perpetuitatis fluuiorum eſt magnitudo, & ſpiſſitudo, & frigiditas altorum locorū, ita ꝙ huiuſmodi loca p̄nt recipere multam aquā, & continere eam & generare Sed illa loca in quib. ſunt paruæ ſubſtantiæ montium, & non multum eleuatæ in altum, aut ſunt quaſi ſpongioſæ, vt nō poſſit in eis conſeruari humiditas, & ſunt lapidoſæ, vt non poſſint recipere aquam, & ſunt argilloſæ, vt non poſſint eam generare, in talib. inquam locis deficit fluxus fluuiorū, quoad vſq; iterum loca humectentur. Sic ergo oportet putare, quod in quibuſcunq; locis aduenerit abundantia imbrium in magna hyeme, humiditates locorum erunt magis perpetuæ, id eſt, diuturnæ Sed tamen procedente tempore exſiccatur, & quædam eorū fiunt minus humida, donec iterū reuertatur periodus ſecundum q̄ fiat exceſſus imbrium. Et ſic vltimo concludit, quod in toto vniuerſo neceſſe eſt fieri permutationem, non

A deteriora, quod quidem accidit Helladi, & circa Myceneorum regionem, & Argorum. Sub troicis quidem enim quæ Argorum paucos poterat alere, quia paludoſa erat, Mycenæ autem bene habebant propter quod honoratiores erant. Nunc autem contrarium propter prædictam cauſam, hæc quidem enim inutilis facta eſt, & ſicca prorſus, huius autem, quæ tunc propter ſtagnare inutilis, nūc vtilis facta eſt. Sicut igitur accidit in hoc loco paruo exiſtere, ita oportet putare idem hoc accidere B & circa magna loca; & regiones totas.

d Qui quidem igitur reſpiciunt ad modicum tantum putant cauſam eſſe talium permutationum totius permutationem: tanquam generato cœlo, propter quod, & mare minus fieri aiunt, tanquam exiccatum, quia plura loca apparet hæc paſſa nunc, quam prius. Eſt autem horum hoc quidem verum, hoc autem non verum, plura C quidem enim ſunt, quæ prius aquoſa, nunc autem arida, non ſolum ſed contrarium: in multis enim locis conſiderantes, inuenimus ſuperueniſſe mare, ſed huius cauſam non mundi generationem oportet putare: deriſibile enim propter paruas, & momentaneas mutationes mutare totum; terræ autem moles, & magnitudo nihil eſt ad totum cœlum.

e Sed horum omnium cauſam exiſtimandum, quia fit per tempo- D ra finita, velut in temporibus, quæ ſecundum annum, hyems, ſic periodo quadam, magna hyems, & exceſſus imbrium. Hoc autem non ſemper ſecundum eadem loca, ſed quemadmodum vocatus ſub Deucalione. Cataclyſmus etenim hic circa Hellenicum locum factus fuit maxime, & huiuſmodi circa Helladem antiquam. Hæc autem eſt circa Dodonem, & Acheloum, iſte enim multis in locis rheuma permutauit; habitabant enim Selli hic, & vocati E tunc quidem Græci, nunc autem Hellenes.

f Cum igitur talis factus fuerit exceſſus imbrium, putare oportet ad multū tempus ſufficere, & ſicut nunc eius, quod eſt perpetuos eſſe quoſdam fluuiorum, hos autē non, hi quidem aiunt cauſam eſſe magnitudinem ſub terra voraginum; nos autem magnitudinem altorum locorum, & ſpiſſitudinem, & frigiditatem ipſorum. Iſta enim plurimam, & operiunt aquam, & ſuſcipiunt, & faciunt, quibuſcunque autem paruæ ſuſpenſæ montium conſiſtentiæ, aut ciniferæ, & lapidoſæ, & argilloſæ, hæc prædeficere; ſic putare oportet in quibus vtique facta fuerit talis humi-

*Mycenea vero recte affecta erat, ob eamque cauſam in maiori pretio habebatur, nunc autem contra ob eam quæ dicta eſt, cauſam. Illa enim ſterilis facta eſt, & prorſus ſicca. Huius vero, quæ tunc quia ſtagnabant, ſterilia erant, vtilia nunc reddita ſunt. Quod igitur paruo illo in loco accidit, idem & in magnis locis, & integris regionibus euenire putandum eſt.*

*Qui igitur parum conſiderant, vniuerſi mutationem, quaſi cœlum ortum ſit, harum affectionum cauſam eſſe arbitrantur. Quamobrē mare etiam quaſi exſiccetur, imminui inquiunt, quod plura nunc, quam antea, ita affecta loca cernantur. Eſt autem hoc partim quidem verum, partim falſum. Complura enim quidem ſunt, quæ cum ante aquoſa eſſent, continens terra nunc ſunt: ſed contra etiam res habet. Qui enim conſiderauerint, multis in locis effuſum mare deprehendent. Cuius rei cauſam mundi ortum eſſe putare non debemus. Ridiculum enim eſt, ob paruas leueſque mutationes vniuerſum mutare. Moles autem ac magnitudo terræ nihil certe eſt ad vniuerſum cœlum.*

*Sed horum omnium cauſam cenſere debemus, quod per tempora fato conſtituta, vt hyems anniuerſariis temporibus, ita magno quodam temporum circuitu hyems magna fiat, immenſaque aquarum pluuia, & illa quidem non in iiſdem ſemper locis, ſed talis qualis eluuio, quæ Deucalionis nominatur. Hæc enim per Græciā potiſſimum peruaſit, atque adeo per veterem illam Græciam quæ ad Dodonem, & Acheloum ſita eſt; quippe cum ille multis in locis curſum mutauit. Ibi enim Selli habitabant, & qui tum Græci, nunc Hellenes appellantur.*

*Cum igitur eiuſmodi imbrium vis magna fuerit, cenſendum eſt, ad multum tempus perdurare. Et quemadmodum quod alia flumina perennia ſint, alia non ſint, alii quidem antrorum ſubterraneorum vaſtitatem cauſam eſſe inquiunt, nos vero editorum locorum magnitudinem, eorundemque denſitatem, & frigus, quandoquidem illi plurimum aquam & excipiunt, & continent, & gignunt, & quibus montes exigui, aut fungoſi, & lapidei atque argilloſi ſuſpenſi ſunt, eos antea deficere cenſemus, ita putandum eſt, in quæ loca ea aquarum copia ceciderit, eam illorum humores veluti perennes efficere. Hæc autem tem-*

non tamen ita quod generetur aut corrumpatur. Et ſi totus mundus eſt perpetuus, neceſſe eſt ſicut dictum eſt, quod nõ ſemper eadem loca ſint humida per mare, vel fiant etiã ſicca. Sed quæ prius fuerunt humida, fiunt ſicca, & econuerſo. Deinde cum dicit.

g ¶ Manifeſtat quod dictum eſt per exempla, & circa hoc tria facit, primo ponit tria exempla, quorum vnum eſt de terra Ægypti, quæ inuenitur demiſſior mari circumſtante, propter quam cauſam impediti ſunt quidam reges ne coniungerent duo maria, videntes per hoc deſtrui fluxum fluuii. Secundum exemplum ponit de Meotide palude, in qua propter exſiccationem fluuiorũ ſemper maior arctatio facta eſt: ita quod poterat ferre multo minores naues tempore ſuo, quam ante ſexaginta annos. Tertium exemplum eſt de Boſphoro diuidente Europam ab Aſia qui inuenitur mino- F ratus & ſemper tendens in anguſtum propter eandem cauſam. Deinde inducit concluſionem principaliter intentam dicens, quod ex quo tempus non deficit & totum vniuerſum eſt æternum, quod dicit ſecundum opinionem ſuam poſitam in libro phyſicorum, & de cœlo & mundo, ſequitur quod neque Tanais, neque Nilus qui ſunt maximi fluuii, ſemper fluxerunt: ſed aliquando locus, vnde fluunt, erat ſiccus quia opus eorum, ſcilicet, fluxus ipſorum habet cauſam: & ſimiliter eſt in aliis fluuiis. Et ſi hoc eſt de fluuiis, debet dici quod ſit de mari: in quod intrant fluuii: & ſic ſecũdum diuerſa tempora permutatur mare: & arida: hoc tamẽ quod ſupponit, mundum & tempus æternum eſt erroneum, & alienum a fide: nec rationes quibus hoc probauit, ſuut demonſtrationes: vt alibi eſt oſtenſum. Deinde recapitulat quod dixerat: & eſt planum in litera.

ditates locorum magis. Tempore autem hæc exſiccata, facta ſunt magis altera, aut minora, quam aquoſa, donec veniat idem deſcenſus periodi eiuſdem. Quoniam neceſſe autem totius quidem fieri quandam permutationem, non tamen generationem & corruptionem, ſiquidem maneat totum, neceſſe, quemadmodum nos dicimus, non eadem ſemper loca eſſe humida, mari, & fluuiis, & ſicca.

g Manifeſtat autem quod fit. Quos enim animos antiquiſſimos eſſe hominum Ægyptios, horum regio tota facta videtur, & exiſtens fluuii opus, & hoc ſecundum regionem ipſam aſpicienti palam eſt. Et quæ circa rubrum mare, & argumentum ſufficiens. Hoc enim regum aliquis acceptauit perfodere: non enim paruas haberet ipſis vtilitates nauigabilis totus locus factus: dicitur autem primus Seſoſtris conatus fuiſſe antiquorum, ſed inuenit mare exiſtens altius terra; propter quod ille primo & Darius poſterius ceſſauit fodiens vt non corrumperetur fluxus fluuii commiſto mari. Manifeſtum igitur, quod omnia vnum mare, huic continuum eſſet; propter quod & aquæ circa Libiam, Ammonicam regionem, humiliores vñr, & profundiores, præter rationem inferioris regionis. Palam enim quod alteratione facta; facta ſunt ſtagna: & arida: tempore autem facto derelicta & ſtagnata aqua, deſiccata eſt iam annihilata. At vero & quæ circa Meotidem paludem addiderunt alterationem fluuiorum, tantum vt minores magnitudine naues nunc innatent, ad operationem, quam anno ſexageſimo. Quare ex hoc facile proportionaliter accipere, quod & primo ſint multa ſtagnorum: & hoc opus eſt fluuiorum; & tandem neceſſe omne fieri ſiccum. Adhuc autem, Boſphorus ſemper quidem fluit propter alterari, & eſt adhuc videre oculis quonam accidit modo. Quando vero enim ab Aſia interceptionem faciebat fluxus, quod poſterius factũ fuit ſtagnũ paruum, deinde exſiccatum eſt vtique: poſt hoc autem alia, quæ ab intercepto, & ſtagnum ab hac & hoc ſemper ſimiliter accidit ſic. Hoc autem facto ſæpe, neceſſe tempore procedente velut fluuium fieri, tandem autem & hunc ſiccum. Manifeſtum igitur, quoniam quando tempus non deficit, & totum æternum, quod neque Tanais, neque Nilus ſemper fluxit; ſed erat aliquando ſiccus locus, à quo fluunt: opus enim habet ipſorum terminum; tempus autem non habet. Similiter autem hæc, & in aliis fluuiis congruit dicere. At vero ſiquidem fluuii fluunt, & corrumpuntur, & non ſemper eadem loca terræ aquoſa, & mare neceſſe permutari ſimiliter. Mari autem hæc quidem deſerente, hæc autem ſupergrediente ſemper manifeſtum, quod omnis terra non ſemper eadem. Hæc quidem ipſa ſunt mare, hæc autem arida ſemper: ſed permutantur tempore omnia. Quia quidem igitur non ſemper eadem, neque arida ſunt terræ, neque natabilia ſunt, & propter quam cauſam hæc accidunt, dictum eſt: ſimiliter autem & propter quid hi quidem perpetui, hi autem non ſunt fluuiorum.

*tempore magis ſicceſcere cernuntur; illa, quandoquidem aquoſa ſunt, minus, quo ad eiuſdem circuitus conſtitutio redierit. Quoniam autem neceſſe eſt vniuerſi quandam mutationem fieri, non tamen ortum & interitum, ſiquidem vniuerſum permanet, idcirco oportet, quemadmodum diximus,* G *non eadem ſemper loca mari, & fluminibus humida eſſe, & ſicca. Id quod euentu indicatur.*

*Ægyptiorum enim, quos hominum vetuſtiſſimos eſſe dicimus, regio omnis, facta, ac fluminis opus videtur, idq; regionem ipſam intuenti perſpicuum eſt, atque etiam ex mari rubro conyci ſatis poteſt. Hoc enim rex quidam perfodere tentauit propterea quod totus ille tractus nauigabilis redditus, magnas illi attuliſſet vtilitates. Primus aũt veterum Seſoſtris aggreſſus id* H *fuiſſe fertur, ſed mare terra altius inuenit. Quocirca ille primum, tum Darius fodere deſtitit, ne admiſto mari fluminis fluxus corrumperetur. Palam igitur eſt, omnia hæc, mare vnum continuum fuiſſe. Quod idem cauſa eſt, cur Ammoniæ Africæ regio demiſſior, & magis caua, quam inferioris tractus rem poſtulet. Conſtat enim adaggeratione veluti facta, ſtagna, & terram extitiſſe, ac procedente tempore aquam eam, quæ intercepta fuerat & ſtagnauerat exiccatam, iam prorſus euanuiſſe. Quinetiam ad Mæoticum lacum tanta acceſſio, fluuiorum adaggeratione facta eſt, vt multo minora nauigia lucri gratia, illum nunc ingrediantur, quam ſexaginta ab hinc annos, quocirca ex hac ipſa re facile eſt ratione colligere, illum, vt multos quoque alios, fluminum opus initio* I *fuiſſe, ac tandem neceſſe eſſe, vt vniuerſus exſiccetur. Præterea & Boſphorus ſemper quidem fluit ob adaggerationem, idque ipſis quoque oculis quonam pacto factum ſit, licet perſpicere. Cum enim fluxus ex Aſia littus efficeret, id quod à tergo remanebat, lacus primum exiguus fiebat, deinde exſiccabatur, poſt vero rex eo aliud littus, & lacus exiſtebat, idque ad hunc modum ſemper euenit. Hoc autem ſæpius facto neceſſe eſt temporis progreſſu, veluti flumen euadere, quod tandem etiam exſiccabitur. Quoniam igitur nec tempus vnquam deſinit, & vniuerſum ſempiternum eſt, conſtat neque Tanaim, neque Nilum ſemper defluxiſſe, ſed locum, vnde fluunt, aliquando ſiccum fuiſſe. Eorum enim opus terminum habet, tempus non habet. Eodem autem modo & de aliis fluminibus dicere conuenit. Atqui ſi flumina oriuntur & in-* K *tereunt, nec eadem ſemper loca humecta ſunt & aquoſa, mare quoque itidem mutetur neceſſe eſt. Cumque mare alia loca ſemper deſerat, alia inuadat, perſpicuum eſt, non eaſdem vniuerſæ terræ partes, ſemper alias mare eſſe, alias continentem, verum tempore omnia mutari. Quam igitur ob cauſam non eædem ſemper terræ partes aut ſiccæ ſunt, aut nauigabiles; eodemque modo cur fluminum alia perrennia ſint, alia non ſint, dictum eſt.*

FINIS LIBRI PRIMI
Meteororum.

# ARISTOTELIS METEORORVM LIBER SECVNDVS.

## Cum D. Thomæ Aquinatis præclariſſimis commentariis.

## LECTIO PRIMA.

### LECTIO I.

a DE mari autem, & quæ natura ipſius, & propter quam cauſam eſt ſalſa tanta aquæ multitudo. Adhuc autem de ea, quæ à principio, generatione, dicamus.

b Antiqui quidem igitur, & verſantes circa theologias, faciunt ipſius fontes, vt ipſis ſint principia & radices terræ, & maris. Magis tragicum enim ſic, & reuerentius forte eſſe exiſtimauerunt quod dicitur: tanquam magna quædam hæc pars omnis exiſtens, & reliquum cœlum totum circa hunc locum conſiſtere, & huius gratia, tanquam eundem honoratiſſimum, & principium.

c Qui autem ſapientiores humana ſapientia faciunt ipſius generationem: eſſe enim primo humidum omnem locum qui circa terram: à ſole autem exſiccatum quod quidem euaporauit, ſpiritus verſiones ſolis, & lunæ aiunt facere: reliquum autem mare eſſe; propter quod, & minus fieri exſiccatum putant, & tandem fore aliquando totum ſiccum. Quidam autem ipſorum aiunt calefacta à ſole terra, velut ſudorem fieri; propter quod ſalſum eſſe: etenim & ſudor ſalſus eſt. Quidam autem ſalſedinis cauſam terram eſſe aiunt: quemadmodum enim & quod per cinerem colatur ſalſum fit, eodem modo & hoc ſalſum eſſe miſta ipſi tali terra.

### *LECTIO I.*

*DE mari autem, & quæ natura eius ſit, & quam ob cauſam tanta aquæ copia ſalſa eſt, de primo item eius ortu, dicamus.*

B

*Veteres igitur, & qui in Theologia verſantur, eius fontes faciunt, vt maris ac terræ principia habeant, & radices. Tragice enim & grauiter magis fortaſſe id dici exiſtimarunt, tanquam magna quædam pars vniuerſi hæc eſſet, reliquumq; totum mundum circa hunc locum poſitum eſſe, eiuſq; gratia conſtitutum, vt qui ſummo honore dignus ſit atq; principium, opinantur.*

C

*Qui autem humana ſapientia magis excellunt, eius ortum faciunt. Nam cum omnem locum, qui terram ambit, principio humidum fuiſſe, ſed cum à ſole exſiccaretur, id, quod in vapores ſolutum eſt, flatus, Solisque & Lunæ conuerſiones inquiunt effeciſſe, & quod remanſit, mare eſſe. Itaque exſiccatione imminui ſemper, & ad extremum exſiccatum iri vniuerſum arbitramur.* D *Eorum autem nonnulli cum terra vi Solis incaleſcit, veluti ſudorem aiunt fieri: quamobrem ſalſum eſſe, cum & ſudor ſalſus ſit. Alii terram ſalſedinis cauſam eſſe inquiunt. Vt enim aqua cum per cinerem colatur, ſalſa redditur, ſic & mare ſalſum eſſe, ob eius generis terræ admiſtionem.*

E

a POſtquam Philoſophus determinauit de his, quæ generantur in alto: ſiue ab exhalatione ſicca, ſiue à vapore humido: adiungens etiam de generatione fluuiorum: propter ſimilitudinem ad generationem pluuiarum: nunc incipit determinare de his, quæ fiunt in parte inferiori ab exhalatione ſicca. & diuiditur in partes duas: in prima determinat de quibuſdam principalibus paſſionibus: in ſecunda de quibuſdã conſequentibus, & hoc in tertio libro: ibi, [De reſiduis autem.] Prima diuiditur in duas: in prima determinat de mari: cuius ſalſitudo ex ſiccitate cauſatur: in ſecunda determinat de ventis, & his quæ ex eis cauſantur: ibi, [De ſpiritibus autem dicamus.] Satis autem apparet conueniens ordo quem philoſophus obſeruat. Nam poſt ea, quæ in ſuprema parte aeris generantur ab exhalatione ſicca, quæ ſtellæ cadentes, cometæ, lacteus circulus, & ſimilia ſunt, in ſecundo loco determinauit de his quæ in inferiori loco generantur ab exhalatione humida. ſ. de pluuiis, & huiuſmodi: & qa eodẽ modo habent flumina cauſam generationis in terra, ſicut pluuiæ in aere, poſt pluuias de fluminibus determinauit: poſt quæ determinat de mari: in quod omnia flumina decurrunt. Circa hoc ergo primo manifeſtat de quo eſt intentio, & dicit quod dicendum eſt de mari: quæ ſcilicet ſit natura ipſius, & vtrũ ſit naturalis locus aquæ: vel accidentaliter ibi congregentur & propter quam cauſam tanta multitudo aquæ eſt ſalſa, & de prima generatione maris: vtrum ſcilicet habeat principium ſuæ generationis: & quomodo. Secundo, ibi.

b ¶ Exequitur propoſitum: & circa hoc duo facit: primo ponit opiniones aliorum de mari: ſecundo, inquirit veritatem: ibi, [Quod ſi quidem igitur fontes.] Circa primum duo facit: primo ponit opiniones antiquorum theologorum: ſecundo naturalium: ibi, [Qui autem ſapientiores.] Circa primum ſciendum eſt, quod ante tempora Philoſophorum fuerunt quidam qui vocabantur poetæ theologi: ſicut Orpheus, Heſiodus, & Ho-

A merus: quia ſub tegumento quarundam fabularum, diuina hominibus tradiderunt. De his ergo dicit, quod poſuerunt, quod mare habeat fontes proprios ex quibus cauſatur: & hoc poſuerunt, vt terræ & mari non ponerent extranea principia: ſed propria: putauerunt enim quod terra, & aqua ſint reuerendiſſima, quaſi hæc ſit magna pars totius vniuerſi: & dicebant totum cœlum eſſe propter terram, & aquam: & ideo circulari terram, & aquam ab aliis corporibus, & ab ipſo, ac ſi hæc pars eſſet honoratiſſima, & primum principium inter omnia corpora mundi. Deinde cum dicit.

c ¶ Ponit opiniones Philoſophorum naturalium de mari, & ponit tres opiniones, quarum prima eſt de generatione maris, & dicit quod illi qui fuerunt ſapientiores prædictis Poetis; [ſapientia humana,] ꝙ dicit quia iſti naturales non tractauerunt de diuinis, vt illi, ſed de naturalibus, quæ eſt ſapientia, proprie humana, id eſt, conformis humano intellectui: iſti ergo dixerunt quod mare habet generationem; quia à principio totus locus, qui eſt circa terram, erat humidus, & plenus aqua, ſed deſiccatus à ſole per euaporationem humidi: & illud quidem, quod euaporauit, ſecundum eos cauſauit aerem, & ventos: & hoc dicunt cauſari ex motu ſolis, & lunæ, & ſtellarum. Illud autem quod eſt reliquum, nondum exſiccatum eſt mare. Vnde putant quod per continuam exſiccationem ſemper minoretur, & tandem aliquando totum exſiccabitur, & mare iam non erit, hæc dicitur fuiſſe opinio Anaxa. & Diogenis. Secunda opinio eſt de ſalſedine maris. Empedocles enim dixit, quod terra calefacta à ſole emittit quendam ſudorem, quem credit eſſe aquam maris, & propterea dicit, quod eſt mare ſalſum, quia etiam ſudor aliquando inuenitur ſalſus. Tertia opinio eſt Anaxagoræ de ſalſedine maris, qui dixit, quod terra, per quam tranſit aqua, vel quæ admiſcetur aquæ, eſt cauſa ſalſedinis maris: ſicut enim aliquod quod colatur per cinerem fit ſalſum, ſic & aqua maris per admiſtionem terræ fit ſalſa. Denique cum dicit.

d ¶ Inquirit veritatem circa prædictas opiniones: & primo circa opinionem Poetarum theologicantium: ſecundo circa opiniones Philoſophorum naturalium, ibi. [ De generatione autem ipſius, ſi factum eſt. ] Circa primum duo facit: primo oſtendit, quod mare non habet fontes, vt illi dixerunt: ſecundo remouet quoddã, quod videtur ſuæ rationi contrarium: ibi. [Fluens autem videtur.] Circa primum ponit duas rationes, quarum prima eſt, ꝙ aquarum quæ ſunt circa terram, quædam ſunt fluxibiles, quædam ſtationariæ. De his quæ fluunt manifeſtum eſt, quod omnes deriuantur ex fontibus, & quod non oportet intelligere, quod fontium ſit aliquod principiũ, quas vas continens multitudinem aquæ, ex quo flumina deriuentur: ſed oportet intelligere, vt prius dictum eſt, quod ex multis partibus, in quibus generatur aqua, ad vnum concurrit, & confluendo primum ſibi occurrit, vt in tanta multitudine fit: ſed aquarum ſtatio variarum, quædam ſunt collectæ, & ſuſtentatæ ab aliquo impediente fluxum earum, vel per naturam, quæ dicuntur paludoſæ, vel per artem ſicut puteales, & quædam ſtagna. Differunt hæc autem multitudine, & paucitate. Nam ſi fuerint multæ aquæ ſic collectæ, dicuntur ſtagna: ſi autem paucæ, paludes: quædam autem aquæ ſtationariæ ſunt fontanæ, id eſt, in ipſo fonte ſuo ſtant: & omnes iſtæ ſunt manufactæ: ſicut illæ quæ dicuntur puteales: omnium enim harum aquarum ſic per artem ſtantium, oportet eſſe aliquem fontem qui eſſet principium fluxus, niſi impediretur per artem. Vnde patet, quod omnes aquæ fontales & fluuiales, ſponte fluunt ſecundum impetum naturæ, vel indigent operatione artis ad hoc, quod ſtent. Quibus determinatis, patet, quod aqua maris non eſt de fontibus: quia in nullo duorum dictorum generũ continetur: quia nec fluit, vt fluuialis, nec poteſt dici quod ſit manufacta: vt putealis. Omnes autem aquæ, quæ ſunt ex fontibus, vel fluunt, vel ſtant per artem: niſi forte aliquæ ſint paruæ aquæ: quæ ſponte ſtent non per artem: ſicut contingit cum aqua fluens inuenit aliquam concauitatem, aut aliquod obſtaculum, ſed hoc non poteſt eſſe in magna quantitate: quia dum multiplicatur aqua fluens, oportet quod vel ſupergrediatur obſtaculum, & iterum fluat, vel

F ſubmergatur in terra: ſicut in multis locis accidit, vt ſupra dictum eſt. Vnde non poteſt dici, quod tanta aqua, ſicut aqua maris, poſſit ſpontanee ſtare: ſi ſit fontibus: relinquitur ergo, quod mare non habet fontes. Secundam rationem ponit ibi.

e ¶ Et dicit, quod multa maria ſunt quæ in nullo loco ad inuicem commiſcetur. Nam mare rubrum coniungitur quidem ſecundum modicum ad mare Oceanum: quod eſt, extra columnas Herculis, à quo mari omnino ſeparata ſunt mare Hircanum, & Caſpium: quod eſt mare Ponticum, & habitantur vndique per circuitum, ita quod non laterent fontes illius maris, ſi illud mare fontes haberet. Non ergo verum eſt quod maris ſint aliqui fontes. Deinde cum dicit.

f ¶ Quia in quibuſdam maribus apparet communis fluxus ne videatur mare eſſe fluxibile tanquam ex fontibus procedens, cuius contrarium in prima ratione ſuppoſuerat, aſſignat cauſam fluxus: qui videtur in mari: & circa hoc tria facit primo oſtendit quare aliquod mare fluit: ſecundo, manifeſtat quoddam quod ſupponit, per ſignum: ibi. [De eo autem quod qui:] tertio recapitulat, ibi. [ Quod quidem igitur.] Aſſignat autem fluxus maris tres cauſas, quarum prima eſt, quod mare fluit propter eius anguſtiam: vbi ex magno pelago reſtringitur in modicum ſpacium, propter hoc, quod coarctatur ab adiacente terra. Aqua autem maris ſæpe mouetur huc & illuc: & maxime ſecundum conſequentiam ad motum lunæ: quæ ſecundum naturam propriam habet commouere humidum: hæc autem aquæ commotio in magno mari & amplo, eſt immanifeſta, ſed vbi obtinent paruum locum propter anguſtiã terræ, magis apparet. Secunda cauſa eſt, quod illud mare, quod continetur infra Herculeas columnas, non continuatur alicui: ſicut de mari Pontico iam dictum eſt. Iſtud inquam fluit propter multitudinem fluuiorum, & propter eandem cauſam vnum mare decurrit in aliud. Nam Meotis fluit in mare Ponticum. Ponticum fluit in Ægeum. In aliis autem maribus, minus hoc videtur, ſed in prædictis maribus hoc accidit propter multitudinem fluuiorum: quia in prædicta maria multa flumina intrant. Tertia propter hoc, quod mare

d Quod quidem igitur fontes maris impoſſibile ſit eſſe, per exiſtentia iam conſiderare oportet. Aquarum enim, quæ circa terram hæ quidem fluxibiles exiſtunt euntes, hæ autem ſtationariæ: fluxibiles quidem igitur omnes fontales, de fontibus autem diximus prius, quod oportet intelligere, non tanquam ex vaſe deriuatum principium eſſe fontium, ſed ad vnum ſemper factam & confluentem concurrere primum; ſtationarium autem, hæ quidem collectiuæ, & ſubſtantiuæ, velut paludoſæ, & quæcunque ſtagnales, multitudine, & paucitate differentes, hæ autem fontaneæ, hæ autem omnes manufactæ. Dico autem velut puteales vocatæ: omnium enim oportet ſuperius fontem eſſe fluxus: propter quod & quædam ſpontanee fluunt: quæ fontales: & fluuiales, hæ autem arte indigent operante. Differentiæ igitur tot, & tales aquarum ſunt: his autem ſic determinatis, impoſſibile fontes eſſe maris: in neutro enim horum generum poſſibile eſt eſſe ipſum: neque enim effluxibile eſt, neque manufactum; fontales autem omnes, horum alterum paſſæ ſunt; ſpontaneam autem tantam multitudinem, nullam videmus fontalem factam.

*At fieri quidem non poſſe, vt maris vlli ſint fontes, ex iis, quæ ſunt, diſpiciendum eſt. Aquarum enim quæ in terra ſunt, aliæ fluxiles ſunt, aliæ ſtantes, ac fluxiles quidem omnes fontanæ. De fontibus autem antea diximus, non ita fontem principium eſſe intelligi debere, quaſi è vaſe promatur, ſed in quod primum ea quæ perpetuo gignitur, & confluit, labatur.* G *Stantium autem aliæ ſunt collectitiæ, & ſubſidentes, vt paluſtres, & quæcunque lacuſtres copia ac paucitate differunt, aliæ fontanæ: atque hæ omnes manu extructæ ſunt. Dico autem eas, quæ putearie nominantur. Omnium enim fontem ſuperiorem, quam fluxio ſit, eſſe oportet: quapropter fontanæ & fluuiatiles ſponte fluunt, hæ vero arte quæ operetur, indigent. Et hæ quidem aquarum tot & tales ſunt differentiæ.* H *His autem ita conſtitutis, fieri non poteſt, vt maris vlli ſint fontes, cum in neutro horum generum eſſe poſſit. Nam nec fluxile eſt, nec manu fabricatum, quorum tamen alterum fontanis omnibus conuenit. Tantam vero aquæ copiam, quæ fontana ſit, ſponte ſtantem nullam videmus.*

I

c Adhuc autem quoniam plura ſunt maria, ad inuicem non commiſta ſecundum vllum locum quorum mare rubrum videtur ſecundum modicum communicans ad id quod extra columnas: Hircanicum autem, & Caſpium ſeparata; ad hæc & circumhabitata in circuitu, non vtique laterent fontes; ſi ſecundum aliquem locum ipſorum eſſent.

*Præterea cum multa ſint maria, quæ inter ſe nullo in loco commiſcentur, quorum rubrum, quidem, cum eo mari, quod extra eſt columnas, parum videtur communicare: Hircanum vero, & Caſpium ab illo etiam ſeparata, & in orbem habitata fontes profecto, ſi quo in loco haberentur, non ignoraremus.*

f Fluens autem mare videtur ſecundum anguſtias: ſicubi propter adiacentem terram in modicum ex magno coarctatur pelago propterea quod libratur huc & illuc ſæpe; hoc autem in magna multitudine in manifeſtũ. Quare autem

K *Fluere autem mare in anguſtiis videtur, ſicuti ob ambientem terram ex vaſto pelago in paruum colligitur, propterea quod vltro citroque ſæpius libretur. Hoc vero in vaſto mari perſpicuum non eſt. At ſi ob terræ anguſtias arcto contineatur loco, libra*

propter anguſtiam terræ modicum obtinet locum, neceſſarium eam quæ in lato modicam librationem ibi apparere magnam. Quod autem intra herculeas columnas, totum ſecundum terræ concauitatem fluit, & fluuiorum multitudinem: Meotis quidem enim in Pontum fluit, iſte autem in Ægeum. Qui autem iam extra hæc pelagi, minus faciunt hoc euidenter. Illis autem, & propter fluuiorum multitudinem accidit hoc, plures enim fluuii in Euxinum fluunt, & Meotim, aut multiplicem regionem ipſius & propter breuitatem profunditatis: ſemper enim ibi profundius videtur exiſtens mare: & meotide quidem pontus: hoc autem Ægeum: Ægeo autem Siculum, Sardonicum autem, & H rcanicum profundiſſima omnium. Quæ autem extra columnas, breuia quidem propter lutum, ſine flatu autem ſunt, vt in concauo mari exiſtente. Si igitur & ſecundum partem ex altis fluuii videntur fluentes: ſic & totius terræ ex altioribus, quæ ad arctum, fluxus fit plurimus: vbi hi quidem propter effuſionem, non profundi; qui autem extra pelagi profundi.

g De eo autem, quod quæ ad arctum ſunt terræ, alte, ſignum quoddam, & multos perſuaſos eſſe antiquorum meteorologorum, ſolem non ferri ſub terra, ſed circa terram, & locum hunc: diſparere autem, & facere noctem propterea, quod alta ſit, quæ ad arctum terra. Quod quidem igitur, neque fontes poſſibile ſit eſſe maris, & propter quam cauſam ſic videntur fluentes, talia, & tanta nobis dicta ſufficiant.

## LECTIO II.

a DE generatione autem ipſius, ſi factum eſt, & de ſapore, quæ cauſa ſalſedinis & amaritudinis, dicendum.

b Cauſa quidem igitur, quæ fecit priores putare mare principium eſſe, & corpus omnis aquæ hæc eſt, videtur enim vtique rationabile eſſe quemadmodum aliorum elementorum eſt, congregata moles, & principium propter multitudinem: vnde permutatꝰ partiũ, & miſcetur aliis: puta ignis quidẽ in ſuperiorib. locis: aeris autem

A *mentum, quod in mari exiguum eſt, magnum illic videatur neceſſe eſt. Id autẽ, quod intra Herculis columnas continetur, totum terræ concauitate, & fluminum multitudine fluit. Nam Mæotis in Pontum, hic in Ægeum fluit, Quæ vero extra hæc maria ſunt, hoc minus perſpicue faciunt. Illis autem & propter fluminum multitudinem hoc euenit (plura enim flumina in Euxinum & Mæotidem influunt, quam in locum eius multiplicem) & propter modicam altitudinem: mare namque profundius ſubinde cernitur.*
B *Ac Mæotide quidem Pontus, hoc vero Ægeum, Ægeo Siculum, & omnium profundiſſima Sardum, & Tyrrhenũ. Quæ autẽ extra columnas ſunt, modice quidem ob lutum profunda ſunt: ſed flatibus vacant, quaſi mare in cauo locatum ſit. Vt igitur in terræ partibus, è locis editis fluere flumina videntur, ſic è totius terræ editioribus, quæ ad Septentrionem ſita ſunt, plurima fit fluxio; quapropter aliqua, ob effuſionem, profunda non ſunt: quæ autem extra habentur, profundiora ſunt.*
C

*Porro loca ad Septentriones ſita excelſa eſſe, eo declaratur, quod veterum, Meteorologicorũ multis perſuaſum fuit, Solem ſub terram non ferri: ſed circa terram atq; hunc locũ. Occultari autem eum & noctem facere, propterea quod terra ad Septentriones edita eſſet. Maris ergo & fontes*
D *nullos eſſe poſſe, & quam ob cauſam fluere hunc in modum videatur, tot atque talia à nobis dicta ſint.*

Tractatus primi, libri ſecundi, de natura & loco maris, ſecundum propriam opinionem. Cap. II.

*DE eius autem ortu, ſi ortum eſt, & de ſapore, quæ ſalſedinis &*
E *amaritudinis cauſa ſit, dicendum eſt.*

*Cauſa quidem quæ veteres adduxit vt mare vniuerſæ aquæ principiũ & corpus eſſe exiſtimarent, hæc eſt. Nam conſentaneum videri põt, quoddam totius aquæ corpus eſſe, quemadmodum & aliorum elementorũ moles eſt coagmẽtata, & principiũ ob copiã vnde diſtributa mutatur, & aliis admiſcetur, vt ignis quidẽ in loco ſupero, aeris aũt copia in eo, qui eſt citra ignẽ*

Thom. in Meteor.

mare occupat multum de terra, ſecundum proportionem quantitatis aquæ & vnum eſt minus profundum quam aliud. Illud autem quod eſt minus profundum ſemper decurrit ad profundius. Vnde illud mare ſemper videtur profundius, ad quod aliud decurrit, ſicut Ponticum eſt profundius Meotide, & Pontico mare Ægeum, & Ægeo Siculum. Sardicum autem & Tyrrhenum ſunt profundiſſima. Sed mare quod eſt extra columnas non eſt profundum: quod apparet ex luto apparente in aqua quæ fluit ex ipſo, & huius ſignum eſt, quod ſunt ſine vento acſi exiſtant in aliqua concauitate. Sicut igitur particulariter fluuii videntur fluentes ex altioribus locis ad demiſſiora, ſic in mari fluxus fit ex altioribus locis terræ, quæ ſunt ad ſeptentrionem vt ſic maria ſeptentrionalia, quæ emittunt aquam, non ſint ita profunda, ſicut maria meridionalia, quæ recipiunt. Deinde cum dicit.

g ¶ Manifeſtat per ſignum quoddam ꝙ dixerat, ſcilicet, quod terra ex parte ſeptentrionis ſit altior, & huius ſignum accipit ex hoc, quod quidam antiquorum crediderunt, quod ſol non iret ſub terra, ſed ſolum circa terram, & diſpareret de nocte propter altitudinem ſeptentrionalis partis occultantis. Deinde recapitulat quod dictum eſt, & eſt planum in litera.

## LECTIO II.

a HIc incipit inquirere veritatem circa opiniones, quas habuerunt antiqui naturales de mari, & primo oſtendit de quo eſt intentio, dicens, quod eſt de generatione maris ſi eſt factum, & de ſapore eius, quæ ſit cauſa ſalſedinis, & amaritudinis ipſius. Secundo ibi.

b ¶ Exequitur propoſitum, & diuiditur in partes tres: in prima determinat de natura maris, vtrum ſcilicet ſit naturalis locus aquæ: in ſecunda determinat de generatione eius, vtrum ſit factum, vel non, ibi. [De ſalſedine autem eius] in tertia determinat de ſapore maris, quare, ſcilic. ſit ſalſum, ibi. [De ſalſedine] Prima autem pars diuiditur in partes duas: in prima oſtendit opinionem antiquorum de natura maris: in ſecunda obiicit contra eam: ibi. [Oppoſitum autem.] Dicit ergo primo, quod antiqui putauerunt, quod mare ſit principium omnis aquæ, & ſit ſubſtantia, & corpus totius aquæ, & quod mare ſit naturalis locus aquæ. & cauſa inducens eos ad hoc fuit quod videbatur rationabile eſſe, quod ſicut omnium aliorum elementorum magnitudo eſt congregata in vnum locum, & eſt vnum principium, vnde deriuatur partialiter elementum, & commiſcetur aliis elementis propter multitudinem ſubſtantiæ elementaris in illo loco exiſtentis, ita eſt in aqua: videmus enim, quod multitudo ignis eſt in ſuperiori loco huius inferioris mundi, qui eſt naturalis locus eius: & ſimiliter multitudo aeris eſt ſub loco ignis, quaſi in proprio loco congregata, & manifeſtum eſt, quod corpus terræ eſt in medio, circa quod alia corpora ſunt congregata ordinate: vnde manifeſtum eſt, quod neceſſe eſt etiam ſecundum eandem rationem eſſe aliquem locum, vbi ſit congregata multitudo aquæ: quaſi in proprio loco, & naturali: huiuſmodi autem non poteſt eſſe aliud quam mare, quia aquæ fluuiorum non ſunt omnes ſimul, cum tamen oporteat vnius elementi eſſe vnum locum continuum: iterum, aqua fluuiorum non eſt ſtabilis, ſed fluens, cum tamen oporteat omne elementum ſtare in proprio loco: fluit

autem fluuiorum aqua, vtpote quæ videtur ſemper generari, non quieſcere in eodem loco. Propter hanc igitur dubitationem putauerunt, quod mare eſſet principium omnis aquæ & omnium humidorum: & propter hoc putauerunt, quod omnia flumina nō ſolum intrant in mare, ſed etiam fluunt à mari, quia locus naturalis alicuius elementi videtur eſſe principium & terminus motus omnium illorum quæ ſunt de natura illa: quia omnia naturaliter tendunt ad locum proprium. Et ſecundum antiquos erat etiam principium: quia ponebant quod elementa erant generabilia & corruptibilia: vnde aqua generabatur de nouo: & ſic oportebat, quod vbicunque aqua extra locum proprium inueniretur, quod influeret à naturali loco aqua. Et quia poſſet aliquis obiicere quod mare eſt ſalſum, & aqua fluuiorum eſt dulcis: & ſic non videtur fluens à mari: ad hanc obiectionem excludendam ſubdit, quod illud quod eſt ſalſum, quando colatur, fit dulce: & ſic aqua maris, quando colatur per terram, efficitur potabilis in fluuiis. Deinde cum dicit.

c ¶ Mouet quaſdam dubitationes circa prædeterminata, & primo vnam contra hoc, quod mare eſt locus naturalis aquæ: ſecundo contra hoc, quod dictum eſt, quod mare eſt terminus aquarum currentium: ibi. [Quærere autem antiquam.] Circa primum duo facit: primo mouet dubitationem: quæ talis eſt. Si mare eſt principium omnis aquæ, quare naturalis locus aquæ exiſtens aqua maris non eſt dulcis, & potabilis, ſed ſalſa? omne enim elementum in primo loco videtur eſſe intranſmutatum, & naturaliter ſe habens: ſalſedo autem non eſt naturalis proprietas aquæ, ſed ex aliqua tranſmutatione ei accidit. Secundo ibi.

d ¶ Soluit prędictam dubitationem, & circa hoc tria facit: primo præmittit quoddam, reſumens ex prędictis quod eſt neceſſarium ad ſolutionem, ſecundo ex hoc, quod propoſitum eſt, excludit quandam o-

multitudo, quod poſt ignis locum terræ autem corpus circa quod hęc omnia poſita ſunt, manifeſte. Quare palam, quia ſecundum eandem rationem & de aqua neceſſe quærere. Tale autem nullum aliud corpus videtur poſitum totum ſimul ſicut & aliorum elementorum præter maris magnitudinem. Quod enim fluuiorum: neque totum ſimul; neque ſtabile; ſed vt factum ſemper videtur quotidie. Ex hac itaque dubitatione, principium omnium humidorum & omnis aquæ; putatum eſt eſſe mare. Propter quod & fluuios non ſolum in hoc; ſed ex hoc quidam aiunt fluere; colatum enim fieri quod ſalſum potabile.

c Opponitur autem altera ad hanc opinionem dubitatio; cur quidem non eſt conſiſtens aqua hæc potalis, ſiquidem principium omnis aquæ, ſed ſalſa?

d Cauſa autem ſimul; & huius dubitationis ſolutio erit, & de mari accipere propriam exiſtimationem neceſſarium recte; aqua enim circa terram ordinata, ſicut circa hanc aeris ſphæra, & circa hanc, quæ dicitur ignis; hic enim eſt horum vltimus, ſiue vt plurimi dicunt, ſiue vt nos, Lato autem ſole hoc modo, & propterea permutatione & generatione; & corruptione exiſtente, quod quidem ſubtiliſſimum, & dulciſſimum, ſurſum ducitur per ſingulos dies, & fertur iterum diſgregatum, & vaporans in ſuperiorem locum, ibi autem rurſus conſtans propter infrigidationem deorſum fertur iterum ad terram; & hoc ſemper vult facere natura, ſicut dictum eſt prius.

e Propter quod & deridendi ſunt omnes, quicunq; priorum exiſtimauerunt ſolem cibari humido. Et propter hoc aiunt verſiones facere ipſum, nō enim ſemper poſſe eadem loca exhibere ipſi alimentum, neceſſarium autem eſſe hoc accidere circa ipſum, aut ipſū corrumpi: etenim manifeſtum ignem quam diu habuerit alimentum vſq; ad hoc viuere, humidum autem igni eſſe alimentum ſolum.

f Tanquam pertingat vſque ad ſolem, quod ſurſum ducitur,

*terræ corpus, id, circa quod omnia hæc manifeſte ſunt poſita. Ex quo conſtat, eadem ratione de aqua etiam neceſſario eſſe inquirendum. Nullum autem aliud tale collectum corpus, præter maris vaſtitatem: vt cæterorum elementorum, poſitum videtur. Amnium enim nec collectum eſt, nec*
G *manet, ſed veluti quotidie gignatur, ſemper conſpicitur. Mare igitur humidorum, & totius aquæ principium eſſe, ob hanc dubitationem viſum eſt. Quocirca & flumina non tantum in ipſum, ſed ex eo quoque fluere, aliqui inquiunt. Quod enim ſalſum eſt, ſi coletur, fieri potabile.*

*Huic autem opinioni dubitatio altera*
H *opponitur, quid tandem cauſa ſit, cur aqua hæc ſimul ſtans potabilis non ſit, ſed ſalſa? ſiquidem totius aquæ principium eſt.*

*Cauſa autem ſimul & huius dubitationis ſolutio erit, & efficiet, vt primam de mari exiſtimationem recte neceſſario ſumamus. Cum enim aqua circa terram, quemadmodum & circa eam aeris globus, & circa hunc is, qui ignis dicitur, obtendatur, (hic enim omnium extremus eſt, ſeu vt plurimi inquiunt, ſeu vt nos) Sol au-*
I *tem hoc modo feratur, ob eamq; cauſam mutatio exiſtat, & ortus atq; interitus, id quod tenuiſſimum eſt, & dulciſſimum, quotidie effertur, ſecernique & in vaporem mutatum ſuperiora petere videtur. Illic autem rurſus, ob frigus concretum ad terram iterum defertur, idq; natura hoc modo perpetuo facere, vt antea dictum eſt, inſtituit.*

*Quocirca hi omnes veteres riden-*
K *di ſunt, quotquot Solem humore ali exiſtimarunt. Quam etiam ob cauſam eorum nonnulli aiunt, illius fieri conuerſiones. Non enim eadem loca poſſe ei perpetuo alimentum ſuppeditare, neceſſarium autem eſſe, aut hoc ei contingere, aut interire; ſiquidem & ignis hic conſpicuus tantiſper viuit, dum alimentum ſuppetit. Humorem vero ſolum igni eſſe alimentum.*

*Quaſi omnis qui attollitur humor, ad ſolem vſq; pertingat, aut aſcenſus*

F pinionem, ibi. [Propter quod & deridendi] tertio ſoluit dubitationem: ibi. [Potabile quidem igitur.] Dicit ergo primo, quod aſſignando cauſam prædictæ dubitationis, non ſolum ſoluetur dubitatio, ſed neceſſarium erit per hoc accipere veram opinionem de mari. Reſumit ergo, quod aqua eſt ordinata circa terram: ſicut ſphæra ignis ſuper aërem, & ſphæra aeris ſuper aquam. Ignis enim eſt ſupremum elementorum, ſiue ignis extimetur eſſe cœleſte corpus, vt plurimi dicunt, ſiue ſit aliquod corpus ordinatum ſub cœleſti corpore, ſicut ipſe ſupra dixit. Cum igitur ex ſolis motu cauſetur generatio, & corruptio, & omnes permutationes in iſtis inferioribus, oportet quod illud, quod eſt ſubtiliſſimum, & dulciſſimum in aqua rarefacta, euaporans continue feratur in ſuperiorem locum: & ibi iterum condenſatum ex virtute frigoris, feratur deorſum in terram: & hoc ſemper fit ſecundum naturam: vt prius dictum eſt. Deinde cum dicit.

e ¶ Excludit quandam falſam opinionem per præmiſſa, & primo ponit opinionem, & dicit, quod per prædicta patet quod deridendi ſunt antiqui, qui dixerunt, quod ſol cibaretur humido aquoſo, & ob hanc cauſam circumiret, quia idem locus non poteſt ſemper præbere huiuſmodi alimentum, ꝙ eſt neceſſarium ipſum haberet, aut niſi ipſum haberet, corrumperetur. Putabant enim, quod ſol eſſet naturæ igneæ. Manifeſtum eſt autem, quod ignis quamdiu habuerit nutrimentum, tamdiu durat. Solum autem humidum eſt nutrimentum ignis. Vnde conſumpto totaliter humido, extinguitur ignis. Secundo ibi.

f ¶ Improbat prædictam poſitionem quinque rationibus: quarum prima eſt, & vapor, qui ſurſum eleuatur, non aſcendit vſque ad locum ſolis, vt exinde poſſit cibari, & hoc ſatis ex prædictis poteſt eſſe manifeſtum. Secunda vero eſt, quod ponentes hoc, quod dictum eſt, videntur exiſtimare, quod

quod talis ſit aſcenſus vaporis ad ſolem qualis eſt aſcenſus fumi ad flammam: ex qua acceperunt ſignum ad ſic opinandum de ſole. Sed non eſt ſimile: quia flamma non ſemper manet eadem: ſed continue fit noua per hoc, quod materia alia, & alia continue inflammatur: quæ quidem prius eſt humida, apta inflammationi, per ignem totaliter exiccatur: & deſinit inflammari: & ſuccedit alia: & ſic patet, & quod flamma non nutritur, quia quod nutritur, oportet manere idem, vt patet in plantis, & animalibus: ſed flamma, quaſi nullo tempore permanet, vt dictum eſt: ſed hoc non poteſt accidere circa ſolem: quia ſi ſic nutriretur, ſecundum quod ipſi dicunt, continue innouaretur: & non ſolum ſemel in die, ſicut poſuit Heraclitus. Tertiam rationem ponit dicens, quod eleuatio vaporis humidi ad ſolem, ſimilis eſt calefactioni aquarum in ollis igne ſuppoſito. Ignis autem ardens ſub olla non nutritur ab aqua euaporante. Vnde nec etiam ſol, ſi faciat euaporare tantam aquam. Quarta ratio eſt, quod attribuerent tantum ſoli nutrimentum, & non aliis ſtellis: ad eorum ſalutem: cum tamen ponantur ab eis igneæ naturæ: quæ quidem aſtra ſunt tot, & tam magna, quod tota aqua non ſufficeret ad nutrimentum eorum. Quinta autem ratio ponitur ibi, Idem autem accidit, & dicit hanc rationem eſſe communiter contra hanc opinionem & contra eos, qui dixerunt, quod à principio tota terra erat cooperta aquis: & poſtea aqua vaporante ex calore ſolis, eſſe factum aerem: & ſic totum cœlum eſt augmentatum per hoc, quod aer ſit rarior, plus occupat de loco quam aqua, ex qua generatur: & hoc, quod ſic eſt reſolutum ab aquis, cauſat ven-

A humidi autem aſcenſus talis ſit, qualis quidem factæ flammæ, propter quod ſignum accipientes, ſic & de ſole putauerunt. Hoc autem non eſt ſimile: flamma quidem enim per continuum humidum, & ſiccum, permutata fit, & non alitur: non enim eadem exiſtens permanet vllo tempore, vt eſt dicere. Circa ſolem autem impoſſibile hoc accidere quoniam alito quidem eodem modo, ſicut illi dicunt, palam quod & ſol non ſolum, ſicut Heraclitus ait, nouus in die eſt, ſed ſemper

B nouus continue. Adhuc autem quæ à ſole eleuatio humidi ſimilis eſt calefactis ab aquis ab igne. Si igitur neque ſubardens ignis alitur neque ſolem veriſimile erat exiſtimare, neque ſi omnem calefaciens euaporare fecerit aquam. Inconueniens autem & ſolum curaſſe de ſole; aliorum autem aſtrorum ipſos negligere ſalutem tantis & magnitudine & multitudine exiſtentibus. Idem autem accidit & his irrationabile, & di-

C centibus primo humida exiſtente terra, & mundo qui circa terram, à ſole calefactum aerem, aut factum eſſe: & totum cœlum augmentatum: & hoc ſpiritus exhibere; & verſiones ipſius facere: Manifeſte enim ſemper ſurſum ductum videmus; deſcendens iterum in aquam: & ſi non per annum reddatur, & per ſingulas regiones ſimiliter, ſed in aliquibus ordinatis temporibus redditur omne acceptum: velut ne-

D que alitis ſuperioribus, neque hoc quidem manente aere iam poſt generationem. Hoc autem facto, & corrupto iterum in aquam.

g Potabile quidem igitur, & dulce propter leuitatem ſurſum ducitur; ſalſum autem omne ſubtus manet, propter grauedinem: vt in eo qui conuenienti ipſius loco proprio: hoc enim putandum dubitandum eſſe conuenienter:

E irrationabile enim ſi non aliquis eſt locus aquæ, ſicut & aliorum elementorum; & hanc eſſe ſolutionem. Quem enim videmus locum occupans mare, iſte non eſt maris, ſed ſolum aquæ; videtur autem maris; quia quod ſalſum quidem, deorſum manet, propter pondus; dulce autem, & potabile, ſurſum ducitur, propter leuitatem; quemadmodum in animalium corporibus. Etenim in his, alimento ingredienti

A *talis ſit, qualis ad flammam, quæ gignitur, ex qua, cum ſimilitudinem duxiſſent, ita de Sole exiſtimarunt: ſed non eſt ſimile. Flamma enim ex humoris & ſiccitatis perpetua commutatione gignitur, non alitur; quippe quæ nullo, vt ſic dicam, tempore eadem manet, quod in Sole contingere non poteſt. Nam ſi Sol eo modo, quo illi aiunt, alitur, conſtat eum non ſolum iuuenem (vt Heraclitus ait) quotidie eſſe, ſed perpetuo ac continenter iuuenem futurum. Humorem præterea per ſolem educi*

B *ſimile eſt, ac cum aquæ ab igne incaleſcunt. Si igitur ſubiectus ignis non alitur, nec Solem quoque ali veriſimile eſt exiſtimare, etiam ſi totam aquam calefaciens, in vaporem conuerteret. Abſurdum vero etiam eſt, ſolius Solis ſolicitudinem habere, aliorum autem ſiderum conſeruationem contemnere, quæ & multitudine, & magnitudine tanta ſunt. Idem autem abſurdum his euenit, & illis, qui aiunt, cum terra principio humida eſſet, & mundus terram ambiens incaleſceret à Sole, aerem genitum fuiſſe,*

C *totumque cœlum creuiſſe, ac eundem flatus præbere, & illius conuerſiones efficere. Id enim omne, quod ex aqua ſublatum eſt, rurſus ſemper deſcendere perſpicue cernimus. Ac, ſi non ſimiliter annis ſingulis, & in quaque regione, quibuſdam tamen definitis temporibus, totum id, quod ſublatum eſt, redditur, quod nec ſupera ex eo alantur, nec partim quidem aer poſt generationem remaneant, partim vero gignatur, & in aquam rurſus intereat ſed vniuerſus ſimiliter*

D *diſſoluatur, & in aquam rurſus concreſcat.*

*Itaque quod potabile eſt, & dulce, vniuerſum ob leuitatem attollitur: quod autem ſalſum eſt, præ pondere ſubſidit, non in ſuo ipſius proprio loco. Etenim exiſtimandum eſt, de hoc recte dubitatum eſſe (abſurdum namque eſt, niſi aliquis aquæ, vt cætero-*

E *rum quoque elementorum, ſit locus) atque hanc eſſe ſolutionem. Is enim locus, quo contineri mare cernimus, maris non eſt, ſed potius aquæ. Maris autem videtur, propterea quod pars ſalſa ſubſidit præ pondere, dulcis vero ac potabilis ob leuitatem attollitur, perinde atque in animalium corporibus, in quibus, cum dulce alimentum ingeſtum eſt, alimenti humidi ſepimentum, atque excrementum amarum ſalſumque cernitur. Pars enim dulcis & potabilis à calo-*

tos: & motum cœli. Vtraque igitur harum opinionum deſtruitur per hoc, quod manifeſte videmus illud, quod eleuatur ſurſum, iterum redire ad terram: & ſi non per eundem locum: & ſimiliter per omnes regiones, quia aliquando & in quibuſdam regionibus plus euaporat, quam pluat, ibi. Sed tamen in aliquibus locis, per aliquam ordinationem temporis, omne, quod ſurſum eleuatur, redit iterum ad terram. & ſic patet, quod neque ſuperiora corpora aluntur ex vaporibus, neque aliqua pars vaporis remanet aer, & alia iterum redit in aquam. Deinde cum dicit.

g ¶ Ex eo, quod ſupra præmiſſum eſt, concludit ſolutionem prædictæ dubitationis: & dicit, quod cum vapor eleuetur ſuperius, illud, quod eſt dulce, & potabile, eleuatur ſuperius propter id, quod eſt leuius: illud autem, quod eſt ſalſum, quia grauius eſt, manet deorſum: quaſi in proprio loco: hoc enim videtur rationabile, & conuenienter eſſe dictum in præmiſſa dubitatione, quod mare eſt locus naturalis aquæ. Irrationabile enim eſt ſi aqua non habeat proprium locum naturalem: ſicut alia elementa: ſed ſolum eſt mota dubitatio contra hoc, quod dictum eſt de ſalſedine. Probat ergo quod locus quem mare occupat, eſt locus naturalis aquæ, in quantum aqua: ſed tamen videtur eſſe locus naturalis aquæ maris ſolum: propter hoc, quod ſalſum manet deorſum propter grauitatem: dulce autem euaporauit ſurſum, propter leuitatem. Et ponit exemplum de eo, quod accidit in corporibus aliquando: quia cum cibus aſſumptus ſit dulcis, & humidus, hypoſtaſis, quæ remanet ex cibo, & ſuperfluum alimenti, apparet amarum, & ſalſum: propterea, quia illud quod eſt dulce, eſt attractum à calore natu-

Tho. in Meteo.

raſi ad carnem, & ad quamlibet partem corporis ſicut quælibet apta nata eſt nutriri. per hoc ergo concludit à ſimili, quod ſicut inconueniens eſſet, ſi quis putaret, quod venter non eſſet locus cibi, ſed ſolum ſuperfluitatis, quia dum nutriuntur membra, cito ſumitur materia cibi, & ſuperfluum remanet: ſed tamen iſte non bene exiſtimaret, quia, vt prius diximus, iſte eſt locus naturalis cibi, in quantum cibus & non ſolum cibi in ventre exiſtentis. ſimiliter & in propoſito, iſte locus occupatus à mari, eſt locus naturalis aquæ: & omnis aqua mouetur ad ipſum, tanquam ad locum proprium. Fluxus enim aquæ eſt ad id, quod eſt magis concauum, & talis eſt locus maris. Sed quamuis locus iſte ſit naturalis aquæ, tamen illud quod eſt dulce, cito fertur ſursũ propter ſolem eleuantem vaporem: illud autem quod eſt falſum, remanet inferius propter prædictam cauſam.

LECTIO III.

a HIc philoſophus mouet aliã dubitationem circa hoc quod dictum eſt, quod mare eſt terminus fluuiorum: & circa hoc tria facit: primo mouet quæſtionem, quã dicit eſſe antiquam: propter quid ſ. cum ſingulis diebus flumina, & innumerabilia numero, & immenſa magnitudine, intrent in mare, non tamen videtur creſcere: & hoc in ipſo non apparet, quod tanta multitudo aquæ ad ipſum deueniat. Secundo ibi.

b ¶ Soluit dubitationem: & dicit, quod licet non ſit inconueniens, quod ſint aliqui, qui circa hoc dubitent: tamen, ſi quis recte conſideret, non eſt difficile videre ſolutionem huius, quia ſi aliqua aqua diffundatur per aliquam latitudinem, ſuppoſito quod ſit eadem multitudo aquæ in diuerſis locis diffuſa, ſi non

dulci, humidi elementi hypoſtaſis, & ſuperfluum, apparet ens amarum, & ſalſum: dulce enim & potabile ab innato calore attractum in carnes, & aliam cõpactionem venit partium, vt quælibet nata eſt. Sicut igitur ibi inconueniens, ſi quis potabilis alimenti non putet locum eſſe ventrem ſolum, quia cito conſumitur, ſed ſuperflui, quia hoc eſt ſubſidens, non vtique exiſtimabit bene, ſimiliter autem & in his. Eſt quidem enim ſicut dicimus, locus iſte aquæ, propter quod & fluuii fluunt in ipſum omnes, & omnis quæ fit aqua: vtique enim in quod maxime concauum, fluxit, & maxime talem obtinet locum, ſed hoc quidem ſurſum fertur cito propter ſolem. Hoc autem derelinquitur propter dictam cauſam.

LECTIO III.

a QVærere autem antiquam dubitationem, propter quid tanta multitudo aquæ nuſquam apparet, per ſingulos enim dies fluuiis fluentibus innumerabilibus, & magnitudine immenſis, nihil mare fit amplius.

b Hoc quidem nullum inconueniens dubitare aliquos, non tamen intuentem difficile videre. Eadem enim multitudo aquæ in latum diffuſa, & tota ſimul, non inæquali tempore exiccatur; ſed differt in tantum vt hoc quidem permaneat per totum diem, hoc autem quemadmodum ſi quis ſuper menſam magnam diffuderit aquæ cyatum, ſimul perſpicientibus vtique exterminabit totum, quod vtique & circa fluuios accidit. Continue enim fluentibus, ſimul totum ſemper quod peruenit in immenſum, & latum locum, exiccatur cito & latenter.

c Quod autem ſcriptum eſt in phædone, de fluuiis, & mari impoſſibile eſt. Dicitur enim quod omnia quidem inuicem perforata ſunt ſub terra, principium autem omnium ſit, & fons aquarum, vocatus Tartarus circa medium aquæ quædam multitudo, ex quo & fluentia, & non fluentia prodeunt omnia. Circumfluentiam autem faceret ad ſingula rheumatum, propterea, quod moueatur ſemper, quod primum, & principium, propter non habere enim ſedem, ſed ſemper circa medium volui,

F *re innato attracta in carnes, aliarumque partium conſtitutionem abiit pro cuiuſque illarum natura. Quemadmodum igitur illic, ſi quis cenſuerit, ventrem potabilis alimenti, propterea quod cito euaneſcat, locum non eſſe, ſed excrementi, quia ſubſidere illud videat, non recte cenſuerit, ſic & in his. Eſt enim (vt diximus) aquæ hic locus. Quapropter & flumina in eum omnia influunt, & omnis etiam aqua, quæ gignitur. In id enim quod maxime cauum eſt, fluxio eſt, talemque terræ locum mare obtinet.*

G *Sed alia pars vniuerſa à Sole celeriter attollitur, alia relinquitur ob eam, quæ dicta eſt, cauſam.*

*LECTIO III.*

*VEterem autem illam dubitationem afferre, cur tanta aquæ copia nuſquam appareat, quando innumeris vaſtæ magnitudinis*

H *fluminibus quotidie in mare influentibus, nihilo amplius cernitur.*

*Hanc, inquam, aliquos dubitationem afferre, abſurdum quidem non eſt, ſed tamen difficile non eſt eum qui conſiderauerit, perſpicere. Eadem enim aquæ copia, quæ in latitudinem expanſa ſit & quæ ſimul collecta, non æquali tempore reſiccatur, ſed vſque*

I *adeo differt, vt hæc quidem integrum diem permaneat, altera, perinde ac ſi quis aquæ cyathum ſuper magnam menſam effuderit, ſimul atque id cogitauerimus, tota euaneſcet. Id quod fluminibis quoque vſu venit. Illis enim continenter collectim fluentibus, id quod in vaſtum latumque locum peruenit, cito, ſemper, atq; occulte exſiccatur.*

*Illud autem eſſe non poteſt, quod de fluminibus & mari in Phedone*

K *ſcriptum eſt. Mutuis enim mentibus inter ſe ſub terra concurrere dicitur, principiumq; & fontem aquarum omnium id eſſe, quod Tartarus nominatur, quædam videlicet aquæ copia in medio poſita, è qua tam fluentes amnes, quam non fluentes redduntur. In ſingulos autem fluuios influxũ fieri, propterea quod primum atq; principium agitetur.*

*Non enim ſedem, in qua conſiſtant, habere, ſed circa medium perpetuo reuolui: ſurſum vero & deorſum agi-*

ſit eadem quantitas latitudinis, non eſt æquale tempus deſiccationis aquæ effuſæ, ſed erit differentia ex diuerſitate latitudinis, in qua aqua diffunditur: quia aliquando manet aqua & non exſiccatur, per totum diem: aliquando aut ſtatim ad oculum exſiccatur: ſicut ſi aliquis vnum cuprum aquæ diffunderet ſuper magnam menſam, ſtatim tota aqua exſiccaretur: ſi autem in aliquo paruo loco tantum de aqua proiiceretur, diu conſeruaretur: ſic igitur accidit circa fluuios & mare. Non totum quod ex fluuiis ad mare peruenit, diſpergitur in locum maximæ latitudinis: & cito deſiccatur per continuam euaporationem aquæ: de qua ſupradictum eſt. Tertio ibi.

c ¶ Excludit quandam falſam ſolutionem prædictæ dubitationis, & primo ponit ipſam ſolutionem, & dicit: quod impoſſibile eſt eſſe verum quod à Platone de mari, & fluuiis dicitur in libro ſuo, qui intitulatur Phædon: dicit enim ibi, quod omnia flumina, & mare, concurrunt ſub terra ad aliquod principium quaſi terra ſit perforata à mari & fluuiis: hoc autem principium, quod ſecundum ipſum eſt principium aquarum omnium, vocatur Tartarus, quæ eſt quædam magna multitudo aquæ exiſtens circa medium mundi: ex quo quidem principio dicit prodire omnes aquas, quæ non fluunt: ſicut ſunt mare, & ſtagna: & quæ fluunt, ſicut fontes, & flumina. Dicit autem, quod Tartarus vndiq; fluit ad ſingula [Rheumatum] id eſt, ad ſingulos diſcurſus aquarum: quod ideo contingit quia illud principium aquarum ſemper mouetur. & hoc ideo: quia non habet aliquem locum fixum, quo quieſcat: ſed ſemper mouetur citra medium, quaſi vacillans hinc inde: & ſic dum mouetur ſurſum, facit

effu-

effuſionem rheumatum, id eſt, diſcurſos marium, & fluuiorum, non tantum verſus iſtam partem terræ: quam nos habitamus, ſed ex multis aliis partibus terræ effundit, & alia ſtagna, quale eſt mare quod eſt apud nos, ſed omnia maria, & flumina, quadam circulatione reducuntur ad illud principium, vnde primo effluxerunt: ſed diuerſimode. Nam quædam redeunt ſecundum eundem locum, ſecundum quem effluxerunt, vt ſit quidam motus refluxus, quędã vero ex contraria parte redeunt parti, vnde effluxerat, vt puta, ſi effluxerunt de ſubtus, reingrederentur deſuper. Non eſt tamen ſic intelligendum de ſubtus, & deſuper, quod aliquid poſſit eſſe ſubtus reſpectu medii, in quo ponitur primum principium aquarum, quia à ſuperficie terræ vſque ad medium, eſt deſcenſus: ſed de cætero, ſi ſecundum rectam lineam vltra procederet aqua, eſſet motus ad ſurſum, idem enim eſt moueri à medio & moueri ſurſum, & ſecundum hoc facile eſt aſſignare cauſam diuerſitatis colorum, & ſaporum in aquis, quia aqua fluens recipit colorem, & ſaporem, ſecundum modum terræ, per quam effluit. ſecundo ibi.

d ¶ Improbat prædictam poſitionem quinque rationibus, quarum prima eſt, quod cum quandoque flumina recedant per eandem viam, quandoque autem per contrariam, ſequitur ſecundum hanc poſitionem, quod fluuiorum fluxus non ſemper fit ad eandem partem: quia enim redeunt ad medium, à quo fluxerunt, non magis fluent ſubtus quam ſupra, comparando ſuperficiem terræ ad medium, quod ſemper intelligitur: à ſuperficie terræ, vocatur aliquid ſurſum, & aliquid deorſum propter altitudinem, & demiſſionem. Si enim motus fluuiorum cauſatur ex effluentia Tartari, effluentia autem Tartari eſt ad omnem partẽ, ſequitur, quod aqua quaſi impulſa à Tartaro indifferenter fluat ad quamlibet partem, ſicut & Tartarus fluctuans tendit ad omnem partem, & ſic accidit illud quod dicitur in Prouerbio Surſum fluuiorum, ſcilicet quod flumina ſint ſuperiora fontibus, vel quod ſurſum fluant, & hoc eſt impoſſibile. Secunda vero eſt, quod ſecundum prædictam poſitionem videtur, quod oporteat ſemper æqualem aquam ſalvari, quia quantum fluit de aqua à Tartaro, tantum ponit, quod A iterum refluat ad principium, & ſic oportet totaliter excludere generationem aquæ in aere, & eleuationem aquæ à terra per euaporationem, quod patet eſſe falſum. Tertiam rationem ponit, dicens, quod omnes fluuii terminantur ad mare, quicunque non terminantur ad alios fluuios, & nullum flumen eſt ſic terminatum ad terram, quaſi terram perforans, quod vadat ad tartarum: ſed ſi ſunt aliqua flumina intrantia in concauitatem terræ, iterum exeunt in aliquo loco, & ſic non videtur verum, quod flumina iterum redeant ad Tartarum. Quarta ratio eſt. Si curſus fluuiorum cauſatur ex effluentia Tartari: oporteret, quod ab ipſo ſui principio flumina haberent multitudinem aquæ: ſed hoc non videmus quia inter fluuios illi inueniuntur magni, qui per longam viam fluunt, eo quod recipiunt diſcurſiones multorum fluuiorum, & detruncant vias eorum: & ſecundum locum, quia ſunt profunda magis, & magis concaua, & ſecundum longitudinem, quia longiorem viam currunt. Nam Iſter, id eſt, Danubius, & Nilus, ſunt maximi fluuiorum, qui in mare Mediterraneum exeunt, & de fontibus eorum diuerſi diuerſa dicunt, propter diuerſitatem fluuiorum, qui in hos intrant. Quinta vero eſt, quod vltra prædicta inconuenientia eſt etiam hoc; quod ſequeretur, quod mare habeat principium à Tartaro: quod inconueniens eſt, quia mare videtur eſſe locus naturalis aquarum, ſicut ſupra dictum eſt. Deinde recolligit quæ ſupra dicta ſunt, & dicit, quod tanta dicta ſunt de hoc, quod locus, quem mare occupat, eſt locus naturalis aquæ, & non ſolum locus naturalis maris, id eſt, aquæ ſalſæ exiſtentis: & dictum eſt, quod illud, quod eſt potabile, & dulce, non manifeſtatur in mari, ſed in aquis fluentibus: illud autem quod ſalſum eſt, ſubſidet in mari, quaſi derelictum poſt euaporationem eius, quod erat potabile, & dulce: & dictum eſt, quod mare magis eſt terminus aquarum, quam principium, quia ſcilicet aqua extra mare generatur, & ſurſum in aere, vt dictum eſt, de generatione pluuiarum, & intra terram, vt dictum eſt de generatione fontium, & fluuiorum: & tamen vbicumque generatur aqua, fluit ad mare niſi impediatur, & ſic aqua ſalſa ſe habet ſicut illud, quod eſt ſuperfluum

motum autem ſurſum & deorſum facere effuſionem rheumatibus. Hoc autem in multis quidem locis ſtagnare quale, & quod apud nos eſſe mare, omnia autem iterum circulo circumduci ad principium, vnde incœperunt fluere, multa quidem ſecundum eundem locum, quædam autem, & è regione contraria poſitioni effluxui, puta ſi fluere incœperunt deſubtus, deſuper ingredi, eſſe autem vſque ad medium deſcenſum: de cætero enim ad ſurſum iam omnibus eſſe lationem. B Sapores autem, & colores habere aquam per qualem vtique contigerit fluens terram.

d Accidit ergo fluuios non ad eundem ſemper locum ſecundum rationem hanc. Quoniam enim ad medium influunt à quo circumfluunt, nihil magis fluunt de ſubtus quam deſuper, C ſed ad quodcunque tenderit fluctuans Tartarus, quamuis hoc accidente fiet vtique quod dicitur: Surſum fluuiorum: quod quidem impoſſibile. Adhuc quæ ſit aqua, & quæ ſurſum ducitur iterum, vnde erit? hoc enim totum excludere neceſſarium, ſiquidem ſemper ſaluatur æqualis, quantum enim extra fluit, iterum fluit ad principium. Quamuis omnes fluuii videantur terminantes ad mare, quicunque non in alios: in terram autem nullus: D ſed & ſi diſpareant, iterum prodeunt. Magni autẽ fiunt fluuiorum, qui longe fluunt per concauum, multorum enim ſuſcipiunt rheumata fluuiorum, detruncantes loco, & longitudine vias. Propter quod quidem & Iſtrus, & Nilus, maximi fluuiorum ſunt eorum, qui in hoc mare exeunt, & de fontibus alii dicunt, vniuſcuiuſque fluuiorum alias cauſas, quia multi in eundem incidunt. Hæc itaque omnia manifeſta, E quod impoſſibile eſt accidere aliter, quam & mari principium inde habente. Quod quidem igitur aquæ locus eſt iſte & non maris, & propter quam cauſam, quod quidem

*tatum fundi in fluuios. Nonnullos autem multis in locis ſtagnare, veluti apud nos mare eſt. Rurſus omnes principium, è quo fluere cœperunt, in orbem repetere, multos quidem per eundem locum, aliquos vero per eum, qui aduerſum poſitum ei habeat, è quo effluxerunt, vt ſi ex infero loco fluere cœperit, in ſupero influere.* B *Eſſe autem deſcenſum, vſque ad medium. Reliquum enim omnem curſum, omnibus iam aſcenſum eſſe. Vapores etiam, & colores aquam contrahere pro terræ, per quam fluere contigerit, natura.*

*Sed hac ratione efficitur, vt flumina eodem non ſemper fluant. Quoniam enim in medium influunt, ex quo effluunt, ex infero nihilo magis fluent, quam ex ſupero, ſed vtramlibet in partem* C *exæſtuans Tartarus delapſus fuerit. Atque ſi hoc accidat, id eueniet, quod dicitur, Surſum flumina, quod fieri non poteſt. Illa item quæ oritur aqua, & quæ rurſus attollitur, vnde nam erit? hanc enim vniuerſam tollit neceſſe eſt ſiquidem: æqualis ſemper ſeruatur, propterea quod quantum effluit, tantundem ad principium refluat. Atqui & flumina, omnia, quotquot non in alia ſe immittunt, deſinere in mare cernuntur; in terram autem nullum, ac ſi occul-* D *tentur, rurſus emergunt. Illa autem ingentia euadunt, quæ longo tractu per cauum fluunt: Multorum enim omnium fluxus excipiunt, loco & longitudine eorum curſibus intercepti. Quamob cauſam, Danubius & Nilus fluminum eorum, quæ in hoc mare illabuntur, maxima ſunt. Ac de cuiuſque fluminis fontibus alij alias reddunt cauſas; propterea quod multa in idem confluant. Conſtat igitur nihil horum fieri poſſe, mari præſertim originem inde ducente. Hunc ergo locum aquæ eſſe & nõ maris, &* E *quamobrem pars potabilis præter eam quæ fluit, occulta ſit, alia vero pars maneat, cur item mare, aquæ potius ſit finis quam principium, non ſecus ac in corporibus totius alimen-*

perfluum alimenti in corporibus animalium, nam ſuperfluum alimenti eſt ſalſum, vel amarum, quod verum eſt de ſuperfluo cuiuslibet alimenti: ſed maxime de ſuperfluo alimenti humidi, ſicut vrina quæ eſt magis indigeſta, & ideo eſt magis amara, & ſalſa, vt patet.

## LECTIO IV.

a Poſtquam philoſophus determinauit de natura maris, oſtendens, quod eſt locus naturalis aquæ: hic inquirit de generatione ipſius, & primo dicit de quo eſt intentio, & dicit, quod dicendum eſt de ſalſedine maris, & iterum vtrum mare eſt ſempiternum, aut fuit aliquod tempus quando non erat mare, & erit aliquod tempus quo non erit, ſed totaliter deficiet. Secundo ibi.

b ¶ Proſequitur propoſitum: deſtruendo opiniones aliorum circa hoc, & primo deſtruit opinionem antiquorum; ſecundo rationem eorum excludit, ibi [Acceperunt ergo hanc.] Circa primum duo facit: primo deſtruit opiniones antiquorum de inceptione maris, & dicit quod quidam putauerunt quod mare non ſemper fuit, ſed quandoque incepit, & poſuerunt etiam quod totus mundus eſſe incepit per generationem quandam, dicentes quod ſimul generatum eſt mare cum mundo: & hoc rationabiliter, quia cum mare ſit aliquo modo locus aquæ, quæ eſt vnum elementum, oportet, quod ſit de principalibus partibus mundi, & ideo quandocunque fuit mundus, fuit mare: & ideo ſicut illi argumentantur, quod quia mundus genitus eſt, & mare ſit generatum, ita poſſumus econuerſo argumentari, quod ſi mundus eſt perpetuus, & mare ſit perpetuum: quod autem mundus ſit perpetuus, præſupponit ex his, quæ probauit in libr. phyſicorum, & in libro de cœlo, quamuis hoc ſit falſum, & alienum à fide, vt ſupra dictum eſt. Secundo ibi.

Deſtruit opiniones antiquorum de defe-

potabile immanifeſtum veruntamen fluens, hoc autem ſubſidens, & quod terminus magis aquæ quã principium eſt mare, quemadmodum quod in corporibus ſuperfluum alimenti, & omnis, & maxime, quod humidi, dicta ſint tanta nobis.

## LECTIO IV.

a DE ſalſedine autem ipſius dicendum, & vtrum ſemper eſt idem: aut neque erat, neque erit, ſed deficiet.

b Etenim ſic putant quidam. Hoc quidem igitur viſi ſunt homines confiteri, quod factum eſt ſiquidem & omnis mundus; ſimul enim ipſius faciunt generationem. Quare palam, quod ſi quidem perpetuum omne, & de mare exiſtimandum.

c Putare autem minus aeri ſecundum multitudinem, ſicut ait Democritus, & tandem deficere, ab Æſopi fabulis nihil differre videtur, perſuaſus ſic. Etenim ille fabuloſe compoſuit, quod bis quidem Charybdis abſorbens, primo quidem Charybdis abſorbens, primo quidem montes fecit manifeſtos, ſecundo autem inſulas, vltimo autem ſorbens, aridam faciet omnino. Illi quidem igitur congruebat irato ad Portmeum, talem dicere fabulam. Veritatem autem quærentibus, minus.

d Propter quam cauſam manſit primo, ſiue propter pondus vt etiam quidam horum aiunt, in promptu enim huiuſcemodi cauſam videre: ſiue & propter aliud aliquid, palam quod propter hoc permanere neceſſarium & reliquo tempore ipſum. Aut enim dicendum ipſis, quod neque eleuata à ſole veniet iterum, aut ſiquidem hoc erit, neceſſarium, aut ſemper, aut quandiu quidem fuerit hoc, remanere mare: iterum ſurſum ferri illud prius oportebit, quod potabile. Quare numquam exſiccabitur: iterum enim illud præueniet deſcendens in ipſum, quod præaſcendit. Differt enim nihil ſemel hoc dicere, aut ſæpe.

Siquidem igitur ſolem ceſſare faciat quis à latione, quid erit exſiccans? ſi autem permittat

F ctu maris, & primo comparat opinionem iſtam opinionibus fabuloſis, & dicit quod putare hoc, quod mare fiat minus, ſecundum quantitatem, & tandem deficiat, ſecundum quod dixit Democritus, non differt à fabuloſis opinionibus Æſopi, qui dixit fabuloſe, quod Carybdis, quæ eſt quædam vorago in mari, bis abſorbuit mare: ita quod ante, aqua totam terram circundabat: vorago autem tantum de aqua abſorbuit, quod montes apparuerunt diſcooperti ab aquis: & terra quæ interiacet montibus: ſecundo autem tantum de aqua abſorbuit, quod apparuerunt inſulæ. Vltimo autem abſorbebit totam aquam maris, & ſic vndique remanebit terra arida, ſine mari. Sed licet componere fabulam talem, quę congrueret Æſopo fabularum inuentori, qui hoc dixit, dum forte eſſet iratus ad Portmeum, id eſt, ad quandam portum vel littus maris, vt iratus aquis, quaſi fingeret eas omnes eſſe abſorbendas, tamen talia dicere philoſophis inquirentibus veritatem minus conuenit. Secundo ibi.

d ¶ Improbat prædictam poſitionem per rationem, & dicit, quod propter quamcunque cauſam aqua maris primo manſit circa terram, oportebit, quod ſemper maneat: ſiue dicatur quod hoc accidit propter grauitatem aquæ, quæ pondere ſuo hoc habet, quod ſubſideat aeri, & præmineat terræ, quæ quidem cauſa eſt vera, & manifeſta ſiue quæcũque alia cauſa ſit, propter hoc oportet, ꝙ ſi aliquando fuit aqua maris ſuper terram, quæ ſemper maneat, quia aliter, ſi hoc non eſſet oporteret eos dicere quod aqua quæ eleuatur à ſole euaporata, non redeat iterum ad terram, cuius contrarium manifeſte videmus in pluuiis, aut ſi aqua eleuata redit, neceſſe eſt, vel ꝙ ſemper duret mare, ſi aqua ſemper eleuatur, & redit, aut quod remaneat quamdiu hoc fuerit, quod aqua redit, & iterum oportebit ferri ſurſum per euaporationem illud, quod eſt potabile in aqua. & ſic nunquam exſiccabitur mare in tali alteratione, quia iterum aqua deſcendet

*ti, ſed humidi potiſſimum, excrementum, his à nobis traditum ſit.*

G Tractatus primi, libri ſecundi, de perpetuitate maris, & eius nouitate, Cap. III.

*DE eius autem ſalſedine, & vtrum perpetuo idem ſit, an nec fuerit, nec futurum ſit, ſed deficiet, dicendum eſt.*

*Hoc enim modo aliqui ſentiunt. Omnes quidem genitum eſſe videntur fateri, ſiquidem & mundum vniuerſum, ſimul namq; eius ortum faciunt. Quare conſtat, ſi vniuerſum ſempiternum eſt, non aliter de mari*
H *exiſtimandum eſſe.*

*Cenſere autem ipſum, vt Democritus ait, decreſcere & ad extremum defecturum, ita inquam, aliquem ſibi perſuadere, nihil ab Æſopi fabulis videtur differre. Nam & ille fabulatus eſt, Charybdim, cum bis aquas exorbuiſſet, primum quidem montes manifeſtos feciſſe, deinde inſulas, demum, vbi exorbuerit, terram omnino aridam effecturam. Sed Æſopum in portitorem iratum eiuſmodi*
I *fabulam commentum eſſe congruebat. Eos autem, qui veritatem inquirunt, non item.*

*Quam enim ob cauſam prius permanſit, ſeu propter pondus, vt nonnulli hoc quoque aiunt (facile enim eſt huius rei cauſam perſpicere) ſeu ob aliud quidpiam, conſtat, neceſſarium eſſe, vt reliquum quoque tempus ob eam ipſam permaneat. Aut enim ab eis dicendum eſt, aquam à Sole ſublatam non rurſus delatum*
K *iri, aut ſi deferretur, neceſſarium eſſe, vel ſemper, vel quoad hoc fuerit, mare permanere illudque potabile ſurſum prius rurſus attolli. Quare nunquam exiccabitur. Quod enim antea aſcendit, in idem prius deſcendet, quippe cum nihil interſit, hoc ſemel an multoties dicamus. Quod ſi Solem quieſcere quis ſtatuat, quid erit, quod exiccet? Sin vero conuerſionem eſſe patietur, id quod potabile eſt acceſſu ſuo, quemadmodum diximus, per-*

ſiet in mare, & non differt vtrum hoc ſemel fiat, ſcilicet quod aqua eleuata ſemel deſcendat ſæpe: quia vtroque modo non minuitur aliquid de aqua, quia ſcilicet poſſet dici, quod hæc alternatio non ſemper erit motu ſolis ceſſante; ideo ſubiungit, quod ſi aliquis dicat, quod motus ſolis ceſſet, non remanebit aliquid, quod poſſit exſiccare aquam maris: ſi autem motus ſolis ſemper maneat, oporteat ꝙ ſemper ſol appropinquans ad aliquam partem terræ, eleuet per euaporationem aquam, & quando longius recedit, eam cadere propter frigiditatem: & ſic non poteſt dici quod mare totaliter exſiccetur, ſiue motus ſolis ceſſet, ſiue non. Deinde cum dicit.

c ¶ Excludit rationem mouentem eos ad hoc ponendum, & dicit, quod acceperunt hãc opinionem quod ſcilicet, totaliter exſiccaretur mare, & quod quandoque incœperit, propter hoc, quod multa loca apparent magis ſicca nunc, quã prius. Sed cauſa, propter quam accidit hæc paſſio, dicta eſt prius, quia ſcilic. ſecundum quædam determinatã tempora fiunt exceſſus aquarum, ſed non accidit propter hoc, quod totum vniuerſum generetur, ſed eius partes generantur: & iterum ſecundum alia determinata tempora erit contrarium, ſcilicet, quod erit magnus exceſſus ſiccitatis, & cum factus fuerit, iterum deſiccabitur terra, quæ erat cooperta aquis propter exceſſum aquarum prius factum: & neceſſe eſt, quod hoc ſemper procedat circulariter, ſcilicet, quod poſt exceſſum aquarum determinato tẽpore, fiat exceſſus ſiccitatis, & econuerſo. Rationabilius enim eſt ſic opinari quam ponere, quod totum cœlum permutetur propter quaſdam permutationes partium apparentes circa terram. Et quia prædicta poſitio, contra quam locutus eſt, in ſuperficie rationabilis apparet: ſubiungit, quod circa quod immoratus eſt eius ſermo. pluſquam dignum fuerit.

LECTIO V.

POſtquam Philoſophus determina-

eſſe circulationem, ſemper propinquans potabile ſicut diximus, ſurſum ducet, dimittet autem iterum recedens:

c Acceperunt autem ſuſpitionem hanc de mari, eo quod multa loca apparent ſicciora nunc quam prius, de quo cauſam diximus, quia ſecundum quædam tempora exceſſibus factis aquæ, hæc eſt paſſio, ſed non propter totius generationem & partium. Et iterum erit contrarium & cum factum fuerit, iterum exiccabitur. Et hoc ſic circulariter neceſſarium ſemper ire, magis enim ſic rationabile exiſtimare, quam propter hoc cœlum totum permutari. Sed de his quidem plus, quam dignum immoratus eſt ſermo.

LECTIO V.

DE ſalſedine autem, his quidem, qui ſemel generauerunt, & totaliter ipſum generant, impoſſibile eſt ſalſum facere. Si enim omnis humidi, quod circa terram erat, & eleuati à ſole, reſiduum factum eſt mare, ſique inexiſtit tantus ſapor in multa aqua, & dulci propter immixtam eſſe quandam terram talem, nihil minus cum aduenerit iterum aqua, quæ euaporauit, neceſſe quali exiſtente multitudine, & primo, aut ſi neque prius, neque poſterius ſalſum ipſum eſſe. Si autem & primo, confeſtim erat dicendum quæ cauſa & ſimul propter quod: ſi non, & tunc ſurſum latum fuerit, & nunc patitur hoc.

b At vero, & quicunque terram cauſam ponunt ſalſedinis immixtam: habere enim multos ſapores aiunt ipſam, vt fluuiis ſimul delatam propter mixturam facere ſalſum, inconueniens autem non & fluuios ſalſos eſſe. Quomodo enim poſſibile in magna quidem multitudine aquæ euidens ſic facere mixturam terræ talis, in vnoquoque autem non; palam

*petuo euehet, dimittetque rurſus abſceſſu.*

*Hanc autem opinionem de mari conceperunt, quod plura nunc, quam antea ſicciora loca appareat; cuius rei cauſam attulimus, hanc videlicet affectionẽ certo quodam temporis imbrium, & aquæ ingenti copia excitata exiſtere, non autem ob vniuerſi & partium ortum. Ac rurſus contrarium futurum, idque cum fuerit exſiccatum rurſus iri, hocque modo in orbem neceſſario id commeare. Rationi enim magis conſonum eſſe ire cenſere, quam ob hæc totum cœlum mutari. Sed in his quidem diutius quam par eſſet, oratio inſtitit.*

Tractatus primi, libri ſecundi, eſt de ſalſedine maris.
Cap. III.

*QVod autem ad ſalſedinem attinet, ij qui ſemel, aut omnino id generant, ſalſum ſtatuere non poſſunt. Nam ſeu illius qui terram ambibat, & à Sole ſublatus eſt, humoris omnis reſiduum mare effectum eſt, ſeu tantus ſapor in multa & dulci aqua inſitus eſſet, propter talis cuiuſdam terræ admixtionem, ipſum profecto neceſſe eſt aqua illa, quæ in vaporem conuerſa eſt, rurſus adueniente, cum æqualis ſit multitudo, primum quoque nihilo minus, aut ſi non primum, non etiam poſt ſalſum fuiſſe. Quod ſi à principio fuit, dicendum erat, quæ cauſa ſit & ſimul quamobrem, ſi cum ſublata eſt, non nunc quoque idem illi eueniat.*

*At qui & quotquot terram ſalſedinis cauſam aiunt eſſe, admixta enim cum ſit, multos ſapores habere dicunt, ita vt à fluminibus ſimul delata ob admixtionem ſalſum efficiat, iis abſurdum eſt flumina quoque ſalſa non eſſe. Quo pacto .n. in multa quæ copia terræ huiuſmodi admixtio conſpicua eſſe põt, in ſingulis aũt non poteſt? Cõſtat .n. ſi mare vniuerſa aqua flumi-*

uit de natura maris, & eius generatione, nunc determinat de eius ſalſedine, & primo inquirit de ea ſecundum opiniones aliorum, ſecundo ponit ſuam opinionem ibi. [ Nos autem dicamus. ] Circa primum proſequitur de ſalſedine maris ſecundum tres opiniones philoſophorum naturalium, in principio huius tractatus de mari poſitas. Dicit ergo primo, quod illi qui dixerunt, quod mare ſemel generatum, vel quicunque poſuerunt ipſius generationem, non poſſunt aſſignare cauſam ſalſedinis. Dicunt enim iſti, quod principio aqua circundabat totam terram, & ſol eleuauit magnam partem aquæ ex quo contingit, quod magna pars terræ remanſit diſcooperta aquis: & illud quod fuit reſiduum, & nondum deſiccatum à ſole, factum eſt mare. Si ergo in multitudine aquæ maris, quæ ſecundum naturam ſuam deberet eſſe dulcis, facta eſt cauſa ſalſedinis propter admixtionem alicuius terræ ad aquam quæ remanſit, quæ potuit dulce conuertere in tantam ſalſedinem, cum redeunte per pluuias aqua, quæ euaporauit, neceſſe ſit, quod æqualis multitudo aquæ conſeruetur ſupra terram, vt ſupra dictum eſt, neceſſe eſt, quod etiam primo, antequam ſol incipiat deſiccare, mare eſſet ſalſum: vel ſi prius non fuit ſalſum neque poſterius ſalſum erit, ex quo tota aqua quæ eleuata eſt, redit. Et ſic non poteſt dici, quod terra admixta facit aquam exiſtentẽ nunc minoris quantitatis ſalſam, quod non poterat facere ſalſam totam, cum ſit æqualis quantitatis nunc, & prius. Si autem etiam à principio mare erat ſalſum, remanebit aſſignare cauſam ſalſedinis, & etiam dicendum eſt, quare ſi a principio non ferebatur ſurſum aqua per euaporationem, nunc hoc accidit. Deinde, cum dicit.

b ¶ Proſequitur ſecundam opinionem, & dicit quod illi, qui dixerunt admixtionẽ terræ eſſe cauſam ſalſedinis maris, non ſufficienter oſtendunt, quare mare eſt ſalſum: dicũt enim quod terra habet multos ſapo-

ſapores: ſecundum diuerſas ſui partes, ita quod terra, quam flumina deferunt ad mare, admiſcetur mari, & facit ipſum ſalſum, ſed hoc inconueniens videtur, quod mare ſic fiat ſalſum per admiſtionem terræ, & fluuii non ſint ſalſi, qui ſunt minoris quantitatis: ſi ergo magna multitudo aquæ maris permutatur ad ſalſedinem ex admiſtione terræ, multo magis immutaretur aqua vniuſcuiuſque fluuii. Manifeſtum eſt enim quod mare eſt congregatio omnium fluuialium aquarum: In nullo enim differt aqua maris ab aquis fluminum, niſi per ſalſedinem aquæ, quæ non accidit in aquis fluminum, ſed ſolum in loco in quo omnia flumina congregantur, & hoc non videtur poſſibile, ſi ſola admiſtio terræ à fluminibus delatæ ſalſedinem cauſaret. Tertio ibi.

c ❡ Improbat tertiam opinionem tribus rationibus, quarum prima eſt ſumpta ex hoc, quod immanifeſte cauſam ſalſedinis aſſignauit, & dicit, quod deriſibile eſt ſi quis putet aliquem plene dixiſſe dicentem, mare eſſe ſudorem terræ, & ob hoc eſſe ſalſum, ſicut Empedocles dixit: forte enim ſufficienter dixerat, ſi intendit metaphorice dicere ſecundum modum poeticum. Dicere enim aliquid per metaphoras pertinet ad poetas, & probabile eſt, quod Empedocles, qui metrice ſcripſit, vt dicitur multa metaphorice protulerit: ſed tamen ſic aliquid dicere non ſufficit ad cognoſcendam naturam rei, quia res naturalis per ſimilitudinem quæ aſſumitur in metaphora, non eſt manifeſta. Quomodo enim cum illud, quod homo potat, ſit dulce, ſudor inde exgeneratus, fiet ſalſus. Non enim fit manifeſtum per metaphoram, vtrum ſcilicet ſudor remaneat ſalſus per ſeparationem alicuius, quod erat dulciſſimum in poculo: aut efficiatur ſalſus per commiſtionem alicuius, ſicut accidit in aquis quæ colantur per cinerem, quia permiſtione cineris fiunt ſalſæ, vel amaræ. & eadem cauſa videtur de ſapore vrinæ, quæ eſt ſuperfluitas

enim quod mare eſt omnis fluuialis aqua, in nullo enim differt niſi eo quod ſalſum ſit à fluuiis. hoc autem illis accidit in loco, in quem omnes ſimul fluunt.

c Similiter autem & deriſibile, & ſi quis dicens ſudorem terræ eſſe mare, putet aliquid planum dixiſſe, ſicut Empedocles. Ad Poeſim quidem enim, ſic dicens forte dixit ſufficienter, metaphora enim eſt poetica. ad cognoſcendum autem verum, non ſufficienter. Neque enim ſic palam hoc qualiter ex dulci poculo ſalſus fit ſudor, vtrum aſcendente quodam ſolum, puta dulciſſimo, aut commixto quodam ſicut in his quæ per cinerem colantur aquis. Videtur autem eadem cauſa eſſe & circa ſuperfluum in veſica collectum, etenim illud amarum, & ſalſum fit potato eo, quod in alimento humido exiſtente dulci. Si itaque quemadmodum, quæ per calcem colatur aqua, amara fit, & adhuc quidem ſimul cum vrina delata tali quadam virtute, qualis & videtur ſubſiſtens in vaſis ſalſedo: cum ſudore autem, cum ſegregata ex carnibus velut abluente, quod tale ex corpore exeunte humido, palam quod & in mari: quod ex terra commixtum humido cauſa ſalſedinis. In corpore quidem igitur fit tale, quæ alimenti hypoſtaſis propter indigeſtionem: in terra enim ſecundum quem modum exiſtit dicendum. Omnino autem quomodo poſſibile tantam aquæ multitudinem deſiccatam, & calefactam ſegregari, ſub multiplicem enim oportet ipſam eſſe partem: aut in terra. Adhuc autem propter quid & nunc cum exſiccata fuerit terra, ſiue amplior, ſiue minor non dat? humiditas enim & ſudor fiunt amara. Si quidem enim & tunc & nunc oportebit. non videtur autem hoc accidens; ſed humida quidem exiſtens nihil patitur tale. quomodo igitur poſſibile circa primam generationem humida exiſtente terra ſudare exſiccatam, ſed magis veriſimile ſicut aiunt quidam aſſumpto plurimo, & eleuato humido propter ſolem, & reliquum eſſe mare, hu-

F collecta in veſica, quia huiuſmodi ſuperfluum fit amarum, & ſalſum, cum humidum potatum ſit dulce. Si igitur ita eſt, quod aqua colata per calcem fit amara, & etiam cum vrina differtur, inuenitur in ea aliqua res talis virtutis, quod poſſit ſalſam facere, nam in vaſis in quibus reſidens conſeruatur vrina, inuenitur quædam limoſitas ſalſa, & ſimiliter eſt in ſudore, quod eſt in eo aliquid ſimile, & cum ſudor reſoluitur à carnibus, quidem facit ſalſum, tanquam ſi hoc humidum quod exit à corpore per ſudorem, abluat a carnibus illam ſuperfluitatem, quæ facit ſudorem ſalſum: ſi inquam ita eſt in iſtis tribus rebus, & metaphora de ſudore eſt bene accepta, manifeſtum eſt, quod etiam in mari erat cauſa ſalſedinis aliquid terreſtre admiſtum aquis: quid autem ſit, quod facit ſalſedinem in corpore animalis, in ſudore, & vrina, cognoſcitur, quia eſt hypoſtaſis alimenti, id eſt, illud, quod ſubſidet reſiduum ab eo, quod attrahitur in vſum alimenti nutriti. & hoc quidem eſt cauſa ſalſedinis, quia non eſt digeſtum: ſed quid ſit illud, quod hoc modo poſſit facere ſalſedinem in mari, adhuc eſſet dicendum Empedocli, cum non ſit manifeſtum, & ſic patet, quod in hoc peccauit Empedocles, quod non manifeſte aſſignauit cauſam. Secunda ratio eſt, quia deſiccata, & calefacta tanta multitudine aquæ, quanta a mari ſegregatur, tamen tota aqua maris ſalſa remanet: pars autem quæ eleuatur a terra per euaporationem, eſt ſubmultiplex illius aquæ, quæ in terra relinquitur, dicitur autem ſubmultiplex, quæ comparatur ad aliud ſicut dimidium ad duplum, vel ſicut ſubtriplum ad triplum & ſic de aliis: vnde non videtur, quod aqua maris, cum ſit maior pars, quam aqua eleuata per euaporationem, ex hoc poſſit fieri ſalſa: nam ſudor, & vrina, quæ fiunt ſalſa, ſunt multo minora, quam humiditas in corpore remanens. Tertia vero eſt, quod quærẽdum eſt ab Empedocle, quare nunc terra

*num ſit, nihil à fluminibus, niſi quod ſalſum ſit, differre, hoc vero illis in eo loco euenit, in quem collectim fluunt.*

G

*Similiter ridiculum eſt, ſi quis mare, ſudorem terræ eſſe dicat, ſeque perſpicuum aliquid dixiſſe exiſtimet, quemadmodum Empedocles. Qui enim ita locutus eſt, pro poeta fortaſſis ſatis dixit, quandoquidem translatio poetica eſt: ad naturæ autẽ cognitionem non ſatis. Nec etenim hic conſtat, quonam modo ex dulci potione ſalſus ſudor exiſtat, vtrum alicuius, veluti partis dulciſſimæ duntaxat receſſu, an admiſtione, vt*

H *in aquis quæ per cinerem colantur. Eadem autem cauſa in eo excremento videtur eſſe, quod in veſicam colligitur. Nam & illud ſalſum & amarum redditur, cum potus & alimenti humor dulcedine præditus ſit. Itaq; fit, vt aqua quæ per cinerem colatur, ita hæc amara redduntur, vrina quidem, quod facultas quædam eius generis, qualis in vaſis ſalſugo ſubſidere cernitur, vna cum ea deferatur; ſudor autem, quod ſimul è carnibus ſecernatur humore, qui effluit, tale quiddam à corpore velu-*

I *ti abluendo: extrahente, perſpicuum eſt, id quoque, quod ex terra humori admiſcetur, ſalſedinis maris cauſam eſſe. Sed in corpore, alimenti ſedimentum ob crudelitatem tale efficitur. In terra autem quomodo inerat, dicendum fuit. Omnino vero, qui fieri poteſt, vt cum exiccaretur, & incaleſceret, tanta aquæ copia fuerit excreta: eius enim quod in terra relictum eſt, minimam eſſe partem oportet. Quid item cauſæ eſt, cur nunc quoque cum exiccatur terra ſeu multa ſit, ſeu pauca, non ſudat?*

K *Nam ſi humor ac ſudor amarus redditur, ſi tum, nunc quoque oporteret, quod tamen accidere non cernitur. Sed cum ſicca eſt, humectatur: cum humida, re nulla eiuſmodi afficitur. Quo igitur pacto in primo ortu, cum humida terra eſſet, exiccatione ponit ſudare? ſed magis, quod aiunt quidã, veriſimile eſt, cum plurimum humoris abſceſſiſſet, & in ſublime ſolis elatus fuiſſet, id quod remanſit, mare extitiſſe. Fieri autem non poteſt, vt cum humida ſit, ſudet. Quæ igitur de ſalſedine cauſa*

terra, poſtquam deſiccata eſt à ſole in aliqua parte ſui, ſiue maiori, ſiue minori, non ſudat ita, quod ſudor eius appareat amarus: ſi enim hoc fuit à principio quod terra ſudaret ſudorem amarum, & nunc deberet fieri: ſed hoc non videtur nunc accidere, videmus enim, quod terra cum eſt humida, ſiccari poteſt, & poſtquam eſt ſicca, non patitur aliquid tale, ſcilicet, vt ſudet: neque igitur poſſibile fuit, quod in prima generatione mundi terra exiſtens humida, quia circundata aquis, ſudaret per exſiccationem, ſed magis veriſimilis eſt opinio illorum, qui dixerunt, quod mare non eſt ſudor terræ, ſed aqua relicta poſt exſiccationem alicuius partis terræ: quod enim terra humida exiſtens ſudet, videtur impoſſibile. Et ſic vltimo concludit, quod cauſæ quæ adducuntur de ſalſedine maris, videntur effugere.

## LECTIO VI.

a REprobatis opinionibus de ſalſedine maris, hic ponit opinionem propriam, & circa hoc tria facit, primo præmittit quæ ſunt neceſſaria ad propoſitum manifeſtandum: ſecundo aſſignat cauſam ſalſedinis maris ibi, [ His ſic ſe habentibus, ] tertio manifeſtat quod dixerat per ſigna ibi. [Quod autem eſt in commiſtione. ] Circa primum duo facit: quorum primum reſumit ex prædictis, videlicet quod eſt duplex exhalatio, vna humida, & alia ſicca, & hanc putandum eſt eſſe principium horum, ſcilicet ſalſedinis maris: Secundum eſt, quod mouet dubitationem, de qua oportet primo videre veritatem, antequam propoſitum manifeſtet, & eſt iſta quæſtio: vtrum partes maris ſemper maneant eædem numero, aut mutentur ſecundum numerum, & maneant eædem quantitate, aut permutentur, ſicut accidit in aere, & aqua potabili fluminum. & in igne. In his enim omnibus partes fiunt aliæ, & aliæ numero, ſed ſpecies vel forma multitudinis harum partium manet eadem, & hoc apparet maxime in aquis fluentibus, &

midam autem exiſtentem ſudare, impoſſibile. Quæ quidem igitur dicuntur ſalſedinis cauſæ, diffugere videntur rationem.

## LECTIO VI.

B a NOs autem dicamus principium ſumentes idem, quod & prius. Quoniam enim poſitum eſt duplicem eſſe exhalationem; hanc quidem humidam, hanc vero ſiccam, palam, quod hoc putandum principium eſſe talium. Et vtique & de quo prius dubitaſſe neceſſarium; vtrum, & mare ſemper permanet eaſdem exiſtens partium numero, aut ſpecie, & quantitate permutatis ſemper partibus, quemadmodum aer, & potabilis aqua, & ignis: ſemper enim aliud & aliud fit horum vnumquodque, ſpecies autem multitudinis vniuſcuiuſque horum manet: ſicut quæ fluentium aquarum, & flammæ fluxus. Manifeſtum itaque & hoc, & probabile, quod impoſſibile non eandem eſſe de omnibus his rationem & differre velocitate, & tarditate permutationis, in omnibuſque corruptionem eſſe, & generationem, hoc tamen ordinate accidere omnibus ipſis.

D

b His autem ſic ſe habentibus, tentandum reddere cauſam de ſalſedine. Manifeſtum itaque per multa ſigna, quod ſit talis ſapor, propter commiſtionem in corporibus, quod quia indigeſtiſſimum ſalſum, & amarum, ſicut, & prius diximus, indigeſtiſſimum enim ſuperfluum humidi alimenti. Talis autem omnis hypoſtaſis, maxime autem, quæ in veſica. Signum autem, quia ſubtiliſſima eſt, digeſta autem omnia conſtare nata ſunt. Deinde ſudor ſemper in his, in quibus idem corpus, cum ſegregatur, quod fecit ſaporem hunc. Similiter autem & in aduſtis, vbi enim vtique obtinuerit calidum, in corporibus quidem fit ſuperfluitas, in aduſtis autem cinis.

c Propter quod, & mare quidem ex vſta aiunt factum eſſe terra,

*afferuntur, rationem videntur effugere.*

## *LECTIO VI.*

*NOs autem idem quod prius principium ſumentes dicamus. Cum enim poſitum ſit duplicem eſſe exhalationem, alteram humidam, alteram ſiccam, conſtat, hanc rerum eiuſmodi principium eſſe exiſtimandam. Atque etiam eius, de quo prius dubitare neceſſe eſt, vtrum mare iiſdem numero partibus conſtans ſemper permaneat, an ſpecie, & quantitate partibus ſemper mutatis, quemadmodum, & aer & potabilis aqua, & ignis. Horum enim vnumquodque aliud ſemper & aliud efficitur, cuiuſ-* C *que autem eorum multitudinis ſpecies permanet, vt aquarum fluentium ſpecies, & flammæ fluxus. Hoc igitur conſtat, ac probabile eſt, fieri non poſſe, vt non eadem omnium ratio ſit, mutationiſque celeritate ac tarditate differant, & omnium ortus ſit & interitus, ita tamen, vt hæc ordinate omnibus conueniant.*

*Hæc cum ita ſe habeant, ſalſedinis quoque cauſam reddere enitendum eſt. Multis quidem ſignis perſpicuum eſt, eiuſmodi ſaporem ex commiſtione quadam exiſtere, in corporibus enim, quod minime coctum eſt, ſalſum eſt & amarum, vt antea diximus. Humidi namque alimenti excrementum incoctum eſt, eiuſque generis omne ſedimentum eſt, idque maxime, quod in veſicam colligitur.* E *Quod inde dignoſci põt, quia tenuiſſimum ſit, cum ea omnia quæ concoquuntur, natura ſua craſſeſcãt. Poſt illud ſudor eſt, in quibus idem corpus, quod hunc reddit ſaporem, vna excernitur. Nec aliter res habet in his, quæ aduruntur. Quod enim à calore euictum non fuerit, in corporibus quidem excrementum efficitur, in his autem quæ aduruntur, cinis.*

*Atque hæc cauſa eſt, cur nonnulli ex aduſta terra mare fieri inquiant:*

A in fluxu flammæ: quæ per ſucceſſionem fumi ſemper innouatur: vt ſupra dictum eſt, & tamen flamma ſemper manet eadem in numero. Vnde probabile eſt, non eſſe eandem rationem in his omnibus: nam ad minus differentia eſt ſecundum velocitatem permutationis. Manifeſtum eſt enim, quod citius permutantur partes aquæ fluentis, quam partes terræ. In omnibus enim eſt generatio & corruptio ſecundum partes per aliquem ordinem. Deinde, cum dicit.

b ¶ Aſſignat cauſam ſalſedinis maris, & circa hoc duo facit, primo oſtendit in generali vnde cauſetur ſapor ſalſus: ſecundo vnde cauſetur ſalſedo in mari, ibi [Propter quod & mare.] Dicit ergo primo, quod cum præmiſſa ſic ſe habeant, vt dictum eſt, oportet reddere cauſam de ſalſedine maris. Manifeſtum eſt autẽ per multa ſigna, quod ſapor ſalſus cauſatur ex admiſtione alicuius. Videmus enim quod in corporibus animaliũ illud quod eſt indigeſtiſſimum, & ſalſum, & amarum: hoc autem eſt ſuperfluitas maxime alimenti, & maxime quæ congregatur in veſica, & quod hæc ſit indigeſtiſſima, ſignificatur per hoc, quia eſt ſubtiliſſima inter omnes ſuperfluitates: omnia autem digeſta videntur inſpiſſata eſſe à calore, & ſicut eſt de vrina, ita eſt de ſudore: ſimiliter enim cum ſudore ſegregatur aliquid indigeſtũ, quod facit talem ſaporem: ſimiliter eſt in aduſtis, quia illud quod eſt reſiduum ab actione caloris, in quantum calor non poteſt vincere, in corporibus animalium fit ſuperfluitas: in aduſtis autem fit cinis, per cuius admiſtionem aqua etiam redditur ſalſa & amara. Deinde cum dicit.

c ¶ Aſſignat cauſam ſpecialiter ſalſedinis maris, & circa hoc tria facit, primo facit quod dictum eſt, ſecundo hoc manifeſtat per quædam ſigna ibi. [Et propter hoc auſter] tertio excludit quaſdam obiectiones ibi. [ Eleuatur autem ſemper aliqua pars.] Dicit ergo primo, quod propter hoc, quod ſapor ſalſus, & amarus inuenitur cauſari ex ad-

admiſtione alicuius indigeſti, vel aduſti, quidam dixerunt, quod mare erat factum ex terra aduſta: quod quidem inconueniens eſt, ſi intelligatur ſecundum quod dicitur: ſed ſi intelligatur dictum per ſimilitudinem, vt ſcilicet ſalſedo in mare cauſetur per admiſtionem alicuius, quod eſt ſimile cum terra aduſta, ſic verum eſt: ſicut enim contingit in prædictis. ſcilic. vrina, ſudore & cinere, ſic oportet intelligere, & in tota terra. Sicut enim ex ignitis relinquitur aliquid, quod non potuit ignis diſſoluere, ita oportet intelligere relinqui circa terram ab actione caloris aliquid ſimile cineri relicto ab actione ignis. Et huius ſimilitudinem habet exhalatio, quæ fit ex arida, cuius multitudinem terra exhibet: huiuſmodi igitur exhalatio ſicca, cum admiſcetur vaporoſæ exhalationi, quæ condenſatur in nubes & pluuiam, neceſſe eſt quod ſemper in illa exhalatione humida contineatur aliquid virtutis huius, ſcilicet exhalationis ſiccæ: & ſic ſimul vtrumque commiſtum feretur deorſum aqua pluente: hoc autem fit ſecundum quendam ordinem ſemper: vt ſcilicet exhalationes cõmiſtæ eleuentur, & iterum cadant per pluuiam. Dico autem hoc ſecundum ordinem fieri, ſecundum quod ea, quæ hic inferius fiunt, poſſunt participare ordinem: non enim ſic pure participant ordinem, vt ſint ſemper eodem modo, ſicut eſt de corporibus cœleſtibus: ſed accidunt vt frequenter. Et ſic concludit, quod dictum eſt, vnde fiat generatio ſalſa in aqua maris. Deinde cum dicit.

d ¶ Manifeſtat quæ dixerat per quædam ſigna: & dicit quod propter hoc, quod exhalatio ſicca admiſcetur euaporationi humidæ, aquæ auſtrales, & aquæ quæ primo cadunt in autumno, fiunt latiores id eſt, grauiores: & magis ad ſalſedinem tendentes: & primo manifeſtat hoc de aquis auſtralibus, id eſt, quę cadunt auſtro flante. Auſter enim & flatu & magnitudine eſt valde calidus, Flat enim à locis calidis & ſiccis: in quibus eſt parum de humido: & ideo eſt calidus. Sed quia poſſet aliquis dicere, quod flat à locis frigidis. ſc. à polo antartico, quem oportet eſſe frigidum, propter diſtan-

F tiam à ſole, ideo ſubiungit, quod etſi hoc dicatur, quod non fiat à locis calidis, ſed frigidis, tamen oportet, quod tranſeat ad nos per loca calida, & ſicca; ex locis propinquis: & ideo eſt calidus: ſed Boreas qui venit ad nos immediate ex locis frigidis congregat multos vapores humidos: & frigidos: & propter hoc eſt frigidus: ſed tamen nobis eſt ſerenus, quia impellit huiuſmodi vapores ad partem oppoſitam, ſed in locis & regionibus meridionalibus eſt aquoſus: quia illuc impellit vapores: & econuerſo Auſter eſt ſerenus illis, qui habitant in meridionalibus. ſc. circa Lybiam, cum nobis ſit pluuioſus. ſic igitur, quia auſter colligit multum de exhalatione ſicca, talis ventus confert multum ad hoc, quod deſcendat aqua ſalſa: & ſic patet ratio vnius eorum quæ dicta ſunt, ſcilicet quare aquæ auſtrales ſunt latiores. Sed quia hoc etiam dixerat de primis aquis autumnalibus aſſignat etiã huiuſmodi cauſam, quia ſcilicet neceſſe eſt, quod ea, quæ ſunt grauiſſima in vaporibus eleuatis, prius deorſum ferantur: grauiſſima autẽ ſunt, in quibus eſt plurimũ de terreſtri, & ideo aquæ primo cadentes in autumno poſt æſtatem ſunt latiores, valde plurimum de terreſtri habentes. Aliud etiam ſignum aſſignat prædictæ rationi aſſignatæ de ſalſedinis cauſa: quia ſcilicet propter hoc mare eſt calidum: & regiones propinquæ mari ſunt calidiores: propter abundantiam ſcilicet prædictæ exhalationis, miſtæ aquæ maris. Quæcunque enim fuerit ignita, etiam poſt extinctionẽ videntur habere virtutem caloris in ſe ipſis, vt patet in cinere, & calce & ſuperfluitate animalium habentium calidos ventres: & huius ratio ẽ, quia in huiuſmodi manet virtus caloris alternantis cum exhalatione ſicca. Vnde cum exhalationem ſiccam reſolutam à terra deſiccata, dixerit eſſe cauſam ſalſedinis maris, conſequens eſt vt etiam in mari caliditas ex hoc abundet. Deinde cum dicit.

quod ſic quidem dicere eſt inconueniens: quod tamen ex tali verum; ſicut enim & in dictis ſic, & in toto, & ex naſcentibus, & factis ſecundum naturam, ſemper oportet intelligere ſicut ex ignitis, quod relinquitur, talem eſſe terram. Et itaque & eam, quæ in arida, exhalationem omnem. hæc enim exhibet multam hanc multitudinem. Miſta autem ſicut diximus exiſtente vaporoſa exhalatione, & ſicca, cum conſtiterit in nubes, & aquam, neceſſarium eſt intercipi aliquam multitudinem ſemper huius virtutis: & ſimul deorſum ferri iterum cũ pluuia: & hoc ſemper fieri ſecundum quendam ordinem vt contingit quæ hic, participare ordinem. vnde quidem igitur generatio ſalſi ineſt in aqua dictum eſt.

d Et propter hoc auſtrales aquæ latiores, & primæ autumnalium: Auſter enim & magnitudine, & ſpiritu æſtuoſiſſimus eſt ventus, & flat à locis ſiccis, & calidis. Quare cum pauco vapore, propter quod & calidus eſt; ſi enim & non talis, ſed vnde incipit flare frigidus, nihil minus procedens, propterea quod comprehendit multam exhalationem ſiccam ex propinquis locis, calidus eſt. Boreas autem, velut à frigidis locis, vaporoſus: propter quod frigidus. Eo autem, quod propellat, ſerenus hic, in oppoſitis autem aquoſus, ſimiliter autem, & Auſter ſerenus his, qui circa Lybiam: multum igitur in deorſum lata aqua confert quod tale, & autumno latæ aquæ, neceſſe enim grauiſſima primo deferri. Quare in quibuſcunque ineſt talis terræ multitudo, tendunt citiſſime deorſum hæc. Et calidum etiam mare propter hoc eſt, omnia enim quæcunque ignita fuerint, habent potentia caliditatem in ipſis, videre autem licet, & calcem, & cinerem & hypoſtaſim animalium, & ſiccam humidam calidiſſimorum ſecundum ventrem animalium, accidit calidiſſimam eſſe hypoſtaſim.

e Fit igitur ſemper alterum propter hanc cauſam. Eleuatur autem

*Quod hoc quidem modo dicere abſurdum eſt, illud autem, ex ea quæ talis ſit, verum. Nam, vt in his, quæ dicta ſunt, ſic etiam in vniuerſo, ex his quæ naſcuntur, & natura gignuntur, animo ſemper concipiendum eſt, eius generis terram, quinimo & omnem aridæ terræ exhalationem re-* G *manere, quale id eſt, quod ex aduſtis reſtat; ea enim hanc ingentem halituum copiam ſuppeditat. Quoniam autem inter ſe, vt diximus, vaporoſa & ſicca exhalatio admiſtæ ſunt, cum in nubem & aquam concreuerit, aliqua ſemper huius facultatis copia vna comprehendatur, & rurſus cum pluuia deorſum feratur, neceſſe eſt, idque ſemper ordine quodam fieri, quoad ea, quæ hic ſunt, ordinem poſſunt participare. Vnde igitur in aqua ſalſus ſapor exiſtat, dictum eſt.*

H

*Ac propterea Auſtrini imbres & qui autumnalium primi ſunt, ſalſiuſculi habentur. Auſter enim & magnitudine, & flatu calidiſſimus ventus eſt, & à locis ſiccis calidiſq; ſpirat: quare cum exiguo vapore, ob eamque rem calidus eſt. Ac quamuis talis non eſſet, ſed vnde ſpirare incipit frigidus, nihilominus longius procedens calidus eſt, quod è propioribus locis multum ſiccæ exhalationis corripiat. Aquilo autem, vt qui ab humidis locis ſpiret, vaporum plenus eſt, ob idq; fri-* I *gidus. Quod vero propellat, hic ſerenitatem affert, aquam vero in locis contrariis, ſimiliq; modo Auſter in Africa ſecurus eſt. Quod igitur tale eſt, in imbre, qui deorſum fertur, multum conducit. Atque autumno ſalſiuſcule imbrium guttæ ſunt. Quæ enim grauiora ſunt, primum deferantur neceſſe eſt. Quare in quibus eiuſmodi terræ ineſt copia, hæc celerrime deorſum inclinant. Atque hanc ſane ob cauſam, calidum mare eſt. Quæcunque enim aduſta ſunt, facultate calorem in ſe habent: idque videre li-* K *cet in cinere, in calce, & in animalium ſedimento, tam humido, quam ſicco. Quin etiam accidit, vt quorum animalium aluus eſt calidiſſima, eorum etiam ſedimentum calidiſſimum habeatur.*

*Salſius igitur quidem hanc ob cauſam ſemper euadit. Eius vero aliqua*

a ¶ Excludit quaſdam dubitationes circa prædicta: & circa hoc duo facit: primo excludit dubitationes: ſecundo concludit ex præmiſſis cauſam ſalſedinis maris: ibi. [Nunc autem tantum.]

prima

ſemper aliqua pars ipſius cum dulci, & minor tanto, quanto & in pluuia ſalſa, & lata, dulci minor, propter quod quidem æquale eſt, vt ad omne dicere. Quod autem ſit vaporans potabile, & non in mare concernitur vaporans, quando conſtiterit iterum, tentantes dicamus. Patiuntur aquam, & alia idem, etenim vinum, & omnes humores quicunque vaporantes, iterum in humidum, cum conſtiterint aquæ fiunt. Aliæ enim paſſiones aquæ ſunt propter quandam commiſtionem, & qualecunq; fuerit, quod commiſtum talem facit ſaporem. Sed de his quidem in aliis temporibus conuenientibus faciendum conſiderationem.

f Nunc autem tantum dicimus quod maris exiſtens ſemper aliquid ſurſum ducitur, & fit potabile, & deorſum in pluuia deſcendit aliud factum, non quod ſurſum ductum, & propter pondus ſubſidet potabili, & propter hoc non deficit, ſicut fluuii, niſi locis quibuſdam, hoc autem & in ambobus neceſſe accidere ſimiliter, neque ſemper eædem partes permanent, neque terræ, neque maris, ſed tantum tota moles, etenim de terra ſimiliter oportet exiſtimare, hoc quidem enim ſurſum venit; hoc autem iterum condeſcendit, & loca permutant, & quæ ſupernatantia, & quæ deſcendentia iterum.

g Quod autem eſt in commiſtione alicuius ſalſum, palam non ſolum ex dictis, ſed & ſi quis vas cereum formans poſuerit in mare, circumligans os talibus, vt non per rimam aliquam intret mare, quod enim ingreditur per partes cereas, fit potabilis aqua; quaſi enim per linguam ceræ quod terreſtre, ſecernitur, & faciés

*pars vna cum dulci ſemper attollitur, ſed tanto minor, quanto & in pluuia quod ſalſum eſt, à dulci exuperatur. Quo fit, vt æqualitas quædam (vt omnino dixerim) ſeruetur. Cum autem in vaporem abit, potabile fieri, nec in maris aquam, cum rurſus coiuerit id, quod in vaporem abiit, concreſcere, docti experientia dicimus.*
B *Hoc autem modo & cætera afficiuntur. Vinum namq;, & quotquot humores vaporantes rurſum in humorem concreſcunt, aqua efficiuntur. Cætera enim aquæ affectiones ſunt, quæ ex quadam admiſtione exiſtunt, & quale id, quod admiſtum eſt fuerit, talem ſaporem gignit. Sed hæc tempore alio magis oportuno ſunt conſideranda.*

*Nunc autem hoc tantum dicamus cum ſit mare aliquid ex eo ſemper at-*
C *tolli, & potabile reddi quod de ſupero loco in pluuia in aliud mutatum, non autem, id quod ſublatum eſt, deſcendit atq; ex pondere parti potabili ſubſidit, hancq; ob cauſam non deficit, veluti flumina, niſi locorum ratione. Hoc autem vtriuſq; æqualiter euenire neceſſe eſt, nec eædem ſemper ſeu maris, ſeu terræ (etenim & de terra ſimiliter cenſendum eſt) partes permanent. ſed vniuerſa tantum moles, quippe cum alia pars aſcendat, alia rurſus deſcendat, ac locum mutant*
D *tum ea quæ conſcendunt, tumque rurſus deſcendunt.*

*Salſedinem autem in quadam miſtione poſitã eſſe non ex his tãtum quæ dicta ſunt, perſpicuum eſt, verum etiam ex eo, quod ſi quis certo vaſe afficto, eiuſq; ore talib. rebus obturato, vt maris nihil illabatur, in mare illud poſuerit id q. per cereos parietes ingreditur, aqua dulcis reddatur. Quod.n.*
E *terreum eſt, & ſalſedinem ex admiſtione facit, veluti colatũ ſecernitur*

prima diuiditur in duas, ſecundùm duas dubitationes quas ſoluit. Eſt autem prima dubitatio, cum aqua maris non continue maneat eadem numero ſecundum partes, ſed euaporet, & iterum cadat, non videtur eſſe cauſa ſalſedinis maris exhalatio ſicca admiſta, ſed magis euaporatio ab aqua ſalſa. Ad hanc dubitationem tollendam dicit, quod aqua maris ſemper fit altera & altera ſecundum partes, & quælibet pars, habet in ſui generatione prædictam cauſam ſaltedinis, id eſt, admiſtionem terreſtris exhalationis. Verum eſt etiam, quod ſemper aliqua pars aquæ ſalſæ eleuatur per euaporationem cum dulci: ſed cum citius euaporet ſubtile, quam groſſum, & dulce eſt ſubtilius quam ſalſum, oportet, quod minus de ſalſo eleuatur, quam de dulci, ſed per admiſtionem exhalationis ſiccæ illud dulce accreſcit iterum in ſalſedinem, & ſic mare ſemper conſeruatur, æquale & in quantitate, & in ſalſedine: & hoc ad totum, id eſt, per comparationem ad totum mare, conſeruatur æquale, vel quaſi æquale. Non enim ſemper punctalis conſeruatur prædicta quantitas. ſecundam dubitationem ſoluit ibi. [Quod autem dicere ſit vaporans, & eſt dubitatio.] Cum aqua maris ſit ſalſa, vnde contingit, quod è vaporibus ab aqua maris generatur aqua dulcis. Ad hoc ſoluendum dicit. Iterum dicendum eſt, quod illud, quod euaporat in mari, quando condẽſantur, fit aqua potabilis, & dulcis, & ideo non conuertitur in mare, id eſt, in aquam ſalſam, ſed in aquam ſimpliciter, & hoc idem patiuntur alia ſicut vinum, & omnes humores, cum condenſantur, & conuertuntur in aquam ſimpliciter, cum enim euaporant, vapores illi condenſati conuertuntur in aquam. & huius ratio eſt, quia principium omnium humorum eſt aqua, reſoluuntur autem omnia in ſua principia: omnia autem alia humida generantur ex aqua per aliquam paſſionem vel alterationem, quæ paſſiones variantur propter admiſtionem, & fit ſapor eius ſecundum conditionem eius quod miſcetur, & propter hoc in generatione variatur aqua, & fit ſalſa. Sed quia vnumquodque reſoluitur in ſuum principium ſimpliciter (vt dictum eſt) conſequens eſt, vt tam ex aqua maris ſalſa, quam ex omnibus humoribus cuiuſcunque ſint vaporis, per euaporationem generetur aqua ſimpliciter. Deinde cum dicit.

f ¶ Ex omnibus præmiſſis colligit cauſam de ſalſedine maris, & dicit, quod nunc dicendum eſt: quod ſemper aliqua pars aquæ maris ſurſum ducitur per euaporationem & fit potabilis quan-
A do condenſatur, & iterum, cum aqua de ſurſum pluente, deſcendit aliquid terreſtre, quod non fuit ſurſum ductum ex aqua maris, ſed ex arida, & hoc terreſtre propter pondus ſubſidet potabili, & dulci: cum ſit quod id, quod eſt ſubtilius, magis euaporet, & ideo propter continuam generationem & corruptionem non deficit mare, ſicut nec fluuii, niſi forte hoc accidat in aliquibus locis, tam in mari, quam in fluuiis ſecundum aliquas determinatas periodos vt ſupra dictum eſt: nec tamen ſemper eædem partes remanent, aut maris, aut terræ, ſed ſolum tota moles vtriuſque: ſic enim oportet extimare de terra, ſicut de mari, quod vna pars ſurſum eleuatur per exhalationem, & alia deſcendit, & quod etiam illa, quæ ſupernatant, & quæ deſcendunt, tranſmutant loca, vt ſic quælibet pars vtriuſque corrumpi, & generari poſſit. Conſiderandum eſt autem quod ſupra Ariſt. cauſam ſalſedinis maris aſſignans, vbi tractauit de loco naturali aquæ, dixit quod ſalſedo maris cauſatur per euaporationem eius quod eſt ſubtile, & dulce: hæc autem cauſa nulla eſſet ſi in aqua maris nihil alienum admiſceretur, quia oporteret hoc etiam, quod remanet, eſſe dulce, & potabile, ſecundum naturam ſimplicitatis aquæ: & ideo ad oſtendendum quomodo aqua maris ſit ſalſa, oſtendit quod ſit aliquod extraneum admiſtum quod ſuccedens poſt eleuationem ducit potabilis reddit aquam maris ſalſam, & propter hoc dicit terreſtre aduſtum eſſe admiſtum vaporibus ex quibus generatur aqua.

Vnde cum quælibet pars maris ſic generetur, relinquitur quod ſingulis partibus maris ſit huiuſmodi terreſtre admiſtum, quod ſecundum plurimum ſubſidet dulci, & ſubtili, in maiori parte eleuato, & quia ex eo, quod euaporat, generatur aqua dulcis: omnis autem aqua fontium & fluuiorum, ex eo quod euaporat generatur, vel ſupra terram, vel infra terram, conſequens ſit vt aqua fontium, & fluuiorum ſit dulcis, vtpote propinqua principio generationis: aqua autem maris ſit ſalſa, vtpote, reſiduum exiſtens vaporum eleuatorum à ſole, & vltimus terminus, in quem aquæ generatæ colliguntur. Deinde, cum dicit.

g ¶ Manifeſtat quod ex commiſtione terreſtris cauſatur ſalſus ſapor, & ponit multa ſigna, quorum primum eſt de vaſe cereo, quod ſi claudatur, & ponatur in aqua, quod reſudat interius, efficitur dulce, tanquã deputato terreſtri per ceram. Aliud ſignũ eſt

quod

quod aqua maris plus ponderat, quam dulcis. Tertium ſignum eſt, quod aqua maris eſt groſſior quam aqua fluuiorum: ita quod naues oneratæ plus profundantur in aquis fluuiorũ, quam maris. Quantum ſignum eſt, quod oua ſi ſint plena, ſupernatãt in aqua, quæ ſit ſalſa per admiſtionem ſalis, & etiam ſupernatant in mare: vnde & mare videtur, ſicut lutum propter groſſitiem: & hoc faciunt ſalientes, vt accipiant ſignum, vt ſal ſit bene miſtum aqua ex hoc, quod oua ſupernatant: igitur & aqua maris eſt groſſa per admiſtionem alicuius terreſtris ingroſſantis. Quintum ſignum eſt, quod in ſtagno Paleſtinæ, quod eſt ſalſum vel amarum, ſi quis immerſerit hominem, vel aſinum, non ſubmergitur: & veſtimenta ibi perfuſa fœdantur. Sextum autem ſignum eſt de quodam fonte aquæ latæ, id eſt, ſalſæ in prouincia Chaoniæ: qui effluit in quendam fluuium dulcem: ſed non habentem piſces: in quo quidem fluuio propter admiſtionem fontis inuenti ſunt aliquando ſales pro piſcibus: cuius quidem aqua vertitur per decoctionem in ſales euaporante calido, & humido: huiuſmodi autem ſales non ſunt ſpiſſi, ſed ſubtiles ſicut nix, & ſunt debiliores aliis & iſti in cibariis magis delectant. Septimum autem ſignum eſt, quod in quodam loco calami, & ſcirpi comburuntur, & eorum cinis, dum in aqua decoquitur, poſt infrigidationem efficitur ſal, ſecundum terreſtris combuſti miſtionem, quam dixerat eſſe cauſam ſalſedinis: vnde oportet, quod tam in aqua horum cinerum, quam in aqua maris, combuſtio fit, quæ cauſet ſalſedinem: & hinc eſt, quod vniuerſaliter quæcunque aqua fluens fontium, vel fluuiorum, eſt ſalſa, aliquando fuit calida

&

ſalſedinem propter commiſtionẽ. Hæc enim cauſa & grauedinis: plus enim trahit ſalſa quam potabilis groſſitiei: etenim groſſities differt in tantum, vt naues ab eodem põdere rerum, in fluuiis quidem fere ſubmergantur, in mari autem mediocriter ſe habeant; & nauigabiliter: propter ꝙ quidem aliqui in fluuiis onerantium, propter hanc ignorantiam damnificati ſunt. Argumentũ autem miſti quod groſſior eſt moles: ſi enim aliquis aquã ſalſam fecerit, valde miſcens ſal, ſupernatant oua, & ſi ſint plena. Fere enim ſicut lutum fit: tantam habet corpulentã magnitudinem mare. Idem autẽ hæc operantur & circa ſalſiterias. Si autem eſt, ſicut fabulantur quidam, in Paleſtina tale ſtagnũ, in quod, ſi quis immerſerit colligatum hominẽ, aut ſubiugale, ſupernatare, & nõ ſubmergi in aquam, teſtimoniũ vtiq; erit aliquid dictis: debent aũt amarum ſic eſſe ſtagnum & ſalſum, vt ibi nullus piſcis innaſcatur, veſtimenta autem ſordidari, ſi quis humectans permouerit. Sunt autem, & omnia talia ſigna dictorum quod ſalſedinem facit corpus aliquod, & terreſtre eſt, quod inexiſtit. In Chaonia enim fons quidem eſt aquæ latæ; effluit autem in prope dulcem quidem, piſces autem non habentem; elegerunt enim vt qui ibi fabulantur, poteſtate data ab Hercule, quando venit ab Erithia, ducens boues, ſales pro piſcibus, qui fiunt ipſis ex fontibus. Huiuſmodi enim aquæ decoquentes aliquam partem, ponunt, & fit frigida, cum euaporauerit humidum cum calido, ſales non groſſi compacti, ſed laxi, & ſubtiles; ſicut nix; ſunt autem virtute debiliores aliis, & plus delectant, & colore non ſimiliter albi. Tale autem alterum fit & in Vmbris: eſt enim quidam locus, in quo naſcuntur calami, & ſcirpus: de his comburunt, & cinerem emittentes, decoquunt in aquam. Cum autem dimiſerit partem aquæ, infrigidata ſalis fit multitudo. Quæcunque autem ſunt ſalſa rheumata fluuiorum, aut fontium, plurima calida aliquando oportet putare, deinde principium quidem extingui ignis, per quam autem penetrant terram adhuc manere exiſtentem, velut calcem, & cinerem. Sunt autem in multis loçis, & fontes, & rheumata fluuiorum omnimodos habentia ſapores; quorum omnium cauſam ponendum inexiſtentem, aut quæ inſit virtutem ignis; exuſta enim terra ſecundum magis & minus, omnimodas accipit formas & colorum, & ſaporum; ſtipticæ enim & calcis, & aliorum talium, fit plena virtutibus, per quæ penetrantes aquæ, dulces exiſtentes, permutantur. Et hæ quidem acetoſæ fiunt, quemadmodum quæ in Sicana Siciliæ: ibi enim aqua acetoſa ſimul, & ſalſa fit; & vtuntur ſicut aceto ad quædam eduliorum ſuorum. Eſt autem & circa Lyngon fons quidam aquæ acetoſæ, circa Scythiam autem amarus, quod autem defluit ab ipſo, fluuium, in quem ingreditur, facit amarum totum. Differentiæ autem horum inde manifeſtæ tales ſapores ex qui-

F *Hoc vero & ponderis cauſa eſt (quæ enim ſalſa eſt, plus trahit, quam quæ potabilis) & craſſitiei, quoniam tanto craſſior ſit, vt quæ nauigia pari rerum, quæ vehuntur, pondere fere fluminibus demerguntur, in mari commode, & ad nauigandum apte ſeſe habeant. Quam ob cauſam, nonnulli in fluminibus nauigiis onuſtis ex hac ignoratione damnum perpeſſi ſunt. Molem autem rei alicuius admiſtione craſſiorem eſſe, hoc argumento intelligitur,* G *quod ſi quis aquam ſale admixto valde ſalſam effecerit, oua quanquam plena, ſupernatabunt. Fere enim, vt lutum redditur, tanta eſt in mari corpulentæ materiæ copia. Hoc idem faciunt, & in ſalſugine. Quod ſi in Paleſtina, vt quidam fabulantur, eiuſmodi eſt lacus in quem ſi quis hominem, aut iumentum ligatum iniecerit, illud ſupernatet, & in aqua non mergatur, eorum quæ dicta ſunt, teſtimonium profecto erit. Aiunt enim lacum adeo amarum, & ſalſum eſſe, vt piſcis nullus in eo oriatur, ve-* H *ſteſque extergantur, ſi quis eas madefactas excuſſerit. Hæc autem etiam omnia ea, quæ dicta ſunt, declarant, nempe corpus aliquod ſalſedinem afferre, & quod ineſt terreum eſſe. In Chaonia enim fons eſt quidam aquæ ſalſioris, fluitque in vicinum fluuium, dulcem quidem, ſed piſces non habentem. Iam enim ab Hercule, cum vaccis ab Erythia abactis eo veniſſet, optione (vt ij qui ibi incolantur, fabulantur) tradita pro piſcibus ſalem, qui ex fonte eis redditur, elegerunt. Huius enim aquæ portionem aliquam cum excoxerunt eam deponunt, quæ refrigerata, cum humor vna cum calore exhalatus fuerit, ſal efficitur, non* I *denſus, ſed rarus ac minutus, niuis inſtar, qui & cæteris facultate imbecillior eſt: & copioſe iniectus delectat, & colore non æque candidus eſt: Aliud autem quiddam tale in Vmbricis etiam fit. Quidam enim locus eſt, in quo arundo, & iuncus naſcuntur. Hæc igitur comburunt, ac cinerem in aqua decoquunt. Cumque aliquid aquæ reſiduum fuerit, ea refrigerata in ſalis copiam vertitur. Quicunque autem fluuiorum aut fontium fluxus ſalſi ſunt, eos magna ex parte calidos interdum fuiſſe cenſendum eſt, tum ignis quidem principium extinctum fuiſſe, ſed tamen terram, per quam colantur, veluti calcem, aut cinerem remanſiſſe. Sunt autem multis in locis fontes, & fluuiorum fluxus omnis generis ſaporibus effecti, quorum omnium cauſa in ignis, quæ in eis inſita eſt, aut ingignitur, facultatem eſt* K *referenda. Cum enim terra aduritur, quia magis, aut minus aduratur, omnis generis colorum ſaporumque ſpecies accipit. Aluminis enim & calcis, & aliarum huiuſmodi facultatum plena redditur, per quas dulces aquæ dum colantur, commutantur. Et aliæ quidem acidæ fiunt, vt in Sicania Siciliæ. Illic enim fit acida muria, & ea veluti aceto ad edulia vtuntur. Quin & circa Lyncum aquæ acidæ fons eſt. In Scythia vero amarus, cuius aqua fluuium, in quem influit, totum amarum reddit. Horum autem differentiæ inde ſunt manifeſtæ. Qui vero ſapores, ex quibus temperamentis oriantur, ſeparatim alibi dictum eſt.*

*De aquis igitur, & mari, quas ob cauſas perpetuo continenterque ſint, & quæ eorum ſit natura,*

*tura,*

& combuſta, vtpote ex terra ignita, procedens, ſeu poſtea ignis extinguitur infra terram, & terra, quæ ex combuſtione fit ſulphurea, vel aliquid huiuſmodi, remanet adhuc combuſta ad modum calcis vel cineris, vnde aqua tranſiens per eam fit ſalſa: & non ſolum fit ſalſa, & ſalſedinem recipit aqua ex terra, per quam tranſit, ſed etiam alios ſapores, vt manifeſtant quædam exempla, & litera plana eſt. Vltimo autem recapitulat ea, quæ dicta ſunt, & hoc etiam eſt planum in litera.

## LECTIO VII.

POſtquam Philoſophus determinauit de mari, cuius ſalſedo cauſatur ex admixtione exhalationis ſiccæ terreſtris, conſequenter determinat de ventis, qui ab eadem exhalatione ſicca cauſantur, & diuiditur in partes duas, in prima determinat de ventis, in ſecunda de quibuſdam paſſionibus ex ventis cauſatis, ibi. [De agitatione autem & motu.] Prima iterum diuiditur in duas, in prima determinat de ventis in communi: in ſecunda de ſpeciebus ventorum, ibi. [De poſitione.] Prima diuiditur in tres partes: in prima determinat de generatione ventorum. in ſecunda de motu locali eorum, ibi. [Latio autem ipſorum] tertio de augmento & quietatione ipſorum, ibi. [Sol autem & ceſſare.] Circa primum tria facit, primo præmittit principia generationis ventorum: ſecundo ponit modum generationis eorum, ibi. [Exhalatione autem ſicut,] tertio manifeſtat, quod dictum eſt, ibi. [Hoc autem, quod iſto modo.] Circa primum duo facit, primo aſſignat principium materiale ventorum, & dicit, quod cum dicendum eſt de ſpiritibus, id eſt, de ventis oportet reſumere hoc principium, quod iam prius dictum eſt, quod ſunt duæ ſpecies exhalationis: vna quidem humida, quæ vocatur vapor: alia autem ſic-

bus fiunt commiſtionibus, dictum autem de ipſis ſeorſum in aliis. De aqua quidem igitur, & mari, propter quas cauſas, & ſemper continuæ ſunt, & quomodo permutantur, & aquæ natura ipſorum, adhuc autem quaſcunque paſſiones ſecundum naturam ipſis accidit facere aut pati, dictum eſt nobis fere plurimis.

## LECTIO VII.

a DE ſpiritibus autem dicamus ſumentes principium, quod dictum eſt nobis iam prius: ſunt autem duæ ſpecies exhalationis, vt diximus: hæc quidem humida, hęc autem ſicca, vocatur autem hæc quidem vapor, hæc autem ſecundum totum quidem innominata: eo autem quod in parte, neceſſario vtentes, vniuerſaliter appellare ipſam velut fumum; eſt autem nec humidum ſine ſicco, nec ſiccum ſine humido, ſed omnia hæc dicuntur ſecundum exceſſum.

b Lato autem ſole circulo, & cum quidem appropinquauerit caliditate eleuante humidum, longius autem facto, propter infrigidationem conſiſtente, iterum ſurſum ducto vapore in aquam, propter quod hyeme magis fiunt aquæ, & nocte, quam per diem, ſed non videtur, quia latent nocturnæ magis, quam diurnæ, deſcendens itaque aqua diſtribuitur omnis in terram: exiſtit autem in terra multus ignis, & multa caliditas, & ſol non ſolum ſupernatans terræ, humidum trahit, ſed & terram ipſam deſiccat calefaciens.

c Exhalatione autem, ſicut dictum eſt, duplici exiſtente, hac autem vaporoſa, hac autem fumoſa, ambas neceſſarium fieri. Harum autem, quæ quidem humidi plus habens exhalatio principium pluentis aquæ eſt, ſicut dictum eſt prius: ſicca autem ſpirituum principium: & natura omnium.

d Hoc autem, quod iſto modo neceſſarium eſt accidere, ex ipſis operibus palam, etenim exhalationem

A *tura, & quemadmodum mutentur: præterea quot eis accidat natura ſua affectiones generare, & pati, maxima fere ex parte à nobis dictum eſt.*

Tractatus ſecundi, libri ſecundi, qui eſt de principio materiali ventorum. Cap. I.

B *DE ventis autem dicamus, eo ſumpto principio, quod iam à nobis antea ſtatutum eſt. Duæ enim, vt diximus, exhalationis ſunt ſpecies, vna humida, altera ſicca; ac illa quidem vapor dicitur, hæc vero genere quidem nomine vacat: ſed eo, quod ex parte eſt, vtentes, eam vt fumum vniuerſum neceſſe eſt nominare. Nec vero humida abſq; ſicca eſt, nec ſicca abſque humida, ſed omnia*
C *hæc ex eo, quod excedit, dicuntur.*

*Cum igitur Sol in orbem feratur, & cum quidem propius accedit, calore humidum attollat: cum vero longius recedit, vapor ſublatus rurſus in aquam ex refrigeratione concreſcat, tum hyeme magis aquæ gignuntur, tum nocte magis quam die; quanquam non videtur, quod res nocturnæ magis quam diurnæ lateant. Aqua*
D *autem deſcendens in terram vniuerſa diſtribuitur. Ineſt vero, & in terra multus ignis, multuſque calor, ac Sol, non eum ſolem humorem, qui in ſuperficie terræ eſt, trahit, ſed terram quoque calefaciendo exſiccat.*

*Cum autem duplex ſit (vt dictum eſt) exhalatio, vna quæ vaporis plena eſt, altera fumida, vtramq; fieri neceſ-*
E *ſe eſt. Harum vero exhalatio ea, quæ maiorem humoris copiam obtinet, aquæ pluuiæ, vt antea diximus, principium eſt; ſicca autem ventorum principium & natura.*

*Hæc autem neceſſario hoc modo accidere, ex ipſis quoque effectis perſpicuum eſt. Nam & exhalationem*

ea, quæ quia non habet commune, à quadam ſui parte vocetur fumus, nam fumus proprie dicitur exhalatio ſicca lignorum ignitorum: duæ autem hæ exhalationes non ſic diſcretæ ſunt ad inuicem, quod humidum ſit ſine ſicco, & ſiccum ſine humido, ſed ab eo, quod excedit vtraque denominatur. Secundo ibi.

b ¶ Ponit principium efficiens, quod eſt motus ſolis: & dicit, quod cum ſol ſuo motu appropinquat ad aliquã partem terræ, ſua caliditate eleuat humidum, eo autem elongato, vapor eleuatus, condenſatur propter frigiditatem in aquã: & inde eſt, quod in hyeme magis pluit, quam in æſtate. & in nocte, quam in die, licet aquæ nocturnæ lateant propter ſomnum. Aqua autem pluens ducitur per terram, & bibitur ab ea. In terra autem eſt multum de calore ex actione ſolis, & aliorum corporum cœleſtium: & ſol deſuper eam calefaciens, non ſolum attrahit per euaporationem humidum, quod ſupernatat terræ, vtputa aquam maris, fluuiorum, & ſtagnorum, ſed etiam ipſam terrã deſiccat, attrahẽs humorem imbibitum in terra. Quod ergo exhalat ab humido ſupernatãte, dicitur vapor. Quod autem exhalat per deſiccationem terræ, dicitur fumus, ſicut in ſimili dicitur fumus, quod exhalat à lignis calefactus. Deinde cum dicit.

c ¶ Determinat generationem ventorum, & dicit, quod cum exhalatio duplex ſit, vt dictum eſt, vna vaporoſa, & alia fumoſa, neceſſe eſt, quod ex motu ſolis fiat vtraq;. Ea autem, quę plus habet de humido, eſt principium pluentis aquæ, vt ſupra dictũ eſt, quod dicit propter hoc, quia ſupra dixerat ei admiſceri aliquid de exhalatione ſicca: ſicca autem exhalatio eſt principium ventorum. Deinde cum dicit.

d ¶ Manifeſtat, quod dictum eſt de generatione ventorum, & circa hoc tria facit: primo hoc manifeſtat per rationem; ſecundo ex

hoc, quod dictum eſt: excludit falſas opiniones de ventis: ibi. [Quoniam autem altera,] tertio hoc manifeſtat per ſigna, ibi. [Atteſtantur autem, quæ fiunt.] Dicit ergo primo, quod cum ſit duplex exhalatio, propter duo, ex quibus conſurgit, ſcilicet terra, & aqua, poſſibile eſt, immo neceſſarium, quod ſol & caliditas, quæ eſt circa terram, poſſit cauſare reſolutionem vtriuſque exhalationis. Deinde cum dicit.

e ¶ Excludit falſas opiniones de ventis, & primo quantum ad hoc, quod dicebant, quod eadem natura eſt venti & pluuiæ: quod quidem excludit per hoc, quod diuerſorum diuerſi ſunt effectus: vnde cum exhalationes differant ſecundum ſiccum & humidum, neceſſe eſt, quod non ſit eadem natura venti, & natura aquæ pluentis, vt quidam poſuerunt, dicentes, quod ille aer, quando mouetur, eſt ventus, quando condenſatur, fit aqua: ſed ſicut dictum eſt in libro de generatione, aer habet aliquid vaporis, & aliquid fumi, vapor eius eſt frigidus & humidus, & bene terminabilis propter groſſitiem, & hoc conuenit aeri, in quãtum eſt humidus: ſic etiam vapor, qui eleuatur ab aqua, eſt frigidus ſecundum ſuam naturam: ſicut & aqua non calefacta, ſicut autem aqua non calefacta remanet frigida ſecundum naturam, ita vapor, ſed fumus eſt calidus & ſiccus: ſiccus quidem propter terram, calidus propter ignem. Vnde manifeſte patet, quod ſuperior aer, qui eſt calidus & humidus, habet ſimilitudinem cum vtroque. Secundo, excludit falſam opinionem, quantum ad hoc, quod dicebant, quod ventus nihil aliud eſt quam aer motus: & dicit, quod inconueniens eſt, ſi quis exiſtimet, quod iſte aer, qui circumſtat vnumquemque noſtrum, quando mouetur, eſt ventus: vel

differre neceſſarium. Et ſolem, & eam, quæ in terra; caliditatem hoc facere non ſolum poſſibile, ſed etiam neceſſarium eſt.

e Quoniam autem vtriuſque ſpecies, manifeſtum quod differunt, & non eadem eſt, quæ venti natura, & quæ plutæ aquæ: ſicut quidam aiunt; eundem enim aerem motum quidem ventum eſſe, conſiſtentem autem iterum aquam. Aer quidem igitur, ſicut in ſermonibus, ante hoc diximus, fit ex his. Vapor quidem frigidum & humidum bene terminabile, hic quidem enim vt humidum, qui autem aquæ eſt, frigidum propria natura, ſicut aqua non calefacta, fumus autem calidus & ſiccus: quare quemadmodum ex ſymbolis conſiſtit, qui ſurſum aer humidus & calidus. Etenim inconueniens ſi qui circa ſingulos circumfuſus aer, iſte ſic motus, ſpiritus: & vndecunque extiterit motus, ventus erit: ſed ſicut fluuios exiſtimamus non qualitercunque eſſe aquæ fluentis, neque ſi habeat multitudinem, ſed oportet fontale eſſe, quod fluit, ſic & de ventis habet. Mouebitur enim vtique magna multitudo aeris ab aliquo magno caſu, non habens principium, neque fontem.

f Atteſtantur autem, quæ fiunt ex eis; quia enim continue quidem magis, & minus, & maior, & minor fit exhalatio, ſemper nubes fiunt, & ſpiritus: ſecundum tempus vnumquodque, vt nata ſunt. Quia autem aliquando quidem vaporoſa fit multiplicior, aliquando autem ſicca, & fumoſa, quandoque quidem pluuioſi anni fiunt, & humidi: quandoque autem ventoſi, & ſicci. Aliquando quidem igitur accidit & ſiccitates, & imbres multos eſſe ſimul, & ſecundum continuam ſunt regionem, aliquando autem ſecundum partes: ſæpe enim quæ in circuitu regio, accipit temporaneos imbres, & multos. In aliqua enim parte huiuſmodi ſiccitas eſt; aliquando autem contrarium; ea, quæ in circuitu omnium, aut mediocriter vtente aquis, aut magis ſicca, vna aliqua pars aquæ copioſam accipit multitudinem. Cauſa autem, quia vt ſecundum plurimum quidem, eandem paſſionem ad plurimam pertingere veriſimile, regionem: quia ſimiliter ponuntur ad ſolem, quæ prope

F *diuerſam eſſe neceſſe eſt, & Solem, ac eum, qui in terra ineſt, calorem, hæc efficere, non ſolum poſſibile eſt, ſed neceſſarium.*

*Quoniam autem vtriuſq; diuerſa eſt ſpecies, perſpicuum eſt inter ſe differre, nec eandem venti & aquæ pluuiæ eſſe naturam, vt nonnulli aiunt: eundem enim aerem, cum mouetur, ventum eſſe, cum rurſus concreſcit, aquam. Aer quidem, vt in anterioribus diximus, ex his oritur. Vapor e-*
G *nim humidus eſt & frigidus. Nam veluti humidum facile terminatur, quod vero aqueus ſit, ſuapte natura frigidus eſt, veluti aqua non excalefacta. Fumus autem calidus eſt & ſiccus. Aer igitur veluti ex ſymbolis humidus & calidus cõſtituitur. Etenim abſurdum eſt eum aerem, qui cuique eſt circumfuſus, cum mouetur, flatum fieri, & vndeuis caſu agitatus fuerit, ventum exiſtere, non autem cenſere, quemadmodum omnes, non quomodocunque fluente aqua, etiamſi multa ſit, exiſtunt, ſed ea, quæ fluit,*
H *fontana ſit neceſſe eſt, ſic etiam in ventis rem habere. Magna enim aliqua aeris copia, nec principium, nec fontem habens, ingenti aliquo caſu poteſt moueri.*

*Porro ea, quæ dicta ſunt, rerum euentis comprobantur. Quia enim*
I *continenter quidem, ſed tamen magis & minus, amplior que & minor exhalationis copia gignitur, nubes ſemper ac ſpiritus ſingulis tempeſtatibus, vt natura comparatum eſt, oriuntur. Quod autem interdum quidem ea, quæ vaporis plus habet, interdum ſicca & fumida multiplicata gignatur, pluuij & humecti anni aliquando redduntur, aliquando flatuoſi & ſicci. Interdum quidem euenit, vt ſiccitates & imbres multi ſimul, & per magnum continentemq;*
K *regionis tractum exiſtant, interdum per partes. Sæpe enim regio, quæ circumquaque adiacet, tempeſtiuos, aut etiam plures recipit imbres, cuius tamen partem aliquam ſiccitas occupat, quandoque vero contrarium euenit, cum tota in orbem regio aut modicis aquis vtitur, aut potius ſquallet, vnam aliquam eius partem aquæ immenſam copiam accipere. Cuius rei cauſa eſt, quod eandem affectionem magna ex parte regionem, longe lateq; peruadere veriſimile eſt, propterea quod vicina loca cõſimilem ad Solem ſitum obtineant, ni-*

quod vnuſquiſq; motus, qui accidit in aere, ſit ventus: ſicut etiam non extimamus eſſe fluuium aquam quamlibet fluentem, etiam ſi multa ſit: ſed ſolum quando fluit ex aliquo principio determinato: quod eſt fons ex terra: ſic etiam eſt de ventis: non enim eſt ventus, ſi aer moueatur aliquo modo caſu, etiam in magna multitudine, niſi habeat principium quaſi fontem exhalationem ſiccam eleuatam. Sic igitur non eſt verum, quod aer motus eſt ventus, tum quia quandoque paruus aer, mouetur, tum quia non habet principium. Deinde cum dicit.

f ¶ Manifeſtat, quod dictum eſt de generatione ventorum per ſigna, & diuiditur in partes tres; ſecundum tria ſigna, quæ ponit. Secunda pars incipit ibi, [Adhuc autem poſt imbres] tertia ibi, [Adhuc autem fiendi.] Dicit ergo primo, quod ea, quæ fiunt circa ventos, & pluuias, atteſtantur his, quæ dicta ſunt de generatione eorum: quia enim continue ſit exhalatio, licet quandoque magis, & quandoque minus; propter hoc nubes, ex quibus cauſantur venti, & pluuiæ ſemper fiunt; ſecundum quod natura temporis habet: quia quandoque magis ſit, quandoque minus, ſecundum diuerſam temporis conditionem, & quia quãdoque exhalatio vaporoſa, plus eleuatur, quandoq; autem plus de fumoſa, ſecundum diuerſos effectus ſolis, & ſtellarum, ideo quandoque ſiunt anni magis pluuioſi, & humidi, quandoque autem magis ventoſi & ſicci: quod quidem contingit dupliciter; vno modo, ſecundum vnam totam regionem continuam, in qua aliquo tempore multiplicantur pluuiæ, & aliquo tempore venti; alio modo, fit ſecundum partes. Quandoque enim in vna parte vnius regionis accidunt multi imbres, in alia vero parte eiuſdem regionis ac-

cidit multa ſiccitas,quandoq; etiam contingit contrarium,quod tota regio circumſtans habet mediocres aquas, vel etiam parum excedit in ſiccitate, alia vero abundat multitudine aquam.Et huius cauſam aſſignat dicens, quod cauſa huius eſt,quod veriſimile eſt , quod eadem paſſio vel ſiccitatis, vel humiditatis,pertingat frequentius ad multam regionem ex hoc, quod loca , quæ ſunt prope,eandem habent poſitionem , vel ſitum ſolis,qui eſt cauſa ventorum & pluuiarum : niſi forte aliqua habeat aliquid propriũ, quod immutet diſpoſitionem eius,vt puta, montes, vel aquas.Sed quamuis vt plurimum hoc accidat, quod tota regio eandem participet paſſionem , tamen quandoque contingit,quod ſecundum vnam partem vnius regionis abundet exhalatio ſicca ad generandum ventos: aliquando autem humida ad generandum pluuias : & quandoque contingit contrarium, vt ſcilicet vbi olim abundauit pluuia , ibi nunc abundet ventus: & huiuſmodi diuerſitatis cauſa eſt, quia contingit de vtraque exhalatione, quod tranſcendat exhalationem alterius regionis habitæ, id eſt, conſequenter ſe habentis , vtputa quandoque ſicca exhalatio facit fluxum ventorum in illa regione, vnde eleuatur: ſed exhalatio humida à ventis impellitur ad aliquam regionẽ propinquam terræ ventoſæ, & aliquando remanet humida , & transfertur ſicca.Sicut enim in corpore animalis aliquando ſuperior ventoſitas , quæ ex ſtomacho exhalat, contrarie diſponitur inferiori , quæ exhalat ex inteſtinis , ſic & circa loca accidit, quod patiuntur quandam contraiacentiam ex permutatione exhalationum,ſcilicet dum in regione , ex qua transfertur exhalatio humida, abundat ſiccitas : & in illa, ad quã transfertur , abundat humiditas. Deinde cum dicit.

g ¶ Ponit ſecundum ſignum, & dicit, quod pluries fit ventus poſt pluuias in locis , in quibus pluit , & conuerſo venti ceſſant aqua pluente : & hoc accidit propter hoc, quod dictum eſt de principiis pluuiæ, & ventorum : quia ſcilicet vnum eorum fit ex exhalatione ſicca, aliud ex humida ;

A quia cum pluuia ceciderit, & humectat terram , iterato à terra exhalat exhalatio ſicca, quæ eſt materia ventorum : deſiccata ipſa terra, tum à caliditate intrinſeca , tum à ſuperiori caliditate ſolis, & hæc eſt cauſa, quare poſt pluuias fiunt venti, cum venti ſcilicet inualeſcant per ſeparationem talis eleuationis à terra , & ceſſant propter hoc, quod ex virtute caloris iterato ſeparatur calidus vapor à terra , & eleuatur in ſuperiorem locum, & propter frigiditatem ibi condenſatur , & fit pluuia , & hæc eſt cauſa, quare poſt ventos pluuiæ ſuperueniunt: nec ſolum pluuiæ ſuccedunt ventis , ſed etiam deſtruunt eos , quia cum nubes à vento adunentur in vnum locum , frigiditas circumſtans condenſat eas , & generantur aquæ. Aqua vero infrigidat & humectat exhalationem ſiccam, quæ erat materia ventorum. Vnde manifeſtum eſt, quod aqua fluens facit ceſſare ventos , & ſuccedunt ipſis ceſſantibus pluuiæ propter prædictas cauſas. Et hoc accidit , vt ſignum ad oſtendendum , quod ventus & pluuia fiunt ex cauſis contrariis. Deinde cum dicit.

h ¶ Ponit tertium ſignum , quod venti generentur ab exhalatione ſicca. Hæc enim eſt cauſa , quare fiunt venti maxime ab vrſa ; id eſt, à ſeptentrione , quod vocantur ab vrſa , eo quod duæ vrſæ, maior & minor , circumeunt polum ſeptentrionalem de propinquo; & iterum à meridie: inter omnes enim ventos magis abundant Boreæ: qui ſunt à ſeptentrione, & Auſtri , qui ſunt à meridie ; & huius cauſa eſt , quia ſuper iſta loca non mouetur ſol; ſed accedit ad ea , & recedit ab eis : ad polum quidem ſeptentrionalem maxime accedit : cum peruenit ad principium Cancri, quod tunc incipit ab eo recedere continue magis ; quouſque perueniat ad principium Capricorni : tunc enim maxime accedit ad polum contrarium , à quo iterum recedens circulariter redit ad principiũ Cancri, & propter hoc hæc duo puncta, ſcilicet Cancri & Capricorni dicuntur tropica,id eſt,conuerſiua, & quando eſt in principio

niſi aliquid differens habeant,proprium.Quinimo aliquando ſecundum hanc quidem partem ſicca exhalatio facta eſt amplior, ſecundum aliam autem vaporoſa, aliquando autem contrarium : & ipſius autem huius cauſa, quia vtraque transmutatur in habitæ regionis exhalationem : puta ſicca quidem ſecundum propriam regionem fluit, quæ autem humida, ad vicinam ; aut & in aliquem remotorum locorum propulſa eſt à ſpiritibus. Aliquando quidem autem hoc quidem manſit : contraria autem idẽ fecit : & accidit hoc ſæpe , ſicut in corpore animalium, ſi ſuperior venter ſiccus fuerit, inferior autem contrarie diſponatur,&hoc ſicco exiſtente , humidum eſſe ſuperiorem & frigidum , ſic & circa loca antipariſtaſim pati, & permutari exhalationes.

*ſi quid proprium differens habuerint. Atqui interdum hac in parte ſicca exhalatio multa aſcendit, in alia vero vaporoſa , interdum contrario modo. Quin & illud huius rei cauſa eſt,quod vtraq; exhalatio in eam,quæ cohærentis eſt regionis,incidat.Veluti ſicca quidem propria in regione fluit, humida vero in finitimam, aut etiam* B *in remotiorem aliquem locum,à ventis impulſa eſt. Aliquando autem hæc quidem manſit, contraria vero illud ipſum facit. Atq; ſæpius euenit, vt quemadmodum in corpore, ſi venter ſuperior ſiccus fuerit, inferior contrario modo afficiatur, & ſi hic ſiccus,ſuperior humidus ſit, ita & in locis exhalationes viciſſim ſe circumſtent, & commutentur.*

C

g Adhuc autem poſt imbres ventus, vt ſecundum multa, fit in illis locis , ſecundum quæ contigerit fuiſſe imbres, & ſpiritus ceſſant aqua facta. Hoc enim neceſſe accidere propter dicta principia: cum enim pluerit, terra deſiccata ab eo, quod in ipſa calido , & ab eo, quod deſuper exhalat , hoc autem erat venti corpus, & cum talis ſegregatio fuerit, & venti obtineant, ceſſantibuſque , quia ſegregatur calidum ſemper , & ſurſum fertur in ſuperiorem locum , conſtat vapor infrigidatus : & fit aqua. Et cum in idem compellantur nubes,& contra circumſteterit ad ipſas frigiditas aquæ, & infrigidat ſiccam conſequenter exhalationem ; ceſſare igitur faciunt factæ aquæ ventos & ceſſantibus, ipſæ fiunt propter has cauſas.

*Præterea poſt imbrem flatus iis in locis,quibus imbrem decidere contingit, plurimum exiſtunt, iidemque ſuperueniente aqua deſiſtunt. Hæc enim ob ea, quæ tradita ſunt principia, eueniant neceſſe eſt. Terra namque poſt delapſam pluuiam à calore partim interno , partim ſuperno ſiccitate affecta halitum reddit , hic autem venti eſt corpus. Et cum ſecretio eiuſmodi extiterit, venti etiam vigent, quibus cõ-* D *quieſcentibus , propterea quod calor ſemper ſecernatur, & in ſuperum locum conſcendat, vapor refrigeratus cogitur, & in aquam mutatur. Ac quoties eundem in locum nubes compulſæ ſunt, ac frigus circumſtans eas comprimit, oritur aqua, halitumque ſiccum refrigerat. Has igitur ob cauſas venti aquis exorientibus ſedantur, & illis ſedatis exoriuntur.*

E

h Adhuc autem fiendi maxime ſpiritus ab vrſa, & meridie, eadem cauſa ; plurimi enim Boreæ, & Auſtri fiunt ventorum. Sol enim ſola hæc loca non ſupergreditur ; ſed ad hæc, & ab his : ſuper occaſus autem , & ſuper orientes ſemper fertur: propter quod nubes conſiſtunt in lateralibus ;

*Quin & eadem cauſa eſt, cur tum à ſeptentrionibus, tum à meridie vẽti potiſſimum oriuntur. Aquilones.n.& Auſtri inter ventos omnes maxime excitantur. Sol namq; hæc vna loca nõ peruadit, ſed ad ea ſeſe applicat, ab eiſque abducit, ad occaſum vero & exortum perpetuo fertur. Quam ob cauſam nubes ad latera coguntur. Et ac-*

cipio Cancri, fit verſio æſtiua: quando autem eſt principio Capricorni, verſio hyemalis. Vltra autem hæc duo ſigna, non accedit ad alterutrum polorum, ſed ſuper orientem, & occidentem ſemper fertur: ideo in locis, qui linealiter ſe habent ad viam ſolis, multæ nubes congregantur: quia appropinquante ſole, fit exhalatio humidi, propter calorem: recedente autem ſole ad locum contrarium, fiunt pluuiæ, & hyemalia frigora. Sic igitur propter hoc, quod ſol accedit ad tropicos, vel recedit, fit æſtas & hyems, & eleuatur aqua per euaporationem, & iterum pluit: quia cum in cœlo accedit ſol ad principium Cancri, fit æſtas nobis, & eleuantur plurimi vapores propter calorem ex vicinitate ſolis, cum autem accedit ad principium Capricorni, fit nobis frigus, hyems, & multitudo pluuiarum, propter elongationem ſolis à nobis: è conuerſo autem accidit in illa parte terræ, ſita ad alium polum. Quia igitur in iſtis locis, qui ſunt ad meridiem & ſeptentrionem, plurima aqua deſcendit: oportet quod ibi etiam plurima fiat exhalatio: ſicut ex lignis viridibus, & humidis maior exhalat fumus, quam ex ſiccis. Vnde cum exhalatio talis ſit principium ventorum, rationabile eſt, quod plures, & maximi vẽtorum ſint, qui flant à meridie: & vocantur Auſtri, & qui à ſeptentrione, vocantur Boreæ. Conſiderandum eſt autem, quod Ariſtoteles hic dicit, Auſtrum flare à meridie ſecundum aliorum opinionem, ſed contrarium infra dicet ſecundum ſuam opinionem, & aliam cauſam aſſignabit de vehementia huius venti.

& fit accedente quidem, exhalatio humidi, abſcedente autem ad contrarium locum aquæ, & imbres: propter lationem quidem igitur quæ ad tropicos, & à tropicis, æſtas fit & hyems, & eleuatur ſurſum aqua, & fit iterum. Quoniam autem plurima deſcendit aqua quidem in his locis, in quibus vertitur, & à quibus, hæc autem ſunt, quæ ad arctum & meridiem: vbi autem plurimam aquam terra ſuſcipit, hic plurimam neceſſarium fieri exhalationem, ſimili modo vt ex viridibus lignis fumum: exhalatio autem hæc ventus eſt, rationabiliter vtique hinc fient plurimi, & principaliſſimi ſpirituum. Vocantur autem qui quidem ab arcto, Boreæ, qui autem à meridie, Auſtri.

*cedente quidem eo, humidi fit exhalatio, ad locum autem contrarium abeunte, aqua & hyems. Ob motionem igitur, quæ ad conuerſiones, & à conuerſionibus eſt, æſtas fit & hyems, & aqua ſurſum educitur, ac rurſus generatur. Quoniam autem plurimum aquæ in his locis deſcendit, ad quæ, & à quibus conuertitur (hæc autem ſunt* G *ad Septentriones, & ad meridiem) & vbi aquæ copiam terræ excipit, ibi plurima exhalatio, non aliter ac ex viridibus lignis fumus, reddatur neceſſe eſt, ipſaq; exhalatio ventus eſt, ratione recta euenit, vt plurimi maximeque principes venti inde oriantur, quorum ij, qui à Septentrionibus ſpirant, Aquilones, qui à Meridie, Auſtri nominantur.*

H

## LECTIO VIII.

a Latio autem ipſorum obliqua eſt: circa terram enim flant, in rerum facta exhalatione: quia omnis, qui in circuitu aer conſequitur lationem.

b Propter quod & dubitabit vtique aliquis, vnde principium ſpirituum eſt, vtrum de ſupra, aut de ſubtus. Motus quidem enim deſuper eſt, & contingit ante flare, aer autem euidens, ſi fuerit nubes, aut caligo: ſignificat enim mota ſpiritus principium ante manifeſte venire ventum; tanquam deſuper ipſis habentibus principium. Quoniam autem eſt ventus, multitudo quædam ſiccæ ex terra exhalationis mota circa terram, palam quod motus quidẽ principium deſuper, materiæ autem & generationis deſubtus; qua quidem.n.tẽdit, quod aſcendit, inde latio, cauſa.n.eorum, quæ longius à terra ducuntur, & ſimul de ſubtus quidem in rectum

## *LECTIO VIII.*

*Eorum autem motio obliqua eſt. Cum enim exhalatio recta aſcendat, circa terram ſpirant, quando circumfuſus omnis aer conuerſionem conſequitur.*

*Quocirca & in dubium quis reuocauerit, vnde nam ventorũ principiũ eſt, è ſupero ne, an ex infero loco? Mo-* I *tus.n. è ſupero eſt, & antequam ſpirẽt, illuſtratur aer, etiãſi nubilus, aut caliginoſus fuerit. Nam priuſquam ventus manifeſte veniat, flatus principiũ moueri ſignificat, tanquã principium deſuper habeant. Quoniam autem vẽtus quædam eſt exhalationis ſiccæ è terra aſcendẽtis multitudo, quæ circa terram mouetur, perſpicuũ eſt, motionis principiũ è ſupero, materiæ autem & generationis ex infero. Nam qua ex parte id, quod aſcẽdit fluet, inde eſt cauſa. Cõuerſio.n.his, quæ à terra lon-* K *gius diſtãt, dominatur, ac ſimul ex infero loco recta effertur, cũctaq; plus viriũ habent, cũ in propinquo ſunt. Or-*

## LECTIO VIII.

a Poſtquam determinauit de generatione ventorum, hic determinat de motu ipſorum, & circa hoc tria facit: primo oſtendit, qualis ſit motus eorum: ſecundo, inquirit de principio motus eorum: ibi. [Propter quod & dubitabit:] tertio oſtendit, quomodo venti procedant à ſuo principio, ibi. [Quod autem exhalationibus.] Dicit ergo primo, quod quamuis exhalatio, quæ eſt principium ventorum, ſurſum eleuetur in rectum, tamen motus eorum non eſt in rectum: flant enim venti circa terram ab vna parte in aliam procedentes, ſicut ab oriente in occidentem; vel è conuerſo, & cauſa talis motus eſt, quod vt ſu- F pra dictum eſt, ſuperior aer & ventus mouentur circulariter ſecundum motum cœli, & licet in illo ſuperiori aere non flant venti, vt ſupra dictum eſt, ſed in aere inferiori, qui eſt infra altitudinem montium ſupremorum, tamen iſte etiam aer aliquid participat de motu ſuperioris; licet iſta circulatio non compleatur, & ex hoc cõtingit, quod exhalationes commouentes aerem, nõ mouent ipſum ſurſum, aut in deorſum, quod videtur exigere ſubtilitas exhalationis calefactæ, aut frigiditatis iam condenſatæ: ſed commouent aerem in obliquum, quaſi aere retinẽte aliquid de vtroque motu. Vnde non oportet, quod ſemper motus venti ſit ad occidentem: ſicut eſt motus cœli; ſed fit in oppoſitum exhalationis compellentis, quæ tamen impulſio ex motu cœli habet, quod ſit obliqua: nec propter hoc ſequitur, quod motus venti non ſit naturalis: quia obliquitas eius cauſatur ex motu corporis cœleſtis: tum quia motus, qui fiunt in inferioribus, à corpore cœleſti dicuntur naturales, licet non ſint ſecundum naturam corporis inferioris, vt patet in fluxu & refluxu maris, quia corpora inferiora naturaliter ſubduntur ſuperioribus, tum quia naturale eſt vnicuique, quod conſequitur ipſum ex cauſa ſuæ generationis. Vnde cum cauſa actiua ventorum ſit motus ſolis, vt ſupra dictum eſt, ſequitur, quod obliquitas motus ex motu cœli cauſata, ſit ei naturalis. Deinde cum dicit.

b ¶ Inquirit de principio motus vẽtorum, & primo vnde incipiunt moueri: ſecundo qualiter ex illo principio procedant, ibi. [Quod autem exhalationibus.] Dicit ergo primo, quod quia non eſt motus venti in rectum, ſcilicet neq; ſurſum, neque deorſum, ſed in obliquum, dubitabit vtique quis, vnde ſit principium motus ventorum, vtrum ſurſum aut deorſum. Sed quod principium motus ventorũ ſit ſurſum, manifeſtat ipſe aer, in quo apparet motus vẽti, antequam vẽtus flauerit in terra. Nam ſi apparuerit aliqua nubes, aut caligo, videtur moueri à vento iam exiſtẽte in aere, antequam veniat circa terram, tanquam vento habẽte principium motus ſurſum. Sed quia ventus generatur ex multitudine exhalationis ſiccæ reſolutæ à terra, manifeſtum eſt, quod licet principium motus ſit deſuper, tamen materiale principium generationis eſt de ſubtus: & hoc ideo, quia ab illo loco incipit motus venti, in quem tendit exhalatio ſicca eleuata, ſicut ab illo loco incipit deſcendere pluuia, quo aſcendit vapor: & hoc apparet ex hoc, quod motus venti magis dominatur in locis altis remotis à terra, & etiam cum exhalatio in rectum ſurſum feratur, ibi incipit motus; & in loco, vbi ap-

appropinquat illi principio, magis poteſt ventus, ſed tamen manifeſtum eſt, quod principium generationis venti eſt ex terra. Deinde cum dicit.

c ¶ Oſtendit, quomodo venti procedunt à ſuo principio, & dicit, quod ſicut principia fluuiorum paulatim congregantur ex diuerſis partibus terræ, ita etiam paulatim ab exhalationibus adunatis congregatur ventus: & hoc manifeſtat per duo ſigna: quorum vnum eſt, quod venti minimi apparent in locis, in quibus oriuntur, ſed procedentes fiunt maximi. Aliud ſignum eſt, quod in partibus ſeptentrionalibus, in hyeme eſt tranquillitas: & loca illa ſunt ſine vento boreali; ſed ſecundum quod receditur ab eis, paulatim creſcit ventus, & fit maximus. Vltimo recolligit, quod dictum eſt, & eſt manifeſtum in litera: ſed oportet attendere, quod eoſdem ventos hic Notos vocat: quos ſupra dixit Auſtros. Deinde cum dicit.

ſurſum feruntur, & omne cauſatum exiſtens prope ſuum principium valet magis prope; generationis autem principium palam, quod ex terra eſt.

c Quod autem exhalationibus conuenientibus ſecundum modicum, ſicut fluuiorum principia fiunt è manente terra, palam & operibus. Vnde autem ſingulariter flant, minimi omnes ſunt: procedentes autem & longe validi flant. Adhuc autem, & qui circa actum in hyeme tranquilla, & ſine flatu ſecundum ipſum illum locum: ſed ſecundum modicum vlterius flans & latens, extra procedens, iam ſpiritus fit inſignis. Quæ quidem eſt venti natura, & quomodo fit, adhuc autem de ſiccitate, & de imbroſitate, & propter quam cauſam ceſſant, & fiunt poſt imbres, & propter quid Boreæ, & non plurimi ventorum ſunt, dictum eſt, adhuc autem, & latione ipſorum.

A

*Ortus autem principium conſtat ex terra eſſe.*

B

*Multis porro exhalationibus paulatim coeuntibus eos exiſtere, non aliter ac amnium fontes, terra humorem ſcaturiente fiunt, re etiam ipſa perſpicuum eſt. Vnde enim quiſque ſpirat, ibi omnes minimi habentur; progredientes autem longius, illuſtriores ſpirant. Præterea loca ad Septentriones ſita, per hyemem tranquilla ſunt, & à flatibus libera. Sed quod ſenſim ſpirat, ac latet, id vbi vltra progreditur, ventus iam illuſtris euadit. Quæ igitur venti natura ſit, & quonammodo oriatur, præterea de ſiccitatibus & pluuia, quaſue ob cauſas poſt pluuiam & ſedantur & fiunt, cur item Aquilones ac Auſtri plurimi inter ventos ſpirent, & ad hæc de eorum motione dictum eſt.*

C

ram, & congregationem exhalationis, quæ eſt materia ventorum. Et hoc contingit maxime temporibus, & locis calidis, & ſiccis. Vt ſi quis proiiceret modicum combuſtibile in magnum ignem, ex vehementia ignis deſiccatur prius combuſtibilis humiditas, quam fumus inde exhalare poſſit. Sic igitur ſol & ceſſare facit ventos, conſumendo materiam iam recollectam, & impedit ne fiant, velociter deſiccando terram: & ideo circa ortum Orionis, id eſt, ante tempus, in quo conſtellatio incipit apparere, exiens de ſubradiis ſolis, tempore feruentis æſtatis, fit maxima tranquillitas in aere à ventis, vſque ad Eteſias, id eſt, ad ventos annuales, qui annuatim conſueuerunt flare in æſtate: & prodromes, id eſt, præcurſiuos: quia Eteſias aliquando aliqui venti præcurrunt: propter hoc, quod aliquando aliqua materia velocius præparetur. Deinde cum dicit.

## LECTIO IX.

a Poſtquam Philoſophus determinauit de generatione, & motu ventorum, hic determinat de augmento: & diminutione eorum: & diuiditur in partes duas. In prima determinat de diminutione ventorum: In ſecunda de augmento eorum: ibi [ indiſcretus autem, & difficilis. ] Circa primum duo facit: primo oſtendit, quomodo ſol fit cauſa diminutionis ventorum; ſecundo vniuerſaliter colligit cauſas, ex quibus contingit ventos ceſſare, vel diminui: ibi. [ Vniuerſaliter autem fiunt. ] Dicit ergo primo, quod ſicut ſol mouet ventos, ita etiam eos ceſſare facit. Cum enim ſunt paucæ [ exhalationes, & debiles, ] caliditas ſolis, quod eſt magis calidum in exhalatione, diſtrahit ipſum conſumendo, & diſſoluendo exhalationes, ſicut maior flamma exterminat minorem, conſumendo materiam eius, & ſic ceſſant venti. Nec ſolum facit eos ceſſare iam exiſtentes, ſed etiam impedit eos, ne fiant, dum ſcilicet præuenit exſiccando ter-

## LECTIO IX.

a SOl autem & ceſſare facit, & commouet ſpiritus. Debiles enim, & paucas exiſtentes exhalationes exterminat amphori calido; quod in exhalatione intus exiſtens diſgregat. Adhuc. a. ipſam terram præuenit exſiccans, antequam facta fuerit ſimul multa congregatio, ſicut ſi in multum ignē inciderit modicum exuſtibile, præuenit ſæpe, antequam fumum faciat exuſtum. Propter has quidem igitur cauſas ceſſare facit ventos, & à principio quidem prohibet, conſumptione quidem, ceſſare faciēs, celeritate autem ſiccitatis fieri prohibens. Propter quod & circa orionis ortum maxime fit tranquillitas, & vſque ad Eteſias, & prodromos.

b Vniuerſaliter autem fiunt tranquillitates, propter duas cauſas, aut enim propter frigus extincta exhalatione, velut cum fuerit gelu forte, aut marcefacta à ſuffocatione. Plurimæ autem & intermediis temporibus, aut eo quod nondum facta ſit exhalatio, aut eo quod iam præteriit exhalatio; & alia nondum aduenerit.

Tractatus ſecundi, libri ſecundi, de cauſa, qua mouet ventos, & eos facit ceſſare. Cap. II.

D

*SOl autem ventos & ſedat & ciet: Nam exhalationes, quæ debiles ſunt & paucæ, tabefacit, & ampliore ſuo calore minorem eum, qui in exhalatione eſt, diſſipat. Ipſam quoque terram prius exſiccat, quam in vnam collecta ſecretio orta ſit, non ſecus ac ſi in magnum ignem materia combuſtioni idonea exigua inciderit, antea ſæpe deuritur quam fumum edat. Ob has igitur cauſas & ventos ſedat, & quominus initia exoriantur, prohibet: hanc quidem conſumptione ſedans, illam vero exſiccationis celeritate, prohibens gigni. Quocirca in Orionis ortu, vſq; ad Eteſias, & Prodromos, tranquillitas aeris maxime oritur.*

E

*Omnino autem aeris tranquillitas duabus de cauſis exiſtit, aut enim præ frigore, quod exhalationem extinguat, vt cum gelu vehemens fuerit, aut cum ab æſtu conſumitur; frequenter vero, & medijs temporibus, aut quod nondum exhalatio reddita ſit, aut quod iam euanuerit, nondumque alia affluat.*

b ¶ Colligit cauſam ceſſationis ventorum, & dicit, quod trāquillitas à ventis fit propter duas cauſas, aut propter magnum frigus extinguens caliditatem reſoluentem exhalationem, ſi accidit tempore, quo eſt magnum gelu, cum ſupra dictum ſit, quod pruina impeditur à ventis: & ideo cum eſt magnum frigus, & pruina, non ſunt venti: aut etiam accidit propter maximum calorem, qui ſuffocat, & extinguit exhalationem, vt ſupra dictum eſt: ſed etiam temporibus intermediis, ſcil. inter maximum frigus & maximum calorem, fiunt plurimæ tranquillitates: vel quando nondum facta eſt exhalatio poſt impedimentum frigoris aut caloris: aut quando iam facta eſt aliqua exhalatio, & præteriit, & alia nondum aduenit, poſtquam ex præterita generati ſunt venti. Deinde cum dicit.

c Indiſcretus autem & difficilis Orion eſſe videtur: & occumbens, & oriens, quia in permutatione temporis accidit occaſus, & ortus æſtate, aut hyeme, & propter magnitudinem aſtri dierum fit pluralitas. Permutationes autem omnes turbatione plenæ propter indeterminationem ſunt.

*Orion autem, & cum occidit, & cum oritur, incertus difficiliſque eſt, quod in temporis æſtatis hyemisue variatione, eius occaſus ortuſq; accidant, idque propter ſideris magnitudinem diebus multis perdurat. Omnium autem mutationes quoniam ſunt indeterminatæ, turbulentæ ſunt.*

G

d Eteſiæ autem flant poſt verſiones, & canis ortum, & neque tunc, quando maxime prope fuerit ſol; neque quando longe & diebus quidem flant, noctibus autem ceſſant.

*Eteſiæ autem poſt ſolſtitium, & circa Canis exortum ſpirant, non cum Sol maxime, aut propinquus eſt, aut remotus, & interdiu quidem ſpirant, noctu autem deſinunt.*

e Cauſa autem, quia prope quidem exiſtens præuenit exſiccans, antequam fiat exhalatio, cum autem abſceſſerit modicum, mediocris iam fit exhalatio, & caliditas, vt congelatæ aquæ liqueſcant, & terra exſiccata, & à propria caliditate, & ab ea, quæ ſolis, quaſi turgeſcat, & exhalet. Nocte autem deficiunt, quia congelatæ liqueſcentes deſiſtunt, propter frigiditatem noctium. Exhalat autem, neque congelatum, neque nihil habens ſiccum, ſed cum habeat ſiccum humiditatem, hoc calefactum exhalat.

H

*Cuius rei cauſa eſt, quod cum prope adeſt, ante exſiccet, quam exhalatio oratur: cum autem paululum receſſit, moderatus iam calor gignitur, ita vt aquæ gelu concretæ colliqueſcant, ac terra, tum proprio, tum Solis calore exſiccata, veluti in fumum halitumq; abeat. Noctu autem ceſſant, quoniam quæ conglaciata ſunt, præ noctium frigore deſinant liquari. Nihil vero, quod aut gelu conſtrictum ſit, aut ſiccitatem vllam non habeat, halitum reddit, ſed quod humorem cum ſiccitate coniunctum obtinet, id cum incaleſcit, exhalationem mittit.*

I

f Dubitant autem quidam propter quid Boreæ fiunt continue; quos vocamus Eteſias: poſt æſtiuales tropicos. Noti autem ſic non fiunt hyemales.

*Sed quidam dubitant, cur Aquilones, quos Eteſias nominamus, poſt conuerſiones æſtiuas continenter ſpirent, Auſtri vero poſt brumales non oriuntur.*

g Habet autem non irrationabiliter, fiunt enim vocati Leuconoti oppoſito tempore, non ſic autem fiunt continui; propter quod latentes faciunt inquirere. Cauſa autem, quia Boreas quidem à locis, quæ ſub arcto ſtant, quæ plena aqua & niue ſunt multa, quibus liquefactis à Sole poſt æſtiuales verſiones magis, quam in ipſis flant Eteſiæ, ſic enim

*Id vero non abſq; ratione euenit. Tempore enim contrario hi, qui Leuconoti appellantur, oriuntur quidem, non ita tamen continenter. Ideo cum lateant, inquirendi occaſionem præbent. Cauſa autem eſt, quod*

K

*Aquilo à locis, quæ ſub Septentrione ſunt, ſpirat; quæ loca aquæ ac niuis multæ ſunt plena, quibus à Sole liquatis poſt conuerſiones æſtiuas magis, quam in eis Eteſiæ ſpirant.*

c ¶ Determinat de augmento ventorum: & primo de augmento, quod accidit in ortu Orionis; ſecundo de augmento, quod accidit poſt ortum canis; ibi, [Eteſiæ autem.] Dicit ergo primo, quod figuratio Orionis in ſuo Ortu & occaſu, id eſt, quando incipit apparere, & quando incipit diſparere, eſt indiſcreta, ſiue intolerabilis, & difficilis, id eſt, habet graues, & tempeſtuoſos ventos. Nec eſt contrarium ei, quod ſupra dixit: nam ante ortum Orionis eſt quædã tranquillitas, vt ſupra dixit: in ipſo ortu, & occaſu eſt tempeſtas. Cauſa autem huius eſt, quia ortus ipſius accidit in permutatione æſtatis ad autumnum. Occaſus autem in permutatione autumni ad hyemem: vtrumque autem tempus, & ortus, & occaſus, per plures dies durat propter multitudinem conſtellationis, quæ non ſimul tota incipit apparere, vel diſparere. In permutationibus autem temporum accidunt multæ perturbationes: quia quando tempus non eſt determinatum ad vnum, modo declinat ad hoc, modo ad contrarium: & ideo multiplicantur pluuiæ, & venti propter exhalationes. Deinde cum dicit.

d ¶ Determinat de augmento venti poſt ortum canis, & circa hoc tria facit: primo proponit propoſitum: ſecundo aſſignat cauſam: ibi. [Cauſa autem:] tertio, circa prædicta mouet dubitationem; ibi, [Dubitant autem quidam.] Dicit ergo primo, quod Eteſiæ, id eſt, venti quidam annuales, quaſi ſemper flantes in eodem tempore, flant poſt conuerſiones, id eſt, poſt ſolſticium æſtiuale: & non ſolum ſtatim poſt ipſum ſolſticium, ſed etiam poſt ortum caniculæ: & hoc ideo, quia non flant, quando ſol maxime appropinquat nobis, ſcilicet in prima verſione, ſcilicet in principio Cancri, neque quando eſt longe, vtpote quando eſt in ſignis meridionalibus. Et iterum Eteſiæ flant diebus, noctibus ceſſant. Deinde cum dicit. ἐτησίαι

e ¶ Aſſignat cauſam prædictorum; & primo quare de die flant Eteſiæ, & maxime in mane, & circa veſperum, dicens, quod quando ſol eſt maxime propinquus, exſiccat humorem, ex quo poſſet congregari materia venti, ſi reſolui poſſet. Sed quando aliquantulum recedit, tunc exhalatio reſoluitur, & fit mediocris; & caliditas etiam eſt mediocris, ita quod aquæ congelatæ liqueſcunt; & terra, dum exſiccatur, tum à caliditate ſolis, tum à caliditate intrinſeca, quaſi turgeſcit; & dum multiplicatur humiditas re-

F ſoluta, exhalat: & ſic generantur venti. Deinde oſtendit etiam, quare venti nocte deficiunt, & dicit, quod hoc ideo accidit, quia frigiditas noctium congelat humores liqueſcentes, vt ſic exhalatio ceſſet. Manifeſtum eſt enim, quod neque id, quod eſt congelatum, exhalat: neque ſiccum nõ habens humiditatem: & ideo neque in maxima propinquitate ſolis flant Eteſiæ, propter deſiccationem, neque in noctibus, propter congelationem: licet etiam huius poſſit aſſignari alia ratio, quia ſcilicet in nocte ſol maxime diſtat à nobis, & ideo exhalationem eleuare non poteſt. Deinde cum dicit. ὀρνιθίαι

f ¶ Mouet dubitationem circa prædeterminata, & circa hoc tria facit: primo mouet dubitationem: ſecundo ſoluit: ibi, [Habet autem non irrationabiliter,] tertio excludit quoddam, quod videtur ſolutioni contrarium: ibi, [Auſter autem ab æſtiua.] Dicit ergo primo, quod quidam dubitant, quare ſic venti Boreales continue flant poſt ſolſtitium æſtiuale; & Noti, id eſt, Auſtri non ſic flant poſt ſolſtitiũ hyemale. Videtur enim, quod ſicut poſt appropinquationem ſolis ad polum ſeptentrionalem flant venti ex ſua parte, ita poſt appropinquationem ſolis ad polum contrarium, deberent flare venti ex parte oppoſita. Deinde cum dicit.

g ¶ Soluit prædictam dubitationem, & dicit, quod oppoſito tempore fiunt quidam venti, qui vocantur Leuconoti, ſic dicti, quia in ſereno flant; nam leucos, in Græco album ſignificat, ſed non ſic fiunt continui, ſicut Eteſiæ Boreales; & ideo, quia latent, latentia cauſat prædictam dubitationem. Cauſa autem quare non flant continue, eſt iſta, quia Boreas flat à locis, qui ſunt ſub polo arctico: in quibus eſt abundantia aquarum, & niuium, quæ quidem liquefiunt à ſole magis, poſt verſiones æſtiuas, quam in primis verſionibus, licet tunc ſol maxime appropinquet nobis: & ideo poſt æſtiuas verſiones, & non ipſis verſionibus flant Eteſiæ. Ita etiam maxime ſuffocationes caliditatum fiunt, non quando ſol maxime appropinquat nobis, qui ſumus in parte ſeptentrionali, ſed poſt eſt maior calor propter continuationem calefactionis in longo tempore. Primo enim quando ſol accedit verſus tropicum, inuenit materiam diſpoſitã, ſed paulatim dominãdo in ipsã, magis imprimit effectũ ſuũ, poſtquam incipit recedere: cũ tamen adhuc ſit prope. Et ideo poſt ortũ canis, in dieb. ſ. canicularib. eſt maior calor, quam ante ſolſtitium: λευκόνοτοι

tium, vel in ipſo ſolſtitio: & magis etiam tunc liqueſiunt & aquæ, & niues: & ideo tunc plures fiunt exhalationes, & magis flant venti. Sed verum eſt, quod in ipſo ſolſtitio, quando eſt magis prope, magis exſiccat, vt ſupra dixit, & magis diſponit materiam ad exhalationem, ſed exhalatio maior fit poſt ortum canis: & & tunc flant Eteſiæ: & continue: & ſimiliter. Poſt verſiones hyemales flant Ornithiæ dictæ ab aue, vel gallina: quia oriente aliqua congelatione auis: flant, ſicut Eteſiæ poſt ortum canis, has autem Ornithias ſupra dixit Leuconotos: & dicit, quod Ornithiæ ſunt debiles: quia ſunt minores, & tardius flant, quam Eteſiæ: incipiunt enim flare ſeptuageſimo die poſt verſionem hyemalem: quaſi circa principium veris: & hoc ideo, quia neceſſe eſt, quod ſol multum elongetur, & minus inualeſcat, & non totaliter exurat regionem illam; ex qua flant venti auſtrales: vt poſſint aliquæ exhalationes eleuari ad generationem ventorum. Et hæc eſt ratio, quare non continue flant, quia quædam humiditates in ſuperficie terræ exiſtentes, & debiles, exhalant ex illa parte terræ, ſole ſic longato, ex quibus non poteſt generari continuus ventus: aliæ autem humiditates, quæ ſunt magis congelatæ, indigent maiori caliditate ad hoc, quod exhalent: quum ſcilicet caliditas, quam tunc exhibet ſol, ſit parua, quia ſol eſt diſtans: & ideo iſti venti non continue, ſed interpolate flant, donec iterum poſt verſiones æſtiuas flauerint Eteſiæ ex parte ſeptentrionis: huiuſmodi enim venti Aquilonares magis habent aptitudinem, vt continue flent: propter ſupradictam cauſam. Deinde cum dicit.

ὀρνιθίας.

λευκονό-τος,

ex calore fiunt, non quando maxime appropinquauerit ad arctum, ſed cum calefecerit ampliori tempore: adhuc autem prope. Similiter autem, & poſt hyemales verſiones flant Ornithiæ, etenim hi Eteſiæ ſunt debiles, minores autem, & tardiores Eteſiæ flant, ſeptuageſimo enim die incipiunt flare propter longe exiſtentem ſolem inualeſcere minus. Non continui autem ſimiliter flant, quia hæc quidem in ſuperficie, & debilia quandoque ſegregantur, hæc autem magis congelata ampliori indigent caliditate, propter quod interpolantes iſti flant, donec ſubuerſionibus iterum æſtiualibus flauerint Eteſiæ, quoniam vult quam maxime continue hinc ſemper flare ventus.

## LECTIO X.

AVſter autem ab æſtiua verſione flat, & non ab altera vrſa.

b Duabus .n. exiſtentibus deciſionibus poſſibilis habitari regionis, hac quidem ad ſuperiorem polum, qui ſuper nos, hac autem ad alterũ, & ad meridiem, & vtraq; exiſtente velut tympano, talem figuram terrę excidunt, quę ex centro ipſius ductæ, & faciunt duos conos, hunc quidem habentem baſem tropicum, hũc ſemper manifeſtum verticem autem in medio terræ, eodem autem modo ad inferiorem

## LECTIO X.

QVia in ſolutione prædictæ dubitationis poſuerat, quod venti auſtrales non flant continue poſt hyemales verſiones, ſicut aquilonares poſt æſtiuas, cauſamque aſſignauit, in qua ſupponebat, quod venti auſtrales non flarent à locis, in quibus abundant aquæ & niues, quod eſſet falſum, ſi auſter flaret ab altero polo, quia etiam ibi abundat talis materia, vt ſupra dictum eſt, ideo nunc intendit oſtendere, quod auſter non flat ab altero polo, ſed à loco, qui eſt ſub tropico æſtiuali: & circa hoc tria facit: primo proponit, quod intendit: ſecundo manifeſtat diſpoſitionem terræ habitabilis: vt melius accipiatur, quod intendit, ibi. [Duabus igitur exiſtentibus:] tertio manifeſtat, quod proponit, ibi. [Quoniam autem ſimul.] Dicit ergo primo, quod auſter flat nobis ab æſtiua verſione, id eſt, à loco, qui eſt ſub tropico æſtiuali, ſcilicet ſub cancro, & non ab altera vrſa, id eſt, ab altero polo immanifeſto nobis. Vtitur autem tali modo loquendi, quia polum arcticum, qui nobis apparet, circumeunt conſtellationes vrſæ maioris ſcilicet & minoris. Deinde cum dicit.

A b ¶ Oſtendit diſpoſitionem terræ habitabilis: & primo oſtendit, quod figura terræ habitabilis eſt ſicut tympani: ſecundo autem excludit opinionem contrariam quorundam, ibi. [Propter quod & ridicule.] Dicit ergo, quod duæ partes ſunt, quæ poſſunt habitari: vna quidem, quæ eſt verſus ſuperiorem polum arcticum, in qua ſcilicet nos habitamus, altera vero eſt verſus alterum polum, & eſt nobis ad meridiem: ſicut & noſtra habitabilis eſt eis ad meridiem ipſorum; ſed vtrum illa terra habitetur, relinquitur manifeſtum, vtriuſq; tamen partis eſt figura ad modum tympani, cuius imaginationem oportet ſic accipere ex eis, quæ ponit. Manifeſtum eſt enim, quod aliqua pars cœleſtis ſpheræ eſt nobis ſemper apparens, ſcilicet à polo arctico vſque ad aliquam quantitatem, quæ tanto maior eſt, quanto ad polum oppoſitum polo arctico aliquis magis appropinquat: alia autem pars eſt ſemper nobis immanifeſta, ſcilicet à polo contrario vſque ad aliquam quantitatem: quæ etiam tantò maior eſt, quanto eſt maior propinquitas ad polum arcticum. In medio autem inter vtrumque polum eſt circulus æquinoctialis: quem interſecat zodiacus declinans ad vtramq; partem: vbi ergo zodiacus maxime declinat ab æquinoctiali verſus polum arcticum, eſt tropicus æſtiualis, id eſt, principium cancri. Vbi autẽ magis declinat verſus polũ occultum nobis, eſt tropicus hyemalis, id eſt, principium capricorni. Hæc ergo eſt tertia pars cœleſtis ſpheræ, quæ eſt inter duos tropicos. Duæ autem aliæ partes conſiderantur: vna. ſ. inter tropicum æſtiualem, & id, quod eſt ſemper nobis manifeſtum, alia inter tropicum hyemalem, & id, quod eſt nobis occultum de cœlo. Et quia tota terra ſpherica eſt, & in centro cœleſtis ſpheræ locata, neceſſe eſt, quod ſub ſingulis partibus ſpheræ cœleſtis conſiderentur ſingulæ partes ſpheræ terreſtris. In puncto igitur terræ, quæ eſt ſub polo arctico, deſcribatur A. in
E puncto vero, qui eſt ſub termino partis ſemper manifeſtæ, deſcribatur B. in puncto vero, qui eſt ſub æſtiuo tropico, deſcribatur C. in puncto vero, qui eſt ſub hyemali tropico, deſcribatur D. in puncto autem, qui eſt ſub termino partis ſuperocultæ, deſcribatur E. in puncto autem, qui eſt ſub polo antarctico, deſcribatur F. in puncto autem, qui eſt in centro terræ, deſcribatur Z. & producantur rectæ lineæ a centro terræ, ſcilicet in B. & in C. faciunt duos angulos cum linea ducta per ſuperficiem terræ, quos angulos hic conos vocat; & quia linea ducta per ſuperficiem terræ eſt curua, eo quod terra eſt ſpherica, manifeſtum eſt, quod prædictæ duæ lineę faciunt figuram tympani, deſcindentes ſuperficiem terræ in figuram non circularem, & hoc eſt, quod dicit. Talem enim figuram. i. tympani terræ habitabilis excidunt duæ lineæ ductæ ex centro ipſius, id eſt, terræ, & faciunt duos conos, id eſt, duos angulos cum linea ducta per ſuperficiem terræ: hunc quidem habentem talem tropicũ, id eſt, exiſtentem in baſi in tropico pũcto, hunc vero ſuper manifeſtum. i. alium angulum apud terminum partis cœleſtis ſemper nobis manifeſtæ. Verticem autem, id eſt,

*Ita enim & æſtus fiunt, non cum maxime ad Septentriones acceſſerit, ſed cum longiori tempore calefecerit, propinquuſque etiam fuerit. Eodem modo & poſt conuerſiones brumales Ornithiæ perflant. Sunt enim & hi Eteſiæ imbecilles, minores vero, & tardius quam Eteſiæ ſpirant. Septuageſimo*
B *namque die flare incipiunt, propterea quod Sol, quia procul abeſt, minus virium habeat: non ita vero continuati ſpirant, quoniam quæ in ſumma telluris parte extant, imbecillaque ſunt, tum ſecernuntur, quæ vero gelu magis ſunt aſtricta, ampliorem calorem requirunt. Quocirca per interualla hi ſpirant, donec rurſus in conuerſionibus æſtiuis Eteſiæ perſlent, quandoquidem ab eo tempore ſemper ventus, quam maxime conſtanter ſpirat.*

C

## *LECTIO X.*

*AVſter autem ab æſtiua ſpirat conuerſione, & non ab altera Vrſa.*

*Nam terræ habitabilis ſegmenta duo ſunt, vnum ad ſuperum noſtrum polum; alterum ad reliquum, & ad meridiem, eaq; tympani ſpeciem habent. Talem enim terræ figuram lineæ*
D *ab eius centro ductæ diſſecant, duoſq; turbines efficiunt, quorum vnus baſim ad tropicum obtinet, alter eum, qui ſemper conſpicuus eſt, circulum, atq; ad terræ medium, verticem, eodemq; modo ad inferum polum duo alij turbines terræ ſectiones efficiunt. Hæc*

polum, alij duo, cum terræ excisiones faciunt. Hæ autem habitari ſole poſſibiles, & neque vltra verſiones: vmbra enim non vtique eſſet ad arctum, nunc autem inhabitabilia fiunt prius loca, antequam ſubdeficiat, aut permutetur vmbra ad meridiem, quæ ſub vrſa à frigore inhabitabilia. Fertur autem & corona ſecundum hunc G modum, videtur enim ſuper caput facta nobis, cum fuerit ſecundum meridianum.

c Propter quod & ridiculoſe ſcribunt nunc periodos terræ, deſcribunt enim circularem habitatam. Hoc autem eſt impoſſibile, & ſecundum apparentiam, & ſecun- H dum rationem. Ratio enim oſtendit, quod ad latitudinem quidem determinata eſt, circulo autem copulari contingit propter temperantiam: non autem excedunt æſtus, & frigus ſecundum longitudinem, ſed ad latitudinem: quare ſi non alicubi prohibet maris multitudo, totum eſt perambulabile: & ſecundum apparentiam circa nauigationes, & itinera, multum enim longitudo differt à latitudine, quod enim ab Herculeis columnis I vſque ad indicum, eo quod ex Æthiopia ad Meotidem, & ad extrema Scythiæ loca, plus quam quinque ad tria, ſecundum magnitudinem eſt, ſi quis nauigationes ratiocinetur, & vias, vt contingit accipere talium certitudines. Et quidem ad latitudinem vſque ad inhabitabilia ſcimus habitatam: hic quidem enim propter frigus iam habitant, hic autem propter æſtum, quæ autem extra indicum, & columnas Herculeas, propter mare non videntur copulari propter continuam eſſe omnem ha- K bitabilem.

*autem ſolum inhabitari poſſunt, non ea, quæ vltra Tropicos habentur, non enim ad Septentriones vmbra profecto exiſteret, nunc vero loca inhabitabilia prius redduntur, quam aut deficiat, aut ad meridiem vmbra mutetur. Quæ autem ſunt ſub Septentrionibus, præ frigore habitari non queũt. Fertur, & corona per hunc locum. Videtur enim nobis ſupra caput eſſe, cum in circulo meridionali fuerit.*

*Nunc itaque terræ circuitus ridicule deſcribunt. Habitabilem enim terram in orbem pingunt, quod tum ex apparentibus, tum ratione eſſe non poteſt. Eam enim latitudine terminata eſſe, ratio oſtendit. Circulo autem ob temperiem coniungi poteſt, quandoquidem in latum æſtus & frigus exuperant, non in longum. Quam ob cauſam peruia tota eſt, niſi mare alicubi prohibeat. Quin & ea, quæ in nauigationibus & itineribus videntur. Lõgitudo enim latitudinem multum excellit. Nam quod ab Herculis columnis ad terram vſque indicam porrigitur id, quod ab Æthiopia vſq; ad Meotim & extremos Scythiæ terminos pertingit, maiori ſuperat proportione, quam ſit quinq; ad tria: ſi quis tam nauigationes, quam terreſtria itinera, quatenus talium certitudo ſumi poteſt, menſus computauerit. Atque habitabilem terram vſq; ad loca inhabitabilia in latitudinem nouimus. Hic enim præ frigore, illic præ æſtu habitari præterea non poteſt. Quæ vltra Indiam, & columnas Herculis ſita ſunt, ob mare continuari, ita vt habitabilis tota continens ſit, non videntur.*

caput trianguli. Z. B. C. cuius baſis eſt B. C. faciunt in medio terræ, id eſt, in centro. Et eodem modo ex alia parte verſus inferiorem polum, quia illam partem excidunt duæ lineæ ductæ à centro, ſcilicet in D. & in E. & hæ duæ partes ſolæ poſſunt habitari. Nam illa pars, quæ eſt inter duos tropicos, videtur inhabitabilis propter immenſitatem caloris: eo quod ſol pertranſit, quaſi directe ſuper eam, & ſuper ſummitatem capitis habitantium: ſi habitaretur. Aliæ vero partes, quæ ſunt ſub parte cœli ſemper manifeſta, & occulta nobis, prope vtrumque polum, ſunt inhabitabiles propter immenſitatem frigoris ex diſtantia ſolis. Et quod illa pars, quæ eſt vltra tropicum æſtiualem, non habitetur, oſtendit, quia ſi habitaretur, non ſemper apud omnes homines verſus polum arcticum habitantes, vmbra fieret verſus ſeptentrionem: ſi enim ſol aliquando eſſet inter eos, & ſeptentrionem, fieret aliquando eis vmbra ad meridiem, in oppoſitum, ſcilicet ſolis: ſi autem aliqui habitarent vltra tropicum æſtiuum prope polum arcticũ, tunc quando ſol eſt in tropico æſtiuo, eſſet inter eos & polum arcticum. Vnde vmbra tunc fieret eis verſus meridiem: ſed hoc non inuenitur ad loca habitabilia, quod deficiat vmbra, aut permutetur ad meridiem. Ibi quidem deficit vmbra, vbi ſol exiſtit ſuper ſummitates capitum, vt ſic in nullam partem vmbra fieri poſſit: ibi autem vmbra fit ad meridiem, vbi ſol declinat magis ad ſeptentrionem. Talia autem loca dicit eſſe inhabitabilia, quia & ſi aliqui habitent ibi propter aliquam contemperantiam aut aquarum, aut montium, tamen raræ ſunt habitationes, & graues. Sicut autem prædicta loca inhabitabilia ſunt propter nimium æſtum, ita loca, quæ ſunt ſub conſtellatione vrſæ, quæ quidem pars cœli ſemper nobis apparet, ſunt inhabitabilia propter frigus, cauſatum ex diſtantia ſolis: ſimiliter ergo pars iſta terræ, in qua nos habitamus, eſt inter vtrumque circulum, ſcilicet inter eum, qui tranſit per tropicum æſtiualem, & eum, qui terminat partem cœli, ſemper nobis manifeſtam: & hoc euidenter apparet ex hoc, quod conſtellatio coronæ, quæ quidem eſt inter vtrumque dictorum circulorum, fit nobis ſuper ſummitatem capitum, quando fuerit in circulo meridiano, id eſt, in circulo, qui tranſit per polos mundi, & per punctum, qui eſt ſupra caput noſtrum. Deinde cum dicit.

c § Excludit quorundam falſam opinionem, & dicit, quod per prædicta apparet, quod deridendi ſunt deſcribentes terram ha- F bitatam à nobis quaſi circularem: hoc enim apparet impoſſibile, & ſecundum rationem, & ſecundum ſigna apparentia: ratio enim oſtendit, quod habitatio terræ determinatur ſecundum latitudinem ex vna parte ad loca inhabitabilia propter æſtum, & ex alia parte inhabitabilia propter frigus: ſed quantum ad longitudinem poſſet copulari circulus vt tota pars terræ prædicta vndiq; habitaretur propter eius temperantiam. Non enim inuenitur exceſſus frigoris & caloris, ſecundum diſtantiam orientis & occidentis, ſecundum quam longitudo terræ attenditur, ſed ſecundum latitudinem, quæ attenditur ſecundum diſtantiam poſt ad circulum æquinoctialem, eo quod in ſuperficie maior dimenſio vocatur longitudo, minor vero latitudo: ab oriente vero in occidentem deſignatur totus ſemicirculus: à polo autem arctico vſque ad æquinoctialem circulum, quarta pars circuli. Rationabiliter etiam diſtantia orientis & occidentis non diuerſificat calorem & frigus, quia per hoc non fit maior, aut minor appropinquatio ad viam ſolis, ſicut fit per diſtantiam latitudinis. Vnde niſi alicubi prohiberet multitudo maris, totum eſſet perambulabile, quod eſt ab occidente in orientem: & iterum ab oriente in occidentem, quia totum videtur eſſe temperatum, non tamen inuenitur habitatum de terra, niſi ſecundum quantitatem ſemicirculi ab oriente in occidentem; ad alium enim ſemicirculum prohibet acceſſum nobis multitudo maris. Sic igitur ratio oſtendit ſufficienter, quod ſuperficies terræ habitabilis non eſt circularis, vel ſpherica, & hoc etiam apparet per ſigna apparentia circa nauigationes, & itinera, quia multum differt ſecundum quantitatem longitudo a latitudine, & ſic ſuperficies terræ habitabilis non eſt ſpherica, & quod multum differat, patet, quia illud, quod eſt à columnis Herculis, quæ ſunt in vltimis partibus Hiſpaniæ, quaſi in vltimo termino occidentis, vſque ad Tanaim indicum, quæ eſt longitudo, plus excedit ſecundum magnitudinem id, quod eſt ab vltimis terminis Ethiopiæ vſque ad extrema Scythiæ loca, quæ eſt latitudo noſtræ habitabilis, quam ſit proportio quinque ad tria. Si quis ratiocinetur nauigationes & itinera, prout conuenit talium diſtantiarum, accipiet certitudinem: ſed in hoc differt ſecundum longitudinem & latitudinem, quia ſcimus totum illud, quod eſt habitabile de terra ſecundum latitudinem, eſſe habitatum vſque ad loca inhabitabilia, quæ non habitantur vel propter frigus, vel propter æſtum: ſed non eſt ita de longitudine, quia

id quod eſt circa terminum indicium ex parte orientis, & quod eſt circa columnas Herculis ex parte occidentis, non videntur poſſe copulari adinuicem, vt ſit reditus ex alia parte, & ſic tota iſta portio terræ ſit habitabilis cõtinue, quia impeditur acceſſus propter mare, vnde non eſt nobis certum, vtrum aliqui habitent, ibi, vel non. Deinde cum dicit.

d ¶ Oſtendit propoſitum de principio auſtri; & circa hoc tria facit: primo oſtendit, quod Auſter non flat ab altero polo: ſecundo, quod non flat à tropico hyemali: ſed æſtiuo, ibi, [Quoniam autem neque ille.] Tertio, oſtendit cauſam vehementiæ auſtri; ibi, [Ille autem.] Dicit ergo primo, ꝙ ſicut iſta pars terræ, in qua habitamus, ſe habet ad polum arcticum, ita etiam neceſſe eſt, quod aliqua alia ſe habeat ad polum oppoſitum. Vnde oportet, quod proportionabiliter ſit ibi flatus ventorum, ſicut & hic. Vnde ſicut flat Boreas à polo arctico, ita ibi flat aliquis ventus a polo oppoſito, quem nominat aliam vrſam, ſed ille ventus qui flat ab alio polo, non poteſt pertingere huc, quia Boreas non ſolum non poteſt pertingere ad aliam partem terræ habitabilem, ſed nec etiam in totam iſtam habitabilem noſtram pertingere poteſt. Eſt enim Boreas ventus apogeneos, quod non multum procedeſe poteſt. Sed propter hoc, quod iſta noſtra habitabilis poſita eſt ad arctum, plurimi Boreæ flant nobis, ſed ſicut hic flant plurimi Boreæ, & auſtri, ita & extra mare lybicum, quod eſt ad auſtrum, flant plurimi Euri, & Zephyri. Sic igitur manifeſtum eſt, quod auſter non flat ab alio polo. Deinde cum dicit.

e ¶ Oſtendit, quod non flat à tropico hyemali, quia ſi Auſter flaret à tropico hyemali, alium oporteret dare ventum, qui flaret à tropico æſtiuali, cum iſta duo loca ſibi proportionabiliter correſpondeant. Sed hoc non contingit. Solus enim vnus ventus flat nobis ex illa parte. Quare neceſſe eſt, quod

A auſter ſit ventus flans à tropico æſtiuali, vbi eſt exuſta regio. Deinde cum dicit.

f ¶ Quia ſupra aſſignauerat cauſam vehementiæ Boreæ, & Auſtri, ſupponendo quod flant à duobus polis oppoſitis, ſecundum aliorum opinionem, quæ ſupra impugnata eſt, ideo hic oſtendit veram cauſam vehementiæ Auſtri, ſecundum opinionem propriam. Dicit ergo, quod licet in illo loco, id eſt, ſub tropico æſtiuali, non ſit multa materia fumans, ſicut eſt circa polum, quia propter vicinantiam ſolis, non ſunt ibi multæ aquæ, neque paſcua, id eſt, loca herboſa, & humida, ex quibus poſſint prouenire Eteſiæ, id eſt, venti continui, tamen ad illum locum, propter eius magnitudinem congregatur ex diuerſis regionibus materia Auſtri, qui propter magnitudinem locorum, ex quibus per longum tempus adunata eſt materia eius in magna abundantia, eſt ventus magis ſtabilis, & fortis, quam Boreas, & ex conſequenti, magis durare poteſt, & pertingere ad locum Boreæ, quam Boreas poſſit pertingere illuc, id eſt, ad locum Auſtri.

d Quoniam autem ſimiliter habere neceſſe locum quendam ad alterum polum, ſicut quem nos habitamus ad eum, qui ſuper nos, palam quod proportionaliter habebunt aliamq; & ventorum exiſtentiam. Quare quemadmodum hic Boreas eſt, & illis ab illa, quæ ibi vrſa aliquis ventus ſit exiſtens, quẽ nihil poſſibile pertingere huc, quoniam neque Boreas idem in eam, quæ hic habitationem omnium eſt. Eſt enim velut apogeneos ſpiritus Borealis, donec Boreas iſte in eam quæ hic habitationem flet. Sed quia habitatio iſta poſita eſt ad arctum plurimi Boreę flant, tamen & iſtic deficit, & non poteſt longe peruenire, quoniam circa id quod extra Lybiam mare auſtrale, quemadmodum hic boreæ, & Auſtri flant, ſic ibi Euri, & Zephyri ſuccedentes continui ſemper flant. Quod quidem igitur auſter non eſt ab altero polo, flans ventus palam.

*Quoniam autem neceſſe eſt, quendam locum ad alterum polum eſſe, qui eam ad illum rationem habeat, quam is, quem incolimus, ad eum qui ſupra nos eſt, habet, perſpicuum eſt vt cætera alia, ita ventorum quoque ſtatum proportione reſpondere. Quare vt nobis Aquilo, ſic & illis ventus quidam ab ea quæ illic eſt Vrſa, exiſtit, qui huc penetrare non poteſt, quandoquidem neq; hic.*

B *Aquilo totam quæ apud nos eſt, habitabilem terram peruadat. Aquilonius namq; ſpiritus ceu abterraneus eſt, ſed quoniam habitatio hæc ad Septentriones poſita eſt. Aquilones plurimi ſpirant. Quanquam, & apud nos deficit, & progredi longe non poteſt. Nam in mari auſtrali, ꝙ extra Africam porrigitur, vt hic Aquilonii & Auſtri, ita illic Vulturnus, & Fauonius viciſſim ſemper ſibi ſuccedentes continenter ſpirant. Perſpicuum igitur eſt, non ab altero polo Auſtrum ſpirare.*

C

f Quoniam autem neque ille, neq; qui ab hyemali verſione, oportebit enim vtiq; alium ab æſtiuali eſſe verſione, ſic enim proportionabile aſſignabit, nunc autem non eſt: vnus enim ſolus videtur flans exinde locis, quare neceſſe eſt eũ, qui ab exuſto loco flantem ventum, eſſe Auſtrum.

*Quoniam autem non ille eſt, nec ille quoq; eſt, qui à conuerſionib. brumalibus ſpirat. Alium enim ab æſtiua conuerſione eſſe oporteret, quandoquidem proportio hunc in modum redderetur. Nunc autem nullus eſt, quippe cum vnus tantum ex illis locis ſpirare videatur. Quare neceſſe eſt eum ventum, qui ex loco aduſto ſpirat, Auſtrum eſſe.*

g Ille autem locus propter ſolis vicinantiam, neq; habet aquas, neque paſcua, quæ propter liquefactionem facerent Eteſias, ſed quia multo maior eſt locus ille, & expanſus, maior & amplior, & magis verax ventus eſt Auſter Borea, & pertingit maius huc, quam iſte illuc. Quæ quidem igitur cauſa horum eſt ventorum, & quomodo ſe habeant adinuicem, dictum eſt.

D *Locus autem ille propter Solis propinquitatem aquas non habet, aut pabulum, quod liquefactum Eteſias excitet. At quoniam locus ille multo amplior eſt, & longe lateq; patet, Auſter maior & crebrior, calidiorq; eſt, quam Aquilo, magiſq; huc quam hic illuc ſolet pertingere. Quænam igitur horum ventorum cauſa ſit, & quemadmodum inter ſe afficiantur, dictum eſt.*

## LECTIO XI.

DE poſitione autem ipſorum, & qui contrarii quibus, & quos ſimul flare contingit, & quos non adhuc autem & qui, & quot exiſtunt entes, & adhuc de aliis paſſionibus, quæcunq; contingit dicta eſſe in problematibus particularibus nunc dicamus. Oportet autem de poſitione ſimul & rationes ex deſcriptione conſiderare.

E Tractatus ſecundi, Secundi libri, de ſitu, & contrarietate ventorum.

Cap. III.

*DE ſitu autem eorum, & qui contrarii ſint, quoſue ſimul flare contingat & quos non ſimul, tum qui & quot ſint, de cæteriſq; affectionibus, quæ in Problematibus particularibus traditæ non ſunt, nunc dicamus. Situs autem rationes ex deſcriptione contemplari oportet.*

## LECTIO XI.

POſtquam Philoſophus determinauit de motu, & cauſis motus ventorum, hic determinat de poſitione, & contrarietate, & aliis paſſionibus, ſiue effectibus eorum, & primo præmittit intentionem ſuam, dicens: quod poſt determinationem prædictorum, dicendum eſt [de poſitione,] id eſt, ſitu, & ordine ipſorum ventorum, & de contrarietate, ſcilicet, qui ſint contrarij inter ſe, & quos poſſibile eſt ſimul flare, & quos impoſſibile. Conſiderandum etiam, qui ſunt ſecundum nominis rationem, & quot ſunt ſecundum numerum. Adhuc autem de paſſionibus & accidentibus, ſiue de affectibus eorum, quæ contingit

con-

conſiderare in particularibus problematibus. Et hunc ordinem oportet manifeſtare ex deſcriptione ſingulari, deſcribendo ſingulos ventos. Secundo ibi.

b ¶ Proſequitur intentum ſuum, & circa hoc tria facit, primo oſtendit poſitionem & ordinem ventorum: ſecundo determinat de contrarietate eorum, ibi, [Quoniam igitur plurimum.] Tertio, de accidentibus, ſiue affectibus eorum, ibi, Sic igitur ordinatis ventis. Prima iterum in duas, primo præmittit quædam neceſſaria ad propoſitum oſtẽdendum. Secundo, concludit propoſitum, ibi, [Si igitur in quo autem.] Circa primum duo facit, primo præmittit quoddam neceſſarium ad oſtendendam poſitionem ventorum, ſecundo, quoddã quod eſt neceſſarium ad declarandam eorum cõtrarietatem, ibi. [Supponatur autem primo quidem.] Dicit ergo primo, quod ex quo opportunum eſt ordinem ventorũ manifeſtare ex deſcriptione: vt magis manifeſta ſint dicenda, deſcribatur orizon, quia orizon eſt circulus quidam, propter quod etiam eſt rotundus, decidens cœlum, ſcilicet, in duo hemiſpheria, & ex conſequenti terminans viſum noſtrum circa terram, quia diuidit hemiſpheria, id eſt, partem cœli viſam à nobis à parte non viſa. Conſiderandum eſt autem, quod orizontes plures ſunt, & diuerſæ, ſecundum diuerſas partes terræ habitabilis. Non enim eſt idem orizon habitantibus hic Pariſiis, & habitantib. Romæ. Nam cum terra Pariſiis ſit decliuior, & Romæ altior, eo quod tota terra eſt rotunda, qui habitant Pariſiis, non vident eandem partem cœli, quam vident Romani: quia terra exiſtens Romæ altior, occupat viſui eorum vnam partem, ſed tamen in ſingulis deſcribi poſſunt venti ordine conſequenti. Deinde cum dicit.

c ¶ Præmittit quoddam, quod eſt neceſſarium ad oſtendendum qui venti ſunt contrarii, & dicit, quod ſupponere debemus, primo quod contraria ſecundum locum, ſunt, quæ maxime diſtant ſecundum locum, ſicut contraria ſecundum ſpeciem, id eſt, formã, dicuntur, quæ maxime diſtant ſecundum formam. Contraria enim ſunt, quæ maxime diſtant in eodem genere, &c. Non tamen

Deſcribatur quidem igitur, vt magis inſinuabiliter habeat quis orizontis circulus, propter quod rotundus, oportet autem intelligere ipſius alteram deciſionem, quæ à nobis habitatur: erit enim & illam diuidere eodem modo.

c Supponatur etiam prima quidẽ contraria ſecundum locum eſſe plurimum diſtantia ſecundum locum, ſicut ſecundum ſpeciem contraria, plurimum diſtantia ſecundum ſpeciem: plurimum enim diſtant ſecundum locum poſita adinuicem ſecundum diametrum.

d Sit igitur in quo. A. occidens æquinoctialis, contraria autem huic, in quo B. oriens æquinoctialis, alia autem diameter hanc ad rectam incidens, & quæ in quo I. ſit vrſa, huic autem contraria ex oppſito ſit in quo T. meridies, quod autem in quo Z. oriens æſtiualis, quod autem, in quo E. occidens æſtiualis, quo autem in quo D. oriens hyemalis, quod autem, in quo G. occidens hyemalis: à Z. autem ducatur diameter ad G. & à D. ad E.

*Vt igitur res clarior euadat, orizon circulus, ob eamq; cauſam rotundus deſcribatur. Alterum autem ipſius ſegmentum, quod à nobis habitatur, animo concipiendum eſt, quandoquidem & illud eodem modo diuidere licebit.*

*Id vero primum ponatur, contraria loco eſſe, quæ loco plurimum di-* G *ſtant, quemadmodum contraria ſpecie ea ſunt, quæ ſpecie plurimum differunt. Ea autem plurimum loco diſiunguntur, quæ per diametrum è regione ſunt poſita.*

*Sit igitur A. occaſus æquinoctialis; Huic contrarius locus B. ortus æquinoctialis. Alia autem demetiens hanc ad perpendiculum ſecans, cuius G. ſit Vrſa, hoc eſt Septentrio. Huic vero contrarium H. id eſt, meridies. F. ortus æſtiuus. E. occaſus æſtiuus. D. ortus brumalis. C. occaſus brumalis. Ab F.* H *vero ad C. dimetiens ducatur, itemq; ab D. ad E.*

F eſt intelligendum, quod contraria ſecundum formãm diſtent proprie, id eſt, diſtantia locali, ſed ideo dicuntur maxime diſtare, quia ſunt maxime diſſimilia naturaliter. Maxime autem diſtant ſecundum locum, quę diſtant ſecundum diametrum, id eſt, quę ſunt extrema vnius lineæ rectæ diametralis, adinuicem contra poſita, ſicut eſt illa diſtantia lineæ rectæ, quæ tranſit per centrum orizontis. Deinde cum dicit.

d ¶ Concludit propoſitum, diſtinguens orizonta ſecundum diuerſa puncta in habitudine ad ſolem orientem, & occidentem, ſupra ipſum, & dicit, quod ad euidentiam propoſiti deſcribatur prædictus circulus orizontis, & ducatur linea per centrum eius ab oriente in occidentem, quæ dicitur æquinoctialis, & in vna parte eius, ſcilicet in puncto occidentis, deſcribatur autem in altera vero parte, ſcilicet in puncto orientis contrario huic, id eſt, occidenti, deſcribatur. b. Deinde ducatur alia diametros, id eſt, alia linea recta tranſiens per centrum orizontis, & diuidens prædictam lineam æquinoctialem ad angulos rectos, in cuius capite erit vrſa, id eſt, polus ſeptentrionis: in alio vero capite erit meridies, id eſt, polus meridionalis, in puncto ergo meridionali deſcribatur c. in puncto autem ſeptentrionali d. Rurſus ex parte æſtiuali orientis, id eſt, latere orientis, ex parte meridionali, quam vocat oriens æſti- I ualis, quia cum ſol eſt in illa parte orientis, facit æſtatem, ſignetur g. ab alio vero latere orientis, quod vocatur oriens hyemalis: ratione prædicta, quia ſol exiſtens in illa parte, ſcilicet, à parte ſeptentrionis facit hyemem, deſignetur h. ſic etiam ex parte occidentis: à parte meridionali, quæ eſt occidens æſtiualis, deſignetur e. à parte aquilonis, quæ eſt occidens hyemalis f. Iterum ad latus meridiei ex parte Orientis deſcribatur, i. ex parte vero occidentis. K. ſic ex parte Aquilonis, nam ex parte orientis deſcribatur l. ex parte vero occidentis m. & ſecundum hunc ordinem diſponuntur venti, vt in ſequenti figura apparet. Deinde cum dicit.



e Quoniam igitur plurimum diſtantia ſecundum locum contraria ſecundum locum, plurimum autem diſtant, quæ ſecundum diametrum, neceſſarium, & ventorum hos inuicem contrarios eſſe, quicunque ſunt ſecundum diametrum.

*Quoniam igitur, quæ loco plurimum abſunt, loco ſunt contraria: quæ autem ex diametro opponuntur, plurimum abſunt, neceſſe eſt, & ventos, qui per diametrum poſiti ſunt, inter ſe ſe eſſe contrarios.*

B

f Vocantur autem ſecundum poſitionem locorum venti ſic, Zephyrus quidem, qui ab a. hic autem occidens æquinoctialis; contrarius autem huic Apeliotes: hic autem oriens æquinoctialis. Boreas autem, & Aparotias ab. i, hic enim vrſa, contrarius autem huic auſter. a. t. Meridies autem hæc; à qua flat, & .t. ipſi .i. contrarium: ſecundum diametrum enim. A. Z. autem Cæcias: hic enim oriens æſtiualis contrarius autem, non qui ab .e. flat, C ſed qui, a. g. Libs: iſte enim ab occidente hyemali; contrarius autem huic, ſecundum diametrum enim ponitur. a. d. autem Eurus: iſte enim ab oriente hyemali flat, vicinus auſtro, propter quod, & ſæpe Euronoti dicuntur flare: contrarius autem huic non qui, a. g. Libs: ſed qui ab, e. quem vocant, hi quidem Argeſtem, hi autem Olympiam, hi autem ſcirona: iſte enim ab occidente æſtiuali; & ſecundum diametrum ipſi opponitur ſolus. Sic quidem igitur qui ſecundum D diametrum poſiti venti, & quibus ſunt contrarii.

*Ita vero ex locorum ſitu flatus nominātur. Zephyrus quidem, id eſt, Fauonius ab A. occaſus enim æquinoctialis hic eſt. Hic contrarius* ἀπηλιώτης, *id eſt, Subſolanus à B. hic namq; ortus eſt æquinoctialis Boreas vero, & Aparctias, hoc eſt, Aquilo, & Septentrio, a G. Siquidem ibi Vrſa eſt. Contrarius huic Auſter, ab H. meridies enim eſt vnde ſpirat. & H. ipſi G. aduerſatur, cum per diametrum poſita ſint. Ab F. autem Cæcias, ortus enim æſtiuus illud eſt. Cōtrarius vero ei eſt, non qui ab E. ſpirat, ſed qui a. C. Africus, quippe cum ab occaſu brumali ſpiret, atq; hic illi aduerſatur, cum per diametrum diſtet. Eurus, id eſt, Vulturnus a D. à brumali enim ortu ſpirat, Auſtro vicinus, ob idq; Euronoti dicuntur ſæpius ſpirare. Huic autem contrarius eſt, non qui à C. Africus, ſed qui ab E. quem alii Argeſtem, alii Olympiam, alii Scirona nominant. Hic enim ab occaſu flat æſtiuo, ſolusq; per diametrum ei opponitur. Venti igitur qui per diametrum poſiti ſunt, & quibus alii aduerſantur, ii ſunt.*

g Alii autem ſunt, ſecundum quos non ſunt contrarii venti. a. c. quidē enim quem vocant Thraſciam, iſte enim medius Argeſti, & Apparetiæ a. k. autem, quæ vocant Meſem: iſte enim medius Cæciæ, & Apparetiæ, quæ autem c. K. diameter vult quidem ſecundum ſemper apparentem eſſe, non certitudinaliter E autem, contrarii enim non ſunt his ventis, neque Traſcia, neque Meſi; flaret enim vtique aliquis ab eo, in quo. m. hic n. ſecundum diametrum; neque ipſi. c. Traſciæ: flaret. n. vtique ab .n. hoc eſt ſignum

*Alii autem ſunt, quibus contrarii flatus nulli ſunt. Ab i. enim is, quem vocant Thraſciam, inter Argeſten, & Aparctiam medius. Ab ipſo autem R is. quem Meſen nominant, inter Cæciam, & Aparctiam medius. Atq; diameter. R. iuxta circulum ſemper conſpicuum eſſe ſolet, non tamen exacte. His vero flatibus contraria non ſunt, neque videlicet Meſi; aliquis enim ſpiraret ab .M. quod per diametrum opponitur, neque Thraſciæ, ab N. enim, quod punctum per diametrum aduerſum eſt, ſpiraret, niſi ab eo veniat, qui tamen non longe*

e¶ Oſtendit qui venti ſint contrarii adinuicem: & circa hoc duo facit: primo oſtendit qui ſint contrarii: ſecundo, vt melius hoc intelligatur, determinat de nominatione eorum; ibi. [Vocatur autem] Dicit ergo primo, quod ex quo contraria ſecundum locum ſunt, quæ maxime diſtant ſecundum locum, maxime autem ſecundum locum diſtant, quæ ſunt in extremis oppoſitis lineæ rectæ vt ſupradictum eſt, illi venti ſunt contrarii, qui diſtant ſecundum lineam rectā diametralem: quæ tranſit per centrum orizontis. Sciendum tamen eſt, quod venti habent duplicem contrarietatem adinuicem: quarum vna eſt ſecundum locum, de qua hic loquitur Ariſtoteles altera eſt ſecundum qualitates actiuas, & paſſiuas: quæ attenditur non ſecundum contrarietatem vnius qualitatis tantum: ſed vtriuſque. Et ſecundum hoc, Subſolanus qui oritur in pūcto B. & eſt calidus, & ſiccus, contrariatur Fauonio qui oritur in puncto A. occidentis: & eſt frigidus, & humidus. Auſter autem, qui oritur ſub puncto. E. meridiei eſt calidus & humidus: & contrariatur ſeptentrioni: quia oritur ſub puncto, D. Aquilonis: & eſt frigidus, & ſiccus. Similiter Vulturnus qui oritur ſub puncto. H. & eſt calidus temperate, ſiccus autem excellenter, quia remittitur caliditas eius propter propinquitatem ad ſeptentrionem, & augetur ſiccitas propter eandem cauſam, eſt contrarius Africo: qui oritur ſub puncto .E. & eſt frigidus temperate: & humidas excellenter: quia remittitur frigiditas eius propter propinquitatem ad auſtrum: & eadem cauſa augetur humiditas. Eurus, qui oritur ſub puncto. G. & eſt calidus excellenter, & ſiccus temperate, quia propter vicinitatem ad auſtrum augetur eius caliditas, & remittitur ſiccitas, eſt contrarius Coro: qui oritur in puncto .F. & eſt frigidus excellenter, & humidus temperate: quia propter vicinantiam ad ſeptentrionem augetur eius frigiditas: & remittitur humiditas: & propter eandem cauſam Auſterafrico eſt calidus temperate, & humidus excellenter: & contrariatur Aquiloni: qui eſt frigidus temperate: & ſiccus excellenter: ſic etiam Euroauſter eſt contrarius Circio: quia eadem ratione ille eſt calidus excellenter, & humidus temperate, hic autem frigidus

A temperate: & ſiccus excellenter. Sic igitur hi omnes perfecte contrariantur hac duplici ratione, ſcilicet, quia flant ex oppoſito ſecundum lineam rectam, & quia habent qualitates contrarias, ſciendum etiam eſt, quod cum in omnibus ventis inueniatur exhalatio ſicca mixta cum humida, licet in eis exhalatio ſicca prædominetur, vt ſupradictum eſt, ſecundum diuerſam proportionem miſtionis prædictarum qualitatum venti, magis & minus excedunt in prædictis qualitatibus, quæ tamen in eis etiam augentur propter loca, in quibus oriuntur, & per quæ tranſeunt. Deinde cum dicit.

f¶ Determinat de nominatione ventorum; ex quo magis determinate apparet qui venti quibus ſunt contrarii, & dicit quod venti denominantur ſecundum poſitionem locorum ex quibus flant: quia Zephyrus dicitur ille, qui oritur ab .A. ſcilicet ab occidenti æquinoctiali: & contrarius ei, qui ſcilicet diſtat ſecundum diametrum, & flat ab oriente æquinoctiali, ſub puncto. B. dicitur, Apeliotes. Primus autem à latinis dicitur Fauonius: ſecundus autem Subſolanus. Boreas autem qui flat à D. vbi eſt vrſa: id eſt à polo ſeptentrionis: dicitur Aperkias, à nobis autem dicitur Septentrio. Contrarius autem huic, qui flat à C. qui eſt punctus meridiei, dicitur auſter: à Græcis autem vocatur alio nomine Notus. A G. vero, quod eſt oriens æſtiualis, flat Eurus.

Contrarius autem ei eſt, non qui flat ab occidente æſtiuali, ſed qui flat ab occidente hyemali: qui eſt ei oppoſitus ſecundum lineam rectam: & dicitur Corus: vel Argetes, vel Olympius: vel Scirena. Ab occidente aut æſtiuali ſub puncto. Efflat ille, qui dicitur à nobis, Africus, vel Libs: & contrarius eſt ei, qui oritur ſub puncto. H. ab oriente hyemali: & dicitur Cæcias vel alio nomine.

g ¶ Determinat de contrarietate ventorum minus principalium: & dicit quod alii ſunt venti minus principales: & manifeſti in regione iſta, quibus non ſunt aliqui contrarii nobis manifeſti: ſicut eſt Thrakias, qui flat à puncto. M. & mediat inter Argetem, & Aperkiam. i. inter Septentrionem, & Corum: & à nobis dicitur Circius. Et ſimiliter Meſes, à nobis dictus Aquilo:

qui

qui oritur in puncto. ſ. & eſt medius inter Cæciam, & Aperkiam, hoc eſt inter Vulturnum, & Septentrionem. Sed à punctis oppoſitis, ſcilicet ab I & à K. nullus apparet nobis ſenſibiliter flare ventus, vel ſi flant, illi ſunt tenues, & modici, & non pertingunt ad nos, ſicut eſt ille, qui ab incolis loci dicitur Phænicias, à nobis vero Auſterafrico, & etiam ille, qui dicitur Euro auſter, ſunt enim modici flatus, & iidem nobis non apparent. Dicit autem quod prædicti venti non habent contrarios, quia contrarietas eſt principaliter inter quatuor principales, inter alios autem non eſt niſi participatiue, quia medium participat naturam extremorum. Deinde cum dicit.

b ¶ Quia ſuperius Ariſtoteles ſuppoſuerat, quod plures venti flant à parte boreali, quam à parte auſtrali: ideo hic oſtendit cauſam huius, & dicit, cauſa quare à locis ad arctum, id eſt, ad Septentrionem inter polum arcticum & orientem flant plures venti quam à parte oppoſita, ſcilicet auſtri, eſt, quia noſtra habitabilis propinquior eſt iſti parti, quam illi: & ideo venti qui ibi generantur magis ſentiuntur, à nobis quam alii qui flant à parte oppoſita. Deinde aliam cauſam aſſignat, per quam oſtenditur ſimpliciter quare plures venti generantur hic quam ibi: ſuperior enim ratio hoc oſtendebat ſolum quo ad nos, & eſt quia ibi ſunt plures aquæ & niues propter remotionem à ſole quam in alia parte, quæ eſt ſubiecta ſoli, & eius lationi qui non permittit aquam ibi congelari, licet enim ventus generetur ex exhalatione ſicca, tamen exhalatio ſicca non poteſt continuari aut condenſari in ventum ſine humiditate continuante partes ſiccæ exhalationis: ad arctum igitur magis eleuantur exhalationes ſiccæ, & fiunt plures venti. Deinde cum dicit.

ſecundum diametrum, ſed non ab ipſo ad modicũ flat quidã ventus, quem vocant, qui circa locum illum, Phæniciam. Principaliſſimi quidem igitur venti, & determinati ſunt hi; & hoc ordinati ſunt modo.

h Eſſendi autem plures ventos à locis ad arctum, quam ab his, qui ad meridiem, cauſa, habitabilem ſupponi ad hunc locum, & quia multos plus aqua, & nix reponitur in hanc partem, quia illa ſub ſole ſunt, & illius latione, quibus liquefactis in terram, & calefactis à ſole, & terra neceſſarium ampliorem, & ad plurem locum fieri exhalationem, propter hanc cauſam.

i Eſt autem dictorum ventorum, Boreas quidem quique Apparetias, & Meſes, principaliſſime, & Thraſcias, & Meſes, communis autem, Argeſti, & Boreæ. Auſtri autem quicunque Ithagenes, qui à meridie, & Libs, Apeliotes autem quicunque ab oriente æquinoctiali, & Eurus, Phænicias autem communis. Zephyrus autem, quique Ithagenes & Argeſtes vocatus. Vniuerſaliter autem hi quidem Boreales horum vocantur, hi autem Auſtrales: opponuntur autem Zephyri quidem Boreæ, frigidiores enim quia ab occidente flant. Auſtri autem Apeliotici; determinatis igitur frigido, & calido, & æſtuoſo ventis, ſic vocauerunt, calidiores enim qui ab oriente his, qui ab occidente, quia pluri tempore ſub ſole ſunt, qui ab oriente: qui autem ab occidente, dereliquerunt citius & appropinquant loco tardius.

LECTIO XII.

SIC autem ordinatis ventis, palam quod ſimul flare contrarios quidem non poſſibile; ſecundum diametrum enim alter igitur ceſſa-

i ¶ Oſtendit ad maiorem euidentiam prædictorum, qui ſint venti Boreales, & qui Auſtrales, & dicit quod Boreales ſunt qui etiam dicuntur quandoque Aperkias & Thraſcias, id eſt, Septentrio & Circius, qui mediant inter Argetem, id eſt, Corum, & Boream, ſed Auſtrales ſunt Auſter, qui etiam Itagenes dicitur, & Libs, qui flant à meridie. Orientales vero ſunt Apeliores, &c. & vniuerſaliter orientales ſunt duo, qui ſunt propinquiores orienti, & tertius ille, qui oritur in puncto orientis, qui

F eſt medius & communis vtrique. Sic occidentales qui ſunt propinquiores occidenti, & communis vtrique, qui oritur in puncto occidentis. Auſtrales vero propinquiores Auſtro, & medius inter eos. Et Boreales, qui ſunt viciniores Septentrioni, & qui mediat inter eos, vt patet in præmiſſo circulo. Notandum eſt autem, quod Ariſtoteles quandoque nominat & nominari dicit ab aliis vnum ventum nomine alterius, quia propter magnam vicinitatem, quam habet locus, in quo oritur vnus, ad locum alterius, vnus videtur participare naturam, & nomen alterius, vt Septentrio dicitur Boreas, & ſic de ſingulis. Oſtendit deinde, quare extenſionis nomine omnes venti dicuntur Boreales, vel auſtrales, & ſumit rationem ex ſimilitudine qualitatum. Venti enim occidentales, qui vocantur Zephyri, quia coniunguntur Boreæ ſunt frigidiores: orientales autem qui iunguntur Auſtralibus, ſunt calidiores, & ideo propter ſimilitudinem harum qualitatum orientales vocantur Auſtrales: occidentales autem dicuntur Boreales, & ſic omnes venti dicuntur Boreales: aut Auſtrales. Aſſignat autem cauſam quare auſtrales venti ſunt calidiores, quia ſcilicet pluri tempore, id eſt, longiori tempore ſtant ſub ſole, & Boreales ex oppoſito ſunt frigidiores, quia minus ſtant ſub ſole. Poteſt etiam aſſignari alia cauſa, quia ſcilicet Auſtrales tranſeunt per loca calidiora, & ideo continue magis calefiunt, Boreales vero per frigidiora, & ideo ſemper magis ſunt frigidiores. Deinde cum dicit.

*progrediatur ventus quidam, quem accolæ Phæniciam vocant. Maxime igitur præcipui, & definiti venti, hi ſunt, huncq; in modum hi diſpoſiti.*

G *Cur autem à locis, qui ad Septentriones poſiti ſunt, plures venti exoriantur, quam ab iis, qui ad meridiem, cauſa eſt, quoniam habitabilis terra huic loco ſubiiciatur, quodq; in hanc partem plus aquarum, & niuis, quoniam illa Soli ac eius motioni ſubdita ſint, depellatur, quibus in terram liqueſcentibus, & à Sole ac terra incaleſcentibus, neceſſe eſt maiorem exhalationis copiam, & in ampliori loco, hanc ob cauſam oriri.*

H *Eorum autem, qui dicti ſunt, flatum Aparctias, hoc eſt, Septentrio maxime proprie, Thraſcias, & Meſes Aquilo ſunt. Cæcias vero Subſolani & Aquilonis communi. Auſter & is qui verus ac germanus eſt, a meridie eſt, & Africus. Subſolanus is, qui ab ortu æquinoctiali eſt, & Vulturnus, Phænicias communis Fauonius & is, qui verus ac germanus, & qui vocatur Argeſtes. Omnino autem aliqui horum Aquilonii nominantur, aliqui Auſtrini. Ac Fauonii quidem ad Aquilonem adiiciuntur. Nam, ꝙ ab occaſu ſpirant, frigidiores ſunt. Subſolani vero Auſtrales ſunt, propterea quod* I *calidiores, vtpote ab ortu ſpirantes: Ventos igitur frigore, & calore atque tempore diſtinctos ita nominauerunt. Porro ea quæ ad ortum pertinent, calidiora his ſunt quæ ad occaſum, quod longiori tempore ſub Sole illa ſint. Ea autem quæ ad occaſum citius deſerit, ad eumq; locum tardius accedit.*

*LECTIO XII.*

K *CVm autem venti hunc in modum diſpoſiti ſint, perſpicuum eſt eos, qui contrarii ſunt, ſimul ſpirare non poſſe, per diametrum*

LECTIO XII.

DEterminat de his, quæ conſequuntur ventos, & circa hoc duo facit. Primo, determinat de quibuſdam accidentibus ventorum, ſecundo determinat de effectibus eorum, ibi, [Contrarii autem non idem.] Circa primum tria facit. Primo oſtendit, qui venti poſſunt ſimul flare, & qui non: ſecundo determinat de incidentia ventorum, ibi, [Incidunt autem aliis.] tertio de giratione eorum, ibi. [Gyrationes autem fiunt.] Dicit ergo primo, quod ſi venti ſic diſponuntur, vt præmiſſum eſt, ſcilicet quod contrarii ſunt, qui ponuntur ex oppoſito ſecundum lineam rectam palam eſt, quod contrarii non poſſunt ſimul flare, quia cum vnus

vnus flat, contra alterum, vel ambo eſſent aquæ fortes, & ſic mutuo ſe impedirent, vel vnus eorum eſſet fortior, & ſic totaliter exterminat, ventum debiliorem, ſed illi, qui non ſunt contrarii, poſſunt quandoque ſimul flare, ſicut G. E. I. Eurus, & Africus quandoque ſimul flant, & ad eandem partem, ſed non omnino ex eodem ſigno, quia Eurus flat ex ſigno G. Africus autem à ſigno E. Neque etiam flant eodem ſpiritu, id eſt, ęquali flatu, ſed vnus fortiori, & alter debiliori ſecũdum diuerſitatem materiæ, & contrarii repellentis: flant autem venti contrarii non ſimul, ſed ſecundum diuerſa tempora, & contraria, quia contrariorum cõtrariæ ſunt cauſæ. Diuerſa autem tempora ſunt contraria ſecundum qualitates contrarias, vt exempli gratia, Cæcias flans ab oriente hyemali flat frequenter circa æquinoctium vernale, & vniuerſaliter ad tropicum æſtiuum accedente ſole. Libs autem flat circa æquinoctium autumnale, declinante ſole à prædicto tropico. Zephyrus autem flans ab occidente æquinoctiali, flat circa ſolſticium, vel conuerſionem æſtiualem. Eurus vero, & Apeliotes circa hyemalem.

b ¶ Determinat conſequenter de incidentia ventorum. Dicitur autem ventus incidere alteri, qui flans contra alterum, facit eum ceſſare. Dicit ergo, quod Aparetias & Thraſcias & Argeſtes, qui Boreales dicuntur, maxime incidunt aliis, & faciunt eos ceſſare, & ratio eſt: quia flatus illorum eſt nobis, qui habitamus ſub ſeptentrione de prope, & etiam flatus ipſorum eſt fortis, quia in loco vbi oriuntur tales venti, eſt multitudo materiæ, ſcilicet, ex qua fit exhalatio ſicca. Vnde de facili repellunt ventos debiliores, quibus incidunt, & ſic frequenter faciunt eos ceſſare; & ſunt cauſa ſerenitatis aeris, quia propter vehementiam flatus propellunt conſiſtentiam nubium eis obuiantium. Sed hoc contingit, quando non ſunt vehementer frigidi, tunc enim non ſerenant aerem: ſed ſua frigiditate inſpiſſant, & ingroſſant vaporem in nubem, ſicut exempli gratia. Cæcias frequenter congregat nubes, & non eſt omnino ſerenus, quia non flat omnino lateraliter circa terram, ſed declinat quaſi verſus terram, & quando à terra reflectitur, tunc propellit nubes obuiantes ad locum ſuum, a quo incepit flare, & ibi eas congregat, quod ſic eſt cauſa nubium, & pluuiæ. Vnde dicitur in prouerbio de auaro, quod ad ſeipſum trahit pecuniam, ſicut Cæcias nubem. Deinde cum dicit.

c ¶ Determinat de giratione ventorum. Vocat autem girationem generationem venti propinqui, circumeundo orizontem poſt ceſſationem primi. Sicut exempli gratia, quando poſt ceſſationem ſubſolani generatur Eurus, qui eſt ei propinquus, tunc dicitur giratio ventorum, quia generatur ſecundum quendam girum. Dicit ergo, quod girationes ventorum ceſſantium inhabita, id eſt, generationes ſequentium qui ſunt habiti, id eſt, conſequenter ſe habentes ad præcedentes, fiunt ſecundum translationem ſolis, quia ſol per acceſſum ad diuerſa loca eleuat exhalationem ſiccam, quæ eſt principium ventorum, & ita in illis facit generare ventos: per receſſum vero, quia deficit eleuatio materiæ, facit eos ceſſare, & quia ſol accedit, & recedit ſecundum quendam girum, ideo facit girationes, hoc eſt, generationes ventorum per girum. Igitur quia ſol primo eleuat exhalationes in tropico æſtiuali, deinde in ſolſticio autumnali, poſtea in tropico hyemali, & deinde in ſolſticio vernali, ſic etiam conſequẽter venti ſe habent proportionabiliter, & ſimiliter. Deinde cum dicit.

d ¶ Determinat de effectibus ventorum: & circa hoc duo facit, primo, determinat de effectibus primariis: ſecundo, de effectibus ſecundariis, ibi, [Nubiloſus autem.] Dicit ergo primo quod venti contrarii aliquando faciunt idem: & aliquando contrarium idem faciunt per accidens, & contraria per ſe, cum per ſe effectus contrariorum ſint contrarii. Sicut Boreas per ſe frigefacit, ſed per accidens congregando, ſcilicet calidum calefacit: frigefaciendo enim cogit calidum congregari in vnam aliquam partem, & ſic calefacit vt de viſceribus terræ in hyeme ſupradictum eſt, ſed Libs, & Cæcias humectant. Eurus vero quem propter propinquitatem ad ventum orientalem quidam Apeliotem vocant, & Argeſtes, deſiccant. Sed tamen Eurus in fine fit aquoſus, propter commeſtionem vaporis humidi Deinde cum dicit.

e ¶ Agit de effectibus eorum ſecundariis, & dicit, quod Aperkias & Meſes ſunt factiui nubium, quia ſunt frigidiſſimi, frigidi autem eſt congregare vaporem, & condenſare eum in nubem. Sed

bit violentiam paſſus: non ſic autem poſitos adinuicem nihil prohibet: puta. Z. & D. propter hoc ſimul flant aliquãdo ambo omnino ad idem ſignum: nõ ex eodem, neque eodem ſpiritu. Secundum tempora autem contraria contrarii maxime flant, puta circa æquinoctium vernale Cæcias: & totaliter quæ vltra tropicum æſtiualem; circa autumnale autem Libs: circa verſiones autem æſtiuales Zephyrus: circa hyemales autem Eurus.

b Incidunt autem alii maxime, & ceſſare faciunt Aparetiæ, & Thraſciæ, & Argeſtes: maxime enim de prope impetus ipſorum eſt: crebrique & fortes flant maxime iſti: propter quod & ſereniſſimi ſunt ventorum, flantes enim de prope maxime repellentes alios ventos ceſſare faciunt, & efflantes conſiſtentes nubes, faciunt ſerenitatem, ſi non frigidi vehementer fuerint ſimul exiſtentes, tunc autem non ſereni: ſi enim fuerint magis frigidi, quam magni præueniunt coagulantes magis, quam propellentes, Cæcias autem non ſerenus, quia reflectit in ſeipſum, vnde dicitur prouerbium, Trahens ad ſeipſum vt Cæcias nubem.

c Girationes autem fiunt ipſorum ceſſantium inhabita, ſecundum ſolis translationem, quia mouetur maxime habitum principio, principium autem ſic mouetur ventorum vt ſol.

d Contrarii autem, aut idem faciunt, aut contraria idem: puta humidi, Libs, & Cæcias, quem Helleſpontiam quidam vocant, & Eurus, quem Apeliotem, ſicci autem Argeſtes, & Eurus à principio iſte ſiccus, conſumens autem aquoſus.

e Nebuloſus autem Meſes, & Apartias; maxime iſti enim frigidiſſimi, grandinoſus autem

*enim opponuntur. Alter igitur vim paſſus ceſſabit. Eos autem, qui ita inter ſe collocati non ſunt, vt F. D. nihil prohibet; ob eamq; cauſam ſecundi ad idem punctum interdum vtrique ſpirant, non ex eodem loco, nec ſpiritu eodem. Temporibus autem contrariis, qui contrarii ſunt, maxime ſpirant, vt circa æquinoctium vernum Cæcias, & omnino qui vltra æſtiuum Tropicum poſiti ſunt, circa autumnalem Africus. At circa conuerſiones æſtiuas Fauonius, brumales Vulturnus.*

*Septentrio autem, & Traſciæ, & Argeſtæ, quod è loco proximo ortum habeant, in alios maxime incidunt, eoſq; ſedant, hique omnium maxime crebri ac validi ſpirant, ob eamq; cauſam, omnium maxime ſereni ſunt. Nam cum ex propinquo ſpirent, vim inferentes & reliquos flatus ſternunt, & nubes concretas diſcutiendo, ſerenitatem inducunt, niſi forte etiam frigidi fuerint. Siquidem ſereni tunc non ſunt. Si enim magis frigidos quã vehementes eſſe contigerit, antea gelant quam repellant. Cæcias autem, quoniam ad ſe reflectat, ſerenus non eſt. Vnde, & prouerbium ductum eſt, Ad ſe trahens vt nubes Cæcias.*

*Mutationes autem fiunt illis in eo, qui hærent, pro Solis mutatione deſinentibus, propterea quod illud maxime moueatur, quod cum principio cohæret. Ventorum autem principium ita, vt Sol mouetur.*

*Hi porro qui contrarii ſunt, aut idem aut contrarium efficiunt, vt humidi quidem Africus & Cæcias, quem Helleſpontia nominant, & Vulturnus, quem ſubſolanum. Sicci autem Argeſtes & Vulturnus. Atq; hic initio ſiccus, deſinens vero aquoſus.*

*Niuoſi ſunt Meſes, atque maxime Septentrio, quandoquidem ſunt frigidiſſimi. Grandinoſi, Septentrio, Thra-*

Sed per accidens, propter vehementiam flatus, ſerenant, propellendo nubes ad partem contrariam. Sed generatiui grandinis vt frequentius, ſunt idem Aperkias, id eſt, Boreas, & Thraſcias, & Ægetes, propter frigiditatem vehementem, cuius eſt congelare, & calefactiui ſunt Auſter, Zephyrus, & Eurus, vel propter caliditatem exhalationis eleuatæ, vel propter caliditatem regionis, per quam feruntur. Quod autem hic dicitur de caliditate ventorum auſtralium propter caliditatem regionis, per quam tranſeunt, verum eſt etiam in Borealibus: ſicut enim Auſter eſt calidus propter caliditatem regionis, ita etiam Boreas contrarius ei eſt frigidus propter frigiditatem regionis, in qua oritur, & per quam tranſit: contrariorum enim effectuum in natura ſemper cauſę ſunt contrariæ: ſed Cæcias valde condenſat cœlum, id eſt, aerem nubibus, & Libs contrarius ei, rarius hoc facit, quia Cæcias reflexus propellit nubes ad ſuum locum, in quo à principio oritur, & etiam eſt frigidus, & cum hoc habet multam materiam, quam propellit, quia à loco eſt Apelioticus, id eſt, prope ventum Apeliotem, vbi ſol eleuat multam exhalationem. Et Aperkias, & Thraſcias, & Argetes, ſerenant, propter cauſam prius dictam per accidens, ſcilicet, propter vehementiam flatus. Et idem venti, ſimiliter, & Meſes faciunt coruſcationes, quia ſunt frigidi, & flant de prope, id eſt, de partibus ſeptentrionalibus, quę ſunt frigidæ. Coruſcationes enim, & fulgura fiunt à frigido, quia frigefaciendo nubes exhalationem ſiccam in ipſis concluſam, & ſemiaccenſam expellit, & exire cogit. Et propter eandem cauſam à quibuſdam iſtorum ſunt factiui grandinis, quia frigiditate cito congelant nubem in grandinem. Deinde cum dicit.

f ¶ Oſtendit qui venti magis faciunt Ecnephias. Sciendum eſt autem, quod Ecnephia dupliciter ſumi poteſt: vno modo & principaliter, in quantum eſt ſpiritus quidam fluens ex nubibus cum violentia ad terram, & ſecundum hunc modum determinabitur de ipſa in tertio huius: alio modo

Apertias, & Thraſcias, & Argeſtes; æſtuoſus autem Auſter, & Zephyrus, & Eurus, nubibus autem condenſant cœlum. Cæcias autem valde, Libs autem rarius. Cæcias autem propterea, quod reflectit ad ipſum, & quia communis eſt Boreæ, & Euro, quare quia frigidus eſt coagulans vaporem aere conſtare facit; quia autem à loco, & Apelioti eſt, habet multam materiam, & vaporem, quem propellit, ſereni autem Apertias & Thraſcias, & Argeſtes, cauſa autem dicta eſt prius. Coruſcationes faciunt maxime autem hi, & Meſes, quia enim de prope flant, frigidi ſunt, propter frigidum autem fulguratio fit, ſegregatur enim conſtantibus nubibus, propter quod & quidam eorundem horum grandinoſi ſunt, cito enim coagulant.

f Ecnephiæ autem fiunt, autumno quidem maxime, deinde vere, maxime & Apertias, & Cæcias, & Argeſtes. Cauſa autem, quia Ecnephiæ fiunt maxime, quando aliis flantibus, inciderint alii, iſti autem incidunt, maxime aliis flantibus, cauſa autem dicta eſt huius prius. Eteſiæ autem girant habitantibus circa occidentem, & ex Apertiis, in Thraſcias, & Argeſtes, & Zephyros: Apertias enim Zephyrus eſt, incipientes quidem ab vrſa, terminantes autem qui ad orientem girant, vſque ad Apeliotem. De ventis quidem igitur, & de ea quæ à principio generatione ipſorum, & ſubſtantia, & de accidentibus, & paſſionibus, communiter, & ſecundum vnumquemq; talia nobis dicta ſunt.

## LECTIO XIII.

a DE agitatione autem, & motu terræ poſt hoc dicendum, cauſa autem huius paſſionis habita huic generi eſt.

b Sunt autem tradita vſq; ad præſens tempus tria, & à tribus. Anaxagoras enim Clazomenius, & prius Abnaximenes Mileſius enuntiauerunt, & his poſterius Democritus

*ſcias, & Argeſtes; æſtuoſi, Auſter Fauonius, & Vulturnus. Nubibus autem cœlum denſant, Cæcias quidem vehementer, Africus vero rarioribus, ac ille quidem quod ad ſe reflectat, quodq; Aquilonis & Vulturni communis ſit. Eo igitur, quod frigidus ſit, eum qui exhalatus eſt aerem coagulando nubes conſtituit, quod vero ex* G *loco in Subſolanis habeatur, multam materiam vaporemq; obtinet, quem propellat. Sereni ſunt Septentrio, Thraſcias & Argeſtes, cuius cauſa antea dicta eſt. Fulgura autem hi maxime & Meſes adducunt. Quod enim de prope veniunt, frigidi ſunt, frigoris vero efficientia fulgur excitatur, quippe quod coeuntibus nubibus excernitur. Quocirca & horum nonnulli grandinem aduehunt, celeriter enim gelu efficiunt.*

H

*At procellæ autumno quidem maxime, deinde vere exiſtunt, ac Septentrio potiſſimum, & Thraſcias, & Argeſtes. Cuius rei cauſa eſt, quod procellæ maxime fiunt, cum in alios ſpirantes alii incidunt: quod hi potiſſimũ aliis flantibus faciunt. Cuius quidem rei cauſa antea dicta eſt: Porro Eteſiæ his, qui occaſum incolunt, ex Septentrionibus in Thraſcias, Argeſtas & Fauonius (ſiquidem Septentrio Fauonius eſt) tranſeunt, ab Vrſa quidem* I *incipientes, ac in eos deſinentes, qui longe abſunt, his autem qui ortum, ad Subſolanum vſq; permutantur. Ac de ventis quidem, & primo eorum ortu & eſſentia atq; affectionibus, quæ tam communiter quam vnicuiq; accidunt, hactenus dictum ſit.*

Tractatus tertii, libri ſecundi, in quo determinatur de terræmotu, ſecundum opiniones Antiquorum.
Cap. I.

K *DE terræ autem concuſſione & motu, poſt hæc dicendum eſt, affectionis enim cauſa huic generi conſequens eſt.*

*Tria vero, & à tribus ad hoc vſq; tempus tradita ſunt. Nam Anaxagoras Clazomenius, & ante eum Anaximenes Mileſius, & poſt vtrumque Democritus Abderita de eo enuntia-*

F ſumitur pro motu ſurſum, aut deorſum, cuiuſcunque venti, propter violentiam alterius incidentis, & ſic de ea hic determinatur. Dicit ergo quod Ecnephiæ maxime fiunt in autumno, deinde in vere. Et illos ventos maxime faciunt Aperkias, & Thraſcias, & Argeſtes, quia Ecnephiæ maxime fiunt, quando aliqui venti incidunt aliis, propellentes eos ad terram, propter vehementiam flatus, vt dictum eſt: ſed hoc faciunt prædicti venti, qui ſunt maximi flatus, & maxime incidunt aliis, vt ſupra dictum eſt. Eteſiæ autem, id eſt, venti annuales, flant girando ſecundum circulum, quia habitantibus circa occidentem incipiunt à Borea, & procedunt in Thraſciam, & in Argeſtem, & terminantur in Zephyrum, qui eſt frigidus. Sed circa orientem fiunt girationes ab eodem Borea verſus occidentem, & meridiem, vſq; ad Apeliotem, qui flat ab oriente æquinoctiali. Deinde recapitulat quæ dicta ſunt dicens, quod tanta à nobis dicta ſint de ventis, ſcilicet de ſubſtantia, generatione, & de motu, & de loco ipſorum. Adhuc autem de accidentibus communibus, & propriis, ſecundum vnumquemque ipſorum.

## LECTIO XIII.

a POſtquam Philoſophus determinauit de his, quæ generantur circa terram ex ſicca exhalatione, hic determinare intendit de his, quæ generantur interius in terra, puta de terræmotu, & accidentibus circa ipſum, & circa hoc duo facit. Primo præmittit intentionem ſuam, dicens, quod poſt determinationem de ventis, determinandum eſt [de agitatione, & motu terræ] & ratio huius eſt, quia cauſa vel negotium terræmotus eſt habita, id eſt, conſequenter ſe habet ad negocium ventorum, cum vtrunque ex eadem cauſa generetur. Secundo ibi.

b ¶ Exequitur propoſitum, & primo ponit opiniones aliorum & quaſdam improbat: ſecundo determinat de terræmotu & accidentibus eius, ſecundum opinionem propriam, ibi, [Sed quoniam manifeſtum.] Circa primum tria facit, ſecundum quod tres

ſunt

ſunt opiniones, quas ponit, primo enim ponit opinionem Anaxagoræ, ſecundo opinionem Democriti, tertio opinionem Anaximinis. Circa primum iterum duo facit: primo ponit opinionem Anaxagoræ: ſecundo improbat eam, ibi. [Ad hanc quod igitur.] Dicit ergo primo, quod vſque ad ſuum tempus ſunt traditæ tres opiniones de terræmotu, & a tribus Philoſophis: primus enim fuit Anaximenes Mileſius, ſecundus Anaxagoras Clazomenius, tertio vero Democritus Abderites. Circa primam igitur opinionem conſiderandum eſt, quod Anaxagoras opinatus eſt quod terra eſſet rara, & ſpongioſa in parte & inferiori: in parte autem interiori, in ſuperficie eſſet compacta, & conſtricta propter imbres deſcendẽtes. Et etiam opinatus eſt, quod terra ſit latæ, & planæ figuræ, & quicquid continetur ab orizonte ad ſuperius vſq; ad cœlum, illud ſit ſurſum: quod autem eſt ſubtus, hoc eſt deorſum. Dixit ergo Anaxagoras, quod aer, vel æther incidens terræ in interiori parte, in qua eſt arenoſa, & ſpongioſa, natus eſt moueri ſurſum, & quia non poteſt libere ferri ſurſum, ſic mouet terram, & facit terræmotum. hoc autem opinatus eſt Anaxagoras, ac ſi totius ſphæræ mundi vna pars eſſet inferior, alia ſuperior, ſic ſcilicet quod illa in qua nos habitamus, eſſet ſurſum, & alia oppoſita deorſum, quæ hodie etiam eſt opinio vulgarium. Secundo ibi:

c ¶ Reprobat prædictam poſitionem quatuor rationibus: quarum prima eſt, contra id, quod Anaxagoras dicit, quod illud, quod eſt à ſuperficie terræ ad cœlum, eſt ſurſum: Quod autem eſt ſub ea, eſt deorſum: ſi enim ita eſſet, grauia quæ mouentur ſuper terram, non mouerentur deorſum, ſed ſurſum: & leuia quæ mouentur à centro terræ ad ſuperficiem, non mouerentur ſurſum, ſed deorſum: & etiam, ſi aliquod leue aſcenderet à terra ad oppoſitum hemiſphærium aſcenderet deorſum. Sic igitur patet, quod Anaxagoras male accepit ſurſum, & deorſum. Secunda ratio eſt, quia male dixit, quod terra eſt latæ, & planæ figuræ: quia ambulantes longo tempore per terram, continue vident alium, & alium orizontem, & alia & alia aſtra, & hoc eſt ſignum, quod terra ſit gibboſa & figuræ circularis, ſi enim eſſet planæ figuræ, ſemper viderentur eadem aſtra. Tertia ratio ſumitur ex hoc, quod ſi terra nataret ſupra aerem, propter magnitudinem, vt ipſe volebat, aer propter hoc non deberet mouere terram, vel impellere eam. Cum enim aer ſit multo maioris quantitatis, quam terra, terra non cooperiret totum aerem, & ſic ab omni parte de ſub terra exire poſſet, ſine commotione, & motu terræ: aut ſi terra moueretur, moueretur magis deorſum, exeunte aere ſub ea, quam ſurſum, vel ad latus. Quartam rationem ponit dicens, quod adhuc vltra prædicta, iſta opinio eſt inſufficiens, quia non poteſt aſſignare rationem accidentium circa terræmotus, neque ſcilicet, quare magis ſit in vna regione, quam in alia, neque quare magis in vno tempore, quam in alio. Deinde cum dicit.

d ¶ Ponit opinionem Democriti, & dicit quod Democritus dixit terræmotum fieri ex duabus cauſis: prima eſt, quia terra habet ſuos ventres plenos aqua. Quando igitur pluit, aqua pluta non inuenit ſuſceptaculum intra terram, ſed vim faciens impellit eam, ſicque terra onerata, & impulſa ab aquis, tremit, & cauſat terræmotum. Secunda cauſa eſt, quia terra exſiccata in aliqua parte interiori, quaſi ſitiens trahit aquas ex ſuſceptaculis ſuperioribus, qui ſunt magis repleti propter imbres, ad loca vacua, & ſic aqua cadens cum impetu, cauſat terræmotum. Contra hanc autem opinionem Democriti, Ariſtoteles nihil determinate dixit, quia ſatis patet, quod ſuperficialiter valde poſita eſt, & fragilitas eius apparebit in poſitione opinionis propriæ.

e ¶ Ponit hic conſequenter opinionem Anaximenis, & circa hoc duo facit, primo, ponit opinionem eius. Secundo, improbat eam ibi. [Oportebat autem hoc.] Dicit ergo primo, quod Anaximenes dixit, quod terra quibuſdam temporib. ſcilicet pluuialib. madeſit, & impletur aquis, temporibus autem ſiccitatis, tantum calefit à ſole, & deſiccatur, quod neceſſe eſt eam frangi, & rumpi in partes, quæ partes decidentes à ſuperioribus ad inferiora, percutiunt terram, quæ percuſſa tremit, & facit terræmotum. Et propter hoc dixit: terræmotum fieri in ſiccitatibus, & temporibus pluuioſis, quia in ſiccitatibus, & temporibus pluuioſis, partes exſiccatæ decidunt, in pluuioſis autem, partes ingroſ-

A

Abderites. Anatus Abderites. Anaxagoras quidem igitur ait, ætherem natum ferri ſurſum, incidentem autem in inferiora terræ concaua, mouere ipſam, quæ quidem enim ſurſum feruntur propter imbres, quoniam terram omnem ſimiliter eſſe ſomniferam tanquam exiſtentem, hoc quidem ſurſum: hoc autem deorſum totius ſphæræ, & ſurſum quidem hac exiſtente parte, in qua habitamus, deorſum autem altera.

*runt. Anaxagoras igitur ait, æthera, qui ſurſum ferri aptus eſt, cum in terræ partes inferas, & cauas incidit, eam mouere. Superas enim ob imbres conſtipatas eſſe, quandoquidem natura tota fungoſa æque ſit, perinde quaſi totius ſphæræ pars altera ſupera, altera infera ſit, ac ſupera, in qua habitamus, infera, altera.*

B

c Ad hanc autem cauſam nihil forte oportet dicere; tanquam valde ſimpliciter dictam: ſurſum enim, & deorſum putare ſic habere, vt non ad terram quidem vndique ferantur grauitatem habentia corporum, ſurſum autem leuia, vt ignis, ſtultum. Et hoc videntes orizontem perhabitatam, quantum nos ſcimus, alterum ſemper factum tranſlatis, tanquam exiſtente gibboſa, & ſpherica, & dicere quidem quod propter magnitudinem in aere manet; agitari autem, dicere percuſſam de ſubtus per totum, Adhuc autem nullum reddit accidentium circa terræmotus; neque enim regiones, neque tempora quæcunque participant hanc paſſionem.

C

*Sed contra hanc cauſat, vt ſimpliciter nimis pronuntiatam, nihil fortaſſe dicere conuenit. Stultum enim eſt, ſuperum & inferum non ita eſſe exiſtimare, vt corpora pondere prædita, non omni ex parte in terram ferantur, leuia autem & ignis in ſuperum, idq; cum cernamus, orbem eum, qui omnem eam, quam ſcimus, habitalem terminat, nobis locum mutantibus alium ſemper fieri, tanquam gibboſa terra ſit, & in rotundam figuram conglobata. Præterea dicere, eandem in aere propter magnitudinem conſiſtere, quati vero ab imo ſurſum verſus, per totum verberatam. Ad hæc nihil de his, quæ in terræmotibus accidunt, tradit; nec enim regiones quæuis, aut tempora affectione hanc participant.*

D

d Democritus autem ait, terram plenam aqua exiſtentem, & ſuſcipientem multam aliam pluuialem aquam, ab hac moueri; facta autem ampliori, quia non poſſunt ſuſcipere ventres vim inferentem, facere terræmotum: & exſiccatam trahentem in vacua loca ex repletioribus tranſientem incidentem moueri.

*Democritus autem ait, terram, cum aqua eſt plena, aliamq; multam pluuiam aquam excipit, ab hac moueri. Nam & cum amplior facta eſt, quod in cauitates excipi non poſſit, vim inferendo terram concutere, & cum terra exſiccatur, & è locis plenioribus in inania attrahit eam, quæ locum mutat, irrumpendo commouere.*

E

e Anaximenes ait, plutam terram, & exſiccatam rumpi, & ab his ruptis fruſtis incidentibus concuti, propter quod & fieri terræmotus in ſiccitatibus & iterum in pluuioſis, in ſiccitatibus enim ſicut dictum eſt, exſiccatam rumpi, & ab aquis ſuper humectatam decidere.

*Anaximenes autem ait & terram, cum madet, & cum ſiccatur, rumpi, ab hiſq; fragmentis incidentibus concuti. Ob eamq; cauſam in ſqualloribus; ac tempore pluuio concuſſiones terræ fieri. In ſqualloribus quidem (vt dictum eſt) exſiccatum diſrumpi, ab imbribus vero valde madefactam decidere.*

ingroſſatæ, & ponderoſæ factæ propter imbres ſuperuenientes, decidunt ad inferiores partes, & faciunt terræmotum. Deinde cum dicit.

f ¶ Improbat prædictam opinionem per tres rationes. Primo enim ſequeretur ſi hæc eſſet vera cauſa terræmotus, quod nunc fere tota terra eſſet ſubuerſa propter continuam illam decidentiam. Secundo etiam iſta cauſa videtur inſufficiens, quia per eam non poteſt aſſignari ratio, quare terræmotus fiat magis in vno loco, quam in alio. Tertio ſequeretur etiam, quod terræmotus continue deberent fieri minores, & tandem totaliter ceſſare: quia illæ concauitates ſemper magis replerentur, ſi ergo hoc non apparet, manifeſtum eſt, quod illa non eſt vera cauſa terræmotus.

f Oportebit autem hoc accidente ſubmerſam multipliciter apparere terram: adhuc autem propter quam cauſam circa quædam loca ſæpe fit hæc paſſio nulla differentia exceſſu tali ad alia? & quidem oportebat, omnino autem ſic exiſtimantibus neceſſarium dicere minus ſemper terræmotus fieri, & tandem ceſſare aliquando concuſſam, ſic enim decidens, talem habet naturam: quare ſi hoc impoſſibile, palam quia & impoſſibile hanc eſſe cauſam.

*Oportebat autem, ſi hoc eueniret, terram pleriſq; in locis in ſeſe refugere conſpici. Quam præterea ob cauſam affectio hæc, quibuſdam in locis accidit, nulla eiuſmodi exuperantia ab aliis differentibus? Atqui oporteret. Omnino autem ii, qui ita cenſent, terræmotus minores ſubinde fieri, & ad extremum tandem ceſſaturos inquiant,* G *neceſſe eſt. Quod enim conſtipatum eſt, eiuſmodi natura præditum eſt. Hoc igitur ſi fieri non poteſt, perſpicuum quoque eſt, hanc cauſam eſſe non poſſe.*

## LECTIO XIIII.

a SEd quoniam manifeſtum, ꝙ neceſſarium, & ab humido, & ſicco fieri exhalationem, ſicut diximus in prioribus, neceſſe his exiſtentibus fieri terræmotus. Exiſtit enim terra per ſe quidem ſicca, propter imbres autem habens in ſeipſam humiditatem multam, vt, & à ſole, & ab eo, qui in ipſa, igne calefacta, multus quidem extra, multus autem intra ſpiritus fiat, & hic aliquando quidem continuus extra fluit omnis, aliquando autem intra omnis; aliquando autem & partitur.

Tractatus tertii, libri ſecundi, in quo determinat de terræmotu, ſecundum opinionem propriam. Cap. II.

*QVoniam autem conſtat, & ab humido, & à ſicco exhalationem, veluti antea diximus, reddi oportere terræmotus, cum hæc ſint, fiant* H *neceſſe eſt. Eſt enim terra per ſe quidem ſicca, ob imbres autem multum in ſe habet humorem, ita vt & à Sole & ab igne quem continet, ex calefacta multum ſpiritus extra intraq; gignatur. Atque is interdum quidem totus continenter extra fluit, interdum vero totus intra, nonnunquam etiam diſtribuitur.*

b Si itaque hoc impoſſibile aliter habere, poſt hoc conſiderandum vbique erit, quale maxime motiuum erit corporum: neceſſe enim quod ad plurimum natum ire, & vehementiſſimum maxime tale eſſe. Vehementiſſimum quidem igitur ex neceſſitate, quod certiſſime fertur: percutit enim maxime propter velocitatem: ad plurimum autem natum eſt pertranſire, quod per omne ire maxime poteſt tale autem, quod ſubtiliſſimum, quare ſi quidem ſpiritus natura talis, maxime corporum ſpiritus motiuus; etenim ignis, quando cum ſpiritu furit, fit flamma, & fertur celeriter.

*Si igitur hoc habere aliter non po-* I *teſt, id quod ſequitur, conſiderandum eſt, quodnam videlicet corporum mouendi vim maxime habeat. Id enim quod longiſſime progredi aptum atque vehementiſſimum eſt maxime tale ſit neceſſe eſt; ac vehementiſſimum quidem neceſſario, eſt quod celerrime fertur, quippe quod ob celeritatem vehementer percutiat, longiſſime autem progredi id aptum eſt, quod per totum tranſire maxime poteſt, atq; hoc eſt, quod tenuiſſimum eſt. Itaq; ſi ſpiritus natura eiuſmodi eſt, maxime omnium* K *corporum mouendi vim ſpiritus habebit. Nam & ignis, quando cum ſpiritu fuerit, flamma efficitur, & celeriter fertur.*

c Non igitur aqua, neque terra, cauſa vtique erit: ſed ſpiritus

*Non igitur aqua aut terra motionis erit cauſa, ſed ſpiritus, cum eum,*

LECTIO XIIII.

a REprobatis opinionibus aliorum, hic determinare intendit de terræmotu & accidentibus eius, ſecundum opinionem propriam. Circa quod duo facit: primo oſtendit quæ ſit vera cauſa terræmotus: ſecundo hoc manifeſtat per quædam ſigna, & ſimilitudines: ibi, [Propter quod fiunt tranquillitates.] Prima iterum in tres: nam primo, oſtendit quid ſit, quaſi radicale principium terræmotus: ſecundo, quid ſit eius formale principium ibi, [Si itaque hoc impoſſibile:] tertio oſtendit quid ſit eius totale principium: ibi, [Non igitur aqua: neque.] Dicit ergo primo, quod ſi verum eſt, quod ſupra diximus, quod exhalatio conſtet ex humido, & ſicco, licet aliqua vocetur exhalatio ſicca, alia vero exhalatio humida, vel vapor, aqua, & ruptura terræ non ſunt cauſa terræmotus; ſed cauſa eſt iſta, quia terra de natura ſua eſt ſicca: ſed propter imbres ſuper eam deſcendentes eſt humida & calida: humida quidem, propter ipſos imbres, calida autem eſt intrinſecus propter multam exhalationem ſiccam, & calefactam, quæ ab imbribus repellitur ad terram, & cum eis deſcendit, & ſic terra calefacta, tum à caliditate ſolis, tum etiam ab igne, id eſt, caliditate quaſi ea exiſtente, vt dictum eſt, emittit multum ſpiritum, id eſt, multam exhalationem, non ſolum extra, ſed etiam infra terram. Aliquando iſta exhalatio habet liberum egreſ-

F ſum ex terra: & tunc totaliter exit: quia propter ſuam leuitatem naturaliter mouetur ſurſum: & tunc fiunt magni venti ſupra terram: & aliæ impreſſiones generatæ in ſuprema aeris regione: de quibus in primo libro dictum eſt ſufficienter: aliquando autem totaliter includitur intra: & non poteſt egredi: quia pori, & exitus terræ propter imbres obturantur: & tunc fiunt magni terræ motus: aliquando autem partim exit, & partim manet intra, & tunc vna pars eſt principium ventorum, ſcilicet, quæ exit: alia autem quæ remanet intus, eſt principium terræmotus. Deinde cum dicit.

b ¶ Oſtendit illud, quod eſt quaſi completum, & formale principium terræmotus, & dicit quod neceſſe eſt, quod illud ſit tale principium terræmotus, quod poteſt mouere corpus graue: quia terra, quæ mouetur per terræmotum, eſt corpus graue: hoc autem poſt illud, quod eſt velociſſimi, & vehementiſſimi motus, & mouetur ad longinquum: ſed illa exhalatio, quæ manet intra propter eius ſubtilitatem, faciliter penetrat, & pertranſit partes terræ: & mouetur ad remotas partes: & ex eo quod eſt ſicca, & calida, eſt velociſſimi motus & propter hoc velociſſime mouetur intra terram, & vehementiſſime percutit terram, & cauſat terræmotum. Illud enim vehementiſſime mouetur, quod eſt velociſſimi motus, & illud mouetur ad plurimũ, id eſt, multum durat in motu, quod faciliter penetrat, & poteſt ire vbique: conſiderandum tamen eſt, quod eſſe faciliter penetrabile non eſt totalis cauſa durationis motus, ſed principalis cauſa eſt ſtabilitas, & fortitudo principii motus in mouente, & ſecundario penetrabilitas, & diſpoſitio mobilis. Huius autem ſignum ſcilicet, quod exhalatio ſicca, in cuius virtute eſt ignis vehementiſſime moueatur, eſt, quia aliquando tam velociter mouetur: vt inflammetur, vt ſupra dictum. Deinde cum dicit.

c ¶ Concludit cauſam totalem terræmotus: & dicit quod ex prædictis patet, quod neque aqua eſt cauſa terræmotus, ſicut dixit Democritus, neque etiam terra, ſed ſpiritus, id eſt, exhalatio ſicca manens intra & motu cum violentia, vt feratur extra.

Quia vt dictum eſt: terra eſt corpus grauiſſimum, & non mo-

uetur

uetur niſi à corpore , quod poteſt facere magnam violentiam, quod poteſt exhalatio ſicca, cum ſit maxime motiua, vt probatum eſt, igitur rationabiliter exhalatio ſicca mouet terram, & cauſat terræmotum. Deinde cum dicit.

d ¶ Manifeſtat prædictam cauſam per effectus, & accidentia quædam circa terræmotum, & circa hoc tria facit. Primo manifeſtat eam per ſigna, vel accidentia præcedentia terræmotum: ſecundo eam manifeſtat per quandam ſimilitudinem in corporibus animatis: ibi. [Oportet enim intelligere : ] tertio per quædam alia ſigna conſequentia terræmotum: ibi, [ Signa autem horum. ] Circa primum tria facit. Primo ponit vnum ſignum ſumptum ex diſpoſitione aeris circa terræmotum: ſecundo ponit aliud ſignum ſumptum ex loco: ibi. [Adhuc autem circa.] tertio ponit ſignum ſumptum ex tempore, ibi. [Et vere autem, & cæt. ] Primo ergo ponit primum ſignum, & dicit quod propter hoc, quod exhalatio ſicca incluſa interius eſt principium terræmotus, propterea terræmotus fiunt exiſtente tranquillitate in aere, & huius ratio eſt, quia tranquillitas cauſatur ex eo, quod tota exhalatio manet intra terram, & non perturbat aerem, quod ſi egrederetur foras, cauſaret ventum, & commoueret aerem, & tolleret tranquillitatem : intus ergo cõcluſa continue mouet terram cum violentia, & cauſat terræmotum. Sed quia poſſet aliquis obiicere, quod aliquando exiſtente terræmotu fiunt venti ſuperius, quod videtur eſſe contra prædicta, reſpondet Philoſophus, & dicit, quod hoc non eſt irrationabile, quia ſicut videmus ad ſenſum, quod aliquando in aere flant plures venti, ex eo, quod tota exhalatio non colligitur in vno, ſed diuiditur in plures ventos, ita etiam prædicta exhalatio partim poteſt exire foras, & & ex ea fieri venti, partim vero manere intus, & ex hac fieri terræmotus. Si ergo contingat alteram partem exhalationis propelli ad terram, altera remanenre in aere, tunc fit ventus exiſtenre terræmotu, ſed tales terræmotus ſunt minores, & debiliores ſecundum virtutem, quia principium, & cauſa ipſorum, ſcilicet exhalatio, eſt diuiſa, ſed diuiſa, & diminuta cauſa, neceſſe eſt & effectum diuidi. Quod autem plures, & maximi terræmotuum fiát exiſtente tranquillitate, patet, quia maximi terræmotus fiunt de nocte, & magis etiam circa meridiem, quam in aliis partibus diei, quia tunc aer eſt tranquilliſſimus, vel propter præualentiam ſolis in meridie, vel propter eius abſentiam in nocte. In nocte autem frequentius fit terræmotus, in diluculo ante principium diei, quia tunc exhalatio maxime nata eſt moueri, tunc etiam propter aduentum ſolis aer incipit aliqualiter calefieri circa, & ideo frigidum terræ per præſentiam contrarii fortificatum, fortificat vlterius calidũ terræ interius, & tale eſt principium ſegregationis, & motus exhalationis, propter aliquam cauſam propellentem, ſicut Euripus, id eſt, ſpiritus circularis, propter multitudinẽ exhalationis fit fortior, & maiorẽ facit terræmotum. Secũdo ibi.

e ¶ Ponit ſecundum ſignum ſumptum ex loco & dicit quod adhuc aliud ſignum eſt, quod exhalatio ſicca ſit principium terræmotus; quia plures, & vehemẽtiſſimi terræmotus fiunt in locis, quæ habent mare fluens coniunctum, & in quibus eſt terra ſpongioſa, & ſubantroſa, eo quod in talibus multæ reperiantur exhalationes, quæ propelluntur à mari, propter eius frigiditatem ad illas concauitates locorum, & ideo circa Helleſpontum, Achaiam, Siciliã, & ſimiles inſulas, quæ non ſolum habent mare coniunctum, ſed etiam mare videtur ſub eis penetrare, fiũt maximi terræmotus. Et hui⁹ ratio eſt, quia iſtę & ſimiles regiones ſunt nimium conſtrictæ inter maria circumſtantia. Quia iſtæ regiones ſunt calidæ, & propter hoc emittunt multas exhalationes, quæ propter multitudinem aquæ maris actu frigidæ, iterum propelluntur ad terram; & poſtquã ibi calefactæ ſunt à caliditate regionis, rarefiunt, & propter ſtrictitudinem terræ non inuenientes locũ, propellunt, & commouent terram, & cauſant terræmotũ. Ipſa enim exhalatio nata eſt efflare, & exire foras, ſed repulſa à frigiditate aquarũ, non poteſt efflare. Vnde concludendum eſt, quod omnes regiones, quæ habent ſubtus concauitates inanes, & vacuas, quæ poſſunt recipere multam exhalationem, magis concutiuntur, & maiores faciunt terræmotus. Tertio ibi.

motus: cum intus fuerit, & fluxerit quærendo exitum.

d Propter quod fiunt tranquillitate plures, & maximi terrẹmotuum: continue autem exiſtens exhalatio conſequitur, vt in pluribus impetum principii : quare aut intus ſimul, aut extra fertur omnis. Quoſdam autem fieri & ſpiritu exiſtente nihil irrationabile: videmus enim aliquando ſimul plures flantes ventos ; quorum cum in terra feratur alter erit ſpiritus intus terræmotus: minores autem hi fiunt magnitudine: propter quod diuiſum eſt principium, & cauſa ipſorum. Nocte autem fiunt plures, & maiores terræmotuum, qui autem de die, circa meridiem : tranquilliſſimum enim eſt, vt in pluribus diei meridies: ſol enim cum maxime obtineat : declinat exhalationem in terram : obtinet autem maxime circa meridiem: noctes autem diebus tranquilliores propter abſentiam ſolis. Quare intus fit iterum fluxus : ſicut recurſus in contrarium eius, quæ extra diffuſionis: & ad diluculum maxime: tunc enim & ſpiritus nati ſunt incipere flare. Si igitur intus exciterit permutatum principium ipſorum, ſicut Euripus propter multitudinem, fortiorem facit terræmotum.

e Adhuc autem circa loca talia fortiſſimi fiunt terræmotus, vbi mare fluxibile : aut regio ſpongioſa: & ſubantroſa : propter quod & circa Helleſponticum, & circa Achaiam, & Siciliam, & Euboeam, circa hæc loca: videtur enim penetrare ſub terra mare: propter quod termæ, quæ circa Adepſum, à tali cauſa factæ ſunt. Circa dicta autem loca terræmotus fiunt maximi propter anguſtiam : ſpiritus enim factus vehemens, & propter multitudinem maris allati, repellitur iterum in terram : quod natum erat efflare ex terra. Regioneſque, quæcumque habent maria, & quæ ſubtus loca multum ſuſcipientes ſpiritum, concutiuntur magis.

*qui extra exhalatur, intro fluere contigerit.*

*Hanc ob cauſam, plurimi, iiq; maximi, terræmotus cœlo tranquillo fiunt. Continuata exhalatio, principii impetum, vt plurimũ ſequitur. Quare vniuerſa, aut intro ſimul, aut exorta contendit. Aliquos autem terræmotus etiam vento flante fieri, nihil abſurdum eſt. Plures enim ſimul ſpirantes interdum cernimus, quorum cum alter in terram ſeſe receperit, vento ſpirante terræmotus exiſtent. Minores porro magnitudine hi fiunt, quod eorum principium atq; cauſa diuiſa ſit. Nocte etiam plures & maiores terræmotus exiſtunt, & qui inter diu fiunt, circa meridiem excitantur, quãdoquidem meridies omnium diei partium tranquilliſſima vt plurimum eſt. Sol enim cum maxime viget, exhalationem in terram concludit. Maxime autem viget in meridie: quinetiam ob Solis abſentiam, noctes diebus tranquilliores fiunt. Quapropter fluxus intro rurſus retrocedit (quomodo maris refluxus in contrariam fluxus fit partem) atq; ad auroram maxime, quippe cum ſpiritus eo tempore ſpirare incipere apti ſunt. Principium igitur eorum ſi intro, vt Euripus, recedat, validiſſimum ob copiam terræmotum efficit.*

*In his præterea locis vehementiſſimi fiunt terræmotus, vbi mare fluidum eſt, aut regio fungoſa, & cauernarum plena. Ideo in Helleſponto, & Achaia, & Sicilia, & Eubœa locis eiuſmodi exiſtunt. Mare enim terram per fiſtulas veluti quaſdam videtur ſubire. Ideo & thermæ ad Ædepſum, ob talem cauſam exortæ ſunt. In prædictis autem locis terræmotus maxime ob anguſtiam fiunt. Spiritus enim qui efflari e terra conſueuit, vehementior, ob affluentis maris magnam vim factus, in terram rurſus repellitur. Quin & regiones, quæ loca infera fungoſa habent, cum multum ſpiritus excipiant, magis concutiuntur.*

f Et vere autem & autumno maxime, & in pluuioſis & in ſiccitatibus fiunt, propter eandem cauſam. Tempora autem hæc maxime ſpumoſa, æſtas enim & hyems, hæc quidem igitur propter gelu, hæc autem propter æſtum facit immobilitatem, hoc autem valde frigidum, hoc autem valde ſiccum eſt. Et in ſiccitatibus quidem ſpumoſus aer, hoc ipſum enim eſt achimos, quando amplior exhalatio ſicca facta fuerit quam humida. In pluuioſis autem amplior facit eam, quæ intus, exhalationem: eo quod intercipiatur in anguſtioribus locis, & compellatur in minorem locum, talis ſegregatio, repletis concauitatibus aqua, cum incœperit obtinere, eo quod multa in paruum locum comprimatur, fortiter mouet fluens ventus, & offendens.

*Vere autem maxime & autumno, ac per imbres & ſquallores eandem ob cauſam fiunt. Hæc enim tempora flatibus maxime abundant. Nam æſtas & hyems aeris tranquillitatẽ faciunt, hæc quidem ob gelu, illa ob æſtum, quippe cum hyems frigida admodum ſit, æſtas admodum ſicca. Atque in* G *ſqualloribus aer eſt flatuoſus. Siquidem hic demum eſt ſqualor cum ſicca exhalatio copioſior, quam humida fuerit. Per imbres autem, quod exhalatio intra terram copioſior fiat, quodque terræ concauitatibus aqua repletis in locis anguſtioribus eiuſmodi ſecretio intercipiatur, viꝫ in minorem locum compellatur. Cum enim euincere cœperit, quia quod multum eſt, in paruum locum comprimatur, ventus fluens, atque incurrens grauiter commouet.*

f ¶ Ponit tertium ſignum quod ſumitur ex tempore, & dicit, quod propter eandem cauſam, ſcilicet, quia cauſa terræmotus eſt exhalatio incluſa in terra, terræmotus ſunt frequentius in vere & autumno, & in pluuioſis & æſtuoſis temporibus, quam in aliis. Et huius ratio eſt, quia illa tempora habent multam caliditatem & humiditatem coniunctam: & ideo multam proferunt exhalationem. Sed in æſtate & in hyeme, minus fluit de exhalatione: quia in hyeme exhalatio cito extinguitur à vehementi frigore, in æſtate autem propter excellentiam calidi exterminatur & propellitur in oppoſitum: & ideo rarius in his temporibus accidit terræmotus. Fit etiam in temporibus ſiccis temperate: quia in illis temporibus aer eſt maxime ſpumoſus, & multam proferens exhalationem ſiccam: hoc autem maxime cauſat terræmotum, quando magis exhalat de ſicco, quam de humido. In pluuioſis autem temporibus fit, tum quia tunc maior exhibetur materia exhalationis, & plus de ea generatur, tum quia ex eo quod exhalatio quæ eſt in ſuperficie terræ, repellitur intus propter pluuiam, ea quæ prius erat intus, in concauitatibus terræ anguſtatur, compreſſa in paruo loco, & anguſtatur, compreſſa maiorem, & pellit terram, vt fluat exterius, & ſic cauſat terræmotum. Deinde cum dicit.

H

g Oportet enim intelligere, quod ſicut in corpore noſtro, & tremorum, & pulſuum cauſa, eſt ſpiritus intercepti virtus, ſic & in terra ſpiritum ſimilem facere, & hunc quidem terræmotum, velut tremorem, eſſe, hunc autem velut pulſum, & ſicut accidit ſæpe poſt vrinationem, per corpus enim fit velut tremor quidam, tranſlato ſpiritu de foris intus ſubito, talia enim fieri, & circa terram. Quantam autem habeat ſpiritus virtutem, non ſolum ex his, quæ in aere fiunt oportet ſpeculari, hoc quidem propter magnitudinem exiſtimabit vtique aliquis poſſe talia facere, ſed in corporibus animalium. Tetani enim & ſpaſmi, ſpiritus quidem ſunt motus: tantum autem vigorem habent, vt multi ſimul tentantes vi tenere, non poſſint obtinere motum infirmantium: tale itaque oportet intelligere factum & in terra: vt comparetur ad paruum maius.

*Intelligendum enim eſt, vt in noſtro corpore vis ſpiritus intercepti & tremorum, & pulſuum cauſa eſt, ita & in terra ſpiritum ſimilia quædam efficere, & terræmotuum alium quidem, vt tremorem eſſe, alium vt pulſum, & qualia cum vrina reddita eſt, in corpore ſæpius accidunt (fit enim veluti tremor quidam, ſpiritu extrinſecus intro ſeſe confertim recipiente)* I *talia etiam in terra fieri. Quantam autem vim ſpiritus habeat, non ſolum ex his, quæ in aere oboriuntur, cõtemplari debemus, (ibi enim magnitudine ſua talia poſſe efficere aliquis putauerit) verum & in corporibus animalium. Nam & tetani & conuulſiones, id eſt, diſtenſiones, ſpiritus motiones ſunt, vimqꝫ tantam obtinent, vt etiam ſi multi ſimul vim repellere enitantur, ægrotantium tamen motum euincere nequeant. Idem vero & in terra fieri,* K *vt rem magnam cum parua conferamus, intelligendum eſt.*

g ¶ Oſtendit prædictam cauſam per quãdam ſimilitudinem in corporibus animalium, ſimul oſtendens modum & virtutem ſpiritus in mouendo, & dicit quod ſicut ſpiritus interceptus in corporibus noſtris dupliciter mouet corpus, ſcilicet per pulſum, & tremorem, ſic etiam exiſtimandum eſt ſpiritum, id eſt, exhalationem ſimiliter facere in terra, ſpiritus enim vitalis in corpore noſtro, eſt cauſa pulſuum, in quantum per ebullitionem, vel reſpirationem propellitur ad exterius, & etiam eſt cauſa tremoris propter frequẽtem pulſationem, eo quod frequenter repulſus repellit. Sic etiam ſimpliciter ipſe ſpiritus incluſus in terra, aliquando propellit terram ad alteram F partem, & vehementer repulſus, facit terram tremere, & cauſat terræmotum, ſicut etiam in nobis poſt vrinationem accidit frequenter tremor quidam, propter hoc, quod aer frigidus ingrediens interiora per vias vrinæ, propellit ſpiritum intus, & propellitur ab eo, & ſic propellentes ſe inuicem frequenter, percutiunt membra, & faciunt ea tremere. Eodem modo oportet intelligere de exhalatione, quæ propulſa ad vnam partem terræ, repellitur ad aliam, & ſic frequenter percutiendo partes terræ facit eam tremere & cauſat terręmotum. Aliquando autem ſpiritus mouetur non ad latus, ſed ſurſum motu recto, quaſi ebulliendo, & tunc pellit terram ſurſum, & cauſat terræmotum, qui aliquando ſubuertit domos & turres ingentes, & ciuitates, tranſportando terram in qua ſunt, à loco ſuo. Nec eſt incredibile quod dicitur de motu ſpiritus, quia virtus eius in mouendo eſt maxima. Quod ſi volumus intelligere, oportet conſiderare eam, non ſolum ex his quæ fiunt in aere, vbi propter ipſius vehementiam frequenter euelluntur arbores, & ſubuertuntur ædificia, hoc enim fit, & de facili creditur, propter ipſius magnitudinem, ſed etiam oportet illam virtutem conſiderare in corporibus animalium, in quibus accidunt tetani & ſpaſmi propter motum ipſius ſpiritus, quia retractis ſpiritibus mouentibus neruos, retrahuntur nerui & exiccantur, vel replentur humore groſſo humido. Sciendum eſt autem quod ſpaſmus eſt retractio neruorum ſimpliciter, cum dolore vehementi. Tetanus autem eſt contractio partium anteriorum vel poſteriorum. Eodem modo oportet intelligere comparando maiorem motum ſpiritus factum in aere, ad ictum paruum in corpore animalis, quod ſpiritus incluſus in partibus terræ, facit multos vehementes motus, & cauſat terræmotum. Deinde cum dicit.

σπάσμος

τετανός

h Signa autem horum & ad noſtrum ſenſum ſæpe facta ſunt. Iam enim terræmotus in quibuſdam locis factis non prius deſiit, antequam erumpens in eum, qui ſuper terram locum, manifeſte,

*Horum autem ſigna, & ipſi quoque noſtro ſenſui manifeſta multis in locis extiterunt. Iam enim motus, terræ quibuſdam in locis excitatus, non ante deſiit, quam ventus ille, qui commouerat, eruptione*

h ¶ Regreditur ad declarandam cauſam iam dictam per ſigna conſequentia terræmotum, & circa hoc duo facit. Primo eam declarat per ſigna apparentia in terra: ſecundo per ſigna apparentia

in

vt Ecnephias exiuit qui mouit ventus. Quale & circa Heracleam eam, quæ in Ponto, nuper factum fuit: & prius ſupra ſacram inſulam: hæc enim eſt vna vocatarum Aeoli inſularum. In hac enim intumuit aliquid terræ, & aſcendit velut collis moles cum ſono. Tandem autem rupta, exiuit multus ſpiritus & fauillam, & cinerem eleuauit; & Lipareorum exiſtentem ciuitatem non longe, omnem incinerauit: & ad quaſdam Italia ciuitatum venit: & nunc vbi exufflatio hæc facta fuit, palam eſt: etenim facti ignis in terra hanc putandum eſſe cauſam; cum denſum accenditur primo in paruo diſrupto aere.

*ſupra terram facta, procellæ modo aperte eruperit. Vt in Ponti Heraclia nuper accidit, & antea in Hiera inſula, quæ vna ex iis eſt, quæ Æoli inſulæ nominantur. In hac enim pars terræ intumuit, & cum ſonno in tumuli ſpeciem aſcendit, quoad extremum diſrupto multum ſpiritus prodiit, qui*
B *ſcintillas cineremq; ſuſtulit, & Lipareorum vrbem, quæ haud procul abeſt, totam cinere operuit, & ad quaſdam etiam Italiæ vrbes peruenit, atq; nunc etiam, vbi efflatio illa facta eſt, conſpicitur. Etenim ignis in terra accenſi hanc eſſe cauſam putandum eſt, cum videlicet ſpiritus colliſus incenditur, aere prius in partes exiguas diuiſo.*

i Argumentum autem eſt quod flant ſub terra ſpiritus, & quod fit circa has inſulas. Cum enim ventus debeat flare Auſter præſignificat prius: ſonant enim ex quibus fiunt exufflationes; propterea quod mare propellatur iam de longe, ab hoc autẽ, quod ex terra exufflans repellatur iterum intus, qua quidem ſupergreditur mare, hac facit ſonum ſine ſciſmo; propter amplitudinem locorum: effunditur enim in immenſum extra; & propter paucitatem repulſi aeris.

C *At vero ſpiritum ſub terram fluere id quoque eſt argumento, quod circa has inſulas fieri ſolet. Cum enim flaturus eſt auſter, antea denunciat. Nam ea loca, vbi efflationes fiunt, reſonant, quod mare è longinquo propelli iam cœperit, & quod è terra efflat, ab eo rurſum intro compellatur qua parte mare inuadit. Sonitum autem ſine motu terræ edit, partim propter locorum amplitudinem (intro enim ſubiens per immenſum diffunditur) partim propter aeris, qui repellitur, paucitatem.*
D

k Adhuc fieri ſolem caliginoſum; & obſcuriorem ſine nube, & ante matutinos terræmotus aliquando tranquillitatem, & frigus, forte ſignum dictæ cauſæ eſt. Solem enim caliginoſum & obſcurum neceſſarium eſſe, incipiente ſpiritu progredi in terram, diſſoluentem aerem, & diſgregantem & ad Auroram, & matutinos, tranquillitatemque, & frigus: tranquillitatem quidem enim neceſſarium eſt, vt in plurimum accidere, quemadmodum dictum eſt prius, velut regreſſu intro facto ſpiritus, & magis ante maiores terræmotus: non diſcretum enim hoc quidem extra, hoc autem intus, ſed totum intus ſimul latum neceſſarium vale-

*Sol præterea, qui caliginoſus fit, & obſcurior ſine nube, aeriſque interdum ante matutinos terræmotus tranquillitas, & frigus vehemens, eam quæ dicta eſt, cauſam declarant, Cum enim ſpiritus aerem diſſoluens atque diſſipans infra terram ſecedere incipit, & Solem caliginoſum & obſcurum fieri, & ad auroram at-*
E *que diluculum tranquillitatem, & frigus eſſe neceſſe eſt. Tranquillitatem quidem enim vt plurimum accidere, quemadmodum & prius diximus, oportet, ſpiritus videlicet intra terram refluxu: atque id magis ante terræmotus maiores. Nam cum ſpiritus non partim extra, partim intra diſtrahitur, ſed vniuerſus fertur, plus virium habeat, neceſſe eſt:*

in alto: ibi, [Adhuc fieri ſolem.] prima iterum in duas, ſecundum duo ſigna, quæ ponit: primo enim ponit primum ſignum, & dicit quod horum, ſcilicet quæ dicta ſunt, facta ſunt ſigna manifeſta ad ſenſum noſtrum. Quorum primum eſt, quod terræmotus in quibuſdam locis factus, non prius ceſſauit, quam exhalatio, & ſpiritus mouens erumperet ſuperius, & fieret ventus Eteſius: qui erumpendo ex terra, propellit aerem ſuperius: ſicut Ecnephias procedens ex nube, propellit ipſum inferius, quod eſt manifeſtum ſignum, quod ſpiritus intus incluſus eſt, cauſa terræmotus. Et hoc dicit eſſe factum tempore ſuo circa Heracleam ciuitatem: quæ eſt in regione Ponti, & ſimiliter circa ſacram inſulam, quæ dicitur Vulcani, & eſt vna de inſulis Æoli, qui reputabatur ab antiquis illius regionis; Deus ventorum. Et propter multitudinem exhalationis in illis locis, quandoque terra incipit intumeſcere per modum collis, & ſonos magnos cauſat. Et illa exhalatio quandoq; effluxit, & eleuauit ſecum fauillam & cinerem, ex eo quod tum à caliditate loci, tum à vehementi motu ignita eſſet, & Lipareorum ciuitatem non longe exiſtentem combuſſit & incinerauit, & fere inutilem reddidit, & peruenit vſque ad quaſdam ciuitates Italicorum. Et illa etiam exhalatio dicitur eſſe cauſa ignis generati in prædicta inſula Etnæ. Secundo ibi.

i ¶ Ponit ſecundum ſignum ſumptum ex his, quæ accidunt circa terram & dicit, quod aliud argumentum ſiue ſignum, quod exhalatio ſicca fluat in terra eſt, quia cum ventus Auſter eſt futurus flare in illa regione, tunc præſignificatur flatus eius per ſonum, factum in illis inſulis, in parte illa, in qua debet fieri exufflatio eius. Et huius ratio eſt, quia mare à remotis propellitur ab Auſtro ad illas inſulas, & Auſter etiam repellit exhalationem factam exterius & extra terram ad intra, ſaltem in illa parte, in qua terra ſupergreditur mare, & illa exhalatio violenter ad interius repulſa, percutit partes terræ, & facit quandoque ſonum ſine terræmotu, & hoc propter duo: primo propter amplitudinem locorum ad
A intra, ad quæ exhalatio repellitur, quæ ſunt capaciſſima: & ideo recipiunt in ſe exhalationem cum ſono ſine terræmotu. Secundo propter paucitatem ſpiritus ſeu aeris repulſi ad interius. Poteſt etiam aſſignari alia ratio huius, quia ventus Auſter, cum ſit calidus, vt ſuperius probatum eſt, non totam exhalationem repellit ad intra, ſed ſua caliditate partem diſgregat, & eleuat ſurſum: & ideo propter paucitatem exhalationis, repulſæ ad intra fit ſonus, ſine terræmotu. Deinde cum dicit.

k ¶ Probat idem per ſigna ex his, quæ apparent ſuperius, & diuiditur in tres partes, ſecundum quod tria ſunt ſigna quæ ponit. Circa primum autem ſignum dicit, quod ſignum quod motus exhalationis in terra ſit principium terræmotus eſt, quia frequenter contingit circa terræmotum, ſolem fieri caliginoſum & obſcurum, ſine interpoſitione nubis, & etiam ante terræmotus matutinos vt frequentius contingit fieri tranquillitatem, & vehemens frigus. Et ratio primi eſt, quia illa exhalatio & ſpiritus, qui ſuo motu rarefacit & diſgregat aerem; incipit diſcedere; & progredi ſubtus terram; & ideo aer relinquitur humidus & groſſus, & ex hoc, ſol qui per ipſum videtur, videtur obſcurus ſine nube. Et etiam quia ipſe ſpiritus qui propellitur ad terram, partim remanens in aere propinquo terræ propter frigiditatem terræ & aquæ, frigeſcit & ingroſſatur: & ideo oppoſitus viſui noſtro impedit nobis claritatem ſolis, fit autem tranquillitas & frigus ex hoc, quia illa exhalatio ſicca & calida, commouet aerem, cum; vt ſupradictum eſt, illa ſit materia ventorum, & etiam calefacit ipſum: ſed quando ad intra propellitur; tunc per abſentiam ſuam facit in aere oppoſitum, ſcilicet tranquillitatem & frigus. Eadem enim cauſa facit quandoque vnum per ſe, & oppoſitum per accidens. Accidit autem maxima tranquillitas præſertim ante maiores terræmotus, velut materia non ſit diuiſa ſub & ſupra, ſed tota repulſa eſt intra. Ex quo ſequitur vtrumque maius, ſcilicet maior tranquillitas ſupra terram, & maior terræmotus infra: ſed quia poſſet

aliquis dicere, quantum ad frigus, quod venti videntur ad ſenſum eſſe frigidi, & ideo non videtur, quod per abſentiam ſuam faciant frigus, ſed magis per præſentiam, ideo hoc remouet & dicit, quod venti ſecundum propriam naturam ſunt calidi: quia ventus eſt multitudo exhalationis ſiccæ, & calidæ circa terram motæ: ſed videntur frigidi, quia mouent ſecum aerem exiſtentem plenum multo frigido vapore. Sicut ſpiritus, id eſt, flatus exufflatus àb ore in principio eſt calidus, licet non multum appareat, propter paucitatem, ſed de longe ab ore eſt frigidus eadem cauſa, qua etiam venti ſunt frigidi, ſcilicet, quia propellit aerem frigidum. Deficiente igitur in ſuperficie terræ tali virtute, ſcilicet, calefactiua exhalationis, rationabile eſt circa terram fieri frigus, propter fluxum vaporum aquæ & terræ, & terræmotum tunc fieri: quia exhalatio quæ eſt materia eius, repulſa eſt intra terram. Secundo ibi.

l ¶ Ponit ſecundum ſignum: ſumptum ex his, quæ videntur in alto: & dicit, quod idem ſcilicet propulſio exhalationis in terra ſit principium terræmotus, conſueuit declarari ex hoc ſigno, quia antequam terræmotus incipiat de nocte, tranquillitate exiſtente de die, aut parum poſt occaſum ſolis, apparet quandoque in aere nubecula quædam tenuis, porrecta, & extenſa in longum, propter diſpoſitionem materiæ ad modum lineæ rectæ: quod accidit propter tranſlationem ſpiritus, id eſt, exhalationis ſiccæ ad terram. Deficiente enim ſpiritu ſicco, & calido, vapor relictus ſit tenuis, non extenſus per latus, ſed longæ figuræ propter defectum materiæ. Cuius ſimile accidit circa litus maris: quia quando ventus vehemens incidit mari & facit ipſum vehementer fluctuare, tunc fiunt in litore maris regimines & ventoſitates: vel vndæ diſtortæ & groſſæ: ſed quando mare eſt tranquillum à ventis, tunc fiunt regimines ſubtiles & rectæ: quia tunc ſpiritus mouens eſt tenuis & paruus. Dicuntur autem regimines, ſecundum Alexandrum, figuræ aquæ, id eſt, vnde in littoribus factæ ab infuſione ſpirituum: id eſt, à commotione ventorum: alliſæ littoribus irregulariter, id eſt, non ſemper eodem modo. Et hoc idem quod facit ventus in mare, facit ſpiritus mouens aerem circa prædictam caliginem: quia quandoque, ſcilicet, quando eſt potens, facit diſtortas & inordinatas figuras: quandoque autem, cum eſt debilis, facit paruas & ſubtiles. Tertio ibi.

m ¶ Ponit tertium ſignum: & dicit quod propter eandem cauſam, ſcilicet, propter impulſum exhalationis introrſum, & infrigidationem terræ in ſuperficie, contingit quinque fieri terræmotum circa eclypſes Lunæ: quia quando lumen Lunæ adhuc non deficit, licet propinqua ſit interpoſitioni, tunc per virtutem quam accipit à ſole, adhuc calefacit aerem, & manet in eo exhalatio ſicca: ſed quando fit eclypſis, tũc Luna propter defectum luminis non calefacit terram & aerem: frigefacto igitur aere circa terram, propellitur à frigido per antipariſtaſim exhalatio in ipſam terram, in qua fit terræmotus, & circa eclypſes. Ad cuius euidentiam conſiderandum eſt, quod lumen Solis, ſecundum quod Solis, eſt generatiuum caliditatis, ſicut experientia docet: & propterea, quia Luna à Sole illuminatur, lumen Lunæ, ſecundum quod eſt à Sole, eſt calefactiuum: quamuis ab ipſa Luna accipiat virtutem mouendi humida. Et ex hoc contingit quod Luna totaliter illuminata à Sole, inferiora ſunt calida: propter quod dicit Ariſtoteles in libro de animalibus, quod in plenilunio noctes ſunt calidiores. Sed ipſa deficiente, frigeſiunt aer, & terra: ſicut accidit in coniunctione: & in eclypſi. Deficit autem illuminatio Lunæ à Sole per interpoſitionem vmbræ terræ inter Solem & Lunam, licet enim vmbra terræ non agat in Lunam, & ideo non ſit per ſe cauſa infrigidationis terræ, tamen per accidens eſt eius cauſa: quia accedente Luna ad vmbram terræ, Sol incipit ſibi fieri oppoſitus, & ipſa impediente, non illuminat Lunam, & terra non illuminatur à Luna, lumine participato à Sole: neque etiam calefit ab ipſa. Et propter hoc, terra infrigidata, exhalatio concluditur in terra, & cauſat terræmotum, & fit in aere tranquillitas. Sed quia poſſet aliquis dicere, quod interdum ſunt eclypſes non exiſtente tranquillitate aeris, quia quandoque fit ventus ante futuras eclypſes per ſex horas, ſicut quando futura eſt eclypſis in medio noctis, tunc fit ventus ante in principio noctis, ſed quando debet fieri in diluculo, tunc fit antecedẽte vento in medio noctis. Reſpondet Philoſophus, & dicit quod illius in cauſa eſt. quia quando Luna appropinquat ad locum, in quo futura eſt eclypſis, tunc caliditas, quæ cauſatur à Luna in ſuperficie terræ, incipit marceſcere & remitti: qua remiſſa, aer, qui prius erat tranquillus, propter exceſſum caloris, qui prohibebat motum exhalationis, incipit moueri per motum exhalationis, & tunc fit ventus tanto tardior, quanto eclypſis fit tardior, vt dictum eſt: fit itaque circa eclypſim Lunæ ventus & terræmotus: & huius ratio eſt, quia Luna, cuius eſt mouere humida, præſertim ea mouet

in

F re magis. Frigus autem accidit propterea quod exhalatio introuertitur: nam calida exiſtens ſecundum ſe. Non videntur autem venti eſſe calidi: quia mouent aerem exiſtentem plenum multo & frigido vapore: ſicut ſpiritus per os exſufflatus: etenim hoc quidem de prope eſt calidus, ſicut & cum hiamus, G ſed propter paucitatem non ſimiliter manifeſtum, de longe autem frigidos propter cauſam eandem ventus: deficiente autem in terra tali virtute, conueniens propter humiditatem vaporoſus defluxus facit frigus: in quibus accidit locis hanc fieri paſſionem.

l Idem autem cauſa, & ſigni conſueti aliquando fieri, ante terræmotum: aut enim per diem: aut parum poſt occaſum, ſerenitate exiſtente, H nubecula ſubtilis appareat porrecta: & longa: velut lineæ longitudo: quamplurimum recta: ſpiritu deficiente propter tranſlationem. Simile autem accidit & in mari circa litora quandoquidem enim fluctuans inciderit, vehementer groſſæ, & diſtortæ, fiunt regimines, quando autem tranquillitas fuerit, propterea quod parua ſit ſegregatio, ſubtiles ſunt, & rectæ. Quod quidem igitur mare facit circa terram, hoc ſpiritus I circa eam, quæ in aere, caliginem, vt quando fuerit facta tranquillitas, omnis recta, & ſubtilis derelinquatur, tanquam nubecula ſit regiminis aeris.

m Propter eandem cauſam autem & circa eclypſes aliquando Lunæ accidit fieri terræmotum. Quando enim iam prope fuerit interpoſitio, & nondum quidem omnino ſit deficiens lumen, & quod à ſole calidum ex aere, iam autem K marceſactum, tranquillitas fit, contra tranſlato ſpiritu in terram,

*Frigus autem accidit, quod exhalatio, quæ natura per ſe calida eſt, intro conuertatur. Calidi vero non videntur venti eſſe, quia aerem frigido ac multo vapore repletum moueant, quo modo & ſpiritus ille qui per os efflatur. Nam & hic è propinquo quidem calidus eſt, qualis etiam eſt cum eiuſmodi loquimur, quæ hiante magis ore enunciamus, ſed ob exiguitatem non æque percipitur. E longinquo autem frigidus eſt ob eandem cauſam, ob quam & venti. Tali igitur facultate in terram ſecedente, vaporoſa effluxio ob humorem coiens, in his locis, in quibus affectionem hanc fieri contingit, frigus adducit.*

*Eadem vero etiam cauſa eſt, & eius ſigni, quod terræmotum antecedere conſueuit. Aut enim interdiu, aut paulo poſt occaſum ſereno tenuis nebecula extenta longum apparet, lineæ inſtar, rectitudinem exquiſitam habentis, quod ſpiritus ob loci mutationem langueſcat. Simile autem quid & in maris littoribus accidit. Cum enim fluctuans exundat, valde craſſi & obliqui fluctus appellunt. Cum autem tranquillum eſt, quod exigua ſit effluxio, tenues & recti. Quod igitur mare in terra, id ſpiritus in aeris nebula efficit, ita vt cum aeris tranquillitas fuerit, recta & tenuis nubecula veluti quidam aeris appellens fluctus, derelinquatur.*

*Ob hoc vero etiam accidit, vt circa lunæ defectus terræmotus interdum efficiatur. Cum enim iam terræ obiectus inſtat, & nondum prorſus lumen obſcuratum eſt, nec calor Solis aerem dereliquit, ſed tamen iam tabeſcere incœpit, aeris tranquillitas oritur: commigrante in terram ſpiritu, qui ante defectiones terram mouet.*

in ſuis reuolutionibus, vt experientia docet in corporibus animalium, & ex hoc in illo tempore cauſat multam exhalationem, quæ aut exiſtit in aere ſupra terram, & fiunt venti, aut includitur intra cauernas terræ, & generatur terræmotus. Sed videtur Ariſtoteles contradicere his, quæ ſuperius dicta ſunt: ſupra enim dixit quod prædictas eclypſes, & terræmotum contingit fieri exiſtente tranquillitate: hic autem dicit quod ante eclypſes Lunæ contingit ventos fieri. Hanc autem quæſtionem Alexander ſoluit duobus modis, ex quibus tamen completur vna ſolutio perfecta. Primo, quia quod ante eclypſes ſint venti, hoc eſt, propter remiſſionem caloris, qui prohibebat motum exhalationis, ex qua generatur venti: ſed quod non ſiut, ſicut prius dixerat, accidit propter infrigidationem aeris circa terram: ex qua repellitur exhalatio intra terram. Secundo dicit, quod hæc duo dicta intelligi non debent ſecundum idem tempus, quia quod hic dicitur, quod ante eclypſes fiunt venti, intelligitur de tempore antecedente eclypſim per ſex horas: ſed quod prius dictum eſt, intelligi debet de tempore propinquo terræmotui, vel eclypſi. Deinde cum dicit.

A quæ facit terræmotum ante eclypſes. Fiunt autem & venti ante eclypſes ſæpe: in principio quidem noctis, ante eclypſes mediæ noctis: in media autem nocte, ante diluculares: accidit autem hoc, & propter marceſcere calidum, quod à Luna, cum prope fuerit latio, in qua facta fuerit eclypſis. Remiſſio igitur, quod detinebatur aer, & B quieſcebat, iterum mouetur, & fit ſpiritus: tardioris eclypſis, tardior.

## LECTIO XV.

CVm autem fortis factus fuerit terræmotus, non mox, neque ad ſemel ceſſat agitans: ſed quod primo quidem vſque ad circa quadraginta dies agitat: poſterius autem & ad vnum, & ad duos annos notatur: ſecundum eadem loca. C Cauſa autem magnitudinis quidem multitudo ſpiritus: & locorum figuræ: per qualia vtique fluxerit: qua quidem enim repulſus fuerit, & non facile pertranſeat, & quod concutit maxime, & intus retineri neceſſarium in reſiſtentibus, velut aqua non potens pertranſire. Propter quod, ſicut in corpore pulſus, non repente ceſſante, neque cito, ſed per moram marcefacta paſſione, & principium à quo exhalatio facta fuit, & ortus ſpiritus, palam quod non mox omnem expandit materiam: ex qua D fecit ventum: quem vocamus Sciſmum: quouſque igitur conſumatur, reliquias horum neceſſe agitare. Debilius autem, & vſque ad hæc donec vtique minus exhalatum ſit, quam vt poſſit mouere manifeſte. Faciunt autem & ſonos qui ſub terra fiunt: & eos qui ante terræmotum: & ſine terræmotibus iam alicubi facti ſunt ſub terra.

E

b Sicut enim, & percuſſus aer omnimodos emittit ſonos, ſic & percutiens ipſe: nihil enim differt verberans ſimul, & ipſum

### LECTIO XV.

a POſtquam Philoſophus oſtendit cauſam terræmotus, & eam per multa ſigna declarauit, hic determinat de accidentibus conſequentibus terræmotum. Primo ergo aſſignat cauſam, quare terræmotus quandoque non cito ceſſat, ſed durat per lõgum tempus: & aliquando etiam interpolatione facta, poſt annum vel duos, ſentitur notabiliter, terræmotus debilior circa eadem loca. Et dicit, quod quando fortis fuerit factus terræmotus, tunc exhalatio mouens terram non ſtatim ceſſat agitando, ſcilicet ipſam ſemel, vel ad paruum tempus: ſed aliquando durat per quadraginta dies: & quandoque ſentitur poſt duos annos facta interpolatione: ſicut prædictum eſt. Cauſa autem huius eſt, quæ intra cauernas terræ incluſa eſt magna multitudo exhalationis: & loca etiam, in quibus recipitur illa exhalatio, ſunt praua: & habent exitus ſtrictos & latera ſolida, quæ cum difficultate franguntur: & ex hoc illa exhalatio non poteſt cito, & in paruo tempore exire: ſed diu durat. Neceſſe eſt enim intus retineri, quod non poteſt faciliter exire. Velut cum in aliquo loco fuerit magna multitudo aquæ, & foramen per quod exit fuerit ſtrictum, non cito exit: ſed longo tempore durat exitus. Et hoc etiam declarat per ſimile in corpore noſtro de motu ſpiritus febrilis, qui fit in nobis propter putrefactionem humorum, & cauſat magnos pulſus & frequentes, per quos oſtenditur febris, in corpore animalis. Sicut igitur ſpiritus febrilis, non cito, neque repente ceſſat, ſed durat per longum tempus, quouſque conſumatur materia, quæ eſt principium talis paſſionis, ſic etiam patet, quod ſpiritus intus excluſus, non expandit, vel effundit immediate omnem materiam, ex qua fit ventus, & terræmotus: ſed neceſſe eſt terram agitari quouſque conſumptæ fuerint reliquiæ exhalationis: ſed tamen agitatur continue debilius, quanto minus de materia remanſerit intus, quouſque tam parum remaneat, quod non poteſt amplius mouere terram Non aſſignat autem Ariſtoteles cauſam interpolationis terræmotus. Poteſt tamen iſta eſſe cauſa, quia quandoque remanet exhalatio incluſa per longum tempus ſecundum modicam quantitatem: quæ non poteſt mouere terram: & propter hoc quieſcit à terræmotu ſed poſtea per proceſſum temporis augetur illa exhalatio, vel propter eandem conſtellationem, quæ priorem adduxit, vel propter aliam cauſam: & ita fortificata exhalatio, iterum mouet terram poſt annum, aut poſt duos annos. Secundo ibi.

b ¶ Oſtendit cauſam quare quandoque fit ſolus ante terræmotum, & aliquando etiam fit non futuro terræmotu, & dicit, quod eadem exhalatio, quæ facit terræmotum, facit etiam ſonos: vel præcedentes terræmotum vel etiam ſine terræmotu. Et declarat hoc per ſimile in aere exteriori: quia ſicut aer exterior percuſſus ad aliquod corpus ſolidum, & concauum, vel etiam percutiens tale corpus, quia nihil differt, vtrum aer ſit percutiens, vel percuſſus, ex eo, quod ad cauſandum ſonũ, neceſſe eſt percutiens, & percuſſum eſſe ſimul, cauſat diuerſos ſonos, ſecundum diuerſam diſpoſitionem percutientis & percuſſi: ſic exhalatio exiens per diuerſos poros terræ diuerſimode diſpoſitos, & figuratos, facit varios & diuerſos ſonos: ita vt aliquando terra videa-

*Oriuntur enim & ſæpius venti ante defectiones, initio quidem noctis, ante mediæ noctis defectiones, media autem nocte, ante eas quæ mane fiunt. Id autem accidit, quod Lunæ calor, tum hebetetur, cum motio proxima eſt, ad quam cum acceſſerint, defectio exiſtet. Eo igitur quo aer detinebatur & quieſcebat remiſſo, rurſus mouetur &* B *oritur ſpiritus, tardioris defectionis tardius.*

### Tractatus tertii, libri ſecundi, in quo determinatur de cauſis accidentium terræmotus. Cap. III.

*CVm autem vehemens ſit terræ motus, non ſtatim, nec cum ſemel concuſſerit, deſinit, ſed primum quidem ad quadraginta vſq; dies ſæpe protenditur, deinde & ad vnum duoſq; etiam annos, iiſdem in locis* C *percipitur. Ac magnitudinis quidem cauſa eſt, ſpiritus copia & locorum, per quæ fluit figuræ. Qua enim repercutitur, nec facile penetrat, & maxime quatit, & in locorum anguſtiis, more aquæ, quæ exire non poteſt, intercludatur neceſſe eſt. Quocirca, vt in corpore, nec celeriter, nec repente pulſus ſedantur, ſed paulatim, vna tabeſcente affectione, ita perſpicuum eſt, principium à quo exhalatio orta eſt, ſpiritusq; impetum non eam omnem illico materiam, è qua ventum, quem terræmotum nominamus, excitauit,* D *conſumpſiſſe. Quoad igitur horum reliquiæ fuerint abſumptæ terram concuti neceſſe eſt. Remiſſius vero, & eo vſque, donec quod exhalatur minus fuerit, quam vt euidenter poſſit mouere. Eos vero etiam ſonos qui ſub terra, & ante terræmotus fiunt, ſpiritus efficit. Quanquam & ſine motu alicubi iam ſub terra facti ſint.*

*Vt enim aer, cum verberatur, varii generis ſonos edit, ita & cum ipſe verberat: ſiquidem nihil differt. Nam quicquid verberat, id etiam omne*

videatur mugire: vel alios terribiles ſonos emittere: ſicut dixerunt hi, qui prodigia diuulgabant. Præuenit autem ſonus motum: quia exhalatio aliqua, quæ eſt ſubtiliorum partium, & magis penetrabilis, citius exit: & non potens cauſare terræmotum, facit diuerſos ſonos: & citius etiam à nobis auditur: quia penetrabilior eſt ſonus, & magis ſenſibilis quo ad nos, quam motus terræ cauſatus ab exhalatione. Tertio ibi.

c ¶ Aſſignat cauſam quare tempore terræmotus fiunt inundationes aquarum: & aſſignat circa hoc duas rationes, primo enim dicit, quod in terræmotibus contingit aliquando effluxio aquarum. Non tamen credendum eſt, quod aqua ſit cauſa terræmotus, ſicut poſuit Democritus: ſed huius ratio eſt, quia ſpiritus, vel exhalatio erumpens, inueniens aqeam in ſuperficie terræ, propellit eam vel per ſe, vel per euerſionem terræ, ſcilicet vel ponendo lapides, & terram quæ erat in fundo loci ſupra aquam: qui deſcendentes cum impetu cauſant effuſionem aquarum, vt patet ad ſenſum, vel propellendo aquam inuentam in ſuperficie terræ ab inferiori. Et hoc modo etiam venti ſunt cauſa inundationis aquarum, ſed non econtra: quia per eandem rationem poſſet aliquis dicere terram eſſe cauſam terræmotus actiuam: quia ipſa agitata euertitur: ſicut aqua agitata effluit, & effunditur. Effuſio enim euerſio quædam eſt. Et ideo potius dicendum eſt, quod aqua & terra, & in tali motu ſe habent magis paſſiue, & vt materia, quam vt agens, quia in hoc motu patiuntur: ſed nihil agunt: exhalatio autem, ſiue ſpiritus habet ſe in ratione mouentis. Et hanc rationem inducit contra Democritum. Secunda vero ratio eſt, quia aliquando flant ſupra terram, & ſupra mare, venti contrarii, quorum vnus pugnando adinuicem ſuccumbit alteri, & repellitur extra mare ad cauernas terræ: & in eis manet, & cauſat terręmotum. Cum igitur iſte ventus non poſſit reſiſtere vento contrario, & ſpiritus contrarius circumuolando ſupra mare eleuauerit multam aquam, & congregauerit eam in ſe, proiicit eam in littora, vbi propulſus fuerat ventus contrarius, & fit cataclyſmus: hoc eſt inundatio, ſi-

F ue diluuium: ſicut factum fuit in Achaia, vbi extra mare flabat Auſter: intra vero erat Boreas. Cum autem facta eſſet tranquillitas, ex eo quod auſter victus fuiſſet & ceſſaſſet, & ingreſſus fuiſſet terram, tunc facta eſt inundatio & terræmotus. Et tunc fit maior terræmotus, & maior inundatio, quia mare non dat exitum ſpiritui vim facienti de ſubtus, ſed reſiſtit ei, & propter hoc maiori impetu ſpiritus agitat mare & terram. Ille quidem qui propellitur in terram, faciendo terræmotum, ille autem qui eſt hypoſtaſis, id eſt, ſubſiſtens & remanet ſupra mare, facit cataclyſmum, id eſt, diluuium. Videtur autem Ariſtoteles contradicere ſibiipſi. Supra enim probatum eſt, quod venti contrarii non poſſunt ſimul flare: hic autem dicit, quod inundatio aquarum accidit, quia venti contrarii ſimul flant & ad inuicem pugnant. Sed conſiderandum eſt, quod ſuperius probatum eſt, quod venti contrarii non poſſunt ſimul flare diu, & per longum tempus: ſed non inconueniens eſt, quod ſimul flent per paruum tempus: in cuius ſignum ſupra induxit iſtam rationem, quia ſi ſimul flarent, vnus ſuperaret alium: & ſic non poſſunt diu ſimul flare. Vel intelligendum eſt, quod ſuperius vocauit ventos contrarios tantum, qui opponuntur omnino diametraliter, cuiuſmodi ſunt Auſter, & Septentrio: non autem Auſter, & Boreas. Quarto ibi.

d ¶ Comparat terræmotum vento, oſtendens quare terræmotus non fit ſimul per totam regionem, ventus autem fit per totam regionem: & huius ſimile dicit eſſe in ſiccitatibus & pluuiis, quæ fiunt ſecundum partes regionis, & non per totam regionem. Huius autem ratio eſt, quia exhalatio, ex qua cauſatur terræmotus, propellitur interius ad vnum locum determinatum: vt ſupradictum eſt: & ex conſequenti terræmotus fit in vno loco: in quo Sol non habet tantam virtutem, quod poſſit diſgregare huiuſmodi exhalationem: impediendo motum eius, hoc autem non accidit de vento: quia illa exhalatio ſuperius exiſtens per virtutem Solis diſgregatur: & diſpergitur per totam regionem: & ita venti non fiunt per partes, ſed ſecundum totam

verberatum eſſe. Præuenit autem ſonus motum: quia ſubtiliorum partium eſt: quia magis per omne penetrat ſonus ſpiritu. Cum autem minor fuerit, quam vt moueat terram propter ſubtilitatem, propter facile quidem penetrare non poteſt mouere: quia autem offendit ad ſolidas moles, & concauas, & omnimodas figuras, omnimodum emittit ſonum; vt aliquando videatur, quod quidam dicunt, prodigia vulgantes, mugire terram.

c Cum autem erumpunt aquæ factis terræmotibus, ſed non propter hoc aqua cauſa motus: ſed ſi fuerit ex ſuperficie, aut de ſubtus vim infert ſpiritus illam mouens: & ſicut fluctuum, venti, non fluctus, ventorum. Quoniam & terram ſic vtique quis cauſet paſſionis: euertitur enim agitata: quemadmodum aqua: effuſio enim euerſio quædam eſt. Sed hic ambo quidem cauſa, vt materia: patiuntur enim ſed non agunt: ſpiritus autem vt principium, Vbi autem ſimul cum terræmotu, fluctus factus fuit, cauſa quando contrarii facti fuerunt ſpiritus. Hoc autem fit, cum agitans terram ſpiritus, latum ab alio ſpiritu mare repellere quidem omnino non poſſit: propellens autem, & coarctans, ad idem congregauerit multum: tunc enim neceſſarium victo hoc ſpiritu, ſimul multum pulſum à contrario ſpiritu erumpere: & facere cataclyſmum. Fuit autem & factum hoc & circa Achaiam: extra quidem enim erat Auſter, ibi autem Boreas: tranquillitate autem facta, & fluente intro vento factus fuit, & fluctus, & terræmotus ſimul: & magis propter mare non dare perflationem impetum facienti ſub terra ſpiritui, ſed obſiſtere: vim enim inferentia inuicem, ſpiritus quidem terræmotum facit, hypoſtaſis autem aquæ, cataclyſmum: ſecundum autem partem fiunt terræmotus, & ſæpe ad modicum locum, venti autem non.

d Secundum partem quidem fiunt terræmotus, & ſæpe ad mo-

*ſimul verberatur. Quod autem ſonus tenuis ſit, & facilius quam ſpiritus, rem omnem penetret, motum antecedit. At cum minor fuerit, quam vt terram ob tenuitatem poſſit mouere, quod quidem facile penetret, mouere non poteſt: quod vero in ſolida corpora & caua, figuriſque omnis generis*
G *prædita incidat, omnes vocum differentias emittit: adeo, vt nonnunquam terra (vt portentorum ſcriptores aiunt) mugire videatur.*

*Iam vero & aqua cum terræmotus fierent, eruperunt. Sed non idcirco motionis cauſa aqua eſt. Verum ſpiritus, ſeu in ſummis partibus, ſeu ab infimo loco vim inferat, ille eſt qui mouet, quemadmodum fluctuum venti cauſa ſunt, non ventorum fluctus.*
H *Nam & terrã affectionis huius cauſam, hoc modo eſſe aliquis diceret: concuſſa enim velut aqua euertitur, quippe cum effuſio, euerſio ſit quædã. At hæc quidem ambo, quoniam patiuntur, nec agunt, cauſa ſunt, vt materia: ſpiritus vero, vt principium. Vbi autem inundatio, vna cum terræmotu facta eſt, ventorum contrarietas in cauſa fuit. Hoc autem euenit, cum ſpiritus terram concutiens mare, quod ab alio vento fertur, repellere nequit*
I *omnino: ſed propellendo, & in vnum contrahendo, eius magnam vim colligit. Tum enim ſpiritu hoc ſuperato, confertim à vento pulſum erumpat, & exundet neceſſe eſt. Quod ſane circa Achaiam factum eſt. Extra enim Auſter erat, ibi Aquilo. Tranquillitate autem exorta, & ſpiritu intus fluente, inundatio ſimul & terræmotus factus eſt, eoque magis, quod mare nullam ſpiritui ſub terram excurrenti tranſpirationem concedebat, verum ſeſe obiiciebat. Vim enim ſibi viciſſim inferendo ſpiritus terram commouit,*
K *inundatioque reſidens diluuium fecit.*

*Per partes autem terræmotus fiunt, & plerumque in ſpatio exiguo.*

totam regionem. Sed materia pluuiæ, licet eleuetur in altum, tamen ibi per virtutem Solis non diſgregatur, ſed potius frigefacta per illud frigus, congregatur in vno loco: & ex hoc pluuia fit ſecundum partes, ſicut etiam terræmotus, non autem venti: licet ex eadem materia generentur cum terræmotu. Quinto ibi.

c ¶ Determinat vltimo de differentiis terræmotuum, ſimul oſtendens quare in inſulis remotis à terra minus fiat terræmotus, quam in propinquis. Primo igitur, tangit id, quod ſupra dictum eſt, quod ſcilicet exhalatio dupliciter mouet terram, aliquando ſcilicet per modum tremoris, aliquando autem per modum pulſus: quia quando exhalatio mouetur in terra ſecundum latitudinem terræ, & percutitur ad alterum latus, tunc facit multas percuſſiones, & facit tremere terram: ſed quando exhalatio mouet terram ſurſum, tunc fit terræmotus per modum pulſus. Et hoc fit raro, quia difficile eſt tantam exhalationem conuenire in profundo, vt poſſit terram proiicere ſurſum: ſed quando hoc fit, propellitur ſurſum multitudo lapidum: ſicut accidit in caldariis, quæ bulliunt, in quibus grauia ſuperius propelluntur, & hoc etiam poteſt eſſe cauſa inundationis aquarum: ſicut ſupra dictum eſt, &c. Et tales terræmotus ſunt difficiles, & periculoſi, quia eos concomitatur ſubuerſio terræ, & ruina locorum, ſicut accidit in terræmotu, qui factus eſt circa Sipylum ciuitatem in campo qui dicitur Phlegreus, & etiam circa Liguſticam regionem. Aſſignat autem cauſam; quare in inſulis remotis à terra minus fit terræmotus, quam in propinquis dicens, quod in inſulis ponticis quæ ſunt multum remotæ à terra, rarius accidit terræmotus, quam in propinquis, propter quatuor cauſas: Prima eſt, quia multitudo aquæ maris, ſua frigiditate infrigidat exhalationem propinquam in inſulis exiſtentem: & ex conſequenti facit eam immobilē: quia principium mouendi eſt calor: qui per infrigidationem aufertur. Se-

A cunda vero ratio eſt, quia mare circundans, humefaciendo inſulas, facit eas grauiores & ponderoſiores: & ſic non ita de facili moueri poſſunt. Ad ſenſum autem patet, quod terra humefacta grauior eſt, quam ſicca: & ex hoc eſt magis immobilis terra: quia quod mouetur vno motu, neceſſe eſt tunc quieſcere ab omni alio motu, eiuſdem ſpeciei: ſiue ex eodem principio immediate cauſato. Mare autem circumfluens, fertur propter multitudinem venti huc, & illuc: & ex conſequenti non poteſt moueri motu terræ: & fit immobilis alio motu. Mari autem facto immobili, immobilitantur & inſulæ ipſæ. Quarta verò eſt, quia circa illas inſulas mare occupat multa loca, exhalatio autem ex qua generatur terræmotus, quæ eſt exhalatio ſicca, generatur in terra, & propter nimiam diſtantiam non poteſt ferri ad inſulas remotas, quia mare interiacens ſua frigiditate condenſaret ipſam: & ex hoc minus fit ibi terræmotus, ſed in inſulis propinquis terræ magis generatur exhalatio, & frequentius agitantur, quia propter propinquitatem ſunt quaſi quædam pars terræ. Et licet inter eas & terram ſit intermedium paucum mare, tamen propter paruitatem diſtantiæ non habet tantam virtutem, quod poſſit impedire motum exhalationis. Sed inſulæ ponticæ quæ ſunt remotæ à terra, non poſſunt moueri niſi moueatur ſimul totum mare, quod eſt nimis difficile. Deinde recapitulat ea, quæ ſuperius dicta ſunt, & dicit, quod iam dictum eſt de terræmotibus; quæ ſit natura ipſorum, & propter quam cauſam fiunt, & quomodo, & de accidentibus maximis, & manifeſtioribus circa ipſos, de quibus ſufficienter dictum eſt ſupra.

dicum locum: venti autem non ſecundum partem quidem: cum exhalationes, quæ ſecundum locum ipſum & vicinitatem, conuenerint, in ſicut & ſiccitates, fieri diximus & pluuias ſecundum partem, & terręmotus quidem fiunt per hunc modum, venti autem non: hi quidem enim in terra principium ha- B bent, vt ad vnum omnes impetuentur, Sol autem non ſimul poteſt, pluuiæ autem ſuſpenſæ magis vt fluant: cum principium acceperint à ſolis latione iam: ſecundum differentias locorum ad vnum.

*Venti vero non per partes. Ac per partes quidem, cum loci eius atq; etiam finitimi exhalationes in vnum coierint, quomodo & ſiccitates & imbrium copiam per partes fieri debeamus. Ac eo quidem modo terræmotus efficiuntur, venti haud quaquam. Illa enim principium in terra obtinent, vt in vnum* B *omnes poſſint confluere, nec adeo in eas ſol poteſt, magis autem in eas quæ in ſublime elatæ ſunt, ita vt à Solis motione principium cum ſumpſerint, pro locorum differentiis in vnum fluant.*

e Quando igitur fuerit multus ſpiritus, mouet terram: vt autem tremor ad latus. Fit autem raro, aut ſecundum aliqua loca, velut pulſus ſurſum de ſubtus: propter quod C minus agitat hoc modo: non enim facile fit multum conuenire principium: ad longitudinem enim multiplex eius quæ à profundo exhalatio. Vbicunque autem factus fuerit talis ſciſmus, egreditur multitudo talium lapidum ſicut bullientium in caldariis: hoc enim modo facto ſciſmo, quæ circa Sipylam, euerſa ſunt: & campus vocatus Phlegræus: & quæ circa Liguſticam regionem. In inſulis autem Ponticis minus fiunt terræmotus, quam in his, quæ ad terram. Mul- D titudo enim maris infrigidat exhalationes; & prohibet pondere ſuo: & vim infert. Adhuc autem fluit; & non agitatur, obtenta à ſpiritibus, & quia multum occupat locum, non in hac, ſed ex hac exhalationes fiunt: & has conſequuntur quæ ex terra. Quæ autem prope terram, pars ſunt terræ: intermedium autem propter paruitatem nullam habet virtutem. Ponticas autem non contingit moueri ſine mari toto: à quo contentæ exi- E ſtunt. De terræmotibus quidem igitur, & qua natura & propter quam cauſam fiunt, & aliis accidentibus circa ipſos, dictum eſt fere de maximis.

*Ac ſpiritus quidem cum multus fuerit, terram quaſi tremeret, in latum mouet. Fit vero & quibuſdam in locis raro (veluti pulſus) ex infero in ſuperum.* C *Quocirca & rarius hoc modo concutitur, cum facile non ſit, tantam principii multitudinē in vnum coire. Illa enim ſecretio, quæ in longum patet, multiplo illam ſuperat, quæ à profundo. Vbi autem eiuſmodi motus factus fuerit, lapidum multitudo in terræ ſuperficiem eicitur, eorum inſtar, quæ in vannis ventilantur. Hoc enim modo terræmotu facto, Sipilus, & qui Phlegræus ager nuncupatur, ac regio Liguſtica euerſa fuerunt. Porro in inſulis, quæ in alto ſitæ ſunt, terræmotus minus ſit, quàm in his, quæ ad conti-* D *nentem propius accedūt. Maris enim multitudo exhalationes refrigerat, & pondere prohibet, atque vim infert. Quin & cum flatibus ſuperatur, fluit, nec concutitur, & quod multum locum occupet, non ad ipſum, ſed ex ipſo exhalationes proficiſcuntur, quas, quæ à terra veniunt, comitantur. Quæ autem inſulæ cōtinenti vicinæ habentur, eius portio ſunt: ſiquidē, quod interiectum eſt, ob exiguitatem nullam vim habet. At quæ in mari procul à continente ſitæ ſunt, abſque toto mari quo ambiuntur, moueri non poſſunt.* E *Ac de terræ quidem motibus, & quæ natura, & quam ob cauſam ſiunt, & de cæteris, quæ eis accidunt maxima, dictum eſt.*

## LECTIO VI.

a DE coruſcatione autem, & tonitruo, adhuc autem, de typhone, & incenſione, & fulmini-

Tractatus quarti, libri ſecundi, in quo determinatur de coruſcatione, tonitruo ſecundum veritatem. Cap. I.

*DE tonitru autem, & fulgure, præterea de typhone & præſtare, & de fulminibus dicamus: Horum*

## LECTIO XVI.

POſtquam Philoſophus determinauit de his, quæ generantur ex exhalatione ſicca circa terram & in terra, ſicut de ventis, & terræmotu: hic determinat

de his, quæ generantur ex eadem in nube, & circa hoc duo facit: primo præmittit intentionem ſuam: & dicit quod determinato de vento, & terræmotu, reſtat conſequenter dicendum de coruſcatione & tonitruo, & de typhone, id eſt, de vento circulari expulſo ex nube: & de incenſionibus: & fulminibus, & ſimul de omnibus, quia omnium eſt idem principium, ſcilicet exhalatio ſicca, & omnia etiam ſunt ſubſtantialiter exhalatio: quę differt ſecundum motus, & paſſiones diuerſas.

b ¶ Proſequitur intentum ſuum, & circa hoc duo facit: primo, præmittit quędam neceſſaria ad propoſitum: ſecundo, determinat de coruſcatione, & tonitruo, ſecundum opinionem propriam: ibi, [Segregata quidem igitur] Circa primum præmittit tria: primum eſt, quod ſicut ſæpe dictum eſt prius, cum aqua & terra calefacta fuerint virtute Solis, eleuatur duplex exhalatio: vna quidem humida, quæ eſt principium pluuiæ, niuis, & grandinis & ſimilium: alia autem ſicca, quæ eſt principium propoſitorum: ſicut videbitur, & etiam quorundam prius determinatorum. Et ambæ illæ exhalationes ſimul eleuantur, quia nec humida, nec ſicca ſola, ſine alia aſcendit, ſicut ſupra declaratum eſt. Secundum eſt, quod aggregatum ex iſtis duabus exhalationibus, ſi ſit humidum præ dominio, tunc propter frigiditatem conuertitur in nubem, ſicut dictum eſt in præcedentibus. Tertium eſt, quod nubes eſt denſior in parte ſuperiori, quam in inferiori, & huius ratio eſt, quia neceſſe eſt nubem eſſe frigidiorem, & ex conſequenti denſiorem in ea parte, vbi deficit caliditas diſgregans nubem, in parte autem ſuperiori magis deficit caliditas: quia pars ſuperior mediæ regionis; magis diſtat à puncto reflexionis, igitur ibi nubes eſt ſpiſſior. Sed in parte inferiori nubes eſt rarior, quia eſt minus frigida, & propterea, quia eſt minus denſa, fulmina, Ecnephiæ, & omnia huiuſmodi, quæ fiunt ex ſicca exhalatione, propulſa à frigido, mouentur inferius: quamuis exhalatio ſicca ſit nata moueri ſurſum propter naturam caliditatis. Sicut in ſimili accidit, quia nuclei & parui lapilli, dum comprimuntur inter digitos ex vna parte, exeunt ex alia, quæ eſt minus compreſſa: & denſa. Deinde cum dicit.

c ¶ Inquirit cauſas, & principia aliquorum propoſitorum, ſcilicet tonitrui, & coruſcationis: quæ ſunt nobis magis manifeſta: ſed in principio tertii libri reddit cauſam aliorum minus manifeſtorum. Circa hoc autem tria facit. Primo, oſtendit cauſam

bus, dicamus. Etenim horum idem principium, exiſtimare oportet omnium.

b Exhalatione enim duplici exiſtēte, vt diximus, hac autem humida, hac autem ſicca, & concretionem habente, ambo hæc potentia, & conſtare faciente in nubē, ſicut dictum eſt prius. Adhuc autem ſpiſſiori conſiſtentia nubium facta, ad vltimam ſummitatem: qua enim deficit calidum diſgregans in ſuperiorem locum ſpiſſiorem, & frigidiorem neceſſe eſt conſiſtentiam eſſe. Propter quod & fulmina & Ecnephiæ, & omnia talia feruntur deorſum, quamuis nata ſurſum calido ferri omnium. Sed ad contrarium inſpiſſationis neceſſarium fieri extruxionem: velut pyrenes ex digitis exilientes: etenim hæc pondus habentia feruntur ſępe ſurſum.

c Segregata quidem igitur caliditas, in ſuperiorem diſpergitur locū: quæcunq; autem intercluditur ſicca exhalatio in tranſmutatione infrigidati aeris, hæc conuenientibus nubibus ſegregatur: vi autem lata, & offendens ad cōtinentes nubes, facit percuſſuram: cuius ſonus vocatur tonitruum. Fit autem percuſſura eodem modo, vt comparetur maiori minor paſſio, ei, qui in flamma fit, ſono: quod vocant hi quidem Vulcanum ridere, hi autem Veſtam deam, hi autem comminationem horum. Fit autem quando exhalatio in flammā conuerſa feratur, ruptis, & ſiccatis lignis: ſic enim & in nubibus facta ſpiritus ſegregatio ad ſpiſſitudinē nubium incidens facit tonitruum. Omnimodi autem ſoni propter irregularitatem fiunt nubium: & propter intermedios ventres: quando continuitas deficit ſpiſſitudinis. Tonitruum quidem igitur hic eſt: & fit propter hanc cauſam.

d Spiritus autem extruſus, ſecundū multa quidem ignitur, ſubtili, & debili ignitione: & hoc eſt, quod

*enim omnium idem principium eſſe, exiſtimandum eſt.*

*Nam cum duplex (vt diximus) exhalatio ſit, altera humida, altera ſicca, cunque concretio ambo hæc poteſtate habeat, & in nubem (vt antea dictum eſt) concreſcat: inſuper cum nubium*
G *conſtitutio ad extremum terminum denſior fiat: (qua enim calor in ſuperum locum ſecretus deficit, hac frigidior denſiorque concretio ſit neceſſe eſt:) quocirca & fulmina, & Ecnephiæ, & omnia eiuſmodi deorſum feruntur. nam quamuis calidum omne ſurſum ferri natura aptum ſit, in partem tamen denſitati contrariam expreſſio fiat neceſſe eſt, quo modo & nuclei è digitis eliſi, qui pondus tametſi habent, ſurſum ſæpius feruntur.*

H *Is quidem, qui ſecernitur calor, in ſuperum locum diſſeminatur: quantum autem ſiccæ exhalationis in aeris frigeſcentis mutatione intercipitur, id coeuntibus nubibus excernitur, quæ cum vi feratur, & in nubes, quæ ambiunt, incidat, ictum facit, cuius ſonitus tonitru nuncupatur. Fit autem ictus eo modo (vt magnæ paruam affectionem conferamus) quo ſonus, qui in flamma excitatur, quem alii Vulcani, alii Veſtæ riſum nominant, alii horum minas. Fit vero cum exhalatio in flammam conuerſa diſruptis ex-*
I *iccatiſq; lignis fertur. Sic enim & quæ in nubibus fit ſpiritus ſecretio, in nubium incidens denſitatem, tonitruum facit. Varii autem ſoni fiunt, tum ob nubium inæqualitatem, tum ob concauitates intermedias, qua videlicet denſitatis continuatio deficit. Atque hoc quidem tonitru eſt, & ob hanc cauſam efficitur.*

K *Spiritus autem qui extruditur, tenui & imbecilli ardore frequenter accenditur, idq; eſt quod fulgur voca-*

F & modum generationis tonitrui. Secundo manifeſtat cauſam coruſcationis ibi, [Spiritus autem extruſus.] tertio, comparat illa duo ſimul: ibi. [Fit autem poſt percuſſuram.] Dicit ergo primo, quod exhalatio calida & ſicca, eleuata cum vapore humido iuxta primum ſuppoſitum, quantum ad partes ſubtiles diſpergitur in aere ſupra locū frigidum per virtutem calidi: ſed alia pars quæ eſt groſſior, quæ propter groſſitiem nō eleuatur in altum, includitur in partibus aeris frigidi coagulantis nubem: & in nube ſegregata tamen à frigiditate partium nubis. Et illa exhalatio ſic in nube incluſa, propter frigiditatem nubis exitum petit: & mouetur huc, & illuc, & facit magnam percuſſionem, frangendo latera nubis. Et ex tali percuſſione, & fractione cauſatur ſonus, qui vocatur tonitruum. Et hoc declarat per ſimile: quia fumus exiſtens intra lignum viride aliquando reſoluit, & ſubtiliatur a calido ignis, & ſic ſubtiliatum, quærit maiorem locum, & petit exitum, & ſic percutiendo lignum, vel corticem per violentiam, cauſat diuerſum ſonum, ſecundum diuerſam diſpoſitionem materiæ: & exhalationis mouentis de quo ſono dicunt vulgares, fabulas, & prodigia ſectantes, quod eſt riſus Vulcani, quem dicebant eſſe Deum ignis: alii autem dicunt quod eſt riſus Veſtæ: quæ ſecundum eos eſt dea ignis. Aliquādo etiam, cum ſcilicet ſonus eſt magnus, & ſubitus, dicūt, quod eſt comminatio vtriuſq; ad circumſtantes. Huic etiam ſimile apparet in caſtanea non ſciſſa, & poſita ad ignē. Cum enim exhalatio per calorem ſubtiliata exitum quærit, tunc frangit caſtaneam cum magno ſono. Et eodem modo exhalatio ſubtiliata quærens exitum ex nube, & percutiens cum violentia latera nubis, habentia ſpiſſitudinem, & frangens ea, facit ſonum, quem vocamus tonitruum. Cauſa autem diuerſitatis ſonorum eſt, ex diuerſitate percuſſionum, & ex diuerſitate, & irregularitate partium nubis: quarum quædam ſunt frigidiores, & ſpiſſiores: propter quod fortius repercutiuntur: & ſonant: aliæ vero ſunt minus ſpiſſæ, & ex hoc remiſſius ſonant. Tonitruum igitur eſt ſonus factus propter cauſam dictam. ſ. propter colliſionem violentam exhalationis ſiccæ ad latera nubis; à frigido propellente. Deinde cum dicit.

d ¶ Oſtendit cauſam coruſcationis: & dicit quod eadem exhalatio ſicca, quæ ex colliſione ſua cauſat tonitruum, extruſa, & propulſata inferius, ſecundum multas partes, ignitur debiliter in partibus ſubtilioribus, & coloratur; ſicut etiam apparet in corpore ignibili:

ignobili violenter, ac fortiter moto: quod propter motum ignitur. Et hoc dicimus coruſcationem extruſam à nube, & coloratum, ſiue ignitum à calido ignente. Deinde cum dicit.

c ¶ Comparat iſta duo, quantum ad tempus apparitionis, & generationis, & dicit, quod coruſcatio ſecundum naturam poſterius generatur, quam tonitruum: quia tonitruũ cauſatur ex violenta percuſſione ad latera nubis; coruſcatio autẽ eſt ignitio exhalationis extruſæ à nube. Extruſio autem & ignitio ſunt poſteriores percuſſura. Sed quod coruſcatio prius videatur q̃ audiatur tonitruum: ideo eſt, quia viſus in apprehendendo anticipat auditũ, quia auditus indiget tempore, vt ſonus cũ motu locali veniat ad ipsũ; ſed pfectio viſus à viſibili nõ eſt in tẽpore, ſed in indiuiſibili. Et ex hoc ſenſus viſus pfectior eſt auditu, vt patet in 1. Metaph. quia citius, & immaterialius immutatur ab obiecto. Et hoc manifeſtat Ariſt. in motu triremium. i. nauiũ, quæ habent tres ordines remorum, quia quando remigantes eleuant remos a prima percuſſione, prius videtur eleuatio remorum, quã audiatur ſonus ex percuſſione præcedenti. Patet etiam, q̃ in ripa Seuanę ab exiſtentib. de lõge prius videtur eleuatio percuſſorii lotri cum purgant pannos, q̃ audiatur ſonus. Et qui intuentur de longe lapidicidas, vel incidentes ligna, prius vidẽt eleuationem ſecuris, vel mallei, imo prius vident ſecundam percuſſuram, quam audiant ſonum primæ. Sic etiam licet tonitruum, & percuſſura prius generetur, quam coruſcatio, tamen prius apparet coruſcatio, quia viſus præuenit auditum.

## LECTIO XVI.

a POſtquam Philoſophus determinauit de coruſcatione, & tonitruo ſecundum opinionem propriam, hic oſtendit opiniones aliorum ſuæ opinioni contrarias, & improbat eas. Circa hoc autem duo facit, ſecundum quod duæ ſunt opiniones; quas ponit. Primo ergo dicit, quod quidam, ſcilicet, Empedocles, & Anaxagoras ponunt in nubibus eſſe aliquem ignem, qui ſit cauſa coruſcationis, & toni-

vocamus coruſcationem, quia vtique velut excidens ſpiritus coloratus apparet.

e Fit autem poſt percuſſuram, & poſterius tonitruo: ſed videtur prius, quia viſus anticipat auditum. Patet autem in ductu triremium: iam enim referentibus iterum remos, non prius pertingit ſonus, remi percuſſione.

## LECTIO XVI.

a QVamuis quidam dicãt, quod in nubibus fiat ignis, hunc autem Empedocles quidem ait interceptum eſſe de ſolis radiis. Anaxag. autem de eo, qui deſuper ęthere: quod etiam ille vocat ignem delatum à deſuper deorſum. Micationem quidem igitur huius ignis, eſſe coruſcationem, ſonum autem intus extincti, & frixi, tonitruum, tanquam ſicut videtur factum: ſic & prius coruſcatio fit, tonitruo. Irrationabilis quidem, & ignis interceptio; vtroque modo quidem, magis autem detractio eius, qui deſuper ætheris. Quare enim feratur deorſum, natum ſurſum, oportet dici cauſam; & propter quod aliquando hoc fit circa cœlum, quando nubiloſum fuerit tantum, ſed non continue: ſic ſerenitate exiſtente non fit: hoc enim omnino videtur dictũ eſſe feſtine. Similiter autem & dicere eam, quę à radiis interceptam caliditatem in nubibus eſſe horum cauſam, non probabile: etenim iſte ſermo irrationabiliter dictus eſt valde. Segregatam enim neceſſarium eſſe cauſam ſemper, & determinatam, & quæ tonitrui, & quæ coruſcationis, & aliorum talium: & ſic fieri & hoc differt plurimum, & ſimile enim vtique, & ſi quis putet aquam & niuem, & grandinem inexiſtentem prius, poſterius ſegregari: & nõ fieri velut hypotheo faciente ſemper concretione, vnumquodque ipſorum; eodem enim modo & illa concretiones, & hæc diſgregationes exiſtimandum eſſe, quare ſi alter horum non fiat, ſed ſunt; de ambobus eadem congruit ratio. Interceptionemque aliquid vtiq; magis alterum dicet quis, quã quemadmodum in ſpiſſioribus; etenim aqua à ſole, & ab igne fit calida; ſed tamen cum iterum conſtet, & infrigidetur, aqua coa-

*mus, qua parte excidens ſpiritus ceu tinctus viſus fuerit.*

*Fit vero poſt ictum, poſteriusq́; eſt tonitruo, ſed prius apparet, propterea quod aſpectus auditum anteuertat, quod triremium remigatione declaratur. Cum enim rurſus remos referunt,* B *primus remigationis ſonus ad aures peruenit.*

Tractatus quarti, libri ſecundi, in quo determinatur de tonitruo, & coruſcatione; ſecundum opiniones aliorum. Cap. II.

*QVanquam nonnulli aiunt intra nubes ignem generari. Hunc autem Empedocles id eſſe ait, quod ex Solis radijs intra eas intercipitur. Anaxagoras vero, quod è ſupero æthere, quem ille ignem vocat, è ſublimi deorſum delatũ eſt. Huius igitur ignis coruſcationem fulgur eſſe, ſonitum vero* C *& ſtridorem, quem facit, cum intra nubes extinguitur, tonitruũ, quaſi vt fulgur tonitruo prius apparet, ita quoque prius oriatur. Sed illa quoq; ignis interceptio à ratione aliena eſt, & vtroque quidem modo, ſed tamen magis ſuperi ætheris detractio. Nam & cauſa dicenda eſt, cur deorſum id feratur, quod ſurſum ferri aptum eſt, & quamobrem in cœlo, cum nubilum eſt, id tantum fiat, neque id perpetuo cum ita affectum eſt, ſermo autem non fiat. Hoc enim inconſiderate di-* D *ctum, modis omnibus videtur. Eodem modo neque id, quod dicitur, calorem è radijs in nubibus interceptum, horũ cauſam eſſe, probabile eſt. Ratio enim hæc oſcitanter nimis allata eſt, quippe cum & tonitrui, & fulguris, & aliarum eiuſmodi rerum, ſecretam ſemper, ac definitam cauſam eſſe, atq; ita oriri ea oporteat. Hoc autem plurimũ differt: ſimile enim eſt, atq; ſi quis putet aquam, niuem, & grandinem, cum antea ineſſent, poſtea excerni, & non oriri, quaſi eorum quodque, vt ſub manu ſit ſemper faciente concre-* E *tione Eodem namque modo, illa concretiones, & hæc ſecretiones eſſe cenſendum eſt. Quare ſi horum alterã non fiunt, ſed ſunt, vtriuſque eadem ratio congruet. Præterea interceptionem cur magis diuerſam quis dixerit, quam vt in rebus denſioribus? Nam & aqua à Sole, & igne calida redditur, nec tamen, cum rurſus illa coit, & gelatione refrigeratur, tale quidpiam, quale illi aiunt, excidit. Atqui & ſpiritum, qui ab igne ingignitur, feruorem pro magnitudinis ratione facere oportebat,*

A trui. Sed illum ignem dicebat Empedocles eſſe interceptum à radiis ſolaribus deſcendentibus deorſum, quos exiſtimabat eſſe corpora. Sed Anaxag. dixit, illum ignem eſſe aliquam partem ętheris, id eſt, ignis extruſam a ſuperioribus; quia opinabatur ſuperiora eſſe de natura ignis. Et vtrique dixerunt, micationem, id eſt, illuſtrationem ipſius ignis eſſe coruſcationem. Sed ſonum, & frixim, id eſt, ſtridorem illius ignis extincti, ſicut apparet in titione extincto in aqua, vocant tonitruum. Quantum autem ad comparationẽ eorum, dicunt, quod ambo generantur ſecundum illum ordinẽ, quo apparent. Sed opinio vtriuſq; videtur irrationabilis, magis tamen irrationabilis eſt opinio Anax. qui dixit ignem eſſe interceptũ, per detractionem ab æthere ſuperiori: propter duas rationes. Prima eſt, quia de natura ignis, eſt aſcendere, & non deſcendere, ideo irrationabile eſt, dicere, illum ignem deſcẽdere à ſua ſphera, aut ſaltem debebat reddere cauſam, quare deſcẽdat, cum natus ſit aſcẽdere. Secũda ratio eſt, quia ſi ignis deſcendit per impoſſibile, nõ eſt maior ratio, quare deſcendat vno tempore, quam alio: & ſic nõ magis deſcenderet tẽpore nubis, quam ſerenitate exiſtente. Similiter etiam non eſt probabilis opinio Empedoclis ꝑpter duas rationes: Prima, quia ſecundum opinionem Empedoclis eodem modo deberet fieri tonitruũ in qualibet parte nubis, vel ſẽper oporteret reponere in nube aliquod determinatum per ſe exiſtens in actu, puta ignẽ in actu, qui ſit cauſa illorũ, & à quo ſeparentur. Sed hoc multum differt à veritate, quia oporteret idem dicere de niue, aqua, & grandine, & ſimilib. cũ iſta etiã generentur in ſuperioribus, ſicut tonitruum, & coruſcatio; & ſic ſi omnia iſta eſſẽt prius in actu in ſuperioribus, non generarentur ibi: ſed quia ſi in quadam apotheca cõſeruarentur, & tempore, quo deſcẽdunt, ſegregarẽtur ab aliis: q̃ eſt deriſibile. Secundæ ratio eſt, quia ſi nubes inſpiſſata interciperet ignem, eadem ratione aqua calefacta à ſole, vel ab igne, quando poſtea infrigidatur, pateretur idem, interciperet ignem, & haberet eoſdem effectus: quia

quia vbi eſt vna cauſa, ibi eſt vnus & idem effectus: quod tamen non apparet. Quamuis autem verum ſit, quod ſpiritus, id eſt, calida exhalatio facta ab igne in aqua, faciat aliquem feruorem, id eſt, ſonum conſequentem ebullitionem, non tamen facit frixim, id eſt, ſtridorem cauſatum ab extinctione ignis. Illi autem non dicunt, quod ille ignis faciat feruorem, vel ebullitionẽ: ſed frixim, id eſt, ſtridorem. Eſt autem differentia inter ebullitionẽ, & frixim, quia ebullitio cauſatur in frigido humido, à calido euaporante, & reſoluente ſpiritum: ſed frixis cauſatur à frigido calidum extinguente: vel eſt ſonus cõſequens ipſum: quamuis & frixis videatur eſſe quædã parua ebullitio, quia in qua parte inciderit ignis, qui extinguitur, illam partem paruo tẽpore ebullire facit, & cauſat ſonum. Eſt autẽ hoc, quod dicitur de extinctione ignis in nube, manifeſte cõtra experientiam ſenſus. Si enim ille ignis extingueretur in nube, & ex hoc cauſaret tonitru, coruſcatio nõ appareret nobis, tam manifeſte ignita, ſed extincta: ſicut titio extinctus in aqua, & extractus, non videtur incenſus. Secundo ibi. b ¶ Ponit ſecundam opinionem: & reprobat eam. Dicit ergo, quod quidã fuerunt, q dixerunt, coruſcationem non eſſe aliquod reale, ſed phantaſiam, & apparentiam quandam, ſicut dixit Elidemus, qui probabat hoc per ſimile de illo, qui de nocte percutit ſupra mare: tunc enim apparet in mari ex aqua eleuata quidam fulgor, ſicut in igne. Et ita ſimiliter etiam dicebant, quod in nube velociter mota à vento, vel aliquo huiuſmodi apparet quidam fulgor, quem dixerunt eſſe coruſcationem. Ex percuſſione autem nubis, dixerunt cauſari tonitruum. Hanc autẽ opinionem reprobat Philoſophus, & dicit, quod antiqui dixerunt hoc, quia nondum erãt bene aſſueti ſcientiæ de refractionibus radiorum, quæ videtur eſſe cauſa immutationis apparentis in aqua percuſſa. Cum enim percutitur aqua, & aliqualiter eleuatur aliqua pars eius, viſus ab ipſa refrangitur ad

gulata, nullam accidit fieri talem excandentiam, qualem illi dicunt, quamuis oportebat ſecundum rationem magnitudinis, feruorem facere ſpiritum intus factum ab igne, quem non poſſibile inexiſtere prius: neq; illi ſonum feruorem faciunt, ſed frixim. Eſt autem frixis parua bullitio: qua enim quod extinguitur, incidens obtinuerit, hæc bulliens facit ſonum.

b Sunt autem quidam, qui coruſcationem, ſicut & Elodomius, non eſſe aiunt: ſed videri aſſimilantes: tanquam paſſio ſit ſimilis: & quando mare quis virga percuſſerit: videtur enim aqua effulgens nocte: ſic & in nube, raptim moto humido, apparentiam fulgoris eſſe coruſcationem. Iſti quidem igitur nondum conſueti erant his, quæ de refractione, opinionibus, quod quidem videtur cauſa talis paſſionis eſſe. Videtur enim aqua fulgore percuſſa, refractio ab ipſa viſu ad aliquod fulgidorum, propter quod & fit hoc magis nocte: die enim non videtur, quia amplius lumen exiſtens, quo diei exterminat. Quæ quidem igitur dicuntur ab aliis, & de tonitruo, & de coruſcatione, hæc ſunt: his quidem, quia refractio coruſcatio, his autem, quia ignis quidem perluſtratio coruſcatio, tonitruum autem extinctio nõ intus factum ſecundum vnamquãque paſſionem, ſed igne exiſtente. Nos autem dicimus, eandem eſſe naturam, ſuper terram quidem ventum, in terra autem terræmotum, in nubibus autem tonitru. Omnia enim eſſe hoc ſecũdum ſubſtantiam, id eſt, exhalationem ſiccam, quæ fluens quidem, qualiter ventus eſt; ſic autem facit terręmotus: in nubibus autem diſgregata, conuenientibus & congregatis ipſis, in aquam tonitru, quæ & coruſcationes, & cum his alia naturæ eiuſdem his exiſtentia. Et de tonitruo quidem, & coruſcatione dictum eſt.

*quam nec antea ineſſe poſſibile eſt, nec illi ſonitum feruorem faciunt: ſed ſtridorem. Eſt autem ſtridor, exiguus quidam feruor. Qua enim parte quod incidit, dum extinguitur, euincit, ea parte efferueſcens, ſonitum reddit.*

B

*Sunt vero & quidam, quemadmodum & Clidemus, qui fulgur aiunt non eſſe, ſed apparere, iiq; ſimilitudine vtuntur, quaſi affectio ſimilis ſit, atq; ea, quæ exiſtit, cum mare quiſpiam virga percuſſerit. Vt enim noctu aqua videtur ſplendere, ita & in nebula humore verberato ſplendorem, qui fulgur eſt, apparere. Sed his, quæ de refle-*
C *xione ſunt opinionibus, aſſueti nondũ hi erant: quod quidem videtur eiuſmodi affectionis cauſa eſſe. Aqua enim dum percutitur, micare videtur, aſpectu ab ea ad aliquid ſplendidum reflexo, quamobrem & noctu hoc magis accidit: interdiu namq; non apparet, propterea quod maiore diei lumine obſcuretur. Quæ igitur de tonitru, & fulgure ab alijs dicuntur, hæc ſunt: alijs quidem fulgur reflexionem eſſe dicentibus, alijs fulgur quidem eſſe i-*
D *gnis ſplendorem, tonitru vero ignis extinctionem, non eius, qui in ſingulis affectionibus in nubibus ingeneretur: ſed qui inſit. Nos autem eandem naturam eſſe dicimus, ſuper terram ventum, in terra terræmotum, in nubibus tonitruum. Omnia enim hæc eſſentia idem eſſe, aridam videlicet exhalationem, quæ modo quodam fluens ventus eſt, alio modo terræmotus facit: cum vero in nubibus mutata excernitur, illis in aquam coeuntibus, & concreſcentibus, tonitrua & fulgura, cæteraque omnia eandem, quam hæc*
E *naturam habentia. Ac de tonitru quidem, & fulgure dictum eſt.*

A aliquod corpus fulgidum. In puncto autem reflexionis apparet color miſtus ex colore corporis fulgentis, & aquæ, aqua fit refractio: & ideo magis apparet de nocte, quam de die, quia lumen ſolis ratione magnitudinis obumbrat illam apparitionem. Sed iſta cauſa non poteſt eſſe in apparitione coruſcationis. Deinde recolligit ea, quæ dicta sũt de coruſcatione & tonitruo: tam ſecundum opinionẽ aliorũ, quam propriã; & omnia ſunt clara in litera. Deinde addit, quod omnia iſta ſ. ventus, terræmotus, tonitruũ, & coruſcatio ſunt idẽ ſecundũ ſubſtantiã quia omnia sũt exhalatio ſicca, q̃ quidem lateraliter mota, & fluens circa terrã eſt ventus; ſed propulſa infra terram, & ibi anguſtiã paſſa, eſt terræmotus: in nubibus. a. ſubtiliata, & propulſa à frigido, quãdo nubes congregant in aquam, facit tonitruũ, coruſcationem, & cætera, quæ ſunt eiuſdem generis. Sicut. n. omnia, q̃ generãtur ex vapore humido per coagulationẽ à frigido, ſunt idẽ ſecũdum ſpeciem, differẽtia ſecundũ magis, & minus, & ſecundum diuerſas paſſiones, vel diuerſos modos patiẽdi, ſic etiã omnia, q̃ generãtur ex ſicca exhalatione a calido inflãmmãte, vel frigido propellente, ſunt idẽ ſecundũ ſpeciem, ſed differunt ſecundum ꝙ diuerſimode patiũtur à calido: ſecundũ plus & minus, & ſecũdum diuerſam repulſionem à frigido. Conſiderandum tamen eſt, quod terræmotus, tonitruum, coruſcatio, & alia huiuſmodi dupliciter conſiderari poſſunt: primo formaliter. ſ. in quantũ terræmotus eſt formaliter quidã motus, tonitruũ eſt ſonus factus ab exhalatione, vnde & nomẽ ſumpſit, coruſcatio vero eſt illuminatio facta ab exhalatione incenſa, &c. & ſic manifeſtum eſt, ꝙ ſunt diuerſarum ſpecierũ. Alio modo conſiderantur fundamẽtaliter. quantum ſcil. ad fundamentum eſſentiale: ex quo talia immediate generantur: & hoc modo ſunt idem ſecundum ſpeciem, quia omnia immediate fiunt ex exhalatione ſicca, licet diuerſimode: & ſecundum diuerſos modos generandi, ſicut ſuperius dictum eſt.

*Finis Libri Secundi Meteororum.*

# ARISTOTELIS METEORORVM LIBER TERTIVS.

## Cum D. Thomæ Aquinatis præclariſſimis Commentarijs.

### LECTIO PRIMA.

a POSTQVAM Philoſophus determinauit de tonitruo, & coruſcatione, in fine præcedentis libri, in principio huius tertii intēdit conſequenter determinare de aliis, quæ generantur ex eadem exhalatione ſicca, extruſa ex nubibus, puta de Ecnephia, Typhone, & huiuſmodi. Et diuiditur in partes duas: in prima præmittit intentionem ſuam: & dicit, quod poſtquam determinatum eſt de tonitruo, & coruſcatione, quæ ſunt principales paſſiones in aere generatæ ex materia ventorum, dicendum eſt cōſequenter de reſiduis effectibus, ſiue paſſionibus, quæ ſunt minus principales, ſcilicet de Ecnephia, Typhone, incenſione, & fulmine, ſecundum modum prius inductum, ſcilicet accipiendo pro principio, quod duplex ſit exhalatio ex terra; vna humida, & alia ſicca, & oſtendendo, quomodo, & vnde ſit in ipſis, principium motus & generationis. Secundo ibi.

ἐκνεφίας φῶν.

b ¶ Proſequitur intentum: & diuiditur in quatuor partes, ſecundum quod quatuor ſunt paſſiones, de quibus determinat: primo enim determinat de Ecnephia; ſecundo de Typhone: ibi. Quando autem ſegregatus; tertio de incenſione: ibi, Cum detractus igniatur: quarto determinat de fulmine: ibi, Si autem in nube. Circa primum duo facit: primo oſtendit, quid ſit principium generationis Ecnephiæ; ſecundo oſtendit cauſam continuitatis, & magnitudinis eius: ibi, Quandoquidem igitur. Dicit ergo primo, quod ſpiritus iſte, qui exhalatio ſicca vocatur, habet partes ſubtiliores, fluens ex ipſa nube per interpolationem; & diſperſus in multa loca, eſt principium tonitrui & coruſcationis; ſicut prius dictum eſt. Sed ſi eadem exhalatio ſpiſſior fuerit, & minus ſubtilis, & ſegregetur ex nube multa, ſimul abſque interpolatione, & feratur deorſum velociter, tunc fit Ecnephias, qui eſt ſpiritus fluens ex nube ſecundum rectum deorſum velociter, propter velocem ſegregationem, quæ fit à magnitudine frigidi. Propter quod Ecnephias eſt ventus violentus: quia velocitas ſegregationis facit motum velocem: velox autem motus non eſt ſine violentia:

A ſegregatur autem celeriter propter fortitudinem frigidi ſegregantis. Deinde cum dicit.

c ¶ Oſtendit cauſam multitudinis, & continuitatis Ecnephiæ: & dicit, quod quando exhalatio ſicca, groſſa, & compacta ſegregatur ex nube, & eſt multa, ita quod longo tempore vna pars ſequatur aliam, tunc ſpiritus Ecnephias fit magnus, & continuus, propter multitudinem materiæ continue exeuntis: ſicut & contraria exhalatio: ſcilicet humida, cum mouetur, & incipiunt ſegregari partes, & cadere pluuia, ſi ſit multa, vna pars continue cadit poſt aliam, & fiunt magni, & continui imbres. Quod autem rationabilis ſit ſimilitudo inter illas duas contrarias exhalationes, declarat per hoc, quod vtrunque horum eſt in potentia in eadem nube, quia vnumquodque eſt in potentia in materia, ex qua ſit: Ecnephias autem fit ex exhalatione ſicca incluſa in nube: & pluuia generatur ex vapore ipſius nubis. Et ſimiliter vtrunque fit ab eodem principio, actiuo ſcilicet à vehementi frigiditate. Eadem enim frigiditas loci, & nubes, concernit vaporem in aquam: & expellit violenter contrariam exhalationem calidā ex nube. Propterea quod etiam multoties, cum tale principium fuerit applicatum nubi, in qua vtrumque eſt in potentia, generatur vtrumque ſimul: & ſi in nube fuerit maior multitudo exhalationis ſiccę, fit maior ventus, quam pluuia: ſi vero èconuerſo plus fuerit de vapore humido, generatur maior pluuia; ſimul tamen fiunt Ecnephiæ. Deinde cum dicit.

E d ¶ Determinat de Typhone, & circa hoc duo facit: primo determinat de ipſo Typhone; ſecundo de effectu eius: ibi, Fit quidem igitur. Prima iterum in tres; primo enim determinat de principio generationis eius; ſecundo de motu ipſius: ibi, Deorſum autem fertur; tertio de tempore & loco generationis eius: ibi, Borealibus autem non. Circa primum duo facit; primo facit, quod dictum eſt; ſecundo comparat Typhonem ad Ecnephiā, quantum ad generationem eorum: ibi, Veruntamen quia ſicut. Dicit ergo primo; quod quando ſpiritus incluſus in nube ſegregatur

### LECTIO I.

a DE reſiduis autem dicamus operibus ſegregationis huius; præinducto iam modo dicentes.

b Spiritus enim hic ſegregatus per modica quidem diffuſus, & ſæpe factus, & perflans, & ſubtiliorum partium exiſtens, tonitrua facit: & coruſcationes. Si autem multus fuerit ſimul, & ſpiſſior, minus autem ſubtilis ſegregetur, Ecnephias fit ventus, propter quod violentus; celeritas enim ſegregationis facit validitatem.

c Quandoquidem igitur aſſequatur multa, quod continua ſegregatio eodem fit modo, quemadmodum cum iterum in contrarium moueatur: tunc enim fit pluuia, & aquæ multitudo. Exiſtunt quidem igitur ambo hæc potentia ſecundum materiam. Cum autem principium factum fuerit potentiæ cuiuſcunq;, conſequitur concretum ex materia: cuiuſcunque autem fuerit multitudo inexiſtens amplior, amplius: & fit hæc quidem imber, hæc autem alterius exhalationis, vt Ecnephias.

d Quandocunque autem ſegregatur ſpiritus, qui in nube alteri contrapercuſſerit ſic, vt quando ex amplo in anguſtum inferatur ventus in portis, aut viis: accidit enim ſæpe in talibus repulſa prima parte fluentis corporis propter non ſuccedere, aut propter arctitudinē, vt propter repercutere, circulū, &

Tractatus primi, libri tertii, de Ecnephia, & Typhone. Cap. I.

*DE reliquis autem ſecretionis huius operibus, modo iam inſtituto dicamus.*

*Nam flatus iſte, qui excernitur,* B *cum paulatim, ſparſimq; diffunditur, perſæpeque gignitur, & perſtat, atque tenuior eſt, tonitrua facit, & fulgura. At ſi confertim, & denſior, minuſq; tenuis excernatur. Ecnephias, hoc eſt, procella, oritur: quamobrem & violentus, quippe cum ſecretionis celeritas vires adijciat.*

*Cum igitur multa, eaq; continens ſecretio conſecuta fuerit, idem profecto accidit: quod cum rurſus aduer-* C *ſam in partem impetum ſumpſerit, tū enim pluuia, & aquæ copia exoritur. Ambo itaque hæc poteſtate quidem in materia inſunt: ſed cum alterutrius facultatis principium factum eſt, vtrius copia maior fuerit, id è materia ſecretum ſubſequitur. Fitq; hoc quidem imber: quod vero ex altera exhalatione, Ecnephias.*

D *Cum autem is flatus, qui in nube incluſus excernitur, ab altera repercutitur, vortex exiſtit, vt fieri ſolet, cum ex patenti loco in anguſtum, in portis aut vijs ventus vi adigitur. In eiuſmodi enim locis perſæpe accidit, vt corporis ita fluentis prima parte repulſa, propterea quod non cedat, aut ob an-*

gatur

gatur, & expellitur à frigiditate loci, & ſuperioris partis nubis, ex amplo vẽtre nubis, per anguſtum exitum, & paruam ſciſſuram, & repercutitur ad aliquod corpus ſolidum, tunc fit quidam ventus in portis & viis, flans per modum turbinis, qui dicitur Typho. Et hoc fit ex eo, quod prima pars repercutitur ad terram, ſiue ad aliud corpus ſolidum: vel aliqua alia ratione impeditur anterius procedere, & reuoluitur in partẽ ſubſequentem. Et pars ſequens continue impellit priorem. Ideo cum pars prior nõ poſſit ꝓcedere ante, quia impeditur, neq; poſſit retrouerti, quia impellitur à ſequẽti, inuoluitur à ſequenti, & reflectit ſe ad latus, vbi non inuenit prohibẽs: & ſic cauſat motũ quaſi circularem. Motus. n. qui eſt vna latio, i. vnus motus localis, ſi non eſt motus rectus. ſ. ſurſum aut deorsũ, ſicut iſte, oportet, quod ſit circularis. Sicut. a. mouetur prima pars, ita ſimiliter mouentur omnes ſubſequẽtes, & propter hoc fit iſta reuolutio ſuper terram, quæ habet principiũ in nubibus. Deinde cum dicit.

e ¶ Comparat Typhonem ad Ecnephiam, & dicit, quod ſimiliter generantur. ſ. per continuam ſegregationem nubis à ſpiritu, ſiue ab exhalatione ſicca, ꝙ propterea neceſſarium eſt, quia Typho velocius mouetur circulariter, quam nubes nata ſit, ex ſeipſa moueri: & ex hoc nubes continue ſeparetur ab exhalatione, ita tamen, ꝙ ſemper aliqua pars nubis ſeq̃tur exhalationẽ. Et ſic etiam generatur Ecnephias: ſed tñ iſta duo differũt in motu: quia Ecnephias mouetur motu recto, Typho autem mouetur ſecundum circulum, propter cauſam iam dictam. Deinde cũ dicit.

f ¶ Determinat de motu eius, & dicit, quod Typhon, licet ſit generatus ſuperius, tñ mouetur deorſum, ſicut Ecnephias, quia fert in contrarium eius, a quo expellitur. Expellitur a. à ſuperiori parte nubis, quę eſt magis frigida, ꝓpter hoc, quod ibi deficit caliditas cauſata à reflexione radiorum ſolarium, ſicut ſupra dictum eſt, & ex cõſequenti mouetur inferius. Et vocatur ille ſpiritus Typho, quãdo mouetur deorſum circulariter, & non eſt coloratus, nec à calido ignitus, ſicut multæ a- F liæ impreſſiones, quod accidit ex hoc, quia ille ſpiritus eſt indigeſtus, & non eſt totaliter ſeparatus à nube: ſed ſemper trahit ſecum aliquam partem nubis, & eius humiditas impedit eius colorationem, vel ignitionem. Deinde cum dicit.

g ¶ Determinat de loco & tempore generationis Typhonis, & dicit, quod Typhon non generatur in temporibus, & locis Borealibus, id eſt, vehementer frigidis: nec etiam in locis, vel temporibus niuoſis, & congelatis, ſicut nec Ecnephias. Et huius ratio eſt, quia iſta duo in hoc conueniunt, quod vtrumq; eſt ſpiritus, id eſt, exhalatio ſicca. Cum autem obtinet excellens frigus, id eſt, quando eſt tempus, vel locus excellentis frigoris, tunc exhalatio calida ſtatim in ſui principio extinguitur à magno frigore. Et propter eandem cauſam in eiſdem locis raro, aut nunquam fit tonitruum, & terręmotus. Deinde cum dicit.

h ¶ Oſtendit effectum mirabilem huius venti, & dicit, quod ſicut deſcendendo ſemper ducit ſecum aliquam partem nubis, ita quãdo reflectit à terra, inuoluit ſecum omnia, ſuper quæ cadit: eradicando ſcilicet arbores: cumque euertendo domos, eleuando ſaxa. Et cum inciderit ad mare, eleuat ſecum, & inuoluit magnitudinem aquæ maris, quandoque autem eleuat naues; propter quod multũ timetur à nautis; quia ſuper quęcunque incidit, illa motu circulari circumeundo, & vim faciendo, euertit, & reuertendo, eleuat ea ſurſum. Deinde cum dicit.

reuolutionem fieri ſpiritus, hic quidem enim in anterius prohibet procedere, hic autem poſterius impellit, quare compellitur in latus, quam non prohibet fieri, & ſic ſemper habitum, donec vtrique vnum fiat, hic autem eſt circulus, cuius enim vna latio figuræ, hoc neceſſe eſt circulum eſſe, ſuper terram igitur propter hoc fiunt reuolutiones & in nubibus, ſimiliter ſecundum principium.

e Veruntamen, quia ſicut quando Ecnephias factus fuerit, ſemper nubes ſegregatur, & fit continuus ventus, ſic hic ſemper continuum aſſequitur nubes. Propter ſpiſſitudinem autem non potens ſegregari ſpiritus ex nube: vertitur enim circulo, quod primum, propter dictam cauſam.

f Deorſum autem fertur, quia nubes ſemper inſpiſſatur, qua excidit calidum. Vocatur autem, ſi incolorata fuerit hęc paſſio, Typhon ventus exiſtens, velut Ecnephias, indigeſtus.

g Borealibus autem non fit Typhon, neque niues habentibus Ecnephias: propterea quod omnia hæc ſpiritus ſunt: ſpiritus autem ſicca, & calida fit exhalatio. Gelu igitur & frigus propter obtinere, extinguit mox factum adhuc principium: quod autem obtinet palam, neque enim vtique eſſet niuoſitas, neque Borealia humida: hoc enim accidit eſſe obtinente frigiditate.

h Fit quidem igitur Typhon, quãdo Ecnephias factus, non poſſit ſegregari à nube. Eſt autem propter repulſionem girationis, cum ad terram delata fuerit reuolutio ſimul deducens nubem, non potens abſolui: quia autem ſecundum directum efflat, hac ſpiritus mouet, & circulari motu vertit, & ſurſum fert, cuicunque inciderit vim inferens.

*guſtiam, aut quod alius flatus contra ſpiret, flatus conuoluatur, ac vertigo efficiatur: quippe cum alius, ne progrediatur, prohibet, alius à tergo impellit, vt neceſſe ſit, in obliquum, qua parte non prohibetur, ferri, atque ita ſemper id, quod cohæret, donec vnum euadat, quod quidem circulus eſt.* G *Siquidem cuius figuræ motio vna eſt, ea circulus ſit, neceſſe eſt. Has igitur ob cauſas vertigines fiunt in terra, eodemque modo, & in nubibus principij ratione.*

*Niſi quod quemadmodum, cum procella fit, ſemper nubes excernitur, & continuatus ſit ventus, ita hic ſemper nubis continuatio ſubſequitur. Cum autem flatus ex nube, ob denſitatem excerni non poſſit, in orbem quidem primum, ob eam, quæ dicta eſt, cauſam, conuertitur.*

H

*Deorſum vero fertur, propterea quod nubes ea parte denſentur, qua excidit calor. Hæc autem affectio ſi coloris expers fuerit, Typhon nominatur, ventuſque eſt, veluti Ecnephias inconcoctus.*

*Aquilonijs porro temporibus Typhon non fit, nec niuoſis Ecnephias, propterea, quod omnia hæc ſpiritus ſint, & ſpiritus ſicca, & calida exhalatio.* I *Gelu igitur & frigus, quia euincunt principium, cum adhuc ſit, ſtatim extinguunt. Euincer eautem perſpicuum eſt. Non enim nix eſſet, nec quæ Aquilonia ſunt, humida. Siquidem hæc euincente frigore eueniunt.*

*Oritur igitur* Typhon, *ſi cum Ecnephias ſit, excerni à nube non poſſit. Eſt autem ob vertiginis obluctationem, cum ad terram conuolutio defertur,* K *ſecum nubem adducens, à qua abſolui non poteſt. Qua vero recta protenditur, ea parte ſpiritu commouet, & quam in rem inciderit, eam motu in orbem vim afferendo contorquet, in ſublimeque tollit.*

LECTIO II.

CVm autem detractus igniatur, hoc autem eſt, cum ſubtilior ſpiritus factus fuerit, vocatur incenſio: coincendit enim aerem ignitione colorans.

Tractatus primi, libri tertii, de incenſione & fulmine. Cap. II.

*CVm autem auulſus incenditur (id autẽ euenit, ſi tenuior ſit ſpiritus) πρηστὴρ, hoc eſt, incẽſio, nominatur, aerẽ enim ardore συνεκπίμπρησι, hoc eſt, vna accendit colore inficiendo.*

LECTIO II.

a DEterminat de incenſione, & dicit, quod cum ſpiritus ſubtilior, quam ille, ex quo generatur Typhon, ſegregatus fuerit ex nube, & ignitus propter ſuam ſubtilitatem, & motum violentum calidi, tunc fit paſſio, quæ dicitur incenſio. Et hæc exhalatio ſic incenſa, cadendo, coincendit aerem, per quem cadit: ſed quia illa incenſio non eſt fortis, ſed debilis, videtur potius quædam coloratio aeris: ad modum albi. Deinde cum dicit.

Deter-

b Si autem in ipſa nube multus, & ſubtilis extruditur ſpiritus, hoc fit fulmen, ſiquidem valde ſubtilis non adurens propter ſubtilitatem, quam Poetæ Argeta vocant: ſi autem minus adurens, quam Pſolo-enta vocant.

c Hoc quidem enim propter ſubtilitatem fertur: propter velocitatem autem præuenit pertranſiens, antequam igniatur, & moram faciens denigret: hoc autem tardius colorauit quidem: aduſſit autem non; ſed præuenit. Propter quod & reſiſtentia quidem patiuntur aliquid, quæ autem non, nihil: vt quod clypei laminæ liquefactum fuit: lignum autem nihil paſſum fuit: propter raritatem enim præuenit ſpiritus penetrans, & pertranſiens, & per veſtimenta ſimiliter non combuſſit: ſed velut attritionem fecit.

d Quare & quod ſpiritus hæc omnia, palam ex talibus. Eſt autem aliquando & oculis videre, velut & tunc accidit circa templum in Epheſo combuſtum, ad multas enim partes flamma ferebatur continua: diſcreta ſeorſum. Quod quidem fumus ſpiritus, & ardet fumus, manifeſtum eſt, & dictum eſt in alteris prius: cum autem multus, & ſimul cedat, tunc manifeſte videtur ſpiritus eſſe: quod quidẽ in paruis ignitionibus videtur hic; & tunc multa mate-

A *Quod ſi ex ipſa nube multus, ac tenuis ſpiritus extrudatur, fulmen fit, & valde quidem tenuis ſi fuerit, & ob tenuitatem non adurat, id quod Poetæ Argetem nominant. Si vero minus, adurat autem id, quod nominant Pſoloenta.*

B *Illud enim ob tenuitatem fertur, & ob celeritatem ante penetrat, quam vt adurat, & mora facta nigrore inficiat. Hic vero tardior colore quidem inficit, ſed non adurit, verum antea tranſit. Quocirca & quæ reluctantur, aliquid perpetiuntur, quæ non reluctantur, minime: vt ſcuti æs quoddam liquefactum eſt, lignum vero nihil perpeſſum eſt: ſpiritus enim ob raritatem antea percolatus eſt & tranſmiſſus, per veſtes quoq; tranſiens, ſimiliter non aduſſit, ſed veluti in pilos redegit.*

C

*Quare hæc omnia ſpiritus eſſe, tum ex talibus conſtat, tum vero oculis etiam ipſis cernere interdum licet, veluti nunc conſpeximus in templi Epheſini cõflagratione, in qua ſeorſim euulſa flamma multis in locis continua ferebatur. Ac fumum quidem ſpiritum eſſe, ac ardere apertum eſt, alioque in*

D *loco antea dictum eſt. Cum autem cõfertim ſecedit, tũ manifeſte flatus eſſe videtur. Quod igitur in paruis rogis fieri videmus, hoc idẽ, vel tum multa ardẽte materia longe validius fiebat. Diruptis itaque lignis, vnde ſpiritus*

b ¶ Determinat de fulmine, & circa hoc tria facit: primo determinat de fulmine; ſecundo de effectu eius: ibi, [Hic quidem enim.] tertio concludit quoddam corollarium ex dictis: ibi, [Quare & hæc omnia.] De primo ergo dicit, quod ſi ſpiritus ſubtilis ſecundum ſubſtantiam, & multus in quantitate extrudatur à frigido, quod eſt in ipſa nube, generatur fulmen, quod penetrat, & frequenter adurit illud, cui incidit. Quod quidem eſt duplex: nam ſi ſpiritus fuerit magis ſubtilis, quã calidus, fit fulmen vehementer penetrans: ſed non adurit. Si autem exhalatio fuerit minus ſubtilis, & magis calida, fit fulmen, quod tardius penetrat, & maiorem motam faciendo, adurit. Primum Poetæ vocant Argeſta; ſecundum vero Pſoloenta. Deinde cum dicit.

c ¶ Determinat de efficacia, ſiue effectu fulminis, & dicit, quod primum fulmen, quod ſcilicet eſt magis ſubtile quam calidum, propter eius ſubtilitatem velociſſime mouetur, & penetrat illa, ſuper quæ cadit, antequam ipſa igniat, & eſt adeo ſubtile, quod penetrat intra res per paruos poros & inſenſibiles. Ex quo etiam ratio reddi poteſt multorum effectuum mirabilium, qui efficiuntur ab hoc fulmine. Aliquãdo enim viſum eſt, quod ictu fulminis liquefacta eſt pecunia in marſupio, illæſo marſupio, & hoc propter eius magnam ſubtilitatem, propter quã per poros, aut parua foramina, aut per os marſupii penetrauit ad pecuniam, illæſo marſupio. Et ſimili ratione inuenti ſunt homines mortui à fulmine veſtimentis exterioribus illæſis; puer enim in vtero matris exterminatus eſt, matre remanente intacta. Dicit etiã Seneca, quod vinum quandoque ſine combuſtione manſit, & remanſit in dolio aduſtis aſſeribus, & ad terram proiectis. Et huius ratio eſſe poteſt, quia virtus penetratiua fulminis, per quam confregit aſſeres, & latera dolii, multo maior eſt, quam virtus vini, per quam natum eſt effundi deorſum: ideo in minori tempore frangit latera vaſis, quam vinum natum ſit moueri deorſum, quapropter confracto vaſe, vinum ſtare potuit per modicum tempus, maxime ſi ſit vinum viſcoſum, & groſſum, & vas ſit poroſum: quia tunc facilius fulmen pertranſit vas, quod eſt poroſum, quam vas, in quo non inueniuntur pori. Sua etiam caliditate fulmen facit vinum groſſum & viſcoſum: maxime in ſuperficie facere poteſt quaſi cruſtam, vt patet de ſapa, propter quod vinum tardius effunditur. Sed aliud fulmen, quia eſt groſſius, propter nimiam eius tarditatem, non ita penetrat: & quia eſt calidius quam ſubtile, prius adurit & colorat, quam penetret; ita quod aduſtio præuenit motum localem eius in penetrando. Hoc autem fulmen, quia propter ſuam groſſitiem non multum penetrat, ideo minus lædit dura, & reſiſtentia, quam rara; Vnde aliquando inuentum eſt, quod excuſſit aliquando veſtem, aliquando pilos & barbam hominis, homine in nullo penitus læſo. Sed primum fulmen, ea quæ parum reſiſtunt, non colorat, aut adurit: ſed cito penetrat, ſicut prius dictum eſt. Ea vero, quæ reſiſtunt, vt ſunt corpora dura, magis patiuntur ab hoc fulmine: quia ea adurit propter duas rationes: pri-

A mo, quia ea, quæ ſuſtinẽt fixionem fulminis maiori tempore, magis patiuntur ab eo, ſed fulmen agit in reſiſtentia maiori tẽpore. Secundo, quia quando reſiſtitur ſpiritui, tũc ſpiritus fortificatur & multiplicatur, & fortius agit. Et hoc etiã manifeſtat duobus exẽplis: primo, quia viſum eſt quandoq;, quod clypeus à parte interiori erat coopertus ære in aliqua parte, vel etiam à parte exteriori: & iſte clypeus ictus fulmine, & lignũ nihil paſſum fuit: quia propter raritatẽ cito ipsũ penetrauit fulmen: ſed æs, quod magis reſiſtebat, liquefactum fuit. Temporibus etiã noſtris miles, qui percuſſus eſt à fulmine, habebat ſcutum ligneum ſuſpenſum humeris, & ſub ſcuto arma ferrea: fulmen confregit, & partim liquefecit ferrum ſub ſcuto, lignum autem ſcuti in nullo læſum inuentum eſt. Secũdo dicit, quod ſicut dictum eſt, fulmen aliquãdo interficit hominem propter reſiſtẽtiam: veſtimenta vero propter minorem reſiſtentiam, pertranſiuit. Ex quo concludi poteſt, quod primum fulmen magis periculoſũ eſt quam ſecundum. Si autem verum ſit, quod fulmen habet alios effectus, qui proferũtur vulgo, vt puta, quod magis percutiũt campanilia eccleſiæ, & loca ſacra, quam alia loca, dicendum, quod nõ eſt inconueniens, quod dæmones vtantur virtute ſua circa hos mirabiles effectus naturæ, vt ipſi rerũ mirabilium authores videãtur, ſicut aliquando ſe immiſcent nobiliſſimo effectui naturæ. ſ. generationi, & propagationi humanæ. Nos tamen hic nõ quærimus, quid Deus permittat, ſed quid natura faciat. Et de facili dicere poſſumus, quod magis tangit campanilia, & eccleſias, quia ſunt altiores, & citius ei occurrunt. Sciendum eſt etiam, quod Seneca tres ſpecies fulminis dicit eſſe, ſed iſtæ de facili reducuntur ad duas prædictas, vt patet intuenti. Deinde cum dicit.

d ¶ Concludit corollarie ex dictis, quod fulmen non eſt lapis, vel aliquod corpus ſolidum, ſicut tamen multi crediderũt, ſed eſt ſpiritus. i. exhalatio ſicca incenſa & ſubtilis. Et hoc, quod dicit Philoſophus, declarat per ea, quæ patent oculis: quia combuſto templo

E in Epheſo à fulmine, ibi, quia materia fulminis erat multa, videri poterat, quod fulmen eſt ſpiritus: quia quando tẽplum percuſſum eſt, flamma exhalationis incenſæ ferebatur hac, illac, ad multas partes templi, & denique cum fumo templi ferebatur ſurſum incenſa: ſicut fumus, propter admiſtionem humidi groſſi, quod exibat ex combuſtione templi. Sed accidit de huiuſmodi exhalatione, ſicut de fumo, quia etiam fumus eſt quidam ſpiritus, & ardet, ſicut exhalatio, ſicut prius dictum eſt. Quando materia eſt multa, quæ comburitur, tunc fit multus fumus incenſus, & manifeſte videtur, ſicut in incenſione fornacis: quãdo autem materia eſt pauca, non ita videtur fumus. Sic etiam quando materia fulminis eſt multa, manifeſte apparet, quod fulmen eſt exhalatio incenſa, ſicut accidit in fulmine percutiente prędictum templum. Quando vero materia eſt pauca, non ita videtur: quod tamẽ videtur in vno, iudicandũ eſt etiam in altero. Quod autem fulmen nõ ſit corpus ſolidum, vel lapis, patet, quia tale corpus non poteſt habere effectus, qui ſuperius dicti ſunt procedere à fulmine. Non. n.

poſſet

ria fiebat multo fortius; ruptis igitur lignis, vnde principium ſpiritus erat, multus ſecedebat ſimul, qua efflabat, & ferebatur, ſurſum ignitus, vt videretur flamma ferri, & inuadere domos.

e Semper enim oportet putare aſſequi fulminibus ſpiritus, & præ- G cedere: ſed non videtur, quia ſine colore ſunt, propter quod, & quæ debet percutere, mouentur prius, quam percutiantur, tanquam prius incidente principio ſpiritus.

f Et tonitrua autem diuidunt, non ſono, ſed quia ſimul congregatur, quod plagam fecit, & ſonum, ſpiritus: quia ſi percuſſerit, diuidit: exurit autem non. De tonitruo quidem igitur, & coruſcatione, & Ecnephia, adhuc autem de incendentibus, & Typhonibus, & fulminibus dictum eſt, & quid quidem omnia, & quæ differentia o- H mnium ipſorum.

*erat initium copioſus, qua parte efflabat, confertim ſecedebat, & ardens in ſublime ferebatur, quare flamma ipſi ferri, & incidere in domos videbatur.*

*Semper enim ſpiritum fulmina cõſequi, & anteire (quanquam quod G coloris expers ſit, non cernitur) putandum eſt. Quo fit, vt qua ictus futurus eſt, commoueatur id prius, quam plagam accipiat, ſpiritus nimirum principio in id prius incidente.*

*Quin & tonitrua, ac fulgura non ſono ſindunt, ſed quod vna ſpiritus excernitur, ictum, ſonumque efficiens, qui ſi percutiat, ſcindit nec vrit. De tonitruo igitur, fulgure, ecnephia: item de preſteribus & typhonibus, atque fulminibus, quod idem omnia ſint, quæue eorum ſit inter ſe differentia, dictum eſt.*

## LECTIO III.

a DE halo autem, & de Iride, & quid vtraque, & propter quam cauſam fit, dicamus, & de Pareliis, & virgis: etenim hæc omnia fiunt propter eaſdem cauſas inuicem: primo autem oportet accipere paſſiones, & accidentia circa vnumquodque ipſorum.

b Ipſius quidem igitur halo appa- I ret ſæpe circulus totus, & fit circa ſolem & lunam, & circa ſplendentia aſtrorum. Adhuc autem minus nocte, quam die, & meridie quam ſero: diluculo autem minus, & circa occaſum.

c Iridis autem nunquam fit circulus, nec maior ſemicirculo, deciſio, & occumbente quidem, & oriente minoris quidem cir-

### Tractatus ſecundi, libri tertii, de Halo, & Iride, Pareliis, Virgis, in generali. Cap. III.

*DE corona autem & arcu quid vtrumq; ſit, & quam ob cauſam fiant, & de Parelus, & Virgis, & cæteris, quæ accidunt, dicamus. Hæc enim omnia ab iiſdem inter ſe cauſis oriuntur: primum vero affectiones, & quæ eorum vnicuiq; accidunt, ſumere oportet.*

*Coronæ igitur integer ſæpe circulus I apparet, & circa ſolem & lunam, aſtraque ſplendida oritur, ac nihil minus nocte quam die, in meridie, quam in occaſu, rarius tamen matutino tempore, & in occaſum.*

*Arcus vero nunquam exiſtit circulus, nec maior ſectio, quam ſemicirculus, & occidente, atque oriente minimi quidem circuli: ſed*

poſſet penetrare ad interiora, niſi prius ruptis exterioribus, alio- F quin duo corpora eſſent ſimul in eodem loco, quod naturaliter non poteſt fieri. Videtur etiam inconueniens eſſe, quod tam paruus lapis euertat turres & domos. Conſiderandum tamen eſt, quod quandoque cum fulmine antefertur lapis, vel aliud huiuſmodi deorſum, quod vel eſt generatum in nube, ab exhalatione calida digerente humidum aqueum nubis, ſicut patet in decoctione laterum, qui lapis etiam quandoque antefertur tonitruo, vel à vento circulari ſurſum eſt eleuatum. Sed iſte lapis non eſt fulmen, vt dictum eſt, neque ſemper fit, quando fit fulmen. Deinde cum dicit.

e ❡ Reddit rationem cuiuſdam accidentis circa fulmen, quare ſcilicet illa, quæ percutiuntur à fulmine, videntur moueri, antequam percutiantur. Et huius ratio eſt, ſicut ipſe dicit, quia aliquis ſpiritus, velut fumus, vel aer motus ab ipſo fulmine, ſemper præcedit, & ſemper ſequitur exhalationem incenſam, quæ eſt fulmen, qui ſpiritus propulſus ante fulmẽ ſuo motu mouet corpora, quæ patiuntur à fulmine. Et propter hanc cauſam, animalia fulmine percuſſa, vt in pluribus, inueniuntur habere caput conuerſum ad fulmen, quia ſentientes hunc motũ, qui præcedit fulmen, naturaliter conuertunt caput ad illam partem, vt cognoſcant quid ſit: & ſic percutiuntur fulmine. Deinde cum dicit.

f ❡ Comparat fulmen ad tonitruum, & dicit, quod ſicut fulmen deiicit, & diuidit corpora, quę tangit, ita ſimiliter tonitruum, quandoque diuidit corpora. Sed tamen non eſt imaginandum, quod tonitruum diuidat corpora mediante ſono, ſed diuidit mediante ſpiritu, id eſt, exhalatione ſegregata à nube, quæ incidens alicui corpori, plerumque diuidit illud, ſed non exurit, quia non eſt ita ſubtilis, & incenſa, ſicut fulmen. Ipſum vero fulmen diuidit me- K diante motu exhalationis: exurit autem & colorat propter ignitionem. Deinde recapitulat ea, quæ dicta ſunt: dicens, quod de tonitruo, & coruſcatione, & Ecnephia, iterum de typhonibus, & incenſione, & fulminibus, dictum eſt, quid ſit vnumquodque eorum ſecundum ſubſtantiam, quia ſunt exhalatio ſicca. Sed differentia eorum eſt ſecundum magis & minus ſubtile, & ſecundum alia accidentia conſequentia.

## LECTIO III.

a POſtquam Philoſophus determinauit de his, quæ generantur ex exhalatione eleuata à terra per motum & alterationem, conſequenter intendit determinare de his, quæ fiũt per refractionem luminis ab exhalatione humida conſtante ſuperius. Et circa hoc duo facit: Primo ponit intentionem ſuam, & dicit, quod cum ſuperius determinatum ſit de his, quæ fiunt ex exhalatione humida per motum & alterationem, cõſequenter dicendum eſt de his, quæ fiunt per refractionem luminis ab eodem vapore humido, conſiſtente in nube, vel caligine, puta de Halo, Iride, & Virgis, & Pareliis. Et circa hoc conſiderandũ eſt, quid ſit vnumquodque eorum, & propter quam cauſam fiunt, quia vnumquodque eorum fit propter eandem cauſam. Secundo ibi.

b ❡ Proſequitur intentum, & circa hoc duo facit. Primo determinat in generali de accidentibus, & cauſis Halo & iridis, & quorundam aliorum, quæ fiunt per refractionem luminis. Secundo determinat de cauſa & principio illorum magis in ſpeciali: ibi, [Quod quidem igitur viſus.] Prima iterum diuiditur in duas partes: primo enumerat accidentia circa Halo & Iridem; ſecundo determinat de cauſis dictarum apparentiarũ: ibi, [Cauſa autem horum.] Circa primum duo facit; primo determinat de accidentibus Halo; ſecundo de accidentibus Iridis: ibi, [Iridis autem nunquam.] Primo ergo dicit, quod Halo ſæpius apparet ſecundum circulum perfectum: dicit autem ſæpe, quia quandoq; propter interruptionem caliginis, à qua fit refractio, circulus interrumpitur; fit etiam Halo circa ſolem & lunam, & circa aſtra multum luminis habentia. Adhuc non minus apparet de nocte circa lunam & ſtellas, quam de die circa ſolem: immo magis apparet de nocte, quam de die, quia in die lumen ſolis obſcurat apparentiam eius. Et indifferenter fit in meridie, & in ſero; ſed in mane & circa occaſum minus fit. Vocat autem hic Philoſophus occaſum, non illud tempus veſpertinum, quod communiter ſero dicitur, alias ſibi contradiceret dicendo, quod Halo fit in ſero, & non fit circa occaſum, ſed vocat occaſum declinationem ſolis à meridie, quæ eſt ante illud tempus veſpertinum, & poſt meridiem. Et non fit Halo circa occaſum, quia tunc propter moram ſolis calor eſt feruentior, & diſſipat eius apparentiam. Deinde cum dicit.

c ❡ Oſtendit accidentia circa alias apparentias, & circa hoc duo facit: primo oſtendit accidentia circa Iridem; ſecundo accidentia circa Virgas, & Parelios: ibi, [Parelii autem] Circa primum tria facit, primo oſtendit accidentia Iridis, quantum ad figurationem; ſecundo oſtendit accidentia, quantum ad tempus apparitionis: ibi, [Et poſt autumnale.] tertio, quantum ad colores, & numerum: ibi, [Neque duabus plures.] Dicit ergo primo, quod Iris nunquam apparet ſecundum circulum perfectum, neque apparet in maiori portione circuli deciſi per diametrum, ſed ſole oriente, aut occidente apparet ſub figura ſemicirculi completa, quæ eſt maior portio circuli, ſub qua poſſit apparere.

culi. maxima autem portio, eleuato autem magis, circuli quidem maioris; minor autem portio.

f Et poſt autumnale quidem æquinoctium in breuioribus diebus omni hora fit diei, in æſtiuis autem non fit circa meridiem.

g Neque duabus plures, irides B fiunt ſimul. Harum autem tricolor quidem vtraque, & colores eoſdem, & æquales ſecundum numerum inuicem habent, obſcuriores autem eius, quæ extra, & contrario poſitos ſecundum poſitionem, quæ quidem enim intra, primam habet periferiam, quæ maxima, puniceam: quæ autem exterius, minimam quidem, propinquiſſime autem ad hanc & alias proportionabiliter; ſunt autem colores hi, quos ſolos quidem fere non facere C poſſunt pictores; quoſdam enim ipſi miſcent. Puniceus autem & viridis & alurgos, non fit miſtus, Iris autem hos habet colores, qui autem inter puniceum, & viridem apparet, ſæpe xancos.

h Parelii autem & virgæ fiunt ex latere ſemper, & neque deſuper, neque ad terram, neque ex oppoſito, neque etiam in nocte; ſed ſemper circa Solem. Adhuc autem dum aſcendit, aut deſcendit ſemper, ſecundum plurima autem ad D Occidentem, in medio autem cœli raro, vt in Boſphoro aliquando accidit; per totam enim diem ſimul orientes duo parelii permanſerunt vſque ad occaſum. Quæ quidem igitur circa vnumquodq; ipſorum accidunt, hæc ſunt.

i Cauſa autem omnium horum eadem, omnia enim hæc refractio ſunt. Differunt autem modis, & à quibus, & quomodo accidit fieri refractionem ad ſolem, aut ad aliud aliquid fulgidorum.

E k Et per diem quidem iris fit, nocte autem à luna, vt quidam antiqui putabant, non fiebat: hoc autem patiebatur propter raritatē: latebat.n.ipſos, fit tamen: raro autē fit. Cauſa autē, & quod in tenebris

*maximus ambitus, magis autem ſublato, circuli quidem maioris, ſed minor ambitus.*

*Et poſt autumni quidem æquinoctium, diebus breuioribus omni diei hora exoritur, æſtiuis vero diebus, per meridiem non fit.*

*Nec plures duobus ſimul arcus oriuntur, quorum quamuis vterq; tricolor ſit, eodemque colorum genere, ac pari numero inter ſe congruant, obſcuriores tamen ſunt in exteriori, atq; ordine contrario poſiti. Inter enim primum ambitum, qui maximus eſt, puniceum habet: exterior vero minimū, qui illi proximus eſt, & reliquos proportione reſpondentes. Atq; hi colores fere ſunt, quos ſolos pictores exprimere non valent. Nonnullos enim ij ſolent temperare, puniceus autem, viridis & purpureus, temperatione non fiunt, quibus quidem coloribus arcus præditus eſt, & qui medius inter puniceum & viridem eſt, is plerunque flauus apparet.*

*Parelia autem & virgæ ad latus ſemper gignuntur, non ſupra, nec terram verſus, nec è regione, nec noctu quidem, ſed ſemper circa Solem. Præterea aut aſcendente, aut deſcendente, ad occaſum frequenter, medium cœli tenēte, raro. Id quod in Boſphoro aliquando accidit. Duo enim Parelia coorta, per totum diem vſq; ad occaſum durauerunt. Et hæc quidem ſunt, quæ in eorum vnoquoq; eueniunt.*

*Horum autem omnium eadem cauſa eſt: reflexio enim omnia ſunt. Modis autem differunt, & his, à quibus, & prout ad Solem, aut aliud quid ſplendidum reflexionem fieri contingit.*

*Ac interdiu quidem arcus oritur, noctu vero à Luna, veteres putarunt, non extitiſſe. Quod eis accidit propter raritatem; eos enim latuit. Fit namque, tametſi raro. Cuius rei cauſa eſt, quod colores in tenebris*

A Ille tamen circulus eſt minor, quam circulus, quem facit in meridie. Cum autem ſol eleuatur ſupra orizontem, apparet minor pars ſemicirculi: circulus tamen, quem tunc facit, eſt maior quam ille, quem faciebat oriente, vel occidente Sole. Deinde cum dicit.

f ¶ Enumerat accidentia Iridis, quantum ad tempus apparitionis, & dicit, quod poſt æquinoctium autumnale, exiſtentibus diebus breuioribus, iris poteſt apparere in qualibet hora diei, quia tunc ſol non multum eleuatur ſuper orizontem, ſed in æſtate ſole exiſtente circa tropicum non fit in meridie. Et hoc maxime in regionibus, in quibus ſol multum accedit ad zenith capitum, quia tunc baſis pyramidis, ſub qua videtur iris, aut directe iacet ſupra terram, aut modica portio eius eſt per eam. Et tunc ad videndam apparentiam Iridis, oporteret, quod homo iaceret quaſi reſupinus in terra, & oculus non eſſet eleuatus. Deinde cum dicit.

g ¶ Oſtendit, quot fiūt Irides ſecundum numerum, & accidentia eius, quantum ad colores, & dicit de primo, quod aliquando videntur duæ Irides, ſed plures duabus non apparent, niſi raro, quarum altera continet alteram, & vtraque earum habet tres colores principales, eoſdem quidem ſecundum ſpeciem, & æquales ſecundum numerum: ſed eius, quæ eſt extra, & continet aliā, colores ſunt obſcuriores, & minus apparentes, quam illius, quæ eſt intra, & continetur. Et iſti colores ſecundum ſitum ſunt poſiti modo contrario, quia iris interior, & quæ continetur, habet in maiori periferia, id eſt, circumferentia, colorem puniceum: in media autem viridem, & in minori alurgum, id eſt, ſubalbum. Sed maior exterior habet in minori circulo puniceum, & alios proportionabiliter, ſcilicet in medio viridem, & in ſupremo alurgū. Et hi colores, quos dicimus eſſe in Iride, ſunt tales, quod eos non poſſunt facere pictores. Ipſi enim faciunt colores per admiſtionem aliorum colorum; ſed iſti tres colores, quos habet iris, non fiunt per aliquam commiſtionem. Deinde cum dicit.

h ¶ Determinat de accidentibus circa Virgas, & Parelios, & dicit, quod Parelii & Virgæ apparent tantum circa Solem, & ideo non fiunt nocte, Sole exiſtente ſub noſtro hemiſpherio. Et quando contingit eos apparere, tunc ſolum apparet ex latere Solis, ſc. ex parte Septentrionis, vel Meridiei, & non apparent ſupra Solem, quia impreſſiones exiſtentes ſupra Solem, non eſſent viſibiles. Neque apparent directe ſubtus ſolem verſus terram, neque ex oppoſito, puta in oriente, vnde mouetur Sol, vel in occidente, ad quem tendit. Et iterum apparent Parelii Sole aſcendente ab oriente, vel deſcendente ad Occidentem, ſed raro apparent ipſo exiſtente in Meridie, quia tunc Sol propter nimium calorem diſſoluit materiam. Accidit tamen aliquando in Boſphoro, quod eſt mare diuidens Aſiam ab Europa, quod ibi apparuerunt duo Parelii ex duobus lateribus Solis, ab ortu eius vſque ad occaſum per totam diem. Accidentia igitur manifeſta circa vnumquodque iſtorum ſunt hæc, quæ determinata ſunt. Deinde cum dicit.

i ¶ Determinat de cauſis dictarum impreſſionum, & dicit, quod cauſa & principium omnium prædictorum eſt vna & eadem ſecundum ſubſtantiam, quia omnia ſecundum ſubſtantiam, ſunt refractio; quod intelligendum eſt non formaliter, ſed cauſaliter. Non enim iſtæ impreſſiones ſunt formaliter refractio, quia iris formaliter eſt quædam figura, &c. ſed ſunt refractio cauſaliter, quia omnia cauſantur ex refractione aliqua, ſed differenter fiunt ſecundum diuerſos modos refractionis, ſiue reflexionis ad ſolē, vel ad aliquod aliud aſtrorum fulgidorum. Sed qualis ſit refractio, & qualiter fiat, & ad quid & à quo, & quę ſit cauſa eorum, quæ accidunt circa ipſam refractionē, conſequenter oſtēdit Philoſophus, licet textus noſtri cōmuniter hoc non habeant. Dicit ergo, quod radii viſuales refranguntur ab omnibus corporibus, quæ habent aliquam virtutem opaci, quod impedit illuminationem ſecundum directum. Et ab habētibus planā & lenem ſuperficiem, ſicut eſt aqua, quæ eſt groſſior, & aer, qui eſt ſubtilior. Et illud, quod refrangitur, ſecundum veritatem eſt lumen generatum à corpore lucido ſecundum directum, ſed colores, qui mouent perſpicuum, quando eſt illuminatum, colorant ipſum. Deinde cum dicit.

k ¶ Regreditur ad numerandum quædam alia accidentia circa Iridem. Ex quo patet, quod hæc pars continuari debet ad illam partem, in qua enumerat alia accidentia Iridis: ſed eſt huc tranſpoſita propter aliquod accidens. Dicit igitur, quod Iris de die apparet, propter refractionem luminis ſolis à nube rorida

ſibi

ſibi oppoſita. Sed de nocte, dixerunt quidam antiquiorum, ipſam non apparere per refractionem luminis, quia in nocte raro fit, propter quod latebat ipſos. Sunt autem tres cauſæ, propter quas raro apparet de nocte. Prima eſt, quia colores obſcurantur de nocte propter obſcuritatem noctis. Secunda cauſa eſt, quia iris non poteſt apparere, neque fieri de nocte, niſi ſolum in vno die naturali menſis. Tertia eſt, quia iris non fit de nocte, niſi luna exiſtente plena in oriente, & in occidente nube oppoſitâ exiſtente denſa. Et illa ratio ſimul contingunt. Signum autem raræ apparitionis eius dicit eſſe, quia in quinquaginta annis non percepit eam, niſi bis fieri. Deinde cum dicit.

1 ¶ Poſtquam Philoſophus determinauit de cauſis prædictorum in generali, determinat de eis magis in ſpeciali, & diuiditur in partes duas: in prima præmittit quaſdam ſuppoſitiones neceſſarias ad propoſitum; ſecundo declarat intentum, ibi. [ Primo autem de figura ] Circa primum ergo dicit, quod oportet ſupponere aliqua, & primo, quod radius viſualis procedens ab oculo refrangitur ab aliquo prohibente eorum directam alterationem propter groſſitiem, ſicut ab aqua & aere ingroſſato propter humiditatem & frigiditatem, & vniuerſaliter ab omnibus corporibus groſſis, habentibus planam & lenem ſuperficiem, propter quam vniformiter recipiuntur, & refranguntur ad aliquod corpus lucidum. Secundo ſupponere oportet, quod corpora ſpecularia, à quibus fit refractio, in quibus apparet ſpecies viſibilis, ſunt duplicia: quædam ſunt, in quibus apparet figura & color obiecti determinate, quædam autem ſunt, in quibus apparent colores, non autem figura determinata, ſicut ſunt illa, quæ ſunt valde parua, & non poſſunt diuidi in partes, quæ comprehendantur a viſu; quare relinquitur, quod in talibus ſolus color apparebit. Tertio, ſupponendum eſt, quod in corporibus ſpecularibus aliquando apparet color clarus, quando ſcilicet ſpeculum eſt purum & mundum, non habens aliquem colorem extraneum, & medium ſimiliter eſt purum, & viſus eſt fortis, id eſt, bene diſpoſitus. Aliquando autem color corporis clari apparet obſcurus, propter defectum alicuius iſtorum trium. De his autem demonſtratum eſt in libro de ſenſu, & ſenſato, vel in libro de ſenſu, id eſt, in perſpectiua communi: nunc autẽ iſtis ſuppoſitis dicendum eſt de aliis. Intelligendum eſt autem circa primam ſuppoſitionem, quod viſio non fit extra mittendo, ſed intus accipiendo; id eſt, radii viſuales, per quos videntur res ab extra, non procedunt ab oculo ad obiectum, ſed ab obiecto ad oculum. Et id eſt, radii viſuales refranguntur ab ſpe-

latent colores, & alia multa oportet coincidere, & omnia hæc in die vna menſis: in plenilunio enim fieri neceſſe, ſi debeat fore, & tunc aut oriente, aut occumbente. Propter quod quidem in annis quinquaginta, bis comperimus ſolum.

1 Quod quidem igitur viſus refrangitur, ſicut ab aqua, ſic & ab aere, & omnibus habentibus ſuperficiem planam, ex his, quæ circa viſum oſtenſa ſunt, oportet accipere fidem. Et quia ſpeculorum in quibuſdam quidem & figuræ apparent: in quibuſdam autem colores ſolum. Talia autem ſunt quęcunque parua ſpeculorum, & nullam ſenſibilem habent diuiſionem. In his enim figuram quidem impoſſibile apparere, videtur enim eſſe diuiſibilis: omnis enim figura ſimul videtur figura eſſe, & diuiſionem habere; quoniam autem apparere aliquid neceſſarium: hanc autem impoſſibile, relinquitur colorem apparere ſolum. Color autem aliquando quidem clarus videtur: colorum autem aliquando propter miſceri ei, qui ſpeculi, aut propter debilitatem viſus, aut quia mediũ coloratum alterius coloris efficit phantaſiam. Sic autem de his nobis ſpeculatũ in demonſtratiuis circa ſenſus. Propter hoc quidem dicamus, his autem quomodo exiſtunt, vtamur ipſis.

## LECTIO IIII.

a PRimo autem de figura halo dicamus, & quare circulus fit, & quare circa Solem, aut Lunam. Similiter autem & de aliis aſtris: eadem enim in omnibus congruet ratio.

F culo ad viſum: non autem ad ſolem, vel aliud obiectum, quia non refranguntur ad id, à quo procedunt. Sed Ariſtoteles loquitur hic ſecundum communem opinionem perſpectiuorum ſui temporis, qui habebant contrariam opinionem dictis. Nec refert ad propoſitum quodcunque iſtorum dicatur, quia eodem modo accidunt omnia circa halo, & iridem, quocunque iſtorum poſito. Ad maiorem autem claritatem dictorum, & dicendorum, notanda ſunt duo. Primum eſt, quod ad quamlibet refractionem tria concurrunt de neceſſitate. Primum eſt obiectum; quod imprimit ſimilitudinem ſuam in ſpeculum, putà, lumen ſolis, & hoc habet rationem refracti. Speculum, quod determinat actionem obiecti, & recipit ſimilitudinẽ eius, quod habet rationem refrangentis. Et viſus, qui habet rationem eius, ad quod fit refractio. Secundo notandum eſt, quod radius viſualis eſt triplex, ſcilicet rectus, qui per medium vniforme libere procedit à corpore lucido ad viſum. Secundo, reflexus, qui propter denſitatem alicuius medii nõ poteſt vlterius tranſire, ſed reflectitur, & reuertitur ad corpus luminoſum, à quo procedit, ſicut accidit de radiis ſolaribus, qui reflectuntur à terra ſurſum verſus ſolem, ſicut viſum eſt ſupra. Tertio eſt radius refractus, qui propter occurſum alicuius medii, non quidem impeditur totaliter vlterius procedere, immo procedit vſque ad viſum, ſed non recte, quia recedit à perpendiculari. Ariſtoteles tamen indifferenter vtitur iſtis nominibus, cum dicit quod viſus refrangitur ad aliquod corpus lucidum. Deinde cum dicit.

*lateant, quodque alia multa concurrere oporteat, eaq; omnia vna menſis die. Nam plenilunio fiat, ſi exiſtere debet, neceſſe eſt, idque occidente, aut oriente Luna. Quare in annis ſupra quinquaginta, bis tantum in eam incidimus.*

G *Porro ea, quæ de aſpectu demonſtrantur, fidem faciunt, aſpectum, vt ab aqua, ſic etiam ab aere, & ab omnibus iis, quæ ſummam partem lenem habent, reflecti, atq; etiam, quamobrem nonnullis in ſpeculis non ſolum colores, verum etiam figuræ appareat, in nonnullis tantummodo colores. Talia autem ſunt, quæcunque parua ſint, & nullam ad ſenſum capiunt diuiſionem. In his enim fieri non poteſt, vt figura appareat, quandoquidem diuidua eſſe videbitur. Omnis namq; figura, ſimul figura eſſe, & omni ex parte diuidi poſſe videtur.* H *Quoniam autem aliquid appareat neceſſe eſt, figura vero non poteſt, colorem ſolum apparere relinquitur. Color autem ſplendidorum, interdum quidem ſplendidus apparet, nonnunquam vero, aut quod ſpeculi colori admiſceatur, aut ob aſpectus imbecillitatem, diuerſi coloris faciem exhibet. Sed hæc in iis, quæ de ſenſu demonſtrantur, contemplati ſumus, ideo nonnulla nunc tràdemus, non nullis, vt iam conſtitutis, vtemur.*

I

Tractatus ſecundi, libri tertii, in quo determinat in ſpeciali de halo. Cap. II.

*PRimum vero de Corona dicamus, & cur orbis fiat, & quamobrem circa Solem, aut Lunam, eodemque modo, & circa aliorum ſyderum aliquod: eadem enim in omnibus congruit ratio.*

K

## LECTIO IIII.

a PRæmiſſis ſuppoſitionibus neceſſariis ad declarationem tam dictorum quam dicendorum, conſequenter proſequitur de Halo, Iride; & reliquis, & primo determinat de halo; ſecundo de Iride: ibi, [Iris autem.] Et tertio de Pareliis & Virgis: ibi, [Eaſdem autem dictis.] Circa primum duo facit. Primo aſſignat cauſam generationis, & modum. Secundo reddit cauſam cuiuſdam accidentis halo: ibi, [Sæpius autem.] Prima iterum in tres. Primo oſtendit modum generationis halo. Secundo oſtendit cauſam figuræ eius: ibi, [Vndique autem.] Tertio oſtendit cauſam coloris illius: ibi, [Oportet autẽ.] Quantum ad primum igitur, primo præmittit intentionem ſuam, & dicit, quod primo dicendum eſt de halo, & de figura eius in ſpeciali; quare, ſcilicet, fit circularis figuræ, & vtrum fiat circa Solem & Lunam, & ſimiliter circa alia aſtra, & non ex oppoſito, vel ex latere alicuius, quia eadem eſt ratio de omnibus. Secundo ibi.

b ¶ Quia halo apparet ex refractione viſus, conſiſtente vapore, vel aere, ideo Philoſophus declarat, quomodo ſe habeat vapor huiuſmodi, à quo fit refractio. Et dicit quod refractio viſus in apparitionibus halo, fit à vapore, vel aere, id eſt, ab aere vaporoſo, ingroſſato à frigido in nubem tenuem, paruarum & regularium partium.

b Fit quidem igitur refractio viſus conſiſtente aere, & vapore in nubem, ſi regularis & paruarum partium conſiſtens extiterit. Propter quod & ſignum, conſiſtentia quidem aquæ eſt; tamen diſtractiones, & marcedines, hæ quidem ſerenitatis, diſtractiones autem ſpiritus. Siquidem enim neque marceſcat, neque diſtrahatur, ſed permittatur procedere propria natura: aquæ ſignum veriſimiliter eſt. Inſinuat enim iam fieri talem conſiſtentiam, ex qua continuitatem accipiente inſpiſſatione, neceſſarium in aquam venire: propter quod & nigræ fiunt colore, hæ maxime aliis. Cum autem detrahitur, ſpiritus ſignum, diuiſio autem à ſpiritu facta, eſt iam quidem ente, nondum autem præſente: ſignum autem huius, quia hic fit ventus, vndecunque principalis facta fuerit diſtractio. Marcefacta autem, ſerenitatis; ſi enim non poneretur æqualiter, ſic aer; vt obtineret interceptum calidum, neque veniret in ſpiſſationem aquoſam, palam quod ſic vapor ſegregatus eſt ab exhalatione ſicca & ignea: hoc autem pulchri temporis ſignum. Quomodo quidem igitur ſic ſe habente aere fit refractio; dictum eſt.

*Reflectitur igitur aſpectus, aere & vapore in nubem concreto, ſi tamen æquabilis, & minutis partibus concreuerit. Ideo & concretio aquam prænunciat. Cum diſſipatur quidem, aut emarceſcit, marcor ſerenum, diſſipatio vero ventum declarat. Nam ſi nec emarceſcat, nec diſtrahatur, ſed ſuam ipſius recipere naturam permittatur, ſignum aquæ merito eſt.*
B *Talem enim fieri concretionem iam indicat, ex qua continenter denſata ad aquam venire neceſſe ſit. Quam etiam ob cauſam, cæterarum maxime omnium nigro colore exiſtunt. Cum autem diſtracta fuerit, venti eſt indicium: Siquidem diſtractio à vento orta eſt, qui iam quidem incœpit, nondum tamen adeſt. Cuius rei ſignum eſt; quod vnde præcipua diſſipatio ſit, inde ventus ortum habet, ſed cum emarceſcit, ſerenitatis. Si enim aer non ita ſeſe habeat, vt interceptum calorem vincere non valeat, nec item in aqueam concre-*
C *tionem denſari perſpicuum eſt, vaporem à ſicca & ignea exhalatione nondum eſſe ſecretum, quod quidem ſerenitatis cauſa eſt. Quo nam igitur modo aere affecto reflexio fiat, dictum eſt.*

Et hoc manifeſtat per ſignum: quia ſi ille vapor, in quo apparet halo, ingroſſetur, tunc eſt ſignum pluuiæ. Si autem diſtrahatur, & diſgregetur, tunc eſt ſignum venti. Si vero euaneſcat, & extermineтur, tunc eſt ſignum ſerenitatis. Probat autem primum, quia talis ingroſſatio vaporis oſtendit continuam inſpiſſationem nubis, quam tandem neceſſarium eſt permutari in aquam. Et propter hoc huiuſmodi nubes continue fiunt nigriores, quoaduſque finaliter diſparet halo. Secundum vero, manifeſtatur: quia illa diſtractio non poteſt fieri, niſi à vento, qui iam incipit flare. In ſignum cuius, quando diſtrahitur halo, ventus incipit manifeſte apparere ex illa parte, in qua incepit illa diſtractio, ex quo poſſumus etiam concludere, quod ventus prius flabat, & diſtrahebat halo, ſed nondum erat nobis præſens, & manifeſtus, vel prius flabat in aliis partibus, ſed nondum erat præſens illi parti, in qua fit halo. Marcefacta autem ſiue euaneſcens, eſt ſignum ſerenitatis: quia non diſtrahitur niſi à calido diſgregante vaporem nubis, & ſic aer vel vapor propter tale calidum, non poteſt condenſari in nubem, ex quo fit ſerenitas. Vnde relinquitur, quod halo fiat in nube tenui, & denſata à frigido, vt dictum eſt. Deinde cum dicit.

c Refrangitur à conſiſtente caligine circa Solem, aut Lunam viſus; propter quod non ex oppoſito, ſicut iris apparet.

D *A caligine autem circa Solem & Lunam coacta, aſpectus reflectitur. Itaque non è regione, vt arcus, apparet.*

c ¶ Oſtendit, quomodo & qualiter ſe habente nube, ſecundum poſitionem ad aſtrum fulgidum, fiat refractio, & dicit quod viſus refrangitur à caligine exiſtente inter ipſum, & Solem, vel Lunam, & propter hoc non apparet ex oppoſito, ſicut iris, quæ apparet in nube oppoſita Soli, vel Lunæ viſu exiſtente in medio, nec etiam apparet ex lateribus, ſicut virgæ, & parelij. Ad cuius intelligentiam conſiderandum eſt, quod in apparitione halo, inter viſum, & aſtrum, mediat nubes tenuis, à qua fit refractio, ita quod aſtrum videtur per ipſum, propter quod etiam videtur in eadem ſuperficie cum ipſa: quia quando aliquod corpus remotum videtur per aliquod corpus
A medium diſtans à viſu, tunc obiectum videtur eſſe ſimul cum medio, quia viſus propter diſtantiam improportionatam ſibi, non diiudicat remotionem vnius ab altero. Et propter eandem cauſam corpus ſphæricum à remotis viſum, ſemper apparet planæ ſuperficiei, quia viſus propter improportionatam diſtantiam, ſicut dictum eſt, non diiudicat diſtantiam, neque figuram, & maximum circulum eius. Deinde cum dicit.

d Vndique autem ſimiliter refractio neceſſe circulum eſſe, aut circuli partem; ab eodem enim ſigno ad idem ſignum æquales frangentur ſuper circuli lineam ſemper. Sit enim à ſigno in quo A. ad B. fracta quæ A. G. B. & quæ A. Z. B. & quæ A. D. B. æquales autem hæ A. G. A. Z. A. D. adinuicem: & quæ A. D. B. inuicem, puta. G. B. Z. B. D. B. & protrahatur A. C. B. quare trigoni: æquales etenim ſuper

*Ac cum omni ex parte aquæ reflectatur, neceſſe eſt, circulum eſſe, aut circuli partem. Ab eodem enim puncto in idem punctum, æquales lineæ in orbis lineæ ſemper flectentur. Sint enim à puncto A. ad B. inflexæ lineæ A.C.B. A.ſ.B. & A.D. B. Sintque A.C. A.ſ. A.D. inter ſe æquales, & quæ etiam ſunt ad B. ductæ inter ſe, atque A. E. B. iungatur, profecto triangula æqualia erunt, & ſimi-*
E *lia vtpote in æquali. A. E. B. Ex angulis, vero ad lineam A. E. B.*

d ¶ Oſtendit, quæ ſit figura halo, & dicit quod nube ſic ſe habente, vt dictum eſt, neceſſe eſt quod talis refractio fiat ſecundum circulum, & ideo neceſſe eſt halo eſſe circulum, ſi nubes ſit continua; & regularis; vel partem circuli, ſi nubes ſit diſcontinua, & irregularis. Quod quidem facile eſt probare, ſi ſupponamus ſecundum veritatem quod refrangantur obiectum, non viſus. Nam viſibile producit radios ſuos pyramidaliter; cuius pyramidis baſis eſt in ipſo obiecto; conus vero pyramidis terminatur ad viſum, ſi radij ſint recti, vel ſi ſint refracti, conus eſt in puncto refractionis, licet ſit magis obtuſus. In fine autem pyramidis ſemper apparet figura ſimilis obiecto; ſicut experientia teſtatur; tum etiam, quia omne agens naturaliter imprimit ſuam ſimilitudinem in paſſum, ſecundum eſſe perfectum, niſi impediatur. Cum igitur aſtrum ſit circularis figuræ, eius ſimilitudo impreſſa tum in caligine, tum etiam in oculo, erit figuræ circularis. Sed Ariſtot. hic non accipit aſtrum in alterando refrangi, ſed viſum, ſicut dictum eſt prius, non quidem ſecundum radium perpendicularem, ſed ſecundum radios declinantes à perpẽdiculari. Aſſumptum vero ſic probat per rationem mathematicalem. Radij, qui æqualiter diſtant à perpendiculari, & refranguntur ad angulos æquales, facientes, ſcilicet angulos æquales in puncto refractionis, faciunt figuram circularem; ſed radij, quibus videtur halo, æqualiter diſtantia perpendiculari: & refranguntur in æquali diſtantia ad perpendicularem: ad angulos æquales; ergo faciunt circulum. Maior eſt manifeſta, quia aſtrum æqualiter agit, & illuminat partes exiſtentes inter extremos radios refractos; quia æqualiter diſtant. Minorem vero probat in terminis communibus, hoc modo. Sit. A. viſus, qui refrangitur. B. autem ſit aſtrum, ad quod

fit refractio ſecundum antiquos, & protrahatur linea perpendicularis ab A. in B. per medium caliginis refrangentis viſum in puncto. C. & ſignentur tria puncta æque diſtantia ab. C. in periferia, ſiue circumferentia nubis: ſ. G.D.Z. in quibus franguntur radii luminoſi ad lineam perpendicularem, & concurrunt in puncto. A. tunc ibi intelliguntur tres trianguli maiores, ſcilicet. A. B. G. A. B. D. & A B. Z. qui ſunt æquales vt poteſt prædicari per propoſitiones mathematicas, & maxime per quartam primi Euclidis, quæ dicit quod duorum triangulorũ, quorum duo latera vnius ſunt æqualia duobus lateribus alterius, & duo anguli duobus angulis toti

æqualem. A.C.B. ducantur autem catheti ad.C. ex angulis. A.G. quidem. G.E.A Z. autem. Z.E.A.D. autem. D.E. æquales itaque hæ, in æqualib. autem angulis & in vno plano omnes, ad rectum enim omnes ei quæ. A.C.B. & ad vnum ſignum. E. copulantur. Circulus enim igitur erit deſcripta, centrum autem. E. eſt igitur. B. quidem ſol. A. autem viſus, quæ autem circa G. Z.D. periferia nubes à qua refrangitur viſus ad ſolem.

*perpendiculares ducantur, ab angulo quidem. C. linea. C.E. ab angulo. F. linea. F.E. ab angulo vero. D. linea. D. E. Æquales autem hæ inter ſe ſunt, quandoquidem in æqualibus triangulis habentur, omneſq; in vno ſunt plano, ſiquidem omnes lineæ A.E.B. ad rectos angulos, & vno in puncto ſe iungunt. Quæ ergo deſcribetur, circulus erit, cuius centrum eſt. E. Sit vero B. Sol. A. aſpectus, ambitus circa C.E. D. nubes à qua aſpectus ad Solem reflectitur.*

F trianguli erunt æquales. Ducantur igitur tres lineæ perpendiculares ſuper lineam A.B. ad punctum. C. ab illis tribus punctis G.D.Z. in periferia nubis ſignatis, tunc conſtituuntur tres parui trianguli, ſcilicet. A.G.C.A.D.C. & A.Z.C. & iſti trianguli etiam ſunt æquales, ſicut probari poteſt per eandem quartam, & per octauam primi Euclidis. Sed iſtæ tres lineæ ducuntur directe ex diuerſis partibus in eundem punctum, & ſunt plures, quam duæ; igitur talis punctus eſt centrum circuli, & linea tangens extremitates illarum linearum erit circulus, vt dicit vigeſimatertia propoſitio tertii Euclidis. Et iſta magis patebunt in ſequenti figura. Deinde cum dicit.




e ¶ Determinat de colore halo, & dicit quod in nube clara, & ſubtili, quæ incipit conuerti in aquam, & dicitur nubes rorida in qua apparet halo, ſunt quædam paruæ guttulæ indiuiſibiles ſecundum ſenſum, quæ ſunt parua ſpecula, in quibus apparet tantum color corporis obiecti non figura, ex quo in illis ſimul ſumptis apparet color miſtus ex lumine ſtellæ, & colore nubis, a qua fit refractio, & hoc ideo, quia nubes non eſt ſpeculũ purum. Nam ſi eſſet ſpeculum purum, non admiſtum alteri colori, pure repreſentaret colorem obiecti. Et quia color albus eſt propinquior lumini ipſius ſtellæ, ideo in illa parte halo, quæ plus obtinet de lumine, ſ. in medio, apparet color albus, ſed in parte remotiori ſcilicet in circumferentia, apparet maior nigredo, tum propter minus lumen ibi exiſtens, tum etiam propter maiorem albedinem alterius partis; quia oppoſita iuxta ſe poſita maiora videntur. Eſt autem maius lumen in medio, quia radii luminoſi ſuper illam partem cadunt perpendiculariter verſus terram, quo quidem modo habent cauſare maius lumen. Deinde cum dicit.

f ¶ Oſtendit cauſam vnius accidentis circa halo, ſcilicet, quare halo ſæpius apparet circa Lunam, quam circa Solem. Et huius ratio eſt, quia Sol propter maiorem caliditatem citius diſgregat humorem conſiſtentem in nube, quã Luna, quæ habet minorem virtutem calefaciendi. Sed circa alia aſtra apparet idem halo propter eaſdem cauſas, vel propter cauſas proportionabiles dictis, ſed tamen non eodem modo ſignificat: quia circa Lunam, vel Solem eſt ſignum pluuiæ, vel venti, aut ſerenitatis, ſed circa alia aſtra eſt ſignum tenuis, & debilis caliginis, non habentis fœcunditatem. Conſiderandum eſt autem, quod halo fit etiam circa lucernas de nocte tempore hyemali, & tunc lumen lucernæ habet rationem obiecti refracti, aer circumſtans humidus, & ingroſſatus a frigore, eſt quaſi ſpeculum, oculus vero eſt id, ad quod fit refractio. Apparet etiam tempore magni caloris circa oculum, & circa lumina propter humiditatem exiſtentem in oculo, maxime quando homo ſurgit à ſomno, & fricat oculos, tunc enim euaporare facit humorem exiſtentem in oculo extrinſecus. Apparet autem & videtur eſſe prope circa lumen: quia propter paruam diſtantiam lumen alterat totum medium, vſque ad oculum, & ideo viſus totum continuum iudicat vnum cum lumine. Quare autem appareat circularis figuræ, cum tamen flamma ſit figuræ oualis, & oblongæ, ad perſpectiuam communem pertinet.

e Oportet autem intelligere cõtinua ſpecula, ſed propter paruitatem vnumquodque quidem inuiſibile, quod autem ex omnib. vnum eſſe videtur, propter deinceps: apparet autem quod quidem album circulo Sol: continuo vnoquoque apparens ſpeculorum. & nullam habens ſenſibilem diuiſionem; verſus autem terram magis; quia tranquillus eſt; ſpiritu enim exiſtente non eſt ſtatio manifeſta. Iuxta hæc autem habita nigra periferia, propter illius albedinem, eſt viſa nigrior.

f Sæpius autem fit halo circa Lunam quia Sol calidior exiſtens, citius diſſoluit conſiſtentiam aeris. Circa cætera autem aſtra fiunt quidem propter eaſdem cauſas, non ſignificatiue autem ſimiliter; quia paruas penitus inſinuant conſiſtentias; & nondum fæcundas.

H *Specula autem continuata concipere animo oportet, ſed quorum ſingula per ſeſe ob paruitatem cerni non queant. Quod vero ex omnibus fit, vnum eſſe videtur, propterea quod alia aliis deinceps conſequantur. Videtur autem id quidem quod album eſt, Sol in quoq; ſpeculorum in orbem cõtinenter apparens, nullamque ſenſilem habens diuiſionem. Proximus huic ambitus niger eſt, qui etiam ob*
I *illius candorem nigrior videtur. Ac verſus terram magis, quod à vento liberior ſit is locus, quippe flante vento ſtatus euidens eſſe non poteſt.*

*Coronæ autem circa Lunam ſæpius fiunt, propterea quod Sol. calidior cũ ſit, aeris concretiones diſſoluat. Circa aſtra vero iiſdem quidem de cauſis fiunt: quoniam tamen concretiones omnino exiguas, & nondum fœcundas indicent, non æque portendunt.*
K

## LECTIO V.

a Poſtquam philoſophus determinauit de halo in ſpeciali, determinat nunc de Iride etiam in ſpeciali : & circa hoc duo facit ; primo, præmittit intentionem ſuam, & dicit quod dictum eſt prius , quod Iris eſt quædam refractio ſcilicet cauſaliter , vt dictum eſt:ſed qualis ſit refractio , & propter quam cauſam , & quomodo fiant ſingula accidentia circa Iridem , dicimus nunc. Secundo ibi.

b ¶ Proſequitur intentionem ſuam , & circa hoc tria facit. Primo , oſtendit cauſam , & modum generationis colorum in Iride. Secundo, determinat de ea, quantum ad figuram & cõſequentia figuram eius:ibi. [Quod autem, neque circulum. ] Tertio determinat de tempore & modo apparitionis eius : ibi [Quoniam in minoribus.] Prima iterum diuiditur in duas partes : in prima determinat de generatione colorum principalium : in ſecunda de generatione colorum minus principalium: ibi, [Xanchos autem.] Circa primum tria facit:primo determinat de generatione colorum Iridis in generali. Secundo de generatione primi coloris in ſpeciali:ibi, [Quod quidem igitur iris.] Tertio , de generatione, aliorum colorum : ibi, [Quia autem color. ] Circa primum iterum duo facit : primo , ponit quandam ſuppoſitionem neceſſariam ad propoſitum : ſecundo, concludit modum generationis colorum iridis :ibi, [Quoniam autem & manifeſte.] Dicit ergo primo, quod radius viſualis natus eſt refrangi ab omni corpore plano, & terminato ſicut ſunt aer, & aqua. Quod autem refrangatur ab aere proba quatuor ſigni . Primum eſt quia Antiphonti propter debilitatem ſui viſus accidit quod ſemper videbat ſimilem ſuæ faciei in aere ipſo aſpiciendo propter refractionem ſuæ faciei in aere:ſignum eſt igitur , quod refractio fiat in aere. Intelligendum eſt autem circa iſtud primum ſignum, quod Ariſt. hic loquitur ſecundum opinionem antiquorum mathematicorum vt dictum eſt ſupra: ſed ſecũdum veritatẽ illa eſt cauſa paſſionis accidẽtis circa Antiphontem, quod circa pupillam eius erat humor innaturalis groſſus alterans viſum & ipſe propter infirmitatem iudicabat de iſto humore , & de idolo in eo impreſſo , ſicut de quodam extrinſeco : quia vtebatur pupilla quaſi ſpeculo, & humore quaſi obiecto, & iudicabat ipſum eſſe hominem ambulantem propter ſimilitudinem paſſionis apparentis in colore , & lineatione. Sicut aliis laborantibus infirmitate oculorum , apparet tela aranearum ante oculos , quibuſdam autem muſcæ volantes , &c. cum tamen ſit humor in pupilla reſperſus . Secundum ſignum eſt , quia ſummitates nauium ſ. ſummitas arboris nauis , & etiam montes alti in mare , videntur breuiores : & groſſiores: quia aer ſupra mare exiſtens , magis accedit ad diſpoſitionem opaci , quia eſt ingroſſatus ab humiditate & frigiditate maris , ex quo poteſt eſſe ſpeculum: quod non poſſet eſſe niſi aer eſſet aliquo modo inpiſſatus , & ingroſſatus. Tertium ſignum quod refractio fiat ab aere ita conſiſtente & inſpiſſato eſt , quia cum flant Euri , qui ſunt venti orientales humidi, omnia videntur maiora, propter refractionem ad aerem ingroſſatum à flatu Euri. Quartum ſignũ eſt, quia tempore caliginis, ſ. in mane quando Sol adhuc non rarefacit aerem, & in ſero , & aliis temporibus nebuloſis , Sol, & alia aſtra , orientia , vel occidentia, videntur maiora, quã in medio cœli propter talem refractionem ad aerem iſtum caliginoſum & groſſum. Quod autem ab aqua fiat refractio, manifeſtat, quia ſi fit ab aere, multo magis fiet ab aqua: quæ eſt planæ ſuperficiei : & eſt magis denſa, quam aer , & conſequenti magis poteſt eſſe ſpeculum, quam aer , vel caligo. Et adhuc magis fit à caligine incipiente conuerti in aquam , quam à ſimplici aere , quia etiam talis caligo magis accedit ad rationem ſpeculi , quam aer. Deinde cum dicit.

c ¶ Concludit modum generationis colorum iridis in generali, & dicit quod ſicut dictum eſt prius , ſi fuerit nubes rorida, i. habens paruas guttulas ſemilucidas ad modũ roris, ſicut accidit, cũ in-

## LECTIO V.

a Iris autem quidem eſt refractio , dictum eſt prius : qualis autem refractio , & quomodo & per quam cauſam , ſingula fiunt accidentium circa ipſam , dicamus nunc.

b Refractus quidem igitur viſus ab omnibus videtur planis; horum autem eſt aer , & aqua. Fit autem ab aere quidem , cum tactus fuerit conſiſtens. Propter viſus autem debilitatem ſæpe , & ſine inſpiſſatione facit refractionem : qualis aliquando accidit cuidam paſſio , debiliter , & non acute videnti : ſemper enim idolum videbatur præcedere ambulantem ipſum ex oppoſito reſpiciens ad ipſum. Hoc autem patiebatur, quia viſus refrangebatur ad ipſum : ſic enim debilis erat & tenuis valde ab infirmitate , vt ſpeculum fieret & propinquus aer:& non poſſet penetrare : ſicut qui longe:& ſpiſſus. Propter quod & nauium ſummitates refractæ vniuerſaliter in mari : & maiores magnitudines omnium , cum Euri flauerint : & quæ in caliginibus, velut & Sol , & aſtra, orientia, & occumbentia , magis quam in medio cœli exiſtentia. Ab aqua autem maxime refrangitur : & ab incipiente fieri magis adhuc quam ab aere. Quamlibet enim partium , ex quibus fit conſtantibus roratio, ſpeculum neceſſarium eſſe magis, caligine.

c Quoniam autem & manifeſtum eſt,& dictum eſt prius , quod in talibus ſpeculis color tantum apparet,figura autem immanifeſta, neceſſarium, cum incipiat pluere , & iam quidem conſiſtat in rorationes qui in nubib. aer , nondum tñ pluat,ſi ex oppoſito fuerit Sol, aut aliquid aliud ſic fulgidum , vt & fiat ſpeculum nubes , & refractionem fieri ad fulgendum ex oppoſito,fieriq; emphaſin coloris , non figuræ in vnoquoq; ſpeculorũ exiſtente paruo:& indiuiſibili. Ea aũt, quæ ex omnibus ipſis continuatæ

A

Tractatus ſecundi , libri tertii , in quo ſpecialiter determinatur de Iride. Cap. III.

*ARcum autem reflexionem quidem eſſe, antea dictum eſt. Quæ vero reflexio , & quemadmodum, quamve ob cauſam, quæque illi accidant, nunc dicamus.*

B

*Aſpectus igitur ab omnibus leuibus videtur reflecti. In eorum autem numero aer eſt & aqua, & ab aere quidem reflectitur , cum concreſcere eum contigerit. Sed tamen, & ob aſpectus imbecillitatem etiam abſque concretione eum reflectit, qualis nonnunquam affectio cuidam accidit, qui remiſſe, nõ acriter cernebat. Eius enim imago è regione ipſum aſpiciens, ambulanti ei præire ſemper videbatur: quod ei accidebat, propterea quod* C *aſpectus ad ipſum reflecteretur. Nam præ ægritudine adeo imbecillus omnino erat, vt propior aer, perinde ac qui procul, denſuſque eſſet , ſpeculum fieret, nec eiuſmodi aerem poſſet repellere. Quocirca & promontoria in mari reuulſa , & Euro ſpirante maiora omnia videntur. Ea item, quæ per caliginem cernũtur, vt ſol & aſtra cum oriuntur , & occidunt magis quam cœli medium tenentia. Ab aqua autem maxime reflectitur , & ab ea etiam magis, quæ fieri incipit , quam ab* D *aere. Quæque enim partium , ex quibus cõcretis gutta oritur, magis, quam nebula ſpeculum ſit, neceſſe eſt.*

*Quoniam autem perſpicuum eſt, anteaq; etiam dictum eſt, in eiuſmodi ſpeculis colorem ſolum apparere, figuram vero non apparere , neceſſe eſt, cũ pluere incipit, iamq; aer, qui in nubib.* E *ineſt, in guttas concreſcit, nondum tamen pluit, ſi Sol aut aliud quid ſplendidum è regione fuerit , ita vt nubes ſpeculũ euadat , ac reflexio ad id ſplẽdidum, quod è regione eſt, fiat, colorẽ, non figuram apparere. Cum autem quodque eorum ſpeculorum exiguum ſit, & aſpectum effugiat , magnitudinis vero , quæ ex omnibus illis exiſtit, continuatio videatur, continuata*

incipit pluere, antequam pluat, vel etiam cum deſinit, & talis nubes poſita fuerit ex oppoſito Solis, vel alterius aſtri fulgidi, ita vt fiat ſpeculum refrangens viſum ad oppoſitum, ſcilicet, ad aſtrum, tunc fiunt colores iridis in tali ſpeculo. Sed quia illæ paruæ guttulæ nubis ſunt ſpecula parua, & indiuiſibilia ſecundum ſenſum, ideo in illis apparet color tantum, non autem figura obiecti. Quia autem ſunt continuatæ adinuicem, ideo in illis apparet color continuus non interruptus. Sed iſta reuerberatio colorum ſolum contingit, quando nubes & aſtrum, ponuntur ex oppoſito & viſus noſter eſt in medio ipſorum. Deinde cum dicit.

d ¶ Ponit in ſpeciali modum generationis coloris punicei, qui eſt primus inter principales colores iridis, & circa hoc tria facit, primo præmittit quaſdam ſuppoſitiones neceſſarias ad propoſitum: ſecundo oſtendit cauſam coloris punicei: ibi. [Propter quod iridis] tertio ponit modos generationis talis coloris, declarando ipſum per quædam ſigna ibi, apparet itaque iris. Ponit ergo primo tres ſuppoſitiones, quarum prima eſt, quod iris eſt refractio, id eſt, apparitio ex refractione cauſata: & quia cauſatur ex refractione à nube oppoſita, ideo ſemper fit ex oppoſito ad aſtrum: halo autem fit circa ipſum, conueniunt tamen in hoc quod vtrumq; fit ex quadam refractione. Secundum tamen quod ſupponit eſt quædam differentia inter halo & iridem: quia in halo non eſt illa Varietas colorum quæ eſt in iride. Iterum in iride eſt refractio à longe, & à nigro, ſed halo fit de prope, & ab aere albiori ſecundum naturam. Tertia ſuppoſitio eſt, quod fulgidum ſeu lucidum viſum in nigro, vel nigrum, apparet puniceum. In ſignum cuius, ignis lignorum viridium habet flammam rubeam, quia magna multitudo fumi, qui eſt niger, miſcetur tali igni lucido. Sol etiam viſus per caliginem, vel fumum, apparet puniceus, id eſt, ſubrubeus, tendens ad albedinem. Sciendum eſt autem, quod quando aer, vel aliud perſpicuum eſt in propria natura purum, & non aliquo colore coloratum, tunc habet ſolum rationem medii, per quod videtur obiectum, non autem habet rationem obiecti. Quando autem eſt impurum, & coloratum aliquo colore, tunc

F habet rationem medii, & obiecti: & ex colore vtriuſque, ſcilicet, medii & obiecti, componitur vnum obiectum completum viſus, ex hoc quando lucidum, vel obiectum, tranſit per fumum vel caliginem, vel aliud nigrum, tunc ex vtroque componitur tertius color, qui dicitur puniceus, & hic tanto magis accedit ad album, quanto magis in tali miſtione dominatur lucidum, & ita ſimiliter de nigro. Et huius ſignum euidens poteſt eſſe, quod radius ſolaris tranſiens per amphoram vini nigri, videtur puniceus, ſecundum modum prædictum. Deinde cum dicit.

e ¶ Ponit cauſam coloris punicei in Iride, dicens, quod prima refractio, id eſt, primus color ex refractione cauſatus, apparet propter refractionem luminis ſolis à guttis paruis, quæ ſunt in nube nigra, & aquoſa: quia fulgidum viſum in nigro apparet puniceum. Sic autem non eſt de halo. Non eſt autem tanta diuerſitas colorum in halo, ſicut in iride: quia nubes in qua videtur halo, non eſt tantæ permanentiæ circa Solem, ſicut nubes, in qua apparet Iris: quia nubes circa Solem, vel conuertitur in pluuiam, vel cito diſſoluitur: propter calorem ſolis: ſed nubes exiſtens in oppoſito ſolis, facit aliquam moram, ſaltem per totum tempus, in quo generatur aqua ex nube. Quod ſi eſſet in nube, in qua generatur halo, tunc vtique halo appareret coloratus, ſicut Iris. Et eadem etiam cauſa, quia Iris fit ex oppoſito, non fit ſub figura circuli completi, ſed eſt figura eius parua: quia non eſt maior ſemicirculo diuiſa per quaſdam virgas, quæ apparent in medio prædictorum colorum. Et ſi talis caligo aliter poneretur circa ſolẽ, eſſet maioris figuræ Iris. Deinde cum dicit.

f ¶ Declarat modum generationis coloris punicei per quædam ſigna. Et primum per quod demonſtratur quod Iris fiat per refractionem ad aerem groſſum & caliginoſum eſt, quia in hyeme circa lucernas de nocte apparet circulus habens colorem puniceum Iridis, quod fit propter refractionem luminis lucernæ ad aerem circumſtantem, qui eſt ingroſſatus à frigido, vel etiam eſt terminatus per admiſtionẽ fumi egredientis à lucerna, & ita eſt nigrefactus à fumo: hoc autem fit maxime flantib. ventis auſtra-

magnitudinis, viſa neceſſe continuam magnitudinem eiuſdem apparere coloris, vnumquodque enim ſpeculorum eundem reddit colorem continue. Quare, quoniam hæc contingit accidere, cum habeat hoc modo Sol & nubes, & nos ſumus in intermedio ipſorum, erit propter refractionem emphaſis quædam, quinimmo & videtur nunc, & non aliter habentibus facta iris.

d Quod quidem igitur iris ſit refractio viſus ad ſolem manifeſtum, propter quod & ex oppoſito ſemper fit: halo autem circa ipſum, quamuis ambo refractio, ſed hoc quidem colorum varietate differt, hic quidem ab aqua, & nigro fit refractio, & de longe, hoc autem de prope, & ab aere albiore ſecundum naturam. Apparet autem fulgidum per nigrum, aut in nigro puniceum. Differt enim nihil à puniceo, videtur autem madidorum lignorum ignem quomodo rubeam habeat flammam propterea quod fumo multo miſtus eſt ignis fulgidus exiſtens & albus, & per caliginem fumum, ſol apparet puniceus.

e Propter quod Iridis quidem refractio, quæ prima talem videtur habere colorem; à guttis enim paruis fit refractio; quæ autem ipſius halo, non. De aliis autem coloribus poſterius dicemus. Adhuc autem circa ipſum quidem ſolem non fit mora talis conſiſtentiæ; ſed aut pluit, aut diſſoluitur: ex oppoſito autem in intermedio generationis aquæ fit quoddam tempus. Quoniam ſiquidem fieret, eſſet vtique colorata halo, ſicut iris, nunc autem tota non fiunt talem habentia emphaſim: neque circulo: parua autem, & ſecundum partem quæ vocantur virgæ.

f Quoniam ſi conſtaret talis caligo, qualis fiet vtique ab aqua aut aliquo alio nigro, ſicut dicimus; Apparet vtique iris tota;

*magnitudo eiuſdem coloris appareat neceſſe eſt. Vnumquodque enim ſpeculum ei, quod cohæret, ſuum ipſius colorem impartitur. Quoniam igitur hæc poſſunt euenire, cum Sol & nubes hoc modo ſe habuerint, noſque inter ea poſiti fuerimus, ob reflexionem aliquis apparebit. Atqui, & tum, &* G *non aliter his habentibus arcus exiſtere cernitur.*

*Perſpicuum igitur eſt, arcum aſpectus reflexionem Solem verſus eſſe. Quocirca & Sole aduerſo ſemper oritur. Corona autem circa ipſum, & quanquam vtrunque reflexio eſt, arcus tamen colorum varietate differt. Hæc enim quidem reflexio ab aqua & nigro & è longinquo efficitur, illa vero è propinquo. & ab aere, qui na-* H *tura eſt, candidiori. Quod autem ſplendidum eſt in nigro, aut per nigrum (nihil enim intereſt) puniceum apparet. Quod in igne ex lignis viridibus accenſo intueri licet, quemadmodum rubram flammam habeat, propterea quod ignis, qui ſplendidus eſt & candidus, multo fumo admiſtus ſit. Quin etiam Sol per caliginem & fumum puniceus apparet.*

*Quapropter arcus reflexio prima* I *talem habere videtur colorem, vtpote ab exiguis guttulis facta reflexione, Coronæ autem reflexio minime. De aliis vero coloribus poſtea dicemus. Præterea circa ipſum Solem nulla eiuſmodi concretionis ſit mora, ſed aut pluit, aut diſſoluitur. Cum autem eſt in contrariis locis, dum aqua gignitur, aliquod tempus intercedit. Id vero niſi accideret, Coronæ, quemadmodum & arcus, colore tinctæ apparerent. Nunc autem integra quidem nulla, nec in orbem eo modo apparent, ſed exigua quædam, & per partes,* K *quæ virgæ nominantur.*

*Nam ſi eiuſmodi nebula, qualis aquæ, aut alterius cuiuſpiam nigri, vt diximus, eſſe ſolet, cogeretur, Iris profecto integra, vt quæ circa lucernas*

auſtralibus: quia tunc aer eſt magis ingroſſatus propter humorem, quem ſecum adducunt venti auſtrales. Et hoc maxime accidit his, qui habent oculos debilitatos propter nimiam humiditatem; tum quia aer etiam tunc magis ingroſſatur propter humorem euaporantem ab oculis, tum quia viſus facile refrangitur ab aere groſſo propter debilitatem ſuppoſito ſecundum antiquos, quod viſus ſit qui refragatur: ſicut ſupradictum eſt. Sed tamen poſſumus dicere quod huius ratio eſt, quia viſus debilis non poteſt operari circa obiectum forte, cuiuſmodi eſt lumen, propter debilitatem, ſicut accidit noctuæ, quæ propter debilitatem viſus non poteſt aſpicere lumen ſolis. Et ideo propter infirmitatem, quę quaſi velut oculum intuetur lumen lucernæ ſub quadam caligine, & videtur ei lumen etiam magis obſcurum, quam ſit. Aſſignat autem duas rationes, quare lumen lucernæ non facit colorem puniceum in ſua Iride, ſicut lumen Solis. Prima eſt, quia viſus debiliter alteratur à lumine lucernæ debili exiſtente, & ideo lumen non apparet ita album, ſicut apparet in alteratione forti. Secunda autem eſt, quia ſpeculum, in quo lumen videtur i. aer circumſtans, eſt nigrum propter fumum lucernæ, & propter hoc oſtendit colorem Solis non puniceum, ſed purpureum: qui magis accedit ad nigrum quam puniceus. Secundum ſignum eſt, quia in aqua maris ſurſum eleuata à remis nautarum, apparent tales colores, propter refractionem luminis ad aerem ingroſſatum propter frigiditatem, & humiditatem aquæ maris, & terminatum etiam, & aliquo modo denigratum ab vmbra, quam faciunt latera nauis, & propter hoc tales colores ſunt ſimiliores coloribus Iridis lucernæ quam Iridis cœleſtis: quia talis Iris non habet colorem puniceum, ſed purpureum. Refractio autem in tali Iride fit a guttis paruis, & continuis, quæ eleuantur a remis. Tertium ſignum eſt, quia quando aliquis eſt in aliquo loco, qui ex vna parte eſt tenebroſus, & ex alia ſcilicet ex oppoſita parte irradiatur a Sole, & rorat, id eſt, diſtillat humorem aqueum, ſiue manu, ſiue ore, ſiue alio inſtrumento, ſubtili ſtillatione, tunc apparent ſimiles colores Iridis, propter refractionem luminis ad talem aquam ſtillantem, & nigram apparentem propter vmbram: hoc autem manifeſte videtur in hominibus velociter loquentibus: ab ore enim eorum, dum loquuntur, ſæpe egreditur quidam humor aqueus, rotundus, & inflatus, in quo apparent colores Iridis, ſi homo fuerit verſus Solem. Pueri etiam quibuſdam inſtrumentis vitreis ori ſuo appoſitis, emittunt tales inflationes rotundas ad modum veſicarum, in quibus apparent colores Iridis. Hoc etiam apparet in aqua, dum percutitur, & in ſapone, quando lotrices ipſum manibus liquefaciunt, & in multis aliis, à quibus eleuantur huiuſmodi inflationes rotundæ & in eis apparent colores Iridis. Signum eſt ergo quod Iris cœleſtis generetur per refractionem luminis, à nube rorida: quia etiam prædicta Iris cauſatur per refractionem ab aqua rorida. Deinde cum dicit.

ſicut quæ circa lucernas. Circa has enim ſecundum plurima auſtralibus exiſtentibus, iris fit hyeme. Maxime autem manifeſta fit humidos habentibus oculos: horum enim viſus cito propter debilitatem refrangitur. Fit autem & ab humiditate aeris, & ab euaporatione à flamma defluente & miſta, tunc enim fit ſpeculum, & propter nigredinem. Fumoſa enim euaporatio, illa lucernæ autem lumen non album, ſed purpureum apparet, circulo & iriale puniceum autem non eſt, eſt enim viſus, quia paucus, qui refrangitur, & nigrum ſpeculum. Quæ autem à remis ſurſum lata ex mari iris, poſitione quidem eodem fit modo ei, quæ in cœlo, colore autem ſimilior ei, quæ circa lucernas: non enim puniceum, ſed purpureum habens videtur colorem. Refractio autem à paruiſſimis quidem continuis autem fit guttis: hæ autem aqua ſegregata ſunt penitus. Fit autem & ſi quis ſubtilibus rorationibus roret in aliquem talem locum, qui poſitione ad Solem verſus ſit; & hac quidem illuſtret, hac autem vmbra ſit, in tali enim, ſi quis intus roret ſtatim extra ſupermutantur radii, & faciunt vmbram apparere iridem. Modus autem, & coloratio ſimilis, & cauſa eadem ei quæ à remis; manu enim pro remo vtitur rorans.

*ſit, appareret; circa enim illas hyeme, ſpirantibus auſtris, vt plurimum Iris efficitur, quæ his potiſſimum apparet, qui humidioribus ſunt oculis, quorum videlicet aſpectus ob imbecillitatem celeriter reflectitur. Oritur autem & ab aeris humiditate, & à fuligine, quæ à flamma defluit, eique admiſcetur. Tum enim ſpeculum fit, idq; ob nigrorem: ſiquidem fumida fuligo eſt. Ac lychni lumen non album, ſed purpureum in orbem, Iridi ſimile; nec puniceum apparet. Nam & aſpectus, qui reflectitur, exiguus eſt, & ſpeculum nigrum. Quæ autem à remis, dum è mari attolluntur, Iris exiſtit, quod ad ſitum quidem attinet, eodem modo quo cœleſtis efficitur. Sed colore ei ſimilis magis eſt, quæ circa lucernas videtur. Nõ enim puniceo colore, ſed purpurea videtur: reflexio vero minutioribus illis quidem, ſed continuatis fit guttis, quæ ſane aqua ſunt, iam prorſus ſecreta. Fit vero etiam, ſi quis tenuibus aſperſionibus locum ita ſoli obuerſum conſpergat, vt hac parte illum Sol illuminet, illa vmbram faciat. In eiuſmodi enim loco ſi quis intus aſpergat, ei qui extra eſt, qua parte radii commutantur & vmbram faciunt, Iris appareat. Modus autem & locus ſimiles ſunt, cauſaque eadem, quæ eius quam remi efficiant; ſiquidem qui aſpergit, vice remi, manu vtitur.*

## LECTIO VI.

QVoniam autem color talis, ſimul palam erit, & de aliorum colorum phantaſia ex his. Oportet enim intelligentes, ſicut dictum eſt, & ſupponentes, primo quidem, quia fulgidum in nigro, aut per nigrum colorem facit puniceum, ſecundo autem quia viſus protenſus debilior fit, & minor: tertio, quia nigrum reſpectu albi velut negatio eſt.

## *LECTIO VI.*

*COlorem autem talem eſſe, aliique etiam colores quales appareant, ex his ſimul erit perſpicuum: Oportet enim quemadmodum dictum eſt, animo concepiſſe, atque poſuiſſe, primum quidem, id quod ſplendidum eſt, in nigro, aut per nigrum, colore puniceo apparere. Dein, aſpectum longius extentum langueſcere, & imminui; tertio, nigrorem, quaſi ne-*

## LECTIO VI.

a POſtquam Philoſophus oſtendit cauſam, & modum generationis coloris punicei, conſequenter aſſignat cauſam, & modum generationis aliorum, & circa hoc duo facit, primo aſſignat cauſam colorum principalium: ſecundo cuiuſdam alterius coloris minus principalis; ibi, [xancos autem.] Circa primum duo facit, primo præmittit quaſdam ſuppoſitiones neceſſarias ad propoſitum. Secundo, ex talibus ſuppoſitionibus concludit propoſitum: ibi, [Qui quidem igitur.] Circa primum igitur dicit, quod poſtquam dictum eſt de vno colore, ſimul etiam ex dicendis manifeſtum erit de aliis. Sed oportet prius ſupponere quædam, & primo, quod ſicut dictum eſt, lucidum, ſiue fulgidum apparens in nigro per refractionem, ſiue per nigrum, tanquam per medium, facit apparitionem coloris punicei, maxime ſi alteratio fulgidi ſit fortis. Secundo ſupponendum eſt quod viſus de longe videns obiectum, debilius, & minus, quam videns de prope. Et huius ratio eſt, quia omne agens naturale debilius agit in multum diſtans, quam in propinquum, & ex conſequenti viſibile debilius alterat viſum a remotis, quam de propinquo, conuenienti ſcilic. propinquitate. Tertia ſuppoſitio eſt, quod nigrum in genere colorum eſt velut priuatio, reſpectu albi præſertim: contraria enim reducuntur ad priuatiua, & ſemper alterum contrariorum habet rationem habitus & perfectioris reſpectu alterius; alterum vero rationem priuationis, & imperfecti reſpectu primi, ſicut declaratur decimo metaphyſicæ. Ex quo ſequitur, quod illud quod videl.

viſu exiſtente debili, & deficiente, apparet nigrum, quia ſicut F
ſe habet album ad nigrum, ita ſe habet viſio albi ad viſionem nigri, & viſus comprehendens vnum ad viſum comprehendentem reliquum. Igitur ſi vnum eſt velut priuatio, reliquum etiam erit tale. Quarta ſuppoſitio, quæ eſt magis propinqua propoſito, eſt, quia omnia quæ videntur à longe, apparent nigriora, quam ſi viderentur de prope. Cuius cauſa eſt ſecundum mathematicos, quia viſus non pertingit ad illa, aut debiliter pertingit. Sed ſecundum veritatem cauſa eſt, quia viſibile à remotis minus mouet, quam de propinquo, ſicut dictum eſt in ſecunda ſuppoſitione, ex qua quaſi corrolarie concluditur iſta. Dicit tamen Ariſtoteles quod de his diligentius conſiderandum eſt in libris de ſenſu, & ſenſato, & in perſpectiuis, quia illorum eſt proprium facere conſiderationem de iſtis. Propter cauſam prædictam igitur, ea quæ videntur de longe, apparent nigriora, minora, & planiora. Cauſa primi dicta eſt: ſed cauſa ſecundi eſt, quia, ſicut ſupradictum eſt, viſibile emittit radios ad viſum, quaſi pyramidaliter: & baſis pyramidis eſt in ipſo viſibili: conus autem qui eſt ille angulus acutus pyramidis, terminatur ad viſum. Quanto autem magis obiectum diſtat à viſu, tanto magis pyramis protrahitur, & fit longior, & facit minorem angulum in oculo, & ex conſequenti videtur minor. Cauſa autem tertii eſt, quia viſus à remotis non poteſt percipere modicam ſupereminentiam, vel concauitatem, propter debilem alterationem, ex quo omnia aſtra apparent planæ figuræ. Et nubes viſæ, per refractionẽ in aqua, tãquam in quodam ſpeculo, nigriores videntur, quam viſæ in ſeipſis. Quod eſt ſignum, quod ea quæ videntur per refractionem videntur nigriora: quia ſcilicet debilius immutant viſum. Addit autem quod nihil differt, quantum ad præſens propoſitum, dicere quod viſibile immutat viſum in viſione, quod verum eſt; aut dicere quod viſus permutat viſibile, ſicut dicebant mathematici antiqui: quia vtroque modo accidit idem, quod dictum eſt. Quinta ſuppoſitio eſt, quod nubes, quanto fuerit propinquior ſoli, tanto minus eſt colorata colore Iridis, ſed apparet alba: quia tunc magis recepit lumen, ſed viſa in aqua per refractionem apparet nigrior propter diſtantiam, & ideo tunc videtur habere aliquem colorem Iridis. Ex quibus omnibus vltimate concludit, manifeſtum eſſe quod alba viſa per refractionem, tum propter maiorem diſtantiam obiecti, tum quia radii refracti ſunt debiliores, quam directi, videntur minus alba, & quaſi tendentia ad nigredinem, quia debilitatio radii facit apparere minus colorem album. Deinde cum dicit.

In deficiendo enim viſum apparet nigrum. Propter quod quæ longe omnia nigriora apparent; Propterea quod non pertingit viſus. Conſiderentur quidem igitur hæc ex his, quæ circa ſenſus accidunt; illorum enim proprii de his ſermones. Nunc autem quantum neceſſe de ipſis dicamus. Apparent igitur propter hanc cauſam, & quæ longe, nigriora, & minora, & planiora, & quæ in ſpeculis, & nubes nigriores, aſpicientibus in aquam, quam in ipſas nubes; & hæc valde rationabiliter: propter refractionem enim pauca viſu aſpiciũtur. Differt autem nihil quod videtur permutari, aut viſum: vtroque enim modo erit idem. Adhuc autem oportet non latere & hæc; accidit enim cum fuerit nubes prope ſolem, in ipſa quidem reſpicienti nihil apparere coloratam; ſed eſſe albam: in aquam autem eandem hanc intuenti, colorem habere aliquem: eundem eorum, qui iridis. Palam igitur quod viſus ſicut & nigrum, factus propter debilitatem nigrius facit apparere, & albius minus album, & adducit ad nigrum.

b Qui quidem igitur fortior in puniceum colorem permutauit; habitus autem in viridem: qui autem adhuc debilior in alurgum.

c Quoniam autem quod plus, non iam apparet, ſed in tribus: ſicut & aliorum plurima, & horum habuit finem. Aliorum autem inſenſibilis permutatio.

d Propter quod, & Iris tricolor apparet: vtraque quidem: oppoſite autem. Prima quidem igitur exteriorem puniceum habet: à maxima enim periferia plurimus incidit viſus ad Solem, maxime autem quæ extra. Habita autem, & tertia proportionabiliter: quare, ſi quæ de colorum phantaſia dicta ſunt bene, neceſſe tricolorem eſſe ipſam, & his coloribus colorari ſolum.

*gationem eſſe: ob aſpectus enim defectum, nigra res apparet. Ideo longinqua, nigriora omnia videntur, quod aſpectus ad ea non perducatur; & hæc quidem ex his, quæ ſenſibus accidunt, conſiderentur, quum ea quæ de his dicuntur, illorum propria ſint. Nunc vero, quoad neceſſe fuerit, de*
G *eis dicamus. Hac igitur de cauſa, & quæ remota ſunt, & quæ in ſpeculis videntur, atriora, & minora, & leuiora apparent; & in aquam aſpicientibus nubes atriores videntur, quam ſi in eas inſpiciatur, idq; admodum inſigniter; nam ex repercuſſu, aſpectu exiguo ſpectantur; nihil vero intereſt vtrum id, quod cernitur, an aſpectus mutetur: vtroq; enim modo idem futurum eſt. Ad hæc ne illud quidem ignorare debemus euenire, cum nubes Soli propior fuerit, in eam quidem inſpicienti, nullo colore infectam vi-*
H *deri, ſed eſſe candidam: in aqua vero eam ipſam intuenti, aliquem arcus colorem habere. Perſpicuum igitur eſt, aſpectum fractum, quemadmodum efficit, vt id, quod atrum eſt, propter imbecillitatem atrius appareat; ita etiam, quod candidum eſt, minus candidum, efficere, atque ad nigrum adducere.*

∴

*Validior igitur aſpectus puniceum in colorem tranſit, proximus in viri-*
I *dem, is qui adhuc imbecillior eſt, in purpureum.*

*Vltra hos autem nullus præterea color videtur. Sed vt maxima rerum aliarum pars, ita hi ternario numero terminantur. Cæterorum vero mutatio ſub ſenſum non cadit.*

*Quocirca, & arcus tricolor apparet, vterq; ſane, ſed ſitu contrario: Ac primus quidem extimum ambitum puniceum habet quod è maximo am-*
K *bitu (maximus autem extimus eſt) aſpectus in Solem plurimum incidat; is autem qui ſequitur, & tertius, proportione reſpondent. Quare ſi ea, quæ de apparentibus coloribus diximus, probe dicta ſunt, & tricolor & his ſolis coloribus arcus ſit, neceſſe eſt.*

d ¶ Ex dictis ſuppoſitionibus concludit cauſam aliorum colorum apparentium in Iride, & dicit quod vbi eſt fortior, & intenſior actio fulgidi in nubem, propter minorem diſtantiam, ibi permutatur color clarus ſolis in puniceum: qui eſt propinquior albo. Fulgidum enim viſum in nigro videtur puniceum, ſicut dicit ſecunda ſuppoſitio. Et talis refractio fit in prima periferia Iridis. Sed refractio facta à ſecunda periferia, adhuc eſt debilior, propter maiorem diſtantiam, ideo in ea apparet color viridis: qui eſt propinquior nigro, quam puniceus. Et in tertia circumferentia apparet alurgus: quia etiam eſt propinquior nigro, quam viridis: propter eandem cauſam. Deinde cum dicit.

c ¶ Aſſignat rationem numeri colorum Iridis, & dicit, quod numerus colorum Iridis ſtatum habet in tribus, & non procedit vltra, ſicut in pluribus aliis naturalib. terminus eſt in tribus: vt patet primo cœli. Permutatio autem, ſi qua alia fit in aliis partibus nubis, eſt inſenſibilis, & non facit apparere alium colorem præter iſtos. Ratio autem, quare ſunt tantum tres colores in Iride, eſt, quia tot ſunt ibi colores, quot ſunt loca in nube, a quibus fit diuerſa refractio.

Sed illa ſunt tantum tria, vt iam declaratum eſt, ſcilicet ſupremus, medius, & infimus: à quibus diuerſimode refrangitur lumen. Deinde cum dicit.

d ¶ Oſtendit ordinem & poſitionem colorum in Iride. Et dicit, quod quandoque apparent duæ Irides, & vtraque habet prædictos colores, licet è contrario poſitos, quia interior & contenta, quæ eſt principalior, habet in maiori periferia colorem puniceũ,

in

e Xancos autem apparet propter ſecus inuicem apparere, puniceum enim iuxta viride album videtur. Signum autem huius in nigerrima enim nube maxime pura fit iris: accidit autem tunc magis xancon eſſe viride, quam puniceum. Eſt autem xancos in iride color inter puniceum, & viridem colorem. Propter nigredinem igitur eius quæ in circuitu nubis, totum ipſius apparet quod puniceum album: eſt enim ad illa album: Adhuc marceſcente iride propinquiſſime, cum ſoluatur puniceum, nubes enim alba exiſtens adiuncta ſecus viride permutat in xancon. Maximum autem ſignum horum quæ à Luna Iris: apparet enim alba valde. Fit hoc, quia in nube obſcura exiſtente apparet: & in nocte. Sicut igitur ignis ſupra ignem, nigrum ad nigrum facit debiliter album penitus apparere, album hoc autem quod puniceum. Fit autem hæc paſſio manifeſta, & in floribus; in texturis enim, & variaturis valde differunt ſecundum phantaſiam; alii ſecus alios poſiti colorum: velut, & purpurei in albis, aut nigris lanis: ſunt autem in ipſa tales vel tales: propter quod & variatores aiunt peccare operantes ad lucernam: & ſæpe circa flores decipi: accipientes alios pro aliis. Quare quidem igitur tricolor, & quia ex his ſolum appareret coloribus iris, dictum eſt.

f Dupla autem & obſcurior coloribus, quæ ambiens, & poſitione colores ex oppoſito habet poſitos: propter eandem

*Flauus autem ideo apparet, quod iuxta ſe poſiti colores appareant. Puniceus enim color iuxta viridem albus videtur. Id vero huius rei ſignum eſt, quod maxime purus ſincerusq; arcus in nube nigerrima efficiatur. Tum enim cõtingit colorem puniceum magis flauum videri. Flauus autem, qui in arcu eſt, color medius eſt inter puniceum & viridem: ob nubis igitur circumſtantis nigrorem, quicquid eius puniceum eſt albũ videtur, quandoquidem puniceus, ſi adcomparetur, albus eſt, & rurſus euaneſcente proxime terram arcu, cum puniceus diſſoluitur. Nebula enim alba in id, quod viride eſt incidens, in flauum mutatur. Maximum autem horum indicium arcus eſt, qui à Luce exoritur, qui prorſus albus apparet, quod euenit, quia & in nube atra & noctu apparet. Ergo vt ignis igni additus, ſic quod nigrum eſt, iuxta nigrum poſitum, efficit, vt quod remiſſe album eſt, qualis eſt color puniceus, prorſus album appareat. Quin & in floribus, affectio hæc perſpicue cernitur. Nam in texturis & variorum colorum operibus alii iuxta alios poſiti colores, ſupra quam dici queat, alii atq; alii apparent, veluti & purpureæ in albis nigriſq; lanis, prætereà & in tali aut tali ſplendore. Quocirca & qui variis filorum colorib. intexunt flores, in illis ad lucernã conficiendis ſeſe ſtequẽter allucinari aiunt, per imprudentiã alios pro aliis accipientis. Cur igitur tricolor arcus ſit, hiſque duntaxat coloribus appareat, dictum eſt.*

*Duplex autem apparet, & is qui complectitur, coloribus languidioribus eſt, & contrario modo diſpoſitis eandem ob cauſam. Aſpectu*

in media viridem, in infima alurgum, id eſt, cæruleum. Sed exterior, propter maiorem propinquitatem ad Solem, vt dictum eſt, in minori periferia habet puniceum, in media viridem, & in ſuprema alurgum. Deinde recapitulat ea, quæ dicta ſunt, & dicit quod ſi, pro quia, ea, quæ prius ſuppoſita ſunt de apparitione coloris, ſunt bene dicta, neceſſe eſt in Iride apparere tres colores tantum, & nubem colorari ſolum tribus coloribus propter rationes, quæ dictæ ſunt. Deinde cum dicit.

e ¶ Determinat de cauſa apparitionis cuiuſdam coloris minus principalis, qui apparet aliquando inter puniceum, & viridem, & eſt propinquior albo, quam puniceus. Dicitur autem Græce xancos, latine autem citrinus. Dicit ergo quod xancos apparet interdum in Iride, non quidem per refractionem, quia tunc eſſent plures colores principales, quam tres, & etiam talis color tunc deberet apparere plus niger, quam albus, ſed cauſatur ille color per iuxta poſitionem punicei, & viridis, quia puniceum poſitum iuxta viride, album videtur. Contraria enim iuxta ſe inuicem poſita videntur maiora, & manifeſtiora. Hoc autem probat philoſophus per quatuor ſigna. Et primo, quia quando apparet Iris in nube ſpiſſa, & valde nigra, tunc colores videntur maxime puri.

Et propter hoc xancos apparet intenſior quod ſignum eſt, quod xancos fit per iuxta poſitionem punicei & viridis. Et tunc etiam xancos magis apparet, quam puniceus ex eo, quod nubes in parte exteriori per circuitum nigra, propter iuxta poſitionem punicei & nigri facit apparere puniceum album, & ex conſequenti xancos poſitus inter album, & viridem, magis apparet & puniceus magis occultatur. Secundum ſignum eſt, quia marceſcente nube, id eſt, euaneſcente, quia tunc rarefit, & perdit obſcuritatem, & nigredinem, tunc puniceus fit albior, & mutatur in xancos, propter iuxta poſitionem albi & viridis. Tertium & maximum ſignum eſt, quia in iride facta à Luna in nocte, omnes colores apparent albiores, & maxime apparet xancos, quia tunc propter obſcuritatem noctis additam nigredini nubis, colores nigri maxime videntur obſcuri, & ideo per iuxta poſitionem nigri maioris, color puniceus videtur albior & citrinus, quia nigrum additum nigro, facit album iuxta poſitum apparere magis album, ſicut ignis, vel lumen, additum lumini, facit econuerſo nigrum iuxta poſitum apparere magis nigrum. Quarum ſignum eſt, quia textores texentes flores in pannis ſericeis, vel alterius generis, diuerſimode ponunt iuxta ſe colores, ſecundum quod volunt cauſare apparentias diuerſas in

A diuerſis floribus, vel figuris, & hoc etiam obſeruant pictores: nam aliam apparentiam habet color purpureus poſitus in lana vel ſerico albo, quam poſitus in nigro, & melius apparet aurum poſitum in azurrino, quam in albo, quod non eſſet, niſi colores iuxta poſiti aliis coloribus, magis apparerent, & variarent in apparentiis. Colores etiam aliter, & aliter poſiti ad lucernam, id eſt, ad lumen, ſecundum experientiam variantur, propter diuerſam iuxta poſitionem luminis: propter quod ſæpe accidit, quod homines decipiuntur circa colores, propter diuerſam poſitionem colorum iuxta ſe inuicem. Deinde epilogat, dicens, quod dictum eſt propter quid Iris habet tres colores principales, & quartum minus principalem, & quare iſte, vel quartus appareat inter prædictos colores. Deinde cum dicit.

f ¶ Aſſignat cauſam quorundam dictorum prius de Iride. Dictum eſt enim ſupra, quod Irides ſunt duæ tantum, quarum vna eſt continens, altera cõtenta. Sed continens, id eſt, exterior, habet colores obſcuriores, & modo contrario poſitos. Ratio primi eſt; quia reflexio Iridis ſuperioris eſt remotior, tum à ſole illuminante, tum etiam ab oculo, ſicut dictum eſt, ideo eſt debilior, & colores videntur obſcuriores. Cauſa autem ſecundi; quia quanto magis reflexio eſt debilis, tanto color eſt nigrior, & econuerſo. Sed maior circumferentia exterioris Iridis eſt remotior; & ex conſequenti, reflexio eſt debilior, & ideo in ea eſt color alurgus, quia eſt magis obſcurus. In ſecunda vero eiuſdem Iridis; quæ eſt minus remota, eſt color viridis. In tertia adhuc minus remota, puniceus, ſed in interiori maior periferia eſt propinquior, ideo in ea eſt color puniceus, in ſecunda, quæ eſt minus propinqua, eſt viridis, in tertia vero adhuc magis remota; eſt color alurgus. Quæ omnia, ſatis manifeſta ſunt abſque alia deductione in terminis communibus. Dicit autem, quod vt in pluribus non apparent plures Irides duabus; quia aſcendendo, & deſcendendo à medio nubis, propter nimiam elongationem, ſemper refractio debilitatur, ita quod vltra tres colores refractio non pertingit ad viſum noſtrum, quia à remotiori ſemper fit debilior refractio. Sed ad maiorem euidentiam illorum, quæ Ariſtoteles dixit de coloribus Iridis, oportet quædam conſiderare: primo quidem, vtrum colores Iridis ſint colores ſecundum rei veritatem, an tantum apparentiam. Secundo, in quo ſint colores Iridis: ſicut in ſubiecto. Tertio, vtrum id quod continetur inter minorem periferiam Iridis, & maiorem ſit coloratum, vel non. Quarto, vtrum medium, quod interiacet duabus Iridibus ſit coloratum colore

puniceo. Quinto: vtrum poſſibile ſit aliquando tertiam apparere Iridem, & propter quam cauſam. Sexto, videndum eſt de cauſa cuiuſdam Iridis quæ apparet, alio modo ſe habente nube ad ſolem quam Ariſtoteles dixit, ſicut videbitur. Et ad euidentiam primi quia colores Iridis cauſantur ex refractione luminis à corporibus ſpecularibus: primo videndum eſt, vtrum lumen in medio ſit aliqua qualitas, an non. Secundo: vtrum lumen refractum in corpore ſpeculari faciat in ipſo, à quo refrangitur apparentia alicuius coloris non exiſtentis prius in eo ſecundum quod huiuſmodi, aut recipiat ab eo vel non.

cauſam. Longius autem protenſus viſus, ſicut quod longius videt, & quod hoc eodem modo. Debilior igitur ab exteriori fit retractio: quia remotiori fit refractio: quare minor incidens colores facit obſcuriores apparere. Et contrario etiam, quia amplior à minori, & interiori periferia incidit G ad Solem: propinquior enim viſui

*enim longius productus, quomodo id, quod longius diſtat, eodem, id quod hic eſt, cernit. A ſuperiori igitur arcu imbecillior reflexio exiſtit, quia remotiore ex loco efficiatur. Quare cum minor incidat, efficit, vt colores languidiores appareant. Ac illi quidẽ ordine contrario, propterea quod à minori & interiori ambitu ad Solem copioſior incidat. Quæ enim aſpectui*

Primo ergo quærendum eſt: vtrum lumen ſit in medio ſecundum eſſe reale, aut tantum ſecundum eſſe intentionale. Et videtur quod tantum habeat eſſe intentionale, quia quod habet eſſe reale in alio, manet in ipſo poſt abſentiam generantis, ſicut in ſimili, calidum & frigidum manent in eis, in quibus fiunt in abſentia generantis. Sed amoto corpore luminoſo, lumen non remanet in medio. ergo, &c. Secundo: ſenſibile poſitum ſupra ſenſum ſecundum eſſe reale, nullam facit ſenſationem, ſicut habetur in ſecundo de anima: ſed lumen in medio exiſtens, vel in ſenſu, facit ſenſationem in actu ergo non habet ibi eſſe reale.

Præt. Omnis forma realiter recepta in materia inferiorum, habet contrarium: ſed luminis in medio nihil eſt contrarium, ergo non eſt realiter receptum in medio. Maior probatur, quia in hoc differunt materia corporum ſuperiorum & inferiorum, quia materia ſuperiorum habet formam, quæ complet totum eius appetitum, & ideo non eſt ſuſceptiua contrariorum: ſed materia inferiorum recipit formam non complentem totum eius appetitum. ergo eſt ſuſceptiua contrariorum, & forma recepta in ea realiter habet contrarium. Pro huius igitur intelligentia ſciendum eſt, quod lumen in medio habet eſſe intentionale, quia cauſat ſenſationem, ſed non ſolum habet ibi eſſe intentionale; ſed etiam habet eſſe reale, & naturale, licet tale eſſe reale debilius ſit & minus permanens in medio, quam in corpore luminoſo. Et hoc multipliciter probari poteſt. Primo quia quæ habent vnum receptiuum ſecundum naturam, habent etiam idem eſſe reale, & eundem modum eſſendi: ſed lumen in corpore luminoſo, & in medio illuminato ab eo, habet idem receptiuum ſcilicet perſpicuum, quia lumen per ſe eſt actus diaphani, ſecundum quod huiuſmodi, ergo habet idem eſſe: ergo ſi in vno habet eſſe reale, & in reliquo. Maior probatur, quia ad vnitatem vnius per ſe relatiui, ſequitur vnitas alterius: ſed receptibile, & receptum dicuntur relatiue, ergo ſi ſuſceptibile luminis eſt vnum, & lumen erit vnum, & habebit vnum eſſe. Confirmatur minor primi argumenti, quia diaphanum in corporibus inferioribus eſt eiuſdem naturæ: differens ſolum ſecundum magis, & minus, ſicut in ſimili corporibus ſuperioribus diaphanum in parte ſtellata, & in parte non ſtellata, eſt idem ſecundum naturam: differens ſecundum magis & minus denſum.

Præt. ſecundo: quorum eſt vna operatio prima, horum eſt vna natura, & ex conſequenti vnum eſſe: ſed lucis in corpore luminoſo, & in medio illuminato, eſt vna operatio prima: illuminare, ſcilicet, perſpicuum: ergo, ſi lux in vno eſt qualitas realis, & in altero. Maior patet, quia operatio conſequitur formam, ſicut tranſmutatio materiam.

Præt. forma aliqua in eo habet eſſe reale & naturale, in quo generatur ab agente ſecundum naturam, ſecundum quod huiuſmodi, per reductionem de potentia naturali ad actum: ſed lumen eſt tale in medio, ergo habet ibi eſſe reale. Maior eſt nota: & manifeſte oſtendit à priori aliquid habere eſſe reale. Minor vero probatur: quia lumen cauſatur ab agente naturali, ſ. à corpore lucido, per reductionem medii de potentia naturali, qua erat lucidum in potentia ad eſſe lucidum in actu. Deinde, illud quod habet operationem realem & naturalem, ſecundum quod huiuſmodi, videtur habere etiam eſſe reale & naturale, quia vnumquodque operatur ſecundum quod eſt, nono Metaphyſicæ, & operatio conſequitur eſſe. Sed lumen in medio habet operationem realem, & naturalem, ſicut illuminare, calefacere, & huiuſmodi, ſicut ſenſus docet, & ſcientia de ſpeculis comburentibus ſupponit. Quod autem lumen in medio habeat debilius eſſe, quam in corpore lucido, ſatis manifeſtum eſt, quia medium, quod eſt perſpicuum, eſt rarum, & lumen propter raritatem medii, facile pertranſit, & non eſt multæ permanentiæ in eo. Sed in corpore illu-

F minato eſt denſitas, quæ corpus lucidum, & etiam lumen aliqualiter terminat, & propter denſitatem talis corporis lumen in eo eſt maioris permanentiæ. Et in ſignum huius, lumen exiſtens in medio debilius operatur quam exiſtens in corpore lucido, vel illuminato. Debilior autem operatio conſequitur debilius eſſe, quia modus operandi conſequitur modum eſſendi. Et propter hoc ſi aliquis huiuſmodi eſſe debilius vocet eſſe intentionale, coincidit ſecundum rem nobiſcum, & nomine tantum differens eſt, de qua differentia non eſt curandum inquirentibus veritatem.

Ad primum autem in oppoſitum dicendum eſt; quod ſenſibile extra ſenſum habens eſſe firmum, quia excellenter mouet ſenſum, ideo poſitum ſupra ſenſum non mouet ſenſum ad actum: ſed magis ipſum corrumpit propter ſuam diſproportionem ad ſenſum, quia ſenſus conſiſtit in quadam medietate, vel armonia: ſed tamen ſenſibile receptum in medio, ſub eſſe reali debiliori, quod proportionatur ſenſui, poteſt in ipſo habere eſſe etiam intentionale, & mouere ipſum ad ſenſationem in actu. De ſenſibili autem primo modo, cuiuſmodi eſt lumen in corpore lucido, loquebatur philoſophus.

Ad ſecundum non eſt difficile illud ſoluere, quia eſt duplex generans: vnum, quod eſt principium tranſmutationis rei generatæ tantum, & non conſeruationis ipſius eſſe, ſicut domificator eſt cauſa factionis domus, aliud eſt generans, quod cum hoc eſt H cauſa conſeruationis rei generatæ, quemadmodum locus eſt cauſa rei locatæ per ſe. Effectus autem manet poſt abſentiam generantis primo modo, non autem poſt abſentiam generantis ſecundo modo. Eiuſmodi eſt corpus lucidum.

Ad tertium dicendum, quod contraria dicuntur dupliciter. Vno modo ſumitur contrarietas proprie, pro repugnantia duarum formarum æqualiter, & maxime diſtantium ſub eodem genere, ſicut calidum & frigidum diſtant, & per ſe contrariantur. Alio modo accipiuntur contraria prout extendunt ſe ad principia oppoſita, ſicut forma, & priuatio, interdum dicuntur contraria. Et hoc modo intelligitur quod forma recepta in materia horum inferiorum habet contrarium, non autem primo modo. Sed hoc modo lumen habet contrarium, quia habet priuationem oppoſitam.

Secundo videndum eſt: vtrum lumen in eo corpore, à quo refrangitur, ſit principium alicuius coloris non præexiſtentis. Et videtur quod non quia ſi lumen refractum in eo, a quo refrangitur I eſſet per ſe principium alicuius coloris, ſequeretur quod à quocunque fieret refractio, & in quocunq; ſitu, ſemper cauſaret talẽ colorem: ſed hoc eſt falſum vt ad ſenſum videtur, ergo lumen refractum, per ſe non eſt principium alicuius talis coloris.

In contrarium eſt, quia ſenſus docet quod lumen incidens corpori peruio ſpiſſo, colorato aliquo colore, puta rubeo, facit ea, à quibus refrangitur apparere per illud, colore vergente ad colorem illius, etiam ea quæ videntur in ſpeculis viridibus, videntur ſub lumine refracto conſimilis coloris, ſed tamen quomodo hoc fiat intelligendum eſt, quod color cauſatur ex præſentia luminis in perſpicuo terminato per opacum, & ſecundum diuerſam proportionem luminis ad opacum in perſpicuo diuerſificantur colores, quia ex multo lumine, & pauco opaco cauſatur color albus, & econuerſo color niger, ſed medii colores fiunt ſecundum proportiones medias, propinquiores quidem albo in plus habendo de lumine, & minus de opaco, etiam propinquiores nigro cauſantur oppoſito modo. Ex quibus patet, quod appoſitio K luminis ad opacum, vel econtra, ſecundum aliam, & aliam quantitatem, variat colores. Ex quo ſequitur ad propoſitum, quod lumen generatum à corpore luminoſo ſecundum rectum, incidens alicui corpori aſpero, habenti aliquem colorem in actu, vel in virtute, ita quod a profundo eius refrangitur ſi fuerit multum lumen illuminat tale corpus ſecundum partem cui incidit, fortius quam eſſet illuminatum ante, & mutat in ipſo colorem præexiſtentem ſenſibiliter, ſecundum diuerſam proportionem eius ad opacum: & per conſequens facit ibi apparitionem alicuius coloris non præexiſtentis. Sed quando lumen refrangitur à prima ſuperficie talis corporis propter lenitatem, ita quod lumen non recipiatur in profundo, tunc generatur phantaſia, id eſt, apparitio coloris. debilior tamen, quia in parte, in qua incidit lumen fit fortior illuminatio corporis, à quo fit refractio luminis ad viſum. Et propter huiuſmodi fortificationẽ coloratur nõ tantum corpus, ſed etiam lumen colore proprio corporis, vergente

ali-

aliquantulum ad clarum, propter adiunctionem luminis ipſius. Et ſecundum hunc modum corpus. à quo fit refractio, videtur alterius coloris, quam fit ordinarie. Si vero corpus cui incidit lumen, non habeat aliquem colorem proprium, ſed ſolum naturam perſpicui, tunc nulla fiet phantaſia coloris, propter defectũ opaci.

Ad rationem autem in oppoſitum dicitur, quod verum concludit, quando lumen in corpore à quo refrangitur, inuenit opacum actu, vel virtute. Sed hoc opacum non inuenit in omni eo à quo refrangitur: & ideo non cauſat in omnibus talem apparentiam colorum, quia ſine opaco non poſſunt fieri. Quare autem lumen faciat magis apparere colores, quam magnitudinem, vel figuram corporis, à quo refrangitur, partim patet ex dictis, & melius manifeſtatur in ſequentibus.

exiſtens refrangitur à periferia propinquiſſima primæ iridi, propinquiſſime autem in exteriori iride minima periferia. Quare habebit colorem puniceum: habita autem tertia ſecundum proportionem. Exterior iris in quo B. interior in quo A. Colores autem in quibus C. puniceus, in quibus D. Viridis, in quibus

Quæritur tertio: vtrum colores Iridis habeant rationem veri coloris. Et primo arguitur quod non, quia quod cauſatur ex ſola refractione luminis ad viſum, non videtur verus color, ſed apparens tantum: colores autem Iridis ſecundum Ariſtotelem cauſantur ex ſola refractione. ergo non ſunt veri colores.

Præterea. Si tales apparentiæ eſſent veri colores, deberent apparere in quocunque ſitu, ſicut apparet de his, quæ colorantur ſecundum veritatem: ſed ſic non eſt de coloribus Iridis. ergo non ſunt veri colores.

Præterea. Quod cauſatur ex debilitate viſus, non eſt color ſecundum veritatem: ſed colores Iridis cauſantur ex debilitate viſus. ergo non ſunt colores ſecundum veritatem.

Intelligendum igitur eſt, quod colores Iridis habent eſſentiam veri coloris: debiliter tamen, & imperfecte, ſicut lumen in medio, reſpectu luminis in corpore luminoſo, quia quod eſt motiuum viſus ſecundum ſe, hoc eſt color ſecundum veritatem, quia color ſecundum philoſophum ſecũdo de anima eſt, quod eſt motiuum viſus ſecundum ſe: ſed colores Iridis ſunt huiuſmodi, ſicut ſenſus iudicat, ergo ſunt veri colores.

Secundo: quia veritas rei idem eſt, quod eſſentia rei, differens ſolum ſecundum rationem: ſed colores Iridis habent eſſentiam, & formam coloris, licet ſecundum eſſe debile. ergo habent veritatem coloris. Minor probatur, quia ſenſus viſus, qui hoc iudicat, non decipitur circa proprium ſenſibile.

Tertio, id quod viſus iudicat ſe apprehendere per ſe primo, eſt color, ſecundum veritatem qui eſt obiectum viſus, quia ſenſus proprius circa proprium & per ſe obiectum non decipitur: ſed in viſione Iridis viſus iudicat ſe videre verum colorem. ergo, &c.

Amplius. vbicunque ſunt principia veri coloris, ſecundum veritatem, ibi eſt forma, & eſſentia veri coloris, ſecundum veritatẽ, ſed in Iride actu concurrunt omnia principia coloris, ſecundum veritatem, ergo, &c. Maior eſt nota, quia cauſa & effectus in actu, ſunt ſimul in actu. ſecundo Phyſicorum. Minor probatur, quia principium veri coloris in actu eſt perſpicuum aliquo modo terminatum in ratione materiæ. Et lumen ibi exiſtens actu in ratione formæ, ſed iſta ambo ſunt actu in Iride, ſiue in eo, in quo apparet Iris, quia perſpicuum æqualiter eſt terminatum per opacum in ratione deſcendente ſub nube, in qua generatur Iris: aliter nõ haberet rationem ſpeculi refrangentis: lumen vero à ſole, vel à Luna incidens illi, habet rationem formæ. ergo ſequitur, quod cum in Iride ſint actu omnia principia veri coloris, ſint ibi veri colores, licet color ibi habeat eſſe debile, ſicut dictum eſt, quia principia eius non ſunt ita permanentia, ſicut in corporibus miſtis terminatis, in quibus principia coloris conſequuntur principia intrinſeca corporis miſti, & ſunt ei intrinſeca: conſequuntur enim ipſa miſcibilia, quæ ſunt permanentia actu, vel virtute, & per conſequens & color ex ipſis cauſatus eſt permanens, & perfectus. Sed non eſt ſic de coloribus Iridis, quia lumen ibi eſt extrinſecum, & ſolum incidit ſecundum determinatum ſitum ad viſum & ſecundum quod incidit diuerſimode, cauſat diuerſos colores, qui apparent transferri per motum ipſius viſus, & tamen ſecundum veritatem transferuntur, quia in aliis partibus rationis de nouo continue generantur.

Ad obiecta autem dicendum eſt, & ad primum quod color poteſt cauſari ex refractione, vel ex concurrentibus ad refractionem luminis ad viſum, ſicut dictum eſt, ſed non color ſecundum eſſe perfectum & fixum, propter variationem refractionis. Sed ſi ſtaret corpus luminoſum, & nubes in eadem diſtantia, & diſpoſitione, Iris haberet eſſe permanens.

A Ad ſecundum dicendum eſt, quod aſſumptum verum eſt de doloribus habentibus eſſe firmum, & fixum in ſubiecto: non autem de coloribus apparentibus per refractionem, quæ non fit niſi ex oppoſito, vel quaſi ex oppoſito exiſtente luminoſo.

Ad tertium dico, quod color qui totaliter cauſatur ex debilitate viſus, non eſt verus color quia tale eſt pura priuatio, ſicut remotio luminis eſt priuatio. Sed falſum eſt, quod colores Iridis cauſentur totaliter ex debilitate viſus, quia cauſantur primo ex lumine incidente rationi. Eſt tamen verum, quod debilitas viſus, ſicut & remotio luminis, facit ad hoc, quod colores appareant obſcuriores.

*propinquior eſt reflexio, ea ab ambitu, qui primo arcui propinquiſſimus eſt, efficitur; qui autem in exteriori arcu ambitus minimus eſt, is maxime propinquus eſt. Colore igitur puniceo ille erit, qui vero ſequitur, & tertius proportione. Exterior arcus ſit B. interior, qui primus eſt A. color puniceus C. Viridis D. purpureus E.* B *Qui apparet flauus F. Tres*

Quarto quæritur: vtrum colores Iridis ſint ſubiectiue in partibus ſpecularibus rorationis, & videtur quod non: quia color videtur eſſe ibi, vbi viſus iudicat ipſum eſſe, ſed viſus eum iudicat eſſe in nube, non in partibus rorationis, ergo, &c.

Secundo, ſimile iudicium videtur eſſe de idolo apparente in ſpeculo, & de colore Iridis, quia ambo apparent per refractionem, ſed idolum apparens in ſpeculo, non dicitur eſſe in eo, ſed in corpore. ergo color Iridis non eſt in corporibus ſpecularibus, ſed in Sole, vel aſtro, ex quorum refractione apparet.

In oppoſitum eſt tamen, quod in illo ſunt colores Iridis, ſicut in ſubiecto, in quo concurrunt actu principia ipſorum, ſicut in ſimili in eo ſunt ſapores, ſicut in ſubiecto, in quo concurrunt principia ſaporis actu, ſed principia coloris Iridis ſunt perC ſpicuum partium rorationis, aliquo modo terminatum per opacum, & lumen incidens ei, & refractum ab ipſo, quæ ſimul concurrunt in dictis partibus rorationis ſub nube exiſtentis. ergo colores ſunt ibi, ſicut in ſubiecto, & non ſunt in ipſa nube nigra, licet appareant ſecundum ſenſum ibi eſſe, quia viſus propter nimiam diſtantiam eorum ab oculo, non percipit remotionem vnius ab altero. Quando enim aliquod corpus diſtans videtur per alterum, vel iuxta alterum, tunc apparet eſſe in eadem ſuperficie cum ipſo, & propter eandem cauſam omnia à remotis viſa videntur plana, ſicut dicebatur prius, ſed nubes videtur per Iridem, vel iuxta Iridem, & per conſequens videtur in eadem ſuperficie cum ipſa.

Ad primum dicitur, quod aliud eſt ſubiectum colorum iridis, & idolorum vniuerſaliter apparentium ex refractione ſecundum veritatem, & aliud locus, in quo apparent eſſe ſecundum ſenſum, quia colores Iridis ſunt in partibus rorationis ſpecularibus ſicut in ſubiecto ſecundum veritatem, ſed ſunt in nube ſolum ſecun-D dum apparentiam, quod conceſſum eſt.

Ad ſecundum dicitur, quod ſimilitudo poteſt concedi, ſed illud quod aſſumitur, quod idolum non ſit in ſuperficie ſpeculari, à qua fit refractio, ſed ſit in corpore obiecto, negandum eſt, quia ſpecies viſibilis, vel figura viſibilis illius, cuius eſt idolum, in quod fertur viſus mediante ſpecie, eſt in eo ſecundum eſſe fixum & permanens: ſed tamen eſt in ſuperficie ſpeculi, à quo fit refractio ſecundum aliud eſſe, & eſt quodammodo in medio ſecundum lineam rectam: ſic in propoſito, lumen ex cuius refractione generatur Iris, ſecundum eſſe magis reale eſt in corpore luminoſo, ſed ſecundum aliud eſſe eius eſt in corpore illuminato, & in corpore à quo refrangitur, in quo per admiſtionem perſpicui terminati, facit aliquem colorem ibi exiſtentem.

Quinto quæritur: vtrum illud, quod continetur intra minorem periferiam Iridis, & id quod eſt ſupra maiorem, ſit coloratum, vel non. Videtur quod ſic, quia vbi eſt eadem cauſa, ibi eſt idem effectus: ſed cauſa coloris videtur eſſe eadem intra minorẽ, E & ſupra minorem periferiam Iridis, ſicut in illa parte, vbi apparet Iris. ſ. refractio luminis ſtellæ à roratione deſcendente ſub nube. ergo videtur, quod illa pars ſit colorata.

Reſpondetur, quod illud eſt coloratum colore nigro nubis, quia alurgus, qui eſt in minori periferia Iridis, & eſt propinquior nigro, diſparet in nigrum, & hoc etiam ſenſus docet, ſed non eſt coloratum aliquo colore Iridis ſenſibiliter diuerſo à colore nubis, cuius ratio eſt, quia ad hoc, quod appareat aliquis color Irialis ſenſibilis ex refractione luminis ſolis à roratione oppoſita, oportet refractionem eſſe multam, & fortem ſecundum Philoſophum, ſed ab illo loco non fit multa refractio, & fortis: nõ multa propter paruitatem illius intermedii, nec fortis, quia à partibus perpendicularibus, vel propinquioribus perpendiculari debilius refranguntur radii, & ad minorem angulum. Et propter hoc Philoſophus vbi dat naturam colorum Iridis, dicit, quod ab illa parte eſt permutatio inſenſibilis colorum.

Ad

F Ad rationem in contrarium dicendum eſt, quod minor eſt falſa: non enim quæcunq; refractio eſt cauſa coloris Iridis: ſed oportet ipſum lumen multiplicatum eſſe forte, refractio autem quæ fit ab illo loco, eſt debilis.

Sexto quæritur: vtrum medium duarum Iridum ſit puniceum.

E. alurgus Xancos autem apparet in quo Z. Tres autem non adhuc fiunt, neque plures irides, quia, & ſecunda fit obſcurior, vt in tertia refractio valde debilis fiat, & impotens ſit pertingere ad Solem.

G

## LECTIO VII.

QVoniam autem neque circulum poſſibile eſt fieri iridis, neque maiorem ſemicirculo portionem, & de aliis accidentib. circa ipſam, ex deſcriptione erit conſiderantibus manifeſtum.

∴

b Hemiſphærio enim exiſtente ſuper orizontem circulum in quo A. centro autem K. alio autem quodam oriente ſigno, in quo H.

Ad quod reſpondet Alexander in commento, quod non eſt ibi aliquis color, quia color in Iride, cauſatur à determinata diſtantia, & ſitu determinato, inter Solem & viſum, ſed talis ſecundum eum non eſt in tali parte intermedia. ergo ab ipſa non eſt talis refractio, & per conſequens non mutat ipſam ad aliquem colorem. Et confirmatur, quia ſenſus non iudicat de illo colore intermedio. ergo videtur, quod non ſit ponendus.

Sciendum eſt tamen; quod maior nunc aſſumpta vera eſt; ſed falſa eſt minor, quia non videtur rationabile, neque conſonans rationi, quod à ſuperiori Iride, & remotiori, & ſimiliter ab inferiori & propinquiori, poſſit fieri refractio ſenſibilis, & quod non fiat à parte intermedia, ſi fuerit materia diſpoſita, ſicut hic ſupponitur: ſicut in ſimili, ſi accipiantur tria ſpecula, in tali diſtantia ad ſe inuicem, & ad corpus obiectum; ſecundum aliquam proportionem, qualis eſt diſtantia duarum Iridum, & partis intermediæ ad ſe inuicem, & ad Solem & ad viſum, ſi ſit refractio corporis obiecti à duobus ſpeculis extremis ad viſum, & apparitio idoli, tunc etiam fit à ſpeculo intermedio, vt patet ad ſenſum. Et confirmatur, quia omnia ad colorem talem requiſita poſſunt concurrere in tali intermedio ſcilicet refractio fortis, & multum luminis, ſi ſic roratio diſpoſita in medio, ſicut in extremis: immo ſit maior, quam in periferia maiori minoris Iridis, & etiam ſit propinquior, & maior quam in periferia minori exterioris Iridis. Eſt ergo dicendum, quod in illa parte intermedia non eſt color puniceus, ſed eſt alius color ſecundum aliquid propinquior albo, vel clarior quam ſit puniceus, quia plus obtinet de lumine, per iuxta poſitionem illorum duorum puniceorum, quam puniceus in minori periferia ſuperioris, vel in maiori inferioris. Et ex hoc, iſte color in parte intermedia, eſt albior & clarior.

Ad id autem quod in oppoſitum inducebatur de ſenſu, dicendum, quod iſte color, propter eius claritatem, & non multam differentiam à puniceo, vix diſcernitur à viſu in tanta diſtantia niſi ſubtiliter intuenti: ſed tamen ſenſus non iudicat oppoſitum. Et hoc apparet ex eo, quia in medio duarum Iridum, apparet quædam citrinitas clara valde, ſed color citrinus eſt propinquior claro, & albo quam puniceus, ſicut dictum eſt prius, & inter duos puniceos poſitus, adhuc magis claret.

Septimo videndum eſt: vtrum poſſibile ſit apparere ſimul plures Irides duabus. Et videtur quod non, quia Ariſtoteles ſupra dixit, quod propter remotionem ſecunda Iris habet colores debiliores quam prima, ſed ſitus tertiæ eſt multo remotior. ergo etiam refractio erit debilior, adeo quod non poterit cauſare apparentiam alicuius coloris ſenſibilis.

Dicimus tamen ad quæſtionem, quod non eſt impoſſibile apparere tertiam Iridem, licet hoc raro contingat. Et talis Iris ſe ſic habet ſecundum ſitum ad ſecundam, ſicut ſecunda ad primam, & habet obſcuriores colores coloribus ſecundæ: ſicut ſecunda reſpectu primæ, propter eandem cauſam. Et talis Iris apparet propter eandem cauſam, propter quam duæ aliæ apparent, ſcil. propter refractionem luminis ad viſum: Et tunc cauſatur, quando nubes oppoſita ſoli eſt multum nigra, & ſpiſſa, quia tunc poteſt facere multam, & bene diſpoſitam rorationem, ad refractionem. De ordine autem colorum iſtius Iridis, experimentum non habui: rationabiliter tamen videtur, quod haberet colores ordine contrario cum colorib. ſecundæ. ſ. alurgum in minori periferia: viridē in ſecunda, & puniceum in maiori, ſicut prima: quia omnis proceſſus ſit per aſſimilationem ſecundorum ad primam, ſed alurgus, qui eſt in maiori periferia ſecundæ, eſt propinquior nigro. igitur rationabiliter in minori periferia tertiæ deberet apparere color alurgus, qui eſt propinquior nigro, & deinde in ſecunda ſ. iridis, qui eſt propinquior huic: deinde in tertia puniceus, qui diſparet in albo, vel claro nubis ſubtilioribus in extremitate.

*autem arcus, aut plures non fiunt, quoniam & ſecundus languidior exiſtat, ita vt tertia reflexio omnino imbecilla reddatur, nec ad Solem queat perduci.*

## *LECTIO VII.*

*ARcum vero, nec orbem, nec ſemicirculo maiorem fieri poſſe, itemque cætera quæ in illum cadunt, ex deſcriptione contemplantibus perſpicuum fiet.*

*Hemiſphærio enim quod ſit A. ſupra finitorem circulum poſito, & centro eius C. alioque etiam quodam puncto ex oriente, quod ſit S. ſi lineæ*

Ad rationem in contrarium dicitur, quod dictum Ariſtotelis intelligendum eſt, vt in pluribus, quia raro videtur tertia. Conſequentia autem abſolute non valet, quia poteſt eſſe quod refractio continue fiat debilior, quanto nubes eſt remotior, & tamen roratio in qua fit tertia iris, non ſit ita remota, quod non poſſit colorari à lumine refracto in ipſa.

Quæritur octauo: vtrum non exiſtente nube, poſſit interdum apparere Iris in ſuperficie maris. Videtur quod non. Iris enim cauſatur ex refractione luminis à roratione ſub nube oppoſita, viſu exiſtente in medio: ſed in iſta apparitione nauigantibus facta, talia non habent locum, vt ſuppoſitum eſt. ergo non H poteſt ibi fieri iris. Sciendum eſt autem, quod quinq; exiſtente caligine in ſuperficie maris, non multum eleuata, apparuit Iris nauigantibus laterali: habens omnes colores Iridis, & tamen erat nubes. Videbatur autem nauigantibus transferri, ſemper apparens ipſis in eadem diſtantia, & ſitu ad ipſos, vſque ad defectum caliginis, quia ſemper ab alia & alia parte fiebat continue alia, & alia refractio ad viſum. Ad rationem in oppoſitum dicitur, quod omnia iſta in prædicta apparitione aſſignari poſſunt, quia ſuperior pars caliginis, incidentibus radiis ſolaribus, antiperiſtaſim paſſa conuertebat in ſubtilem rorationem: cuius partes habent rationem ſpeculi, in quo poſſibile eſt apparere colorem corporis obiecti: non autem figuram, ſicut dicebatur prius. Sed mare ex oppoſito nauigantium exiſtens, apparens nauigantibus altius, & habens circa terram figuram circularem, non planam, cum ſit aqua pura, & à remotis videatur repræſentare colorem nigrum, quemadmodum nubes, habet rationem nubis: lumen vero fa- I ctum à Sole, vel ab aliqua ſtella & refractum ad viſum a nigredine maris altioris, per ſubtilem rorationem caliginis, habebat rationem refracti ad viſum, & propter hoc cauſabat figuram Iridis, & colores.

## LECTIO VII.

POſtquam Philoſophus determinauit de cauſa generationis Iridis, & de coloribus eius, determinat conſequenter de figura eius, & de his, quæ conſequuntur ipſam, quantum ad figuram, & circa hoc primo præmittit intentionem ſuam & dicit, quod ex figurali deſcriptione Iridis, quantum ad ſitum eius, & Solis, & viſus, poteſt eſſe manifeſtum conſiderantibus, quod Iris non poteſt apparere ſecundum circulum perfectum, neque ſecundum proportionem maiorem ſemicirculo, & etiam manifeſtum erit de aliis accidentibus circa ipſam. Secundo ibi.

b ¶ Proſequitur propoſitum ſuum, & circa hoc ſciendum eſt,
K quod Ariſtoteles intendit probare vnam concluſionem quadrimembrem, ſcilicet quod Iris non eſt maior ſemicirculo, ſed quando aſtrum refractum eſt in oriente, vel occidente, tunc figura Iridis eſt ſemicirculi completi: quando autem ſupra orizontem eleuatum, tunc iris apparet nobis minoris figuræ quam ſemicirculus, quando vero aſtrum eſt in meridie, tunc apparet minime figuræ quam poſſit apparere. Quam concluſionem ipſe probat multis ſuppoſitionibus, ac propoſitionibus mathematicalibus præmiſſis, quas ſi clare deducere vellem, oporteret multum digredi à phyſico propoſito. Et ideo videantur in litera. Ratio autem phyſica huius eſt, quia aſtrum quodlibet naturaliter emittit radios ſuos in directum: quoad vſque non inuenit corpus opacum prohibens proceſſum radiorum in directum: vnde etiam tales radii quoaduſque non reflectuntur, dicuntur radii recti, quaſi in rectum tendentes. Ex quo patet ratio illius, quod ſupradictum eſt, quod

iris fit ex oppoſito aſtri, quia illud agit in partem ſibi diametraliter oppoſitam, & ab ea reflect tur. Aſtrum autem in nube oppoſita cauſat quidem figuram circularem, niſi impediatur, quia omne agens intendit per ſuam actionem inducere ſimilitudinem ſuam in paſſum, ſed apparet nobis tantum ſemicirculus, quia reliqua pars nubis, vel rorationis, in qua fit Iris, occultatur ſub orizonte. Cum igitur aſtrum eſt in oriente, nubes ei oppoſita eſt in occidente; dimidia ſub orizonte, & dimidia ſupra, & ex conſequenti apparet nobis tantum ſemicirculus refractionis

ſi quæ a K. lineæ ſecundum conũ excidentes faciant, velut axem, in qua h.K.& a.K. ad m. adiungatur, eſtringantur ab hemiſphærio ab h. ſuper maiorem angulum, ad circuli periferiam incident a.K.& ſi quidem oriente, aut occidente, aſtro refractio fiat, ſemicirculus aſſimilatur circuli ab orizonte, qui ſuper terram fit: ſi autem ſupra, ſemper minor ſemicirculo: minimum autem, cum in meridie fuerit aſtrũ. Sit.n.oriente primo, cuius h. & refracta ſit K.m. ab h. & planum erectum ſit in quo a. quod à trigono in quo h.K.m.circulus igitur deciſio erit ſphæræ, qui maximus ſit, in quo a. differt. n. nihil, ſi quodcunque eorum, quæ ſuper h.K. ſecundũ trigonum k.m.h. erectum fuerit planum. quæ igitur ab his quæ h.K ductæ lineæ in hac ratione conſtituentur ſemicirculi in quo a.ad aliud, & ad aliud ſignũ. Quoniam.n.quæ k.h. ſigna data ſunt, & quæ k.m.data vtiq; erit:& quæ m.h.quare & ratio eius, quæ m.h.ad m. K.ſuper. Datam igitur periferiam tanget m. Sit itaque hic in qua.n.m.quare deciſio periferiarum data eſt. Apud aliam autem, quam ad eam, quæ m.n. periferiam ab eiſdẽ ſignis: eadem autem ratio in eodem plano non conſiſtet. Exponatur igitur quædam linea, quæ d.b. & deſcindatur: vt m.h.ad m.K.quæ d.ad b.maior autem quæ m.h.ea, quæ m.K.quoniam ſemper maiorem angulum refractio coni, ſub maiori enim angulo ſubtenditur eius, qui m.K. h.trigoni. Adinueniatur igitur ad eam, quæ b.in qua z. vt ſit quod quidem d.ad b. quæ b.z.ad d. deinde quod quidem z ad K.h.quæ b. ad aliam fiat. quæ K.p. & a p.ad m. copulentur quæ m.p. Erit igitur p. polus circuli, ad quem, quæ a K.lineæ incidunt. Erit enim quód quidem quæ z.ad K.h. & quæ b.ad K.p. & quæ d.ad p.m. Non enim ſit, ſed vt ad minorem, aut ad maiorem ea, quæ p.m. nihil enim differt.ſ.ad p.r. Eandem ergo rationem h.K.p. & p.r. adinuicem habebunt, quam quidem quæ d.b.z. Quæ autem d.b.z.proportionales erant ſecundum quam quidem quæ d. ab b.quæ z. b. ad d. quare quæ quidem quæ p.h. ad p.r.quæ p.r. ad eam quæ p. K. Si igitur ab his, quæ k. h.quæ h.r.& k.r.ad r.coniungantur, copulatæ hæ eandem habebunt rationem, quam quidem quæ h.p.ad eam, quæ d. r. circa eundem .n. angulum. ſ.p. proportionabiliter, & quæ trianguli h.p.r.eius, qui k.r p. quare & quæ p.n.ad eam, quæ k. n. habebit eandem rationem, & quæ h.p. ad eam quæ p.r. Habet autem & quæ m.h. ad k. in hanc rationem, quam .n. quæ d. ad eam, quæ b. ambæ: quare ab h.k. ſignis non ſolum ad eam, quæ m.n. periferiam concurrent eandem habentes rationem, ſed & alibi, quod quidem impoſſibile: qm̃ igitur quæ d. neque ad minus eo quod m.p.neque ad maius. Similiter enim demonſtrabitur palam quod ad ipſum erit. ſ.m. quæ m.p. quare erit quod quidem quæ m.p.ad p.k.quæ p.h.ad p.m. Sit igitur eo, in quo p.polo vtens: diſtantia autem ea, in qua m.p. circulus ſcribatur; omnes contingit angulos, quos refractæ faciunt, quæ ab m.a. circulo Si autem non, ſimiliter oſtendentur eandem habentes rationem, quæ alibi, & alibi, ſemicirculi concurrentes: quod quidem erat impoſſibile. Si igitur circunducar ſemicirculum, in quo a circa diametrum, in qua h.k. p. quæ ab h.k.refractæ ad illud, in quo m. in omnibus planis ſimiliter habebunt, & æqualẽ faciunt angulum, qui k.m.h. & quem facient

A à centro c. in coni ſpeciem producta, velut axem, lineam ſ.c.efficiant, & lineæ a c. ad n. productæ, ab hemiſphærio ad ſ.ſupra maiorem angulum reflectantur, lineæ profecto quæ a c.ductæ ſunt, in circuli ambitum incident. Ac ſi in aſtri ortu, aut occaſu reflexio fiat, dimidia circuli portio à finitore relinquetur, ea videlicet quæ ſupra terram extat. Si autem aſtro in ſuperiori parte collocato, minor ſemper ſemicirculo, ſed minima, cum ad circulum meridianum aſtrum acceſſerit. Sit enim primum in ortu, vbi ſ.
B poſitum eſt, & linea c.n.ad ſ.reflectatur, planumque a. à triangulo ſ.c.n. producatur. Circulus ſane, ſphæræ ſectio, maximus erit, iſque ſit a.nihil enim referet, quodcunque planum ex his, quæ in linea ſunt ſ.c. per triangulum c.n.ſ.fuerit productum. Lineæ igitur ab ſ.c.punctis ductæ, ad aliud, & aliud ſemicirculi a. punctum hac ratione non conſtituentur. Quoniam enim, & puncta ſ.c. data ſunt, itemque linea ſ.c. data vtique erit & linea n.ſ. quare, & ratio lineæ n.ſ. ad lineam n.c. Datum igitur ambitum punctum n. attinget. Sit ſane ille. n.m. ambituum itaque ſectio data eſt. Ad aliud
C autem ambitus. n.m.punctum, ab iiſdem punctis in eodem plano eadem ratio non conſtat. Extra igitur ponatur linea quædam d.b.quæ ita diuidatur, vt quam rationem linea n.ſ. ad lineam n.c.habet, eandem d.ad b.habeat; maior autem eſt linea n.ſ. quam linea n.c. quandoquidem ſuper maiorem angulum turbinis eſt reflexio, maiori enim angulo trianguli n.c.ſ. ſubtenditur. Maior ergo eſt, & linea d. quam ſit b. Accedat igitur ad lineam b. linea f. vt quod eſt d. ad b.ſit b.f.ad d. De hinc, quod eſt f. ad c.ſ.id fiat b. ad aliam c.p. atque à puncto p. ad punctum n. linea p.n.ducatur. Igitur p. circuli, in quem lineæ a c. ductæ incidunt polus erit. Quod enim eſt linea f. ad lineam c.ſ. & linea b. ad lineam c.p. Linea quoque d.ad lineam p.n.erit. Si enim non ſit, ſed
D aut ad minorem, aut ad maiorem, quam p.n. (nihil enim intererit) ſit ad lineam p.r. Eandem igitur rationem lineæ ſ.c. c.p.& p.r. inter ſe habebunt, quam lineæ f.b.d.inter ſe. Lineæ autem f. b. d. ſimilem inter ſe proportionem ita habent, vt quod eſt d.ad b. id ſit f. b. ad d. Quare quod p.ſ. ad p.r. id p. r.ad p. c. Si igitur à punctis c. ſ. lineæ ſ. r. & c. r. ad r. ducantur, hæ ductæ eandem habebunt rationem, quam linea ſ. p. ad lineam p. r. habet. Trianguli enim ſ. p. r. & eius qui eſt c.r.p. lineæ circa eundem angulum proportionum ſimilitudinem ſubeunt: quare, & linea ſ.r.ad lineam c. r. eandem habebit rationem quam linea ſ. p.ad lineam p.r. Sed & linea n.ſ. ad lineam n.c. eandem habet rationem, quam linea d. ad lineam b. Ab iiſdem igitur punctis ſ. c. lineæ eandem rationem habentes, non
E ſolum ad ambitum n.m. ſed, & ad alium locum ſtatuentur: quod fieri non poteſt. Quoniam igitur linea d. nec ad minorem, quam ſit linea p. n. nec ad maiorem (ſimiliter enim demonſtrabimus) perſpicuum eſt, ad ipſam p. n. eſſe. Quare quod linea n. p. ad lineam eſt p. c. id linea p.ſ. ad lineam n. p. erit, itemque reliqua n.ſ.ad lineam n.c. Si igitur circulus p. polo, & p.n. interuallo vtens deſcribatur, angulos omnes, quos lineæ à punctis ſ.c.ductæ reflexæ faciunt, attinget. Quod ſi non attinget, quæ in alia ſemicirculi parte coeunt, eandem rationem habere ſimiliter demonſtrabuntur, quod quidem erat impoſſibile. Si ergo ſemicirculum a.citra diametrum ſ.p. circumagas, quæ ab ſ. c.ductæ ad punctum n.reflectuntur, in omnibus planis eandem habebunt rationem, æqualemque angulum c.n.ſ.conſtituent,

Irialis, quia reliqua dimidia pars rorationis occultatur ſub orizonte, vt dictum eſt. Quanto autem magis eleuatur aſtrum ſuper orizontem, tanto magis pars ei oppoſita, in qua fit Iris, occultatur ſub ea: & ideo minor tempus circuli refractionis: apparet nobis, quia roratio oppoſita aſtro, magis occultatur. Quando autem aſtrum eſt eleuatiſſimum, & eſt in meridie, tunc minima portio circuli Irialis apparet, quia roratio oppoſita aſtro in qua fit iris, maxime occultatur. Nunquam igitur apparet maior portio quam ſemicirculus, & ſæpe apparet minor.

angulum quæ h.p.& m.p. ſuper eam quæ h.p. ſemper æqualem erit. Trianguli igitur ſuper ea quæ h.p.& k.p. æquales ei.qui h.m.p. & k.m.p.conſiſtunt: horum autem catheti ad idem ſignum cadent eius,quæ h.p. & æquales erunt,cadent ad o. centrum. ergo circuli o. ſemicirculus autem qui circa m. n. abſectus eſt autem ab orizonte, ſuperiorem quidem.n.Solem non obtinere:apud terram autem firmatorum obtinere,& diffundere aerem,& propter hoc iridem non coniacere circulum. Fit autem & nocte Luna raro, neque.n.plena ſemper debiliorq; natura vt obtineat aerem. Maxime autem ſtare iridem vbi maxime obtinet ſol, plurimus.n.in ipſa humor immanſit. Item ſit orizon quidem, in quo a.g. aſcendit autem ſuper h.axis autem ſit nunc in quo h. per alia quidem igitur omnia ſimiliter oſtendetur, vt & prius. Polus autem circuli in quo p.erit ſub orizonte eo in quo a.g. eleuato ſigno, in quo h. In eadem autem, & polus, & centrum circuli o.quod terminat nunc ortum: eſt.n. iſte in quo h. p.Quoniam autem ſupra diametrum,quæ a.g. quod k.h. centrum erit vtique ſub orizonte prius eo in quo a.g. in ea,quæ h.p.linea, in quo o.quare minor erit ſuperior deciſio ſemicirculi,in quo ſ.y.quod.n.ſ.y.quæ ſemicirculus erat, nunc autem abſciſus eſt ab g. a orizonte, quod itaque y.q. diſparens erit ipſius eleuato Sole. Manifeſtum autem cum in meridie, quantum enim ſuperius h. magis inferius polus,& centrum circuli erit.

F *tuent,& quem lineæ c.p.& p.n.ſupra linea ſ.p.faciunt, æqualis angulus ſemper erit. Triangula igitur ſuper linea ſ.p.& linea c.p.æqualia facta ſunt, triangulis ſ.n.p.& c.n.p. Quorum perpendiculares lineæ in idem punctum lineæ c.p. incidentes, æqualeſque erunt cadant in o. centrum igitur circuli eſt o. cuius circuli dimidia pars, ea videlicet, quæ eſt n.m. ab orizonte ablata eſt. Rurſus ſit orizon a.b.g. ſupra quem punctum ſ. ſubuehatur, nuncque axis ſit ſ.p.reliqua ſane omnia non ſecus ac prius oſtendentur circuli autẽ polus p.ſub orizonte a.g. ſublato puncto ſ.erit;in eadem vero linea polus ſunt, & centrum circuli, & eius qui ortum nunc terminat : is enim eſt ſ.p. Quoniam vero ſupra diametrum a.g.linea ſ.c.ſublata eſt, circuli centrum o.in linea c.p.infra orizontem a.g. priorem erit.* G *Quare portio quæ ſupra eſt, videlicet n. ſemicirculo erit minor. Siquidem n.q.m. ſemicirculus erat, nunc autem ab orizonte a.g.interfectus eſt. Igitur q.m. Sole ſublato, minime apparebit, quoniam & minima apparet, cum in meridie fuerit. Quo enim punctum ſ.ſuperius eſt, eo circuli centrum & polus inferius erunt.*

H

c Quod autem in minoribus quidem diebus his qui poſt æquinoctium autumnale, contingit ſemper fieri iridem, in longioribus autem diebus his qui ab æquinoctio altero ad æquinoctium alterum circa meridiem non fit iris, cauſa eſt, quia ad arctum deciſiones omnes maiores ſemicirculo, & ſemper ad maiores ſemicirculo, quod autem immanifeſtum & paruum. quæ autem ad meridiem deciſiones æquinoctialis, quæ quidem ſurſum deciſio, parua: quæ autem ſub terra, magna, & ſemper in maiores, quæ longius. Quare in his, quæ ad æſtiuas verſiones, diebus, propter magnitudinem deciſionis antequam ad medium veniat deciſionis ad meridianum h. ſubtus iam penitus fit p. propter longe diſtare à terra meridiem propter magnitudinem deciſionis. In his autem, qui ad hyemales verſiones, diebus, quia non multum ſuper terram ſunt deciſiones circulorum, contrarium neceſſarium fieri modicum enim eleuato, in quo h. in meridie fit Sol.

*Cur autem poſt æquinoctium autumnale diebus breuioribus quacunque hora fieri arcus poſſit, longioribus vero diebus ab altero æquinoctio vſque ad alterum in meridie non fiat, cauſa eſt, quod omnes, quæ ad ſeptentriones pertinent ſectiones, ſemicirculo maiores ſunt, & ſubinde maiores ſemper fiunt. quod vero non cernitur, exiguum eſt. Quæ autem ad meridiem vltra æquinoctialem ſunt, ſupra terram quidem exiguæ ſunt. quod vero ſub terra eſt magnũ,* I *atque perpetuo, quo remotiores ſunt, eo maiores. In diebus igitur ad æſtiuũ ſolſtitium pertinentibus ea eſt ſectionis magnitudo, vt antequam punctum ſ.ad medium eius, circulumque meridianum peruenerit, punctum p. omnino deorſum deſcenderit, quia videlicet meridies ob ſectionis magnitudinem procul à terra abſit. In diebus autem, qui ad ſolſtitium hybernum ſunt, quia circulorum ſectiones non multum ſupra terram emineant, contrarium fiat neceſſe eſt. Paululum enim ſublato puncto ſ. Sol* K *in meridie conſiſtit.*

c ¶ Poſtquam determinauit de figura Iridis, hic determinat de quibuſdam aliis accidentibus, & dicit, quod colores Iridis apparent fortiores in extremitatibus Iridis circa terram, quam in medio: eo quod in corpore denſiori lumen fortius retinetur, & fortificatur magis: nubes autem eſt denſior in extremitatibus, quam in medio. Secundum accidens eſt, quod iris raro fit à Luna, quod probat dupliciter. Primo, quia nunquam fit à Luna, niſi in plenilunio, propter debilitatem ſui luminis in aliis temporibus. Secundo, quia Luna propter debilitatem ſui luminis non ſufficit eleuare tantos vapores, quod ſuper eos poſſit cauſari Iris. Tertium accidens, quod accidit propter eandem cauſam.ſ.propter eleuationem vaporum, eſt, quod in ea parte hemiſphærii maxime fit iris, in qua Sol eleuat maiores vapores, quia ex eis generatur nubes, ſub qua debet fieri Iris. Quartum vero, quia in diebus breuioribus poſt æquinoctium autumnale, quando dies ſunt minores noctibus, iris apparere poteſt omni hora diei, ſed poſt æquinoctium vernale, quando dies ſunt maiores noctibus, iris non poteſt apparere omni hora, quia non apparet circa meridiem his, quibus ſolſtitium multum eleuatur in meridie. Et huius ratio eſt, quia portiones circuli, quas ſol deſcribit in diebus longioribus ſuper orizontem, ſunt minores ſemicirculo: ſed portiones, quas deſcribit, quando accedit ad tropicum hyemalem, ſunt maiores, quia quanto plus ſol eleuatur ſupra orizontem, vel ſupra terram, tanto depreſſior eſt polus, & arcus Iridis in parte ei oppoſita ſub terra, ſicut dictum eſt. Magis autem eleuatur ſol in vere, & in æſtate, quam in autumno & hyeme, & ex hoc etiam maiores cauſat calores, & arcus Iridis cauſatus ab eo in parte oppoſita, & magis depreſſus in tantum, vt propter paruitatem non appareat, quia quod eſt paruum, videtur immanifeſtum. Portio autem circuli Iridis in diebus longioribus, eſt parua, in diebus autem breuioribus, qui ſol non multum eleuatur à terra, ideo deciſio circuli Iridis, non multum deprimitur, & maior pars remanet ſuper terram, & ex conſequenti iris tunc magis apparet. Ex quo corollarie concludi poteſt, quod defectus integri circuli in Iride, non eſt ex parte radii luminoſi incidentis, ſed eſt ideo, quia nubes, vel roratio in qua fit Iris, occultatur ſecundum partem ſub orizonte.

## LECTIO VIII.

POſtquam Philoſophus determinauit de halo, & Iride: nunc conſequenter determinat de virgis, & pareliis, & circa hoc duo facit. Primo determinat de generatione virgarum, & pareliorum. Secundo de accidentibus circa ea; ibi. [Sunt autem ſicut diximus.] Circa primum iterum duo facit. Primo oſtendit modum, & cauſam generationis virgarum & pareliorum in communi. Secundo, oſtendit eam in ſpeciali de vtroque eorum: ibi, [Virgæ autem propterea.] Dicit ergo primo, quod exiſtimandum eſt, quod parelii & virgæ fiant propter eaſdem cauſas, ſicut halo & Iris, quia omnia hæc ſunt refractio quædam, licet differant ſecundum diuerſam diſpoſitionem & ſitum caliginis, à qua fit refractio, quia parelius generatur ex refractione viſus a nube aliqua ad ſolem & virgæ ſimiliter. Et iterum vtitur hic Philoſophus opinione mathematicorum ſui temporis, qui dicebant viſum refrangi ab obiecto ad ſolem: ſed tamen ſecundum veritatem lumen refrangitur ab obiecto ad viſum. Deinde cum dicit.

b ¶ Aſſignat cauſam, & modum generationis ipſorum. Et circa hoc duo facit. Primo oſtendit cauſam generationis virgarum. Secundo generationis prœliorum: ibi, [Parelius.] Prima iterum in duas. In prima comparat virgas ad ea, quæ apparent ex refractione in aliis. Secundo declarat modum generationis virgarum: ibi, [Fit autem hoc, cum irregularis.] Dicit ergo primo, quod virgæ generantur propterea quod viſus qui refrangitur ex nube in latere Solis exiſtente, eſt talis ſecundum effectum, qualis eſt quando refrangitur ab aqua, vel ab aliquo alio humidorum ad nubem viſam, ſicut diximus prius. Nam nubes prope ſolem exiſtentes, viſæ ſecundum rectum aſpectum, non videntur coloratæ diuerſis coloribus apparentibus, & propriis, vt frequenter, ſed quando aſpiciuntur per refractionem ab aqua, vel ab aliquo humidorum, tunc apparent coloratæ, vel virgulatæ ad modum virgularum. Et tamen in hoc eſt differentia, quia in aliis apparentiis, illa diuerſitas coloris nubis apparet in ipſa nube, ſed in virgis apparet quodammodo ſupra ipſam. Et huius ratio eſt, quia albo & nigro apparentibus in eadem ſuperficie, nigrum videtur longius, ſicut econuerſo remotius viſum apparet nigrū, eo quod minus alterat, ſed colores vir-

A garum ſunt nigri, vel propinquiores nigro, & ſunt in eadem ſuperficie cum fulgido nubis, & per conſequens apparent remotiores, quam fulgidum nubis. Deinde cum dicit.

c ¶ Aſſignat modum generationis virgarum in ſpeciali & dicit, quod generatio virgarum fit à nube, quando nubes à qua fit refractio, eſt irregularis. ſ. non vnius diſpoſitionis per totum, ſed in vna parte rarior, in alia denſior, & in vna propinquior aquæ, in alia remotior. Radii ergo incidentes ſuper partes rariores, tranſeunt per illas tanquam per foramina: & colorantur reflexis radiis ſuper parte aquoſa, & rorida, in qua apparet color, ſine figura. Et propter irregularitatem illius nubis, ad quam refranguntur radii ſolares albi, & clari, apparent diuerſi colores virgarum. ſ. puniceus in parte clariori nubis, & magis propinqua ad album, viridis autem in parte magis denſa, & per conſequens etiam magis nigra: xancos vero apparet, vel per iuxta poſitionem duorum prædictorum, ſicut dictum eſt ſupra, vel etiam apparet in parte proportionabiliter denſa; licet autem in generatione virgarum lumen aliquo modo tranſeat per partes nubis, tamen fiunt diuerſi colores in virgis, ſicut in Iride, in qua lumen immediate refrangitur à nube rorida; quia vt dicit, nihil differt quantum ad generationem colorum diuerſorum, videre Solem per nubem tranſparentem aliquo modo, & videre ipſum immediate refractum à nube. Deinde quaſi recapitulando dicit, quod virgæ generantur propter irregularitatem ſpeculi, id eſt, nubis roridæ, non ſecundum figuram, id eſt; non repræſentando figuram obiecti, ſed colorem: quia ſcilicet nubes non eſt nata facere vnum colorem. Deinde cum dicit.

d ¶ Oſtendit modum generationis pareliorum, & dicit, quod parelii fiunt, quando aer, id eſt, nubes ſubtilis, à qua fit refractio, eſt maxime regularis, vniformis, ſpiſſa; & lumen ſolis fortiter refrangitur à tali nube: tunc apparet ibi color albus ad ſimilitudinem coloris Solis, quaſi alter ſol, quia regularitas ſpeculi facit colorem apparentem eſſe vnum, & regularem, ſicut diuerſa diſpoſitio partium nubis facit colores eſſe diuerſos. Hoc autem declarat per exemplum: ſicut enim lumen quod refrangitur ab ære polito, ſiue ferro, puta ab armis militum, eſt coloris clari & albi, & eſt fulgidum, ſic lumen quod refrangitur à nube, vel caligine ſpiſſa, & exiſtente propinqua ad hoc, quod conuertatur in aquam

## LECTIO VIII.

EAſdem enim dictas cauſas exiſtimandum, & de pareliis & virgis. Fit enim parelius quidem refracto viſu ad ſolem.

b Virgæ autem propterea quod incidit talis exiſtens viſus, qualem diximus ſemper fieri, cum prope Solem exiſtentibus nubibus ab aliquo refrangatur humidorum ad nubem. Videntur enim ipſę quidem incoloratæ nubes ſecundum rectum aſpectum intuentibus, in aqua autem virgis plena nubes: veruntamen tunc quidem in aqua videtur color nubis eſſe, in virgis autem ſuper ipſam nubem.

c Fit autem hoc, cum irregularis fuerit conſiſtentia nubis, & hac quidē ſpiſſior, hac autem rarior, & hac quidem magis aquoſa, & hac autem minus: refracto enim viſu ad ſolem, figura quidem non videtur, color autem videtur: quia autem ibi irregularis apparet fulgidus, & albus Sol, ad quem refractus eſt viſus, hic quidem puniceū videtur, hic autem viride, aut xancon. Differt enim nihil per talia videre, aut à talibus refractum: vtroque enim modo apparet colore ſimili; quare ſi & illo modo puniceum, & iſto: virgæ quidem igitur fiunt propter irregularitatem ſpeculi: non figura, ſed colore.

d Parelius autem, cum maxime regularis fuerit aer, & ſpiſſus ſimiliter, propter quod apparet albus: regularitas enim ſpeculi facit vnū emphaſeos colorem: refractio autem ſimul totius viſus, propter ſimul incidere ad caliginem, à ſpiſſa exiſtente caligine, & nondum quidem exiſtente aqua, prope autem aquam, propter quod exiſtens

### Tractatus ſecundi, libri tertii, in quo determinatur in ſpeciali de pareliis, & virgis. Cap. IV.

*PArelij autem & virgarum eas ipſas, quæ dicta ſunt cauſas eſſe cenſendum eſt. Parelium enim oritur, cum aſpectus à re aliqua ad Solem reflectitur.*

B *Virgæ vero, propterea quod in nubem aſpectus talis incidit, qualem diximus ſemper eſſe, quoties nubibus Soli propinquis ab aliquo humido ad nubem refertur. Nubes namque per directum ſpectantibus, coloris expertes videntur, in aqua vero virgarum plenæ. Quanquam cum in aqua ſpectantur, color nubis in aqua videtur eſſe. In virgis autem in ipſa nube.*

C *Id vero contingit, cum nubis concretio inæqualis fuerit, & partim dēſa, partim rara, & vna parte aquoſa magis, altera minus. Aſpectu enim ad Solem reflexo, Solis quidem figura ob ſpeculorum paruitatem non cernitur: color vero, quia Sol ſplendidus, & cādidus, ad quem fit reflexio, in re inæquabili appareat, alius puniceus, alius viridis, alius flauus videtur. Nihil enim refert, vtrum per talia cernamus, an aſpectus à rebus eiuſmodi re-*
D *flectatur, quippe cum vtroque modo ſimili colore appareat. Quare ſi illo modo puniceus, hoc quoq;. Virgæ igitur propter ſpeculi inæquabilitatem non figura, ſed colore efficiuntur.*

*Parelium autem, cum aer quam maxime æquabilis, ſimiliterque denſus fuerit. Quo circa candidum apparet. Speculi enim æquabilitas, vt vnus color appareat, efficit. Aſpectus enim vniuerſi reflexio, propterea quod à caligine, quæ denſa eſt, &*
E *nondum quidem aqua eſt, ſed tamen prope eſt, vt aqua euadat, in Solem incidat, colorem, qui in Sole ineſt,*

in aquam, nondum tamen in eam econuerſa, quæ dicitur nubes F rorida, eſt album, & clarum. Ex iſto concludit duo corollaria. Primum, quod parelius eſt magis ſignum pluuiæ, quam virgæ, quia generatur per refractionem a nube regulari, & ſpiſſa, quæ eſt propinqua ad diſpoſitionem aquæ: & ideo citius ex ea generatur aqua. Secundum eſt, quod parelius Auſtralis, id eſt, qui apparet quādo flant venti auſtrales, vel etiam qui apparet ex parte Auſtrali, eſt magis ſignum pluuiæ, quam Borealis, quia ventus Auſtralis propter calidum temperatum eleuat multos vapores, & congregat eos in nubes, & etiam nubes permutat in aquas. Sed Boreas propter frigiditatem, & ſiccitatem, propellit nubes, & prohibet eleuationem vaporum: ſicut ſuperius dictum eſt. Deinde cum dicit.

c ¶ Aſſignat, Philoſophus cauſam accidentium circa virgas, & parelios. Et pro primo dicit, quod virgæ, & parelii maxime accidunt circa occaſum & ortum Solis. cuius ratio eſt, quia tunc nubes non diſperguntur calore Solis ita de facili, cum calor Solis non ſit multum vehemens. Secundum accidens eſt, quod non fiunt ſupra ſolem, neque de ſubtus. Et ratio eſt, quia ſi fierent ſupra Solem, non viderentur propter diſtantiam: licet impoſſibile ſit, ꝙ ibi fiant: cum ſupra ſolem non fiant nubes, vel roratio, & ſi ſub Sole fierent, diſſoluerentur, propter radios directe incidētes ſub Sole, & etiam radii ſolares, non venirent ad nos: ſed propter reflexionem potius reuerterentur ad cœlum. Tertium eſt, ꝙ fiunt à latere ſolis puta nube exiſtente ex parte Meridiei, vel Boreæ, quia quando nubes ſtant à latere, tunc Sol non diſſoluit eas: ſi ſit in debita diſtantia à Sole, & tunc viſus poteſt ad illam pertingere, ꝓpter cōuenientem proportionem diſtantiæ. Quartum eſt, ꝙ non fiunt multum prope Solem, nec etiam multū longe. Et huius rō eſt quia prope Solē Sol diſſoluit conſiſtentia nubis ſua caliditate: de longe autem non videretur: quia à paruo ſpeculo fit debilis refractio, vt patet: nubes autem remota à Sole, vbi Sol habet paucam virtutem eleuandi vapores à terra, eſt parua, &

apud ſolem, colorem facit apparere ſicut ab aere polito fractum propter ſpiſſitudinem: quare quoniam color Solis albus, propter hoc & parelius albus apparet idem. Propter hoc magis aquæ ſignum parelius; quam virgæ; magis enim accidit aerem bene operoſæ habere ad generationem aquæ. Auſtralis autem Boreali magis, quia Auſtralis aer magis in aquam permutatur, quam qui ad arctum.

e Fiunt autem ſicut diximus, circa occaſus, & circa ortus, & neque deſuper, neque deſubtus, ſed ex lateribus, & virgæ, & parelii, & neque prope Solem valde, neque longe penitus. Prope enim exiſtentem, ſol diſſoluit conſiſtentiam: longe autem exiſtente, viſus non refrangetur: à paruo enim ſpeculo longe protenſus debilis H fit; propter quod & halo non fit ex oppoſito ſolis. Surſum quidem igitur ſi fiat, & prope, diſſoluit Sol: ſi autem longe minor viſus exiſtens quam, vt faciat refractionem, non incidet. In latere autem eſt tantum diſtare ſpeculum, vt neque diſſoluat Sol, viſuſque multus ſimul veniat, quia ad terram latus non diſpargetur: ſicut per immenſum latus. Sub ſole autem non fit: propterea, quia per terram diſſolui- I tur vtique à ſole; ſurſum autem in medio cœli, viſus diſpargitur. Et totaliter, neque ex latere medii cœli fit. Viſus enim non ad terram fertur, vt paucus pertingat ad ſpeculum, & refractus ſit omnino debilis. Quæcunque igitur opera accidit habere ſegregationem in locis his, quæ ſuper terram, fere tot ſunt, & talia.

## LECTIO IX.

QVæcunq; autem in ipſa terra incluſa terræ partibus opera- K tur, dicēdum. Facit enim duas differentias corporum: propterea quod duplex natura eſt, & hoc quemadmodum, & in alto. Duæ quidem enim exhalationes, hæc quidem vaporoſa, hæc autem fumoſa, vt diximus, eſt: duæ autem, & ſpecies earum: quæ in terra fiunt: hæc quidem enim foſſibilia, hæc autem metallica.

*apparere, perinde facit, vt cum ab aere leui ob eius denſitatem reflectitur aſpectus. Quare cum Sol colore ſit candido, Parelium quoq; candidum apparet. Hac vero ipſa de cauſa Parelium aquæ magis ſignum eſt, quam virgæ. Aerem enim ad aquæ ortum præparatum eſſe magis indicat, &* G *Auſtrale quidem magis quam Aquilonare, quoniam aer Auſtrinus magis quam qui ad Septentriones poſitus eſt, in aquam mutatur.*

*Fiunt autem, quemadmodum diximus, & virgæ & parelia in ortu, & in occaſu, & nec ſupra Solem, nec infra, ſed ex lateribus, nec prope admodum, nec procul omnino. Propinquā enim concretionem Sol diſſoluit. ſi autem procul abſit, aſpectus non reflectetur. Nam ſi à paruo ſpeculo procul protēditur, imbecillus redditur. Quā-* H *obrem & Coronæ è regione Solis non fiunt. Si igitur ſupra fuerit, & proxima, eam Sol diſſoluet; ſi vero procul, aſpectus minor, quam vt reflecti poſſit, in Solem non incidet. A latere autem fieri poteſt, vt ſpeculum ita diſtet, vt à Sole nō ſoluatur, & aſpectus vniuerſus ad eum perueniat, propterea quod ad terram dum fertur, quaſi per immenſum feratur, peruenire non queat. Sub Sole vero non ſit, quia, cum ad terram propius acceſſerit, à Sole diſſoluatur, cum medium cœli locum tenuerit, aſpectus diſtrahatur. Omni-* I *no ne à latere quidem, Sole medium cœli tenente efficitur. Aſpectus enim ſub terrā non fertur. Quare exiguus ad ſpeculum perducitur, & qui reflectitur, prorſus imbecillus redditur. Tot igitur ac talia ea fere opera ſunt, quæ in locis ſupra terram poſitis exhibere ſecretionem contingit.*

Tractatus tertii, libri tertii, in quo determinatur in generali de generatione lapidū, & metallorū. Cap. I. & vlt.

K *DE his autem dicendum eſt, quæ intra terram efficit, in ipſius terræ partibus incluſa. Duas enim corporum differentias gignit, propterea quod duplex ibi eſſe apta ſit, quemadmodum & in ſublimi. Duæ namque (vt diximus) ſunt exhalationes, vna vaporoſa, altera fumida; duæ item & eorum, quæ in terra oriuntur ſpecies, alia quidem foſſilia, alia metallica.*

ex conſequenti non videretur in ea refractio. Non fiunt etiam, vt in pluribus, Sole exiſtente in Meridie, quia tunc nubes ſurſum eleuata prope Solem, eſt multum remota à viſu, & propter hoc color nubis non fertur ad eum in ſuperficie terræ, ſed mouetur per aerem ſupra terram: & prope Solem: & ibi propter excellentem fulgorem diſpergitur: & ex hoc nō facit virgas & parelios. Finaliter recapitulat dicta in præcedentibus dicens, quod omnia opera, quæ generantur in locis ſupra terram, per motum, & alterationem, & etiam in terra ex ſegregatione humida, & ſicca, fere ſunt tot: & talia. Dicit autem fere, propter quædam accidentia, quorum cauſas non dixit expreſſe, quæ tamen ex prædictis reddi poſſunt, ſicut ſunt quidam ignes, qui videntur volitare in ſuperficie terræ, & lapides, & alia quædam cadentia ex nubibus: & coloratio aquæ deſcendentis: puta quando pluit aqua ſanguinea.

## LECTIO IX.

POſtquam Philoſophus in ſuperioribus determinauit de his quæ generantur ex exhalatione humida & ſicca, per motum & alterationem, aut etiam per refractionem luminis ſupra terram, & etiam de aliis, quę cauſantur per motum ab exhalatione ſicca in ipſa terra, ſcilicet, de agitatione & motu terræ, hic determinare intendit breuiter de his quæ generantur in profundo ipſius terræ principaliter per alterationem. Et circa hoc duo facit. Primo, præmittit diſtinctionem eorum quæ fiunt in ipſa terra: & dicit, quod ſicut in alto, id eſt, ſupra terram, eſt duplex exhalatio, vna vaporoſa, id eſt, humida, ex qua generantur per ingroſſationem à frigido: alia autem fumoſa & ſicca, ex qua fiunt ea, quæ generantur per ſubtilitatem, vel inflammationem, ita ſimiliter in partibus terræ eſt duplex exhalatio, ex qua generantur duo genera corporum, quorum quædam dicuntur foſſibilia, eo quod fodiuntur in terra, & ſunt ſimilia terræ defoſſæ, & generantur ex ſicca exhalatione: alia vero dicuntur metallica, quæ magis generantur per coagulationem. Secundo ibi.

b Sicca quidem exhalatio eſt, quæ ignita facit foſſibilia omnia; puta lapidum genera illiquabilia, & vernicem, & oricellam, & minium, & ſulphur, & alia talia: plurima autem talium foſſibiliũ ſunt, hic quidem puluis coloratus, hoc autem lapis ex tali conſiſtentia factus, velut cinnabari.

c Exhalationis autem vaporoſæ, quæcunque matallantur, ſunt aut fuſibilia, aut ductibilia, puta aurum, ferrum, æs.

d Facit autem hęc omnia exhalatio vaporoſa incluſa, & maxime in lapidibus, propter ſiccitatẽ in vnum coarctata, & coagulata, velut ros aut pruina cum ſegregata fuerit. Hic autem & ante ſegregationem generãtur hæc propter quidem, vt aqua hæc ſunt: ſunt autem, vt non. Potentia quidem enim materia, aquæ erant, eſt autẽ non adhuc, neq; ex aqua facta propter quandã paſſionem, ſicut humores, neq; enim ſic fit hic quidem æs; hic autem aurum; ſed ante fieri coagulata exhalatione ſingula horũ ſunt. Propter quod & igniũtur omnia, & terram habent: ſiccam enim eam habent exhalationem: aurum autẽ ſolum non ignitur. Communiter quidem igitur dictũ eſt de his omnibus: ſigillatim autem conſiderandũ intendentib. circa vnumquodq; genus.

b ¶ Aſſignat cauſam prædictorum, & primo aſſignat cauſam foſſibilium, & dicit, quod exhalatio ſicca a dominio, ſecundum quod eſt ignita è calido, eſt principium omnium foſſibilium: ita quod exhalatio ſit materia, ex qua fiunt: ſed calidum igniens, ſecundum quod commenſuratur frigido à virtute cœleſti, mediante continuitate, eſt quodãmodo principium actiuũ; ita quod principium actiuum principale, eſt virtus cœleſtis, quę dicitur virtus mineralis, à qua habent foſſibilia quædam, puta lapides precioſi, quandam virtutẽ cœleſtem & occultam: per quã occultas operationes vere exercẽt: principium autem inſtrumẽtale eſt caliditas, quę humidũ deſiccat, & generat omnia foſſibilia: huiuſmodi autem foſſibilia ſunt genera lapidum nõ liquabilium: quod dicit ad differentiã quorundam foſſibilium, quæ ſunt liquabilia, vt vernix, oricella, & ſulphur: & alia huiuſmodi, quæ omnia generãtur a calido exiccante exhalationem, & conſumente humidum, & aliqualiter colorante. Et horum foſſibilium quædã fiunt ſicut puluis colorat⁹, ſicut illa, quę generantur a calido fortiter cõſumente humidum, & aliqualiter adurente, vt ſunt omnia ſupradicta: alia autẽ ſunt, quaſi lapides aggregati per condenſationẽ ex plurib. partibus: & generantur ex eadẽ exhalatione à calido exhalante humidũ ſuperfluum, & fortiter terminante humidum cum ſicco. Secundo ibi.

c ¶ Determinat de his, quæ fiunt ab exhalatione humida, & circa hoc duo facit. Primo aſſignat cauſam generationis eorum. Secundo oſtendit modum & locum generationis eorum; ibi. [Facit autem.] Dicit ergo primo, quod illa, quæ metallantur, id eſt, habent formã metalli, generantur materialiter ex vaporoſa exhalatione, & à frigido commenſurato coagulante effectiue inſtrumẽtaliter: principale autẽ agens eſt virtus cœleſtis mineralis, ſicut ſupra diximus. Et iſtorum, quædam ſunt foſſibilia, & quædam ductibilia: foſſibilia, ſeu liquabilia ſunt, quæ plus accedunt ad naturam humidi quam ſicci, ſicut ſtannum, aut plumbum: ſed ductibilia ſunt, quæ habent humidum magis reductum ad medium per ſiccum, vt ſunt ea, in quibus eſt bona terminatio ſicci & humidi, ſicut in auro, &c. aut in quibus eſt humidum viſcoſum non bene ſeparabile à ſicco, ſicut ferrum, quod calefactũ ictu mallei extenditur: ſciendũ eſt autem, quod corpora, quæ hic dicuntur fuſibilia, ſeu liquabilia, non ita ſunt fuſibilia, quod non ſint etiã ductibilia, quamuis in hoc loco contra ductibilia diſtinguantur: ſed ideo dicuntur eſſe liquabilia, quia melius & facilius liquãtur, quam ducantur, & ductibilia econuerſo dicuntur, quæ facilius ducuntur: quamuis etiam liquari, & fundi poſſint, vt ferrum & æs. Deinde cum dicit.

d ¶ Aſſignat modum, & locum generationis prædictorum, & dicit quod huiuſmodi generantur ex exhalatione vaporoſa incluſa in partibus terræ, & præcipue in lapidibus: propter ſiccitatem lapidum bene coarctantem humidum vaporoſæ exhalationis, & propter fortiorem & maiorem coagulationem factam à frigido commenſurato formæ metalli virtute cœleſti, quæ dicitur virtus mineralis, vt ſupra dictum eſt, ſicut ab eodem frigido generantur ſupra terram ros, & pruina, quando à vapore ſegregata eſt exhalatio calida & ſicca, quæ ſurſum mouebat. Eſt tamen differentia in generatione iſtorum, quia in generatione roris, & pruinæ, prius ſegregatur ſiccitas, antequã materia coaguletur: & ros deſcendat, & ex hoc ros & pruina ſunt liquida, ſed metalla generantur in partibus terræ ex eadem exhalatione, antequam ſeparetur ſiccitas, &

A ideo ſunt dura, & quanto plus eſt in eis de ſiccitate, tanto ſunt magis dura. Et propter hoc verum eſt dicere, quod metalla ſunt aqua, ſecundum vnum modum, quia ſcilicet fiunt ex vapore humido, à dominio, qui eſt in potentia aqua, & eſt materia aquæ, & ſecundum alium modum non ſunt aqua, quia ſcilicet ſiccitas in eis non eſt ſegregata.

*Sicca igitur exhalatio ardore incenſa, foßilia omnia efficit, vt lapidum genera non liquabilia, & ſandaracam, & ochram, & rubricam, & ſulphur, & alia generis eiuſdem. Ac plurima quidem foßilium ſunt, alia puluis colore tinctus, alia lapis è tali ortus concretione, vt Cinnabaris.*

B *Quæcunq; autem metallica, aut fuſilia ſunt, aut ductilia, vt ferrum, æs, aurum, è vaporoſa conſtant exhalatione.*

*Ea autem omnia vaporoſa exhalatio incluſa, & in lapidibus maxime, cum ob ſiccitatem in vnum comprimitur, & coagulatur, efficit. Ac quemadmodum ros & pruina fiunt, cum ſecreta fuerit, ita antequã excernatur, hæc oriuntur. Quocirca hæc quodammodo quidem ſunt aqua, quodammodo non ſunt, Materia enim quidem poteſtate aquea eſt, nondum vero aqua eſt, nec ex aqua, quæ aliquo*
C *modo affecta ſit, conſtant, veluti ſapores. Non enim ita fiunt, hoc quidem æs, illud vero aurum. Sed horum ſingula exhalatione prius coagulata, quam in aquam vertatur, exiſtunt. Idcirco & omnia igniuntur, & terram continent, ſiquidem ſiccam exhalationem. Aurum autem ſolum non ignitur. Ac de omnibus quidem communiter dictum eſt. Singula vero genera proponentes, quæ propria cuiuſq; ſunt, conſiderare debemus.*

In cuius ſignum, metalla igniuntur, comburuntur, & reducuntur in puluerem, & terram, & hoc conuenit eis ſolum propter ſiccam exhalationem, quę ſola exuritur, quia eſt materia apta ignitioni, propter ſiccitatem. Et ipſa etiam poſt exuſtionem reducuntur in minorem quantitatem, propter ſeparationem alicuius groſſi, & impuri per exhalationem, vel euaporationem humidi groſſi, quæ fit à calido exurente: vnde etiam poſt exuſtionem, vel liquationem metalla ſunt duriora, quia tunc humidum metalli eſt magis ſeparatum: Aurum autẽ ſolum non ſit minus, nec minoris ponderis, quando exuritur, quia eſt genitum ex ſicco & humido ſubtiliſſimis, & non habentibus aliquid impurum admiſſum, quod per ignitionem ſeparari poſſit. Ipſum etiam de difficili ſoluitur, & liquatur, licet reducatur in partes minimas, quia in ipſo eſt optime commiſtum ſiccum cum humido: & ideo, propter fortem commiſtionem de difficili ſeparantur. Vnde ex his patet, quod aurum
D non ſolum ſecundum opinionem hominum, ſed ſecundum naturam rerum eſt nobilius, & purius quam cætera metalla. Quod etiam patet ex virtute, quam habet in operando mirabiles & nobiliores operationes quam alia. Deinde recapitulando dicit, quod communiter, & vniuerſaliter dictum eſt de omnibus foſſibilibus & metallicis, quomodo generentur, & quæ ſit eorum differentia: ſed ſi quis velit particulariter de eis intendere & conſiderare, circa vnumquodque eorum, quæ ſcilicet ſint principia generationis, & accidentalia & differentiæ eorũ, hoc facere habebit in eo, qui de metallicis inſcribitur, & in aliis, circa quæ Theophraſtus negotiatus eſt ſecundum Alexandrum & Commentatorem. Conſiderandũ eſt autem circa principia materialia metallorum, quod ſunt in duplici differentia: quædam enim ſunt materia remota talium metallicorum, ſicut eſt vapor incluſus in locis lapidoſis terræ, ſicut ſupra declaratum eſt; alia autem ſunt materia propinqua eorum, & hæc ſunt ſulphur, & argentum viuum, ſicut Alchimiſtæ dicunt: ita quod in prædictis locis lapidoſis terræ, per virtutem mineralem primo generatur ſulphur & argentum viuum, deinde ex ipſis generantur diuerſa metalla, ſecundum diuerſam commiſtionem eorum. Vnde etiam ipſi
E Alchimiſtæ per veram artem alchimiæ, ſed tamen difficilem, propter occultas operationes virtutis cœleſtis, quæ mineralis dicitur, quæ ex eo quod ſunt occultæ, difficulter à nobis imitari poſſunt per prædicta principia, vel per principiata ab ipſis faciunt aliquando veram generationem metallorum, aliquando quidem ex ſulphure & argento, prædictis, ſine generatione exhalationis: aliquando autem faciendo exudare prædictam exhalationem vaporoſam ab aliquibus corporibus, per applicationem caliditatis proportionatæ, quæ eſt agens naturale.

*Tertij libri Meteororum finis.*

# ARISTOTELIS METEORORVM LIBER QVARTVS.

## Cum D. Thomæ Aquinatis præclariſſimis commentariis.

## LECTIO PRIMA.

Poſtquam philoſophus in ſuperioribus determinauit de particularibus tranſmutationibus elementorum, quibus ſecundum ſe tranſmutantur, tam in alto quam infra terram: hic determinat de paſſionibus, ſeu tranſmutationibus eorum, ſecundum quod veniunt in compoſitionem miſti. Et quia elementa agunt mediantib. qualitatibus actiuis, & patiuntur mediantibus paſſiuis, determinat de actione primarum qualitatum actiuarū, & de paſſione paſſiuarum in miſtis. Conuenienti autem ordine, iſte liber ſequitur tertium, quia in fine tertii determinatum eſt de mineralibus; hæc autem ſcientia multum valet ad ſcientiam de mineralibus, licet aliqui dicant, quod iſte liber eſt magis continuus cum lib. de generatione, quãuis inſcribatur quartus liber Meteororum. Conſiderandum eſt autem, quod ſcientia iſtius libri, & ſimiliter omnis ſcientia naturalis, non eſt ab homine deſpiciendo; immo qui eam deſpicit, deſpicit ſeipſum. Et licet multi dicant, quod ſcientia naturalis non debet appreciari, eo quod non ſit vtilis ad ſpeculationem diuinorum, in qua vita beatiſſima, & fœlicitas hominis conſiſtit, ſicut dicit philoſoph. in 10. Ethic. tamen iſti decipiunt ſeipſos, quia non ſolum ſcientia iſtius libri, ſed etiam tota ſcientia naturalis, in qua non ſolum oportet conſiderare communia, ſed etiam ſpecialia & propria vnicuique deſeruit ad huiuſmodi ſpeculationem diuinorum: quia per manifeſta & naturalia, tanquam per effectus in cognitionem cauſarum peruenimus. Propter quod, philoſ. in lib. metaphyſ. incipit à ſubſtantiis ſenſibilibus, & in duodecimo naturam ſubſtantiarum ſeparatarum probat per aſtronomicas rationes. Et ideo, quamcunque aliam ſcientiam addiſcimus, hoc facimus, vt ad cognitionem diuinorum veniamus, & qui alia intentione ſcientias acquirit peruerſus eſt in intentione, niſi neceſſitate detineatur. Neque vile eſt cognoſcere hæc particularia naturalia, quia ſicut inſpicere picturam turpium animalium, vt melius cognoſcantur pulchra per oppoſitionem turpium, non eſt vile, item nec cauſas horum cognoſcere, vt veniamus in cognitionem primarum cauſarum; immo multo minus hoc eſt vile, quia res multo immaterialius ſunt apud intellectum quam apud ſenſum. Eſt autē vtilis ſcientia iſtius libri, non ſolum ad cognitionem diuinorum, ſicut dictum eſt, ſed fere ad totam ſcientiam naturalem, & maxime ad ſcientiam de mineralibus, quæ ab Ariſt. compoſita nondum peruenit ad nos. Eſt etiam vtilis ad medicinam, quia hic dicitur propter quid multorum, quorum quia tantum conſideratur in medicina. Et propter hoc aliqui voluerunt exponere librum iſtum modo medicinali ſine logica, ſicut Gal. recitat de quodam, quod cum quæſitum eſſet ab eo quod eſſet calidum, bene reſpondit, & cum contrarium argueretur ſtatim ſibi contradixit, non cognoſcens ſuam contradictionem propter defectum logicæ. Debet igitur iſte liber exponi modo naturali non medicinali, quia ſecundum Auic. Medicina verſatur ſolum circa corpus humanum ad infirmitatem remouendam & ſanitatem inducendam: ſed illa quæ in hoc libro determinantur ſunt cōmunia omnib' miſtis, ſicut patet per proceſſum. Igitur hæc ſcientia potius applicatur ad medicinam q̄ econuerſo, quia commune applicatur ad ſpirituale. Eſt inſuper vtilis ad ſcientiam Alchimiæ, quia tantummodo alchimiſtarum eſt tranſmutare metalla ſecundum veritatem, & non ſecundum ſophiſticationē. Quod licet ſit difficile & diſpendioſum, ſicut ſupradictum eſt, non tamen eſt impoſſibile. Et propter hoc intentio aliquorū eſt, quod metalla non differunt ſecundum ſpeciem, ſed ſecūdum ſanum & infirmum, vocantes metallum ſanum, & durum, & alia infirma; ſic facile eſſet metalla adinuicem tranſmutare. Sed credo, quod differunt ſecundum ſpeciem, & nihilominus tranſmutari poſſent adinuicem, quia ſunt naturalia & materia eorum eſt vna. Quod autem hoc fiat per artem, eſt difficile, non impoſſibile. Non tñ intelligi dēt, ꝙ artifices principaliter tranſmutent, ſed agunt quaſi induſtria, applicando ꝓpria agentia propriis paſſiuis, quia materia ꝓpinqua omnium metallorū eſt argentum viuū &
I ſulphur, ſicut dictum eſt, quorū naturas artifices trāſmutare pñt, cōglutinando & cōgelando. Vel ēt alio mō, euaporatio eſt materia prædictorum, & de hac determinatur in iſto libro & ex conſequenti iſte liber eſt vtilis ad ſcientia Alchimiæ. Circa determinationem igitur de qualitatib. primis duo facit. Primo, reſumit tria ſuperius determinata in ſecundo de generatione & tertio cœli, quorū primū eſt, ꝙ quatuor ſunt cauſæ elementorum, per quas intelligit quatuor primas qualitates: calidū & frigidum, ſiccum & humidum. Et non ſunt cauſæ materiales, quia quædā ſunt actionis principia. Nec ſunt agentes, aut fines, quia prædicātur de ſuis cauſatis. ergo relinquitur, quod erunt cauſæ: vt formales & dicitur notanter vt formales, non abſolute formales, ad denotandum, quod non ſunt formæ ſubſtantiales elementorum. Secundum, quod reſumit eſt, quod quatuor ſunt elementa, ſecundum quatuor combinationes poſſibiles harum qualitatum, quia
K in ſimplicibus humidum non poteſt vniri cum ſicco, nec frigidum cum calido. Et de iſtis elementis, ſicut dicit Commentator, medicus debet credere naturali, ſcilicet, quod ſunt quatuor, & quod magnas habent commoditates & operationes in miſto, quarum aliquas, medicus inquirere debet ad conſeruandum contentamentum elementorum, & qualitatum prædictarum in corpore humano. Tertium eſt, quod iſtarum qualitatum, duæ ſunt actiuæ, ſcil. calidum & frigidum & duæ paſſiuæ,

### LECTIO I.

a Qvoniam autē quatuor cauſæ determinatę ſunt elemētorum, harum autem ſecundum cōiugationes, & elementa quatuor accidit eſſe, quarū duæ quidē factiuæ calidum & frigidū, duæ autem paſſiuæ, ſiccū & humidum, fides āt horum ex eſt inductione. Videtur n. in omnibus caliditas quidem & frigiditas terminantes & copulantes & permutantes, & homogenea & non homogenea & humectantes & exſiccantes & indurantes & mollificantes. Sicca autem & humida terminata, & alias dictas paſſiones patientia, ipſaque ſecundum ſe & quæçunque communia ex ambob. corpora, conſtant. Adhuc aūt ex rationibus palam, quibus determinamus naturas ipſorū, calidum quidem enim & frigidū, vt factiua dicimus, concretiuum enim ſicut factiuū aliquid eſt, humidū autē & ſiccum paſſiua. Facile enim terminabile & difficile terminabile, in pari aliquid natura

Tractatus primi, libri quarti Meteororum, in quo Ariſtoteles reaſſumit quoddam dictum in ſecundo de generatione. Cap. I.

*Qvoniam autem elementorum cauſæ quatuor ſunt conſtitutæ, ex quarum coniugationibus euenit, vt quatuor quoq; exiſterent elemen-* G *ta, duæ illarum efficiendi vim habent, calor & frigus, duæ vero patiendi, ſiccitas & humor. id quod inductione probatur. Calor enim & frigus, tum ea, quæ eiuſdem, tum quæ diuerſi generis ſunt, determinare, coniungere, immutare, humectare, exſiccare, durare, emollire, in omnibus videntur. Humida autem & ſicca, tum ipſa per ſe, tum quæ communiter ex vtriuſque concreta ſunt corpora terminari, & aliis, quæ dictæ ſunt, qualitatibus affici. Conſtat vero etiam ex definitionibus, quibus eorum naturas defini-* H *mus. Nam calidum, & frigidum veluti efficientia dicimus: ſiquidem, quod congregare aptum eſt, efficientis cuiuſdam habet rationem. Humidum autem & ſiccū, patibilia. Facile .n. & difficile terminari res di-*

ipſorum dicitur. Quod quidem igitur hæc quidem factiua, hæc autem paſſiua, manifeſtum eſt.

## LECTIO II.

a DEterminatis autem his, ſumendum vtique erit operationes ipſorum, quibus operantur factiua & paſſiuorum ſpecies. Primo quidem igitur vniuerſaliter ſimplex generatio, & naturalis permutatio harum virtutum eſt opus, & oppoſita corruptio, ſecundum naturam. Hæc quidem igitur plantis exiſtunt, & animalibus & partibus ipſorum. Eſt autem ſimplex & naturalis generatio, permutatio ab his virtutibus, C cum habeant rationem ex ſubiecta materia vnicuique naturæ. Hæ autem ſunt dictæ virtutes paſſiuæ; generant autem calidum & frigidum obtinentia materiam. Cum autem nō obtinuerint, ſecundum partem quidem molinſis, & indigeſtio fit. Simplici autem generationi contrarium, maxime putrefactio. Omnis enim ſecundum naturam corruptio in hac via eſt, puta & ſenectus & euanſis, finis autem horum omnium aliorum putredo, niſi aliquid violentia corrumpatur natura conſtantium. D Eſt enim & carnem & os & quodcunq; comburere, quorum finis ſecundum naturam corruptionis putrefactio eſt. Propter quod humida primo, deinde ſicca, tandem putrefacta fiunt. Ex his enim facta erant, & terminatum fuit humido ſiccum, operantibus factiuis. Fit autem corruptio, cum id, quod terminatur, obtineat terminans propter circundans. Quinimmo ſingulariter dicitur putrefactio, in his, quæ ſecundum partem corrumpuntur, cum ſeparentur à natura. E Propter quod & putreſcunt omnia alia, excepto igne, etenim terra, & aqua, & aer putreſcunt. Omnia enim hæc ſunt materia igni.

*cuntur, quod earum natura aliquid perpetiatur.*

Tractatus primi, libri quarti, in quo determinatur de generatione ſimplici, & putrefactione ſibi oppoſita. Cap. II.

B *PErſpicuum itaque eſt in aliis efficiendi vim eſſe, in alijs patiendi. His autem conſtitutis, efficientium opera ſumenda ſunt, itemq; patibilium ſpecies. Principio igitur vniuerſi motus ſimplex & naturalis mutatio harum facultatum eſt opus: is præterea, qui aduerſatur, naturalis interitus. Ac ea quidem ſtirpibus, & animalibus conueniunt, & partibus eorum. Simplex vero & naturalis ortus ab his facultatibus, cum proportionem habuerint, mutatio eſt, ex ſubiecta cuiq; C naturæ materia. Hæ autem ſunt facultates patibiles iam dictæ. Calor vero & frigus materiam vincendo generant. Cum autem non vincūt, ex parte quidem, μώλυνσις, hoc eſt, imperfecta elixatio, & inconcoctio efficitur. Generationis vero ſimplicis contrarium maxime commune, putredo eſt. Naturalis enim omnis interitus, vt ſenectus & ariditas, ad hanc eſt via. Cæterorum namq; omnium, quæ natura conſtant, finis eſt putredo, niſi ſi quid vi interierit, quippe cum fieri poſſe, vt & caro, & os, & quidvis aliud exuratur, D quorum naturalis interitus & finis putredo eſt. Idcirco humida primum, deinde ſicca, quæ putreſcunt, ad extremum redduntur. Ex his enim orta ſunt, & humore ſiccitas determinata eſt, efficientium opera. Interitus autem fit, cum id, quod determinatur, eo quod determinat, ſuperius eſt, ob id, quod ambit. Atqui putredo in ijs proprie dicitur, quæ ex parte intereunt, cum à natura diſceſſerint. Idcirco & cætera omnia, vno igne excepto putreſcunt. Nam & terra E putreſcit, & aqua, & aer: quandoquidem materia ignis hæc ſunt omnia.*

ſiuæ ſcilicet ſiccum & humidum, hoc autem intelligi debet, quantum A ad victoriam vnius ſupra alteram in corpore miſto, quia ſecundum ſe quælibet ſunt actiuæ, & quælibet paſſiuæ, cum ſint contraria ad inuicem. Et hoc Philoſophus probat primo per inductionem in omnibus, quia in omnibus dicimus calidum & frigidum terminare, coagulare, &c. ſiccum vero & humidum terminari & coagulari; terminare autem eſt agere, terminari vero eſt pati. Secundo probat idem ratione, ſcilicet per diffinitionem eorum, quia calidum eſt, quod eſt congregatiuum ſimilium, frigidum vero eſt congregatiuum ſimilium & diſſimilium; humidum eſt, quod eſt male terminabile termino proprio, bene autem alieno; ſiccum vero èconuerſo, quod eſt bene terminabile termino proprio, male alieno. Quod autem eſt congregatiuum, eſt actiuum; quod eſt terminabile, eſt paſſiuum. Secundo cum dicit.

### LECTIO II.

a PRoſequitur propoſitum determinando de operationibus, ſiue paſſionibus prædictarum qualitatum. Et diuiditur in tres partes: in prima determinat de actione qualitatum actiuarum in miſto; in ſecunda determinat de paſſione paſſiuarū: ibi, [Paſſiuorum autem.] In tertia determinat de homiomeris, quantum ad prædictas qualitates: ibi, [Quoniam autē hæc.] Circa primum duo facit; primo determinat de operationibus conſequentibus rem in conſtitutione & deſtitutione rei. Secundo, de operationibus conſequentibus rem iam ineſſe conſtitutam, ibi, [Reliquum autem.] Circa primum iterum duo facit; primo determinat de ſimplici generatione; ſecundo de corruptione ei oppoſita: ibi, [Putrefactio autem.] Dicit ergo primo, quod poſt determinata dicendum eſt de operibus prædictarum qualitatum, & primo de ſimplici generatione, quæ fit ab iſtis virtutibus, ſicut declarabitur, & eſt in plantis, & aliis naturalibus. Eſt ergo ſimplex & naturalis generatio, permutatio facta ab iſtis virtutibus actiuis, cum iſtæ virtutes in materia ſubiecta habent rationem, id eſt, proportionem ad vnamquamque naturam. Dicit autem [generatio ſimplex & naturalis] vt excludat permutationem violentam, & artificialem ab his virtutibus actiuis. Per permutationem tangit genus, reliquum autem totum ſequens, oſtendit differentias ad alias permutationes: per materiam autem ſubiectam intelligit qualitates paſſiuas, vel materiam affectam his qualitatibus, quæ eſt materia generationis. Dicit ergo, quod hæ ſunt virtutes dictæ contra ſe inuicem, id eſt, contrariæ. Cum igitur actiuæ obtinent ſupra paſſiuas, tunc ſequitur generatio: quando autem paſſiuæ vincunt actiuas ita, quod non ſequatur actio actiuarum, tunc ſequitur indigeſtio, quæ eſt via ad corruptionem. Dicitur autē generatio dupliciter: primò mutatio à non eſſe ad eſſe, ſicut de ea determinatur in quinto phyſicorum, & hoc modo ſiue obtineant qualitates actiuæ, ſiue paſſiuæ, ſequitur generatio, & vna & eadem mutatio eſt generatio vnius, & corruptio alterius. Alio modo dicitur generatio, quando id, quod ponitur in eſſe, eſt nobilius, & èconuerſo dicitur corruptio, quando quod ponitur in eſſe, eſt ignobilius, & hoc modo loquitur hic Ariſtoteles de generatione: quia calidum generat aliud calidum ſibi ſimile. Cum ergo obtinent qualitates actiuæ, quod ponitur in eſſe, eſt nobilius; quia qualitates actiuæ ſunt nobiliores, quam paſſiuæ. Corruptio autem oppoſita ſimplici generationi eſt putrefactio; quod probat duplici ratione; primo, quia illa corruptio, ad quam omnia terminātur, naturaliter opponitur generationi ſimplici, & naturali, ſed ad putrefactionē terminantur omnia, vt animalia quæ naturaliter ſeneſcunt, & plantæ, & artificialia, quæ veteraſcunt, omnia denique orta occidunt, & aucta ſeneſcunt, niſi forte talia violenter corrumpantur & comburantur, quia tūc corruptio eorum non terminatur ad ſenectutem vel vetuſtatem, ſenectus a. & vetuſtas ſunt quædā putrefactiones: ſecūdo probat idem, quia illæ tranſmutationes opponuntur, quæ ſunt ex contrariis in contraria. Generatio a. & putrefactio ſunt huiuſmodi, quia generatio incipit ab humido & ſicco interminatis, & finitur ad terminationem ipſorum. Putrefactio a. èconuerſo incipit ab humido & ſicco terminatis, & finitur ad diuiſionem ipſorū. Nam qn̄ virtutes actiuæ obtinent paſſiuas, calidum educendo humidū à ſicco cauſat putrefactionem. Quod

etiam apparet in aliis tribus elementis ab igne, quę putreſcũt propter humidi eductionem factam à calido ignis, ſolus autem ignis non putreſcit, quia nec habet humiditatem, quę educatur à ſicco, neq; inuenitur caliditas vincẽs caliditatem ignis. Deinde cũ dicit. b ¶ Determinat de corruptione oppoſita generationi ſimplici, quæ eſt putrefactio, & dicit, quod putrefactio eſt corruptio proprie, & naturalis caliditatis facta à caliditate extrinſeca, ſcilicet continentis in humido naturali. Patitur autem res naturalis, & putrefit à calido extrinſeco, quia habet debilem caliditatem intrinſecam, & eſt indigens caliditatis, & frigidum vincit caliditatem naturalem, ex quo ſequitur, quod tam caliditas extranea, quam frigiditas intrinſeca eſt cauſa putrefactionis: ſed caliditas extrinſeca eſt cauſa principalis, frigiditas eſt cauſa ſecundaria: quia quod patitur à calido extrinſeco, patitur propter defectũ caliditatis propriæ. Defectus autem caliditatis ponit frigiditatem contrariam abundantem, quæ etiam agit ad expulſionẽ frigiditatis intrinſecæ. Quod a. putrefactio ſit corruptio ꝑpriæ caliditatis, ꝓbat; quia calido extrinſeco educente humidum naturale per exudationem educit etiam caliditatem intrinſecam exiſtentem in humido naturali: ſunt enim coniuncta, & trahunt ſe inuicem propria caliditas, & humidum naturale, propter quod putrefacta prius deſiccantur interius, & madeſcunt exterius, quia humidum foras educitur, deinde totaliter exterius deſiccantur à calido totaliter reſoluente humidum, & finaliter efficiuntur ſicca, & vltimo reſoluuntur in terram, & fimum. Sed quod putrefactio ſit à caliditate continentis, probat quinque ſignis ſumptis ab his, quæ impediunt putrefactionem, quorum primum eſt, quod in frigoribus res minus putreſcunt, quam in æſtate, quia in hyeme minor eſt caliditas continẽtis aeris vel aquæ, quam in æſtate, & ideo minus poteſt putrefacere. Secundum eſt, quod id, quod eſt coagulatum, ſiue congelatum forti frigido, ſicut ſunt mella, non

b Putrefactio autem eſt corruptio quædam in vnoquoque humido proprie ſecundum naturam caliditatis ab aliena caliditate, hæc autem eſt, quæ ambientis. Quare quoniam indulgentiam patitur calidi, indigens autem tali virtute frigidum exiſtens omne: ambæ vtique cauſæ erunt & putrefactio communis paſſio frigiditatiſque propriæ, & caliditatis alienæ. Propter quod ſicciora fiunt putrefacta omnia, & tandem terra & fimus. Exeunte enim proprio calido euaporat; quod ſecundum naturam humidum, & trahens humiditatem non eſt: adducit enim trahens propria caliditas. Et in frigoribus autem minus putreſcunt, quam in æſtu. In hyeme quidem enim paucum in ambiente aere, & aqua calidum, quare nihil poteſt. In æſtate autem amplius. Et neque quod coagulatum, magis enim frigidum quam aer calidus, non igitur obtinetur, mouens autem obtinet. Neq; feruens quam calidum, minor enim, quæ in aere caliditatis ea, quæ in re, quare non obtinet, neque facit permutationem, neque vnam. Similiter autem, & quod mouetur, & fluit, minus putreſcit, quam non motum. Debilior enim fit motus, qui ab ea, quæ in aere, caliditate, quam qui in re præexiſtit, quare nihil facit permutari. Eadem autem cauſa, quare multum minus putreſcit pauco. In maiori autem amplior eſt ignis proprius & frigidum, quam vt obtineant, quæ in circumſtante virtutes. Propter quod mare ſecundum partem quidem diuiſum cito putreſcit. Totum autem non, & aliæ aquæ eodem modo. Et animalia fiunt in his, quæ putreſcunt, propterea quod ſegregata caliditas naturalis exiſtens conſtare facit ſegregata. Quid quidem igitur eſt generatio, & quid corruptio, dictum eſt.

*Putredo autem eſt eius, qui rei cuiuſque humidæ proprius eſt, & naturalis calor, ab alieno calore interitus: hic vero eius eſt, quod ambit. Quam ob cauſam, cum caloris penuria patiatur, idque omne, quod hac facultate deſtituitur, frigidum ſit, efficitur, vt vtrunq; ſit cauſa, & communis af-*

G *fectio putredo, ſit tum frigoris proprij, tum alieni caloris. Ob hanc enim cauſam & ſicciora fiunt, quæcunq; putreſcunt, & ad extremum terra & fimus. Humor enim naturalis vna cum proprio calore exhalatur, nec iam quicquam adeſt, quod humorem alliciat, cum naturalis calor ſit, qui eum trahendo allicit. Ac frigidis quidem tẽporibus res minus putrent, quam calidis. Exiguus namq; per hyemem eſt calor in cõtinente aere & aqua. Quare nihil pollet, æſtate autẽ eſt amplior.*

H *Nec id quod conglaciauit: nam magis frigidum eſt quam aer calidus, idcirco nõ vincitur; id autem, quod mouet, vincit. Nec id, quod feruet, aut calet; minor enim calor eſt, qui in aere quam qui in re. Quapropter non vincit, nec vllam facit mutationem. Eodem modo, quod mouetur, & fluit minus, putret, quam quod in motione non eſt. Nam caloris, qui eſt in aere, imbecillior fit motus, quam eius, qui in re prius ineſt, ideo nullam facit mutationem. Eadem quoq; cauſa eſt, cur*

I *id, quod multum eſt, minus putreſcat, quam quod paucum. Nam re ampliori ignis amplior & frigus ineſt, ita vt facultates vincat, quæ in eo ſunt, quod circumſtat. Quamobrem & mare per partes diuiſum celeriter putreſcit, vniuerſum autem minime. Eodemque modo aliæ aquæ. Putridis etiam in rebus animalia innaſcuntur, propterea quod, qui naturalis eſt calor ſecretus, ea quæ excreta ſunt, cogat. Quid igitur ortus ſit, & quid interitus, dictum eſt.*

K

F putreſcit, quia vehementia frigoris intrinſeci vincit caliditatem extrinſecam. Tertium eſt, quod ea, quæ habent magnam caliditatem intrinſecam, non putreſcunt, ſicut piper & galanga, præcipue cum exſiccantur, quia tunc non eſt ibi humidum admiſtum, quod educi poſſit, quia caliditas intrinſeca fortiter reſiſtit extrinſecæ. Quartum eſt, quod id, quod mouetur, minus putreſcit, quam id, quod ſtat; vt aqua fluuii minus putreſcit, quam aqua paludis: & ratio eſt, quia motus cauſat caliditatem in re mota, & ideo augetur & vigoratur caliditas rei motæ, & vincit caliditatem extrinſecam. Quinto, multo ſimul minus putreſcit, quam paucum, quia id, quod eſt magnum ſiue multum, habet maiorem ignem, id eſt, maiorem caliditatem, quam quod eſt paruum, vt in pluribus, & etiam maiorem frigiditatem cæteris paribus: & ideo fortius reſiſtit actioni caliditatis extrinſecæ. Propter quod pauca aqua in lacuna citius putreſcit, quã magna aqua maris, quæ non putreſcit, tum propter multitudinem, tum propter continuum motum. Quod autem dicitur hic, debet intelligi in continuis, & præſertim in ſimplicibus, quia multa frumenta citius putreſcunt, quã pauca. Quod autem putrefactio ſit in humido, probatur, quia animalia, & cætera genita ex putrefactis generantur ex humido, ergo putrefactio fit in humido. Cum enim caliditas naturalis educitur, educit ſecum humidum ſubtile, & ſegregat ipſum à re putrefacienda. Virtus autem cœleſtis tanquam principale agens, ſed calor & humidum ſegregatum quod circumſtat putrefactum loco virtutis formatiuæ, generant animalia ex putrefactis.

## LECTIO III.

a RElìquum autem eſt dicere habitas ſpecies quaſcunque dictæ virtutes operãtur ex ſuppoſitis natura cõſtantibus iam. Eſt ita-

Tractatus primi, libri quarti, in quo determinatur in generali de digeſtione & indigeſtione ſibi oppoſita. Cap. III.

*REſtat, vt eas, quæ cõſequũtur, ſpecies tradamus, quas eæ, quæ traditæ ſunt, facultates ex eorũ, quæ natura iam conſtant, ſubiectis efficiunt.*

## LECTIO III.

a POſtquam Philoſophus determinauit de operationibus qualitatum primarum in conſtitutione & deſtitutione rei, nunc determinat de operationibus eius, quæ conſequuntur

rem

rem in eſſe iam conſtituto, & circa hoc duo facit: Primo determinat de talibus operationibus ſecundum ſe; ſecundo de ſpeciebus earum, ibi, [Pepanſis autem.] Circa primum duo facit: Primo determinat de digeſtione, quæ eſt prima, ſecundo de indigeſtione ei oppoſita, ibi, [Indigeſtio autē.] Circa primum iterum duo facit: Primo diffinit digeſtionem; ſecundo oſtendit, quando & quomodo fiat, ibi, [Accedit autem hoc.] Dicit ergo primo, quod poſt determinata reliquum eſt dicere de operationibus talium qualitatum, quæ conſequũtur res iam conſtitutas in eſſe, quæ ſunt iſtæ. Calidi enim operatio in miſto eſt digeſtio. Digeſtionis autem ſpecies ſunt. Pepanſis: Epteſis & Obteſis. Frigiditatis autem operatio eſt indigeſtio. Cuius indigeſtionis ſpecies ſunt Omethes, Molinſis, & Statenſis. Conſiderandum eſt autem, ſicut ipſe dicit, quod hæc nomina non ſunt propria ſpeciebus digeſtionis, ſed ſunt accōmodata per quandam ſimilitudinem, & proportionem. Conſiderandum eſt iterum, quod indigeſtionis eſt duplex cauſa: vna per ſe, & hæc eſt frigiditas; quia contrariarū cauſarum ſunt effectus per ſe contrarii. Si igitur caliditas eſt cauſa digeſtionis, frigiditas erit cauſa indigeſtionis, vna per ſe, alia per accidens: & hæc eſt remotio caliditatis, ſicut enim præſentia caliditatis faciebat digeſtionem, ita ea remota remanet res indigeſta. Sed quia remotio caliditatis ponit frigiditatem, abſolute dicitur, quod cauſa indigeſtionis eſt frigiditas.

Eſt itaque digeſtio perfectio quædam, id eſt, tranſmutatio ducens ad eſſe perfectum, cauſata effectiue à proprio & naturali calido, qui agit in virtute formæ ſubſtantialis, ex oppoſitis paſſiuis, id eſt, facta in qualitatibus paſſiuis, quæ ſunt oppoſitæ iſtis, tanquam in materia: fit enim digeſtio à proprio & naturali calido principaliter; ſecundario autem fit ab extrinſecis, ſicut à balneis, ab exercitio moderato, & aliis fomentis calidi intrinſeci, & na-

A turalis. Sed finis principalis iſtius digeſtionis, eſt introductio naturæ, id eſt, formæ nutriti in materia, quæ digeritur, quia tunc dicimus, eſſe factam digeſtionem, cum in materia eſt introducta forma nutriti, alius autem finis, & quaſi ſecundarius eſt quædam forma accidentalis, ſcilicet calor introductus in materia digeſta, qui facit euaporare humidum ſubtile, & terminat groſſum, ſicut apparet in carne elixata, & in muſto. Cum enim euaporauit humidum ſubtile, & groſſum eſt terminatum, & quaſi induratum à calido, tunc dicimus ipſa eſſe digeſta & cocta: Simile etiam apparet de lachryma, & apoſtematibus, cum enim lachryma & putredo apoſtematis terminata fuerit à calido vincente, & quaſi ingroſſata, & facta quædam lippitudo groſſa, tunc dicimus ea eſſe digeſta. Idem etiam oſtendit ſuperfluitas, quæ emittitur ex corpore, quædam eſt liquida, & ſubtilis, dicitur eſſe indigeſta. Cum autem eſt terminata per calidum & ingroſſata, tunc eſt digeſta, & ſignum ſanitatis. Deinde cum dicit.

b ¶ Oſtendit, quomodo, & quando fiat digeſtio, & dicit, quod digeſtio accidit, quando calidum vincit humidum, quod eſt materia digeſtionis, quia ſolum humidum eſt, quod naturaliter terminatur à calido, ſicut accidit in ſuperfluitatibus emiſſis, ſicut ſupra dictum eſt, & propter hoc neceſſe eſt ea, quæ ſunt digeſta, eſſe ſicciora & groſſiora propter euaporationem, & terminationem humidi factam à calido. Deinde cum dicit.

c ¶ Diffinit indigeſtionem oppoſitam digeſtioni, & dicit, quod indigeſtio eſt imperfectio facta in qualitatibus paſſiuis propter indigentiam caliditatis propriæ, & naturalis: ſed quia talis indigentia caliditatis eſt frigiditas, id eſt, ponit frigiditatem, ideo indigeſtionis cauſa per ſe eſt frigiditas, cauſa vero per accidens eſt remotio caliditatis, ſicut ſupra declaratum eſt. Quia autem contrariorum contrariæ ſunt diffinitiones, ideo ſicut ſu-

que calidi digeſtio, digeſtionis autem pepanſis epſeſis adhuc obteſis. Frigiditatis autem indigeſtio, huius autem omothes molinſis ſtatehnſis. Oportet autem exiſtimare non proprie hæc dici nomina rebus, ſed non iacent vniuerſaliter his, quæ ſimiliter, quare non has, ſed tales oportet putare eſſe dictas ſpecies, dicamus autem ipſorum vnumquodque quod eſt. Digeſtio quidem igitur eſt perfectio à naturali & proprio calido ex oppoſitis paſſiuis. Hæc autem ſunt propria vnicuique materiæ. Cum enim digeſtum fuerit, perfectumque eſt & factum. Et principium perfectionis à caliditate propria accidit. Et per aliquod exteriorum auxilium conſummatum eſt, velut alimentum cum digeritur, & per balnea, & per aliqua talia: aliudque principium, quod in ipſo caliditas eſt. Finis autem his quidem natura eſt, natura autem, quam dicimus vt ſpeciem & ſubſtantiam. Hic autem in ſubiectam quandam formam finis eſt digeſtionis: cum tale fuerit factum, & tantum: humidum autem opteſim paſſum, aut epſeſim, aut putrefactum, aut aliter taliter calefactum, tunc enim vtile eſt, & digeſtum eſſe dicimus. Sicut muſtum, & quæ in naſcentiis conſtantia cum facta fuerint, quale & lacryma, cum facta fuerit lippitudo vellimus: ſimiliter autem & alia.

b Accidit autem hoc pati omnibus, cum obtineatur materia & humiditas: hæc enim eſt, quæ terminatur ab ea, quæ in natura caliditate, quamdiu enim inſit in ipſa ratio, natura hæc eſt. Propter quod & ſanitatis ſigna, quæ talia, & vrina, & ſeceſſiones, & totaliter ſuperfluitates, & dicuntur digeſta eſſe, cum inſinuent caliditatem propriam obtinere indeterminati. Neceſſe autem digeſta groſſiora & calidiora eſſe, tale enim efficit calidum melioris molis & groſſius & ſiccius. Digeſtio quidem igitur hæc eſt.

c Indigeſtio autem imperfectio propter indigentiam propriæ caliditatis, indigentia autem caliditatis, frigiditas eſt. Imperfectio

*Eſt autem caloris quidem concoctio, concoctionis vero maturatio, elixatio, aſſatio; frigoris autem inconcoctio, & eius cruditas, μώλυνσις, id eſt, imperfecta elixatio, στάτευσις, id eſt, imperfecta aſſatio; nomina autem hæc proprie nō dici cenſendum eſt. Nam rebus ſimilibus poſita non ſunt vniuerſe. Quare eas quæ dictæ ſunt ſpecies, non has eſſe*
B *cenſendum eſt, ſed ſimiles. Quid autem ſingulæ ſint, dicamus. Concoctio itaq; perfectio eſt, à naturali, & proprio calore ex oppoſitis patibilib. Hæc autem ſunt ſubiecta rei cuique materia: nam cum concocta ſunt, perfecta ſunt & genita. Ac perfectionis principium à calore proprio proficiſcitur, etiamſi exteriori aliquo adiumento compleatur. Cibus enim per balnea, & eius generis alia concoquitur, ſed tamen principium calor eſt, qui in ipſo eſt. At vero finis aliis natura eſt (natura autem, quam vt ſpeciem, & eſ-*
C *ſentiam dicimus) aliјs in ſubiectam quandam formam concoctionis finis terminatur, cum humidum, aut aſſatum, aut elixum, aut putrefactum, aut quoquo alio modo excalefactum tale, tantumq; euaſerit. Nam tum vtile eſt, & concoctum dicimus, veluti muſtum, & quæ in tuberculis coeunt, cum ſuppuruerint, & lachrymæ, cum denſior materia fuerit oborta, ſimiliter & alia.*

D

*Omnibus autem, vt ſic afficiantur, accidit, cum materia & humor fuerit euictus. Etenim hic eſt, qui à calore naturali determinatur. Nam dum ratio in ipſo ineſt, natura hoc eſt. Quocirca & ſanitatis ſigna ſunt eiuſmodi, & vrinæ, alui deiectiones, & omnino excrementa. Ac dicuntur concocta,*
E *quod à proprio calore vinci humorem indicent. Omnia autem, quæ concoquuntur, craſſiora eſſe, & calidiora neceſſe eſt. Nam quod eiuſmodi eſt, calor corpulentius reddit & craſſius, atque ſiccius. Concoctio itaque eſt.*

*Inconcoctio autem imperfectio eſt, ob propriј caloris defectionem, caloris vero defectio frigus eſt.*

*Imperfectio autem eſt oppoſitorum*

ſupra in diffinitione digeſtionis poſuit perfectionem loco generis, caliditas propria, vt efficiens, ita hic ponitur imperfectio loco generis: quia indigeſtio eſt via ad imperfectionem ſcilicet ad putrefactionem, & ponitur frigiditas impediens digeſtionem vt efficiens: ſed quia contrariorum eſt eadem materia, ideo vtrobique ponitur qualitas paſſiua, id eſt, humidum, vt materia. Non autem aſſignat aliquem finem indigeſtionis: quia indigeſtio non fit ad aliquem finem, ſed præter intentionem naturæ cum ſit imperfectio, & finis habet rationem boni & perfecti.

autem eſt oppoſitorum paſſiuorum, quæ quidem eſt vnicuiq; naturæ materia. Digeſtio quidem igitur & indigeſtio determinetur hoc modo.

*patibilium, quæ natura cuique ſunt materia. Concoctio itaque & inconcoctio hoc modo ſint definita.*

Tractatus primi, libri quarti, in quo ſpecialiter determinatur de Pepanſi, & Omethe. Cap. IIII.

## LECTIO IIII.

a PEpanſis autem eſt digeſtio quædam. Digeſtio enim alimenti in pericarpiis pepanſis dicitur. Quoniam autem digeſtio perfectio quædam eſt, tunc autem pepanſis perfecta eſt, quando ſemina, quæ in pericarpio, poſſunt efficere tale alterum, quale ipſum eſt: etenim in aliis perfectum ſic dicimus. Pericarpii quidem igitur, hęc pepanſis, quæ in naturali calido. Dicuntur autem pepanſa & alia multa digeſtorum ſecundum eandem quidem ſpeciem metaphorice autem, propterea quod non iacent, ſicut dictum eſt prius, nomina ſecundum vnamquamque perfectionem circa ea, quæ terminantur à naturali caliditate, & frigiditate. Eſt autem, quæ naſcentiarum & flegmatis, & talium pepanſis, quæ à naturali calido digeſtio inexiſtentis humidi, impoſſibile enim terminare non obtinens. Ex ſpumoſis quidem igitur aquoſa, ex talibus autem, quæ terreſtria conſiſtunt, & ex ſubtilibus ſuper groſſiora fiunt pepanſim paſſa omnia, & hoc quidem ipſa natura ducit ſecundum hoc, hæc autem eiicit. Pepanſis quidem igitur dictum eſt, quid eſt.

b Omethes.i. eſt contrarium, contrarium .i. pepanſi indigeſtio alimenti in pericarpio. Hoc autẽ eſt interminata humiditas, propter quod aut ſpumoſa, aut aquoſa, aut eorũ, quæ ex ambob. eſt omethes. Quoniam autem pepanſis perfectio quædam eſt, omethes imperfectio erit. Fit autem imperfectio propter indigentiam naturalis calidi, & incommenſurationem ad humidum, quod pepanſim patitur. Nullum autem humidũ ipſum ſecundum ſeipſum pepanſim patitur

G *MAturatio autem eſt quædam concoctio. Nam alimenti, quod in fructibus ineſt, concoctio, maturatio dicitur. Quoniam autem concoctio, perfectio quædam eſt, tum maturatio perfecta eſt, cum ſemina, quæ in fructu ſunt, aliud tale perficere potuerint, qualis ipſe eſt. Nam & in alijs perfectum ſic dicimus. Maturatio igitur fructus eſt. Ex his autem, quæ concocta ſunt, multa alia, idea quidem eadem, ſed translatione dicuntur matura, propterea quod nomine (vt antea dictum eſt) cuiq; perfectioni in his,* H *quæ naturali calore & frigore terminantur, non ſunt poſita. Tuberculorum autem & pituita, & huius generis rerum maturatio, eius, qui ineſt, humoris concoctio eſt, quæ à naturali efficitur calore. Nam quod non vincit, terminare non poteſt. Itaq; ex flatuoſis aquea, ex talibus autem terrea concreſcunt, & ex tenuibus ſemper craſſiora fiunt, quæcunque matureſcunt. Atq; alia quidem per hoc in ſe adducit natura, alia expellit. Maturatio igitur quid ſit, dictum eſt.*

I

*Cruditas autem eſt, quod contrarium eſt, maturationis autem contra-* K *rium, alimenti, quod in fructu ineſt, cruditas eſt. Hoc vero eſt indefinitus humor. Quamobrem ſpiritoſa, aut aquea, aut ex vtroque eſt cruditas. Cum autem maturatio perfectio ſit quædam, cruditas erit imperfectio. Fit vero imperfectio propter naturalis caloris defectum, atque ad humorem maturandum proportionis vacuitatẽ. Nullus autem humor per ſe, abſque re ſicca matureſcit. Aqua.n. ſola in rebus humidis non craſſeſcit. Porro*

## LECTIO IIII.

a AGit de ſpeciebus digeſtionis, & indigeſtionis ſibi oppoſitæ. Et primo agit de Pepanſi, quæ ſola eſt naturalis ſpecies digeſtionis, aliæ vero ſunt magis artificiales: ſecundo agit de aliis ſpeciebus, ibi. [Epteſis autem.] Circa primum duo facit: primo determinat de pepanſi: ſecundo de Omethe ei oppoſita, ibi. [Omethes autem.] Dicit ergo primo, quod pepanſis eſt digeſtio quædam in pericarpiis, id eſt, in illo tegmine, ſiue cooperimento, quod cooperit ſemen, vel fructum, ſiue ſit pellis in animalibus, ſiue cortex in fructibus. Et quia digeſtio, vt dictum eſt, eſt perfectio, ideo & pepanſis, quæ eſt eius ſpecies, eſt perfectio quædam. Tunc enim res dicuntur pepanſim paſſa, quando ſemen in pericarpio poteſt efficere, & generare tale, quale eſt id, à quo procedit. In aliis enim perfectum etiam dicimus, quod poteſt generare tale, quale eſt ipſum, vt declaratum eſt in ſecundo de anima. Eſt autem pepanſis ab eodem agente, ſcilicet à naturali calido principaliter, & in eadem materia, ſcilicet in humido naturali, ſicut ſuperius dictum eſt de digeſtione in vniuerſali. Alio autem modo dicitur Pepanſis metaphorice: quia non eodem modo vniuoce, neque etiam pure æquiuoce, ſed analogice prædicatur pepanſis de ſuis ſubiectis, ſicut ridere

πέπανσις περικάρπια.

ὠμὸς ὠμότης.

F de animali & prato viridi. Eſt autem pepanſis metaphorice non ſolum in nutrimento viuentium, ſed etiam circa alia, vt circa naſcentias, id eſt, apoſtemata & flegmatica, vt ſunt catarri, & circa vrinas & ſeceſſiones. Et vniuerſaliter dicitur digeſtio pepanſis metaphorice, omnis maturatio, & terminatio huiuſmodi à naturali calido. Quod fit, ſicut dictum eſt, quando calidum obtinet ſuper humidum. Impoſſibile enim eſſet, quod terminaret, niſi obtineret victoriam ſupra ipſum. Fit autem hoc modo. Nam primo calor digerẽs agit in humidum aereum, quod eſt ſpumoſum, faciendo euaporare ſubtiliores partes, & ingroſſando reliquas, ac conuertendo in humorem aquoſum. Deinde ſubtiliando humorem aquoſum facit ipſum euaporare. Reliquum ingroſſat, terminat, & digerit, & ipſum coniungit cum ſicco, & tunc conuertitur in ſemen. Iſte autem ordo apparet in animalibus & plantis. Nam in prima digeſtione ſeparantur feces. Quando autem humidum cibi eſt reductum ad humorem aquoſum, tunc in ſecunda digeſtione ſeparatur vrina. In tertia vero, & quarta fit maturatio cibi, & conuerſio in ſemen: hoc etiam apparet in omnibus pomis, & clare in amygdala, in qua prius à calido ſeparatur humidum aereum, & conuertitur flos in corticem viridem & aquoſum: poſtea ſeparatur humidum aquoſum, & conuertitur in corticem oſſeum: & tertio ſemen intra formatur. Et ex hoc, quaſi in omnibus ſeminibus inuenimus corticem extrinſecá magis aeream, ſecundam magis aqueam, & intra ſemen bene maturatum & digeſtum. Deinde cum dicit.

b ¶ Determinat de omethe oppoſita pepãſi, & dicit, quod eſt indigeſtio in pericarpio, ſicut pepanſis eſt digeſtio in eo, vt quando ſemina non poſſunt efficere tale, quale ipſa ſunt, & habet fieri circa humidum interminatum, quia illa, quæ patiuntur omethen ſunt ſpumoſa, ſunt aquoſa, ſiue miſta ex his. Sicut autem pepanſis eſt perfectio, ſic & omethes eſt imperfectio, quæ accidit propter indigentiam calidi, & abundantiam frigidi.

Cum

Cum enim calidum non eſt commenſuratum & proportionatum humido, tunc ſequitur omethes, quia nunquam fit pepanſis in humido ſolo, ſine ſiccitate, quæ fit à calido proportionato, & ex hoc ſola aqua inter omnia humida non ingroſſatur, quia caret ſiccitate: fit autem omethes propter duas cauſas, aut ſcilicet propter defectum caliditatis, ſicut dictum eſt, aut propter exceſſum humidi digerendi. Tunc enim calor proprius non poteſt obtinere humidum, & ſequitur indigeſtio. Signum autem huius eſt, quod omnes fructus, & poma parua in ſuo genere, & humida ſunt indigeſta, & non bene matura. Calida vero & groſſa ſunt bene digeſta, & talia ſunt apta ad eſum humanum, & vniuerſaliter quæcunque patiuntur omethem, ſunt magis frigida & ſubtilia, & humida. Sicut autem pepanſis non dicitur vno modo, ſed multis, & dicitur quandoque metaphorice, ſic & omethes dicitur quandoque metaphorice, & eſt indigeſtio, quæ apparet in catarris ſenum, infirmorum & mulierum, & in puſtulis, & huiuſmodi. Adhuc etiam dicitur omethes magis metaphorice in lateribus, & lacte. Quando enim calidum non obtinet ſuper humidum, in talibus tunc dicuntur indigeſta, ſicut ſenſus manifeſtat. Digeſtio igitur fit à calido naturali primo, & per ſe, à frigido autem per accidens, frigidum enim extrinſece circumſtans calidum cõcludit ipſum interius, & non permittit ipſum euaporare: & ſic retinendo calidum naturale interius, cauſat digeſtionem. In cuius ſignum ventres animalium ſunt calidiores, & magis digerunt in hyeme, quam in æſtate. Indigeſtio autem fit à frigido per ſe, à calido autem per accidens, ſicut ſupra dictum eſt.

***

ſine ſicco. A Aqua enim non ingroſſatur ſola humidorum. Accidit autem, aut eo quod calidum ſit paucum, aut quia quod terminatur, multum. Propter quod & ſubtiles humores eorum, quæ oma ſunt, & frigidi magis quam calidi, & ineſibiles & impotabiles. Dicitur autem omothes, ſicut & pepanſis multis modis, vnde & vrinæ, & ſeceſſiones, & catarri omi dicuntur propter eandem cauſam: eo enim, quod non ſunt obtenta à caliditate, neque conſtant, oma B omnia appellantur. Longe autem procedentibus, & later omus, & lac omum: & alia multa dicuntur, ſi poſſibilia permutari & conſtari à caliditate non paſſa ſint; propter quod & aqua pepſim paſſa dicitur, oma autem non dicitur, quia non ingroſſatur. Pepanſis quidem igitur & omothes dictum eſt, quid eſt, & propter quid vtrumque ipſorum eſt.

*id accidit, aut quod calor exiguus ſit, aut quod humor, qui definitur, multus. Quam etiam ob cauſam rerum crudarum ſucci ſunt tenues, & magis frigidi quam calidi, ad eſum prætereà & potum minime idonei. Dicitur autem cruditas multis modis, perinde atque maturitas; vnde & ſedimenta & fluxiones ob eandem cauſam crudæ dicuntur. Nam quod à calore non euincantur, neque concreſcant, cruda omnia nuncupantur. Longius autem progredientibus & fictile, & lac, aliaq; multa dicuntur cruda, ſi cum calore mutari poſſint, atq; concreſcere, impatibilia maneant. Ideo aqua elixa dicitur, nõ cruda, quia non craſſeſcit. Quid itaque maturatio ſit, & cruditas, & propter quid vtrumq; eſt, dictum eſt.*

C

## LECTIO V.

a PEpſis autem eſt ſecundum totum quidem, digeſtio à caliditate humida inexiſtentis interminati in humido, dicitur autem nomen proprie ſolum in elixatis. Hoc autem vtique erit, ſicut dictum eſt, ſpumoſum aut aquoſum. Digeſtio autem fit ab eo, qui in humido igne. Quæ autem in frixuris aſſantur, ab extrinſeco calido patiuntur. In quo autem eſt humidum, facit illud magis ſiccum in ipſum aſſumens. Quod autem elixatur, contrarium facit: ſegregatur enim ex hoc ipſo humidum à caliditate, quæ in extrinſeco humido. Propter quod ſicciora, quæ pepſim paſſa ſunt, quam aſſa: non enim attrahunt in ſe ipſa humidum, quæ pepſim patiuntur; præualet etiam, quæ de foris caliditas, ei quæ intus. Si autem vinceret quæ intus; traheret vtique in ſeipſam. Eſt autem non omne corpus pepſim paſſibile, neque enim in quo nullum eſt humidum; velut in lapidibus: neque in quibus ineſt quidem, ſed impoſſibile obtineri propter ſpiſſitudinem, velut in lignis. Sed quæcunq; corporum habent humiditatem paſſibilem ab ea, quæ in humido ignitione. Dicitur autem & aurum pepſim pati, & lignum, & alia multa, ſecundum ſpeciem quidem non eandem, metaphorice autem

Tractatus primi, libri quarti: in quo ſpecialiter determinatur de pepſi, & de molinſi ſibi oppoſita. Cap. V.

*ELixatio autem, vniuerſim quidem eius indefiniti, quod in humido ineſt, ab humido calore concoctio eſt.* D *Nomen vero in his duntaxat, quæ elixantur, proprie dicitur. Hoc autem ſpiritoſum erit vel aqueũ, verum ab igne, qui eſt in humido, cõcoctio efficitur. Nam quod eſt in ſartagine, aſſatur; ab externo enim patitur calore. Id autem humidum, in quo eſt, ſiccum potius reddit, ad ſe attrahendo. Quod vero elixatur, contrariũ facit. Nam à calore, qui in externo ineſt humido, humor ex eo ſecernitur. Quamobrem elixa omnia aſſis ſunt ſicciora. Quæ enim elixantur, in ſe humorem non attrahunt, propterea quod interiorem calor exterior euin-* E *cat. Quod ſi interior ſuperaret, nimirum ad ſe attraheret. Non eſt autem corpus omne elixabile. Nam neque id, in quo humoris eſt nihil, vt in lapidibus, nec in quibus quidem ineſt, ſed euinci ob denſitatem non poteſt, veluti in lignis. Sed quæcunque corpora humorem habent, ab igneo calore, qui eſt in humido, patibilem. Dicitur autem & aurum elixari, & lignum, & alia multa, non eadem quidem ſpecie, ſed translatione. Nam differentijs nomina paria non ſunt poſita. Atqui & humida dicimus elixa-*

*Tho. in Meteo.*

## LECTIO V.

a DEterminat de alia ſpecie digeſtionis, quæ dicitur Eptesis, & fit tam ab arte, quam à natura, πέψις & dicit, quod Eptesis ſecundum totum, id eſt, vniformiter facta in omnibus partibus, ad differentiam aliarum digeſtionum, quæ non fiunt æqualiter omnibus partibus, vel ſecundum totum, id eſt, in vniuerſali, eſt digeſtio humidi interminati & ſubtilis, facta à caliditate extrinſeca exiſtente in humido exteriori. Propter quod nomen & ratio Epteſis conuenit ſolis elixatis. Patet autem ex iſta diffinitione, quod ſuperior ſpecies digeſtionis eſt magis naturalis, ſicut diximus, quam ſequentes, quia ille motus dicitur naturalis, qui eſt à principio intrinſeco, ſicut patet in ſecundo Phyſicorum: Pepanſis autem eſt à caliditate intrinſeca, reliquæ autem ab extrinſeca, humidum vero interminatum circa quod fit, Epteſis eſt magis aqueum, vel ſpumoſum, quod digeritur per caliditatem humidi extrinſeci, ſicut patet, quando carnes decoquuntur elixæ. Digeſtio autem epteſis fit ab humido extrinſeco; ea enim, quæ elixantur, patiuntur à tali humido; ſicut èconuerſo ea, quæ aſſantur in frixuris, agunt in ipſum humidum vnctuoſum; ipſum in ſe abſorbendo, patiuntur autem à ſicco calido ignis. Et in ſignum huius frixa ſunt magis ſicca exterius & humida interius. Elixa vero è contrario ſunt humida exterius, quia humefiunt ab humiditate circumſtante, & magis ſicca interius, quia per actionem humidi extrinſeci, ſiue caliditatis eius perdunt humidum proprium, & non recipiunt alienum, frixa vero retinent proprium, & ſuſcipiunt alienum. Omnia igitur corpora, quæ habent

bent multum humidum, & bene paſſibile à calido, quod eſt in humido extrinſeco, ſunt elixabilia, vt carnes, piſces, olus, & huiuſmodi: quæcunque vero non habent multum humidum, vt lapides, aut ſi habent, illud non eſt bene paſſibile, & educibile à caliditate extrinſeca, ſicut ligna, non ſunt elixabilia. Quamuis metaphorice multa alia dicantur pati epteſim, & elixari, ſicut aurum & ligna, & multa alia, quæ licet proprie non elixentur, tamen vocantur elixa propter quandam ſimilitudinem, eo quod non ſunt adhuc impoſita nomina omnibus differentiis rerum. Dicitur autem elixari aurum vel lignum in quantum, virtute ignis humidum extrinſecum exhalat, & ſeparatur ab eis. Eodem modo elixantur humida, ſcilicet muſtum & lac, in quantum virtute ignis à muſto ſeparatur humidum aereum, & à lacte ſeparatur ſerum. Dicit autem, quod finis non eſt idem in omnibus elixatis, ſicut erat ſuperius in alia digeſtione, quia alia elixantur ad eſum, alia ad ſorbitionem, &c. Notandum eſt autem diligenter, quod in fine textus, vltimo concludit, quod iſta digeſtio fit tam à natura, quam ab arte propter eandem cauſam. Nam ſicut per artem carnes elixantur ab humido circumſtante, ita natura humidum nutrimentale in pueris digerit per humidum & calidum circumfuſis. Ad ſenſum enim manifeſtum eſt, quod in pueris & mulieribus eſt maior humiditas, quæ quaſi elixat humidum cibi.

Et hoc etiam accidit in flegmaticis. Deinde cum dicit.

b ¶ Determinat de ſpecie indigeſtionis oppoſita epteſi, quæ dicitur Molinſis, & dicit, quod molinſis eſt indigeſtio humidi interminati, quod dictum eſt, eſſe elixabile, cauſata propter defectum caliditatis exiſtentis in humi-

non enim iacet nomen differentiis. Et humida autem pepſim pati dicimus, velut lac & muſtum, cum quidem humido humor in ſpeciem aliquam permutatur ab eo, qui in circuitu, & de foris igne calefaciente. Quare modo quodam ſimile dictæ pepſi facit. Finis autem non idem omnibus, neque elixatis, neque digeſtis, ſed his quidem ad eſum, his autem ad aliam opportunitatẽ, quoniam & pharmaca elixari dicimus. Quare quæcunque groſſiora poſſunt fieri aut minora, aut grauiora, aut hæc ipſorum talia, hæc autem contraria propter id, quod diſgregata, hæc quidem ingroſſari, hæc autem ſubtiliari: ſicut lac in ſerum, & coagulum, omnia elixabilia ſunt. Oleum autem non elixabitur ipſum ſecũdum ſeipſum, quia horum nullum patitur. Secundum pepſim quidem igitur dicta digeſtio hæc eſt, & nihil differt in organis naturalibus & artificialibus, ſiquidem fiat, propter eandem igitur cauſam omnia erunt.

b Molinſis autem indigeſtio quidem eſt, contraria autem pepſi. Erit autem vtique contraria prima dicta indigeſtio eius, quod in corpore interminat, propter defectum caliditatis, quæ in humido, quod in circuitu. Defectus autem cum frigiditate quod eſt, dictum eſt. Fit autem propter motum alium, expellitur enim digerens. Et defectus autem, aut fit propter multitudinem frigiditatis in humido, aut propter multitudinem, quę in pepſim patiente. Tunc enim accidit eam, quæ in humido, caliditatem, ampliorem quidem eſſe, quã vt non moueat, minorem autem, quam vt regulet & condigerat. Propter quod duriora quidem, quæ molinſim patiuntur, fiunt, quam pepſim paſſa, humida autem determinata magis. Pepſis quidem igitur & molinſis dictum eſt, & quid eſt, & propter quid eſt.

## LECTIO VI.

a OPteſis autem eſt digeſtio à caliditate ſicca & aliena. Propter quod & ſi quis pepſim exercens facit permutari, & digerit, non ab humidi caliditate, ſed ab ea, quæ ignis, cum conſummatum fuerit, aſſatum fit, & non elixa-

F *ri, vt lac & muſtum, cum ab igne in orbem, atq; extrinſecus calefaciente is, qui in humido ſapor ineſt, in ſpeciem aliquam mutetur. Ita ei, quæ dicta eſt, elixationi ſimile quodammodo efficit. Sed nec elixis, nec concoctis omnibus idem eſt finis, verum alijs eſt eſus, alijs ſorbitio, alijs alius vſus, cum etiam medicamenta dicamus elixari. Itaque elixari omnia apta ſunt, quæcunq; craſſiora aut minora, & grauiora poſſunt euadere, aut quorum quædam eiuſmodi, quædam contraria, quod quæ ſecernuntur, alia craſſeſcãt,*
G *alia tenuentur, vt lac in ſerum & caſeum. Oleum autem, quod nihil horum patiatur, ipſum per ſe non elixatur. Quæ igitur per elixationem concoctio dicitur, hoc eſt; ac nihil refert, vtrum in arte factis inſtrumentis, an in naturalibus efficiatur, ab eadem enim cauſa omnia erunt.*

H

*Μόλυνσις autem, id eſt, imperfecta elixatio, inconcoctio quidem eſt, ſed elixationi contraria. Eſt autem cõtraria, quæ primum dicta eſt, indefiniti, quod ineſt in corpore inconcoctio, ob caloris, qui in humore eſt circumſtante, defectionem. At vero defectionem cum frigore eſſe, dictum eſt. Fit autem ob motionem aliam. Nam qui concoquit, repellitur. Ac defectio eſt, aut ob frigoris, quod eſt in humido, copiam, aut ob multitudinem, quæ in*
I *re elixanda. Nam tum accidit, vt calor, qui eſt in humido, amplior fit, quã aut moueat, paucior autem, quam vt æquabilitatem præſtet, & concoquat. Quamobrem elixis fiunt duriora, humida autem magis diſtincta. Quid igitur, & qua de cauſa elixatio eſt, atq; item imperfecta elixatio, dictum eſt.*

K

Tractatus primi, libri quarti, in quo ſpecialiter determinatur de opteſi, & ſcateuſi ei contraria.
Cap. VI.

*ASſatio autem concoctio eſt, quæ ſicco & alieno calore efficitur, ob eamque cauſam, ſi quis elixans faciat, vt non ab humoris, ſed ignis calore mutetur, & concoquatur, id cum perfectum eſt, aſſum exiſtit, non elixum, & ex vinimia aduſtum ap-*

do circumſtante. Talis autem defectus caliditatis eſt frigiditas, ſicut ſupra dictum eſt. Et iſta indigeſtio accidit propter duas cauſas, ſcilicet aut propter paruitatem caloris in humido circumſtante, aut propter multitudinem humidi digerendi, quod à paruo calore non poteſt obtineri. Et propter hoc duriora ſunt, quæ patiuntur Molinſim, quam quæ patiuntur Epteſim, quia paruus calor diſſoluit humidum, ſed non educit: & ideo iterum magis congelatur, & quaſi conglutinatur, & duriores res facit.

## LECTIO VI.

a DEterminat de opteſi, quę eſt alia ſpecies digeſtionis, & diffinit eam, & dicit, opteſis eſt digeſtio à caliditate ſicca ad differentiam epteſis, quæ eſt digeſtio à caliditate humida & aliena, quod dicit ad differentiam pepanſis, quæ non eſt à caliditate aliena, id eſt, extranea, ſed eſt ab intrinſeca.

Vel quia omnis digeſtio eſt à caliditate aliena ei, quod digeritur, non ei, quod digerit: & ex hoc ſi quis digerat carnes, vel aliud per opteſim, cum conſummata fuerit digeſtio, illud tale erit aſſum, & non elixum. Et ſi talis caliditas ſicca fuerit exceſſiua, dicetur aduſtũ. Quod autem fiat à ſicca caliditate, probat, quia iſta digeſtio, quæ dicitur aſſatio, quæ citius conſummatur, quã elixatio, deſiccat partes extrinſecas, remanentibus humidis partibus interioribus: Cuius ratio eſt, quia caliditas ſicca ſine humiditate deſiccando primo partes exteriores conſtringit poros rei digerendæ, & propter hoc humiditas reſoluta interius nõ poteſt exire, & ideo non paruam ſubtilitatem dicit eſſe bene aſſare, ita quod exteriora, & interiora regulariter & pariformiter

ſint

ſint decocta ab igne. Dicit autem, quod opteſis & epteſis fiunt, non ſolum ab arte, ſed à natura, ſicut ſuperius diximus. Et hoc probat, primo, quia ars in ſuis effectibus imitatur naturam; ſicut ergo ars operatur in aſſando, ita prius didicit à natura; ſecundo, quia ſicut in corpore humano fit digeſtio ſimilis Epteſi, vt apparet in pueris, ita etiam fit in eo digeſtio opteſis: ſicut eſt in iuuenibus, in quibus propter fortitudinem caloris, nutrimentum magis aſſatur, quam elixetur, cuius ſignum eſt, quod ſuperfluitates eorum ſunt ſiccæ adustæ. Deducit autem corollarie ex dictis; quod animalia, id eſt, vermes non generantur in ſuperiori ventre, ſcilicet ſtomachi, ſed in inferiori. Et ratio eſt, quia talia animalia non generantur, niſi in loco putrefactionis ſuperfluitatum cibi, cum ſint animalia genita per putrefactionem. Superfluitates autem non putreſiunt in ſuperiori ventre, ſed in inferiori, cuius ratio, vt ipſe dicit, dicta eſt alibi. Colligi tamen poteſt ex ſuperioribus: putrefactio enim fit propter defectum caliditatis digerentis, & ex hoc debet fieri in illo loco, in quo eſt talis defectus caliditatis: in ſuperiori autem ventre non eſt defectus caliditatis, cum ſit propinquus cordi, in quo eſt ſedes caliditatis naturalis: ſed talis defectus eſt in ventre inferiori, qui magis diſtat à proprio loco, caliditatis naturalis. Sciendum tamen eſt, quod id, quod hic dicitur, intelligi debet, vt in pluribus, quia quandoq; propter debilitatem digeſtiuæ, ſcilicet calidi naturalis ex infirmitate prouenientem, cibus non digeritur, ſed putreſcit in ſtomacho, quod patet ex fœtore prouenienté ex ſtomacho per eructationem, ſiue alia via, & ideo ibi etiam quandoque generantur vermes, qui aliquando eiiciuntur per os. Deinde cum dicit.

tum, & exceſſu aduſtum eſſe dicitur. à ſicca autem caliditate fit, cum ſiccius fiat conſummatum. Propter quod & exteriora ſicciora interioribus; elixata autem contrarium, & opus eſt manu artificum maius aſſare, quam elixare. Difficile enim exteriora & interiora regulariter calefacere. Semper enim propinquiora igni exſiccantur citius, quare & magis. Concluſis igitur exterioribus poris, non poteſt ſegregari intus exiſtens humidum, ſed includitur, cum pori recluſi fuerint. Opteſis quidem igitur & pepſis fiunt quidem arte, ſunt autem, ſicut dicimus, ſpecies vniuerſaliter eædem & natura. Similes enim quæ fiunt paſſionem, ſed innominatæ. Imitatur enim ars naturam, quoniam & alimenti in corpore digeſtio ſimilis pepſi eſt, etenim in humido & calido à caliditate corporis fit, ſcilicet digeſtio, & indigeſtio ſimilis molinſi. Et animal non fit in ipſa digeſtione, ſicut quidam aiunt, ſed in ſegregatione putrefacta in inferiori ventre, deinde aſcendit ſurſum, digeſtum eſt enim in ſuperiori ventre, putreſcit autem vter inferiori ſegregatum, propter quam autem cauſam dictum eſt in aliis.

b Molinſis quidem igitur pepſi contrarium. ei autem, quæ vt opteſi dictæ digeſtioni, eſt quidem aliquid oppoſitum ſimiliter, minus autem nominatum. Erit autem vtique ſi fiat ſcateuſis, ſed non opteſis, propter defectum caliditatis, quæ accidit vtique, aut propter paucitatem exterioris ignis, aut propter multitudinem aquæ in eo, quod opteſim patitur, tunc enim plus quidem eſt, quam vt non moueat, minor autem quam vt digerat. Quid quidem igitur eſt digeſtio, & indigeſtio, & pepſis, & omothes, & epſeſis, & opteſis, & contraria his dictum eſt.

## LECTIO VII.

a PAſſiuorum autem humidi & ſicci dicendum ſpecies. Sunt autem principia quidem corporum paſſiua, humidum & ſiccum. Alia autem mixta quidem ex his, cuiuſque autem magis, huius magis ſecundum naturam ſunt, puta hoc quidem ſicci magis, hoc autem humidi. Omnia quidem hæc,

A *pellatur. A calore autem ſicco fit, cum perfectum ſiccius redditur. Horum itaque exteriores partes interioribus ſunt ſicciores. Elixarum autem contrario modo. Ac in his, quæ manu fiunt, operoſum, magis eſt aſſare, quã elixare. Nam interiora & exteriora æquabiliter calefacere difficile eſt. Quæ enim igni propiora ſunt, celerius perpetuo exſiccantur: quare & magis. Coeuntibus itaq; exterioribus meatibus, is, qui ineſt humor, excerni non poteſt, ſed cum meatus conniuerint, intercluditur. Aſſatio igitur, & elixa-*
B *tio arte quidem fiunt, ſed ſpecies iſtæ, vti diximus, vniuerſales ſunt, & à natura ſimiles quædam affectiones exiſtunt, quanquam nomina nõ habent. Ars enim naturam imitatur. Nam & alimenti, quæ in corpore fit, concoctio, elixationi ſimilis eſt. Etenim in humido & calido à calore corporis præſtatur. Atq; etiam inconcoctiones nonnullæ paruæ elixationi ſimiles ſunt. Nec animal in cõcoctione ingignitur, vt quidam aiunt, ſed in ſecretione, quæ in ventre inferiori putreſcit, na-*
C *tum ſurſum conſcendit. In ſupero enim ventre concoctio efficitur: ſed quod in infero ſecernitur, putreſcit. Quæ autem de cauſa, alio loco dictum eſt.*

Μόλυνσις *igitur elixationi contraria eſt, ei autem concoctioni, quæ vt aſſatio dicitur, aliquid eſt quidem ſimiliter contrarium, ſed nomine magis vacat. Erit autem ſimile, ſi* σκάτευσις, *id*
D *eſt, praua aſſatio fuerit ob defectum caloris, qui aut ignis exterioris penuria euenit, aut ob aquæ copiam, quæ in eo ineſt, quod aſſatur. Tum enim amplior eſt quidem, quam vt non moueat, ſed minor quam vt valeat, concoquere. Concoctio itaq; & inconcoctio, maturatio & cruditas, elixatio & aſſatio, hiſque contraria, quid ſint, dictum eſt.*

E

Tractatus ſecundi, libri quarti, de quibuſdam generalibus valentibus ad ſequentia: & de duro & molli. Cap. I.

*EOrum autem, quæ patiendi vim habent, nempe humidi & ſicci, ſpecies dicamus. Sunt vero corporum ea principia, quæ patiendi vim habent, humidum & ſiccum. Cætera autem ex his quidem mixta ſunt.*

*Sed ex vtro magis illius magis referunt naturam, vt alia magis ſicci, alia humidi. Omnia autem hæc par-*

b Determinat finaliter de indigeſtione oppoſita opteſi, quæ dicitur ſcateuſis, & dicit, quod iſta indigeſtio licet ſit parum nota, tamen eam diffiniendo dicimus, quod eſt indigeſtio facta propter defectum caliditatis ſiccæ. Et fit propter duas cauſas, ſicut ſupra in aliis declarauimus, ſcilicet aut propter paruitatem ſicci caloris, aut propter multitudinem humidi digerendi. Deinde epilogat, & eſt clarum in litera.

## LECTIO VII.

a DEterminat de paſſionibus qualitatum paſſiuarum, & circa hoc duo facit.

Primo determinat de eis ſecundum ſe: ſecundo determinat de eis per comparationem ad corpora, ibi, [ His autem paſſionibus.] Et circa primum iterum duo facit: Primo determinat de eis in generali: ſecundo determinat de ſingulis ſecundum ſpeciem, ibi. [ Corporalium aũtem paſſionum.] Dicit ergo primo, quod dicendum eſt de paſſionibus primarum qualitatum paſſiuarum, & de ſpeciebus earum.

Hæ autem qualitates ſunt, humidum & ſiccum, quorum paſſiones ſunt primo determinandæ, quia humidum & ſiccum ſunt prima principia paſſiua omnium corporum miſtorum, quod intelligendum eſt, in quantum ſunt paſſiua. Calidum enim & frigidum, humidum & ſiccum ſunt prima principia corporum, in quantum ſunt actiua vel paſſiua; ſed in quantum ſunt ſubſtantiæ, materia prima eſt primum principium paſſiuum corporum, forma ſubſtantialis eſt primum principium actiuum.

Omnia autem corpora aut ſunt primo humida, ſicut eſt aqua, aut primo ſicca, ſicut terra, aut ſunt miſta ex his: ſed eorum, quæ ſunt miſta

hæc quidem actu erunt, hæc autem in oppoſito: habet autem ſicut liquatio ad liquabile. Quoniam autem humidum & bene terminabile, ſiccum autem difficile terminabile, ſimile aliquid pulmento & condimentis, quæ ad inuicem patiuntur: humidum enim ſicco cauſa terminari, & vtrumque vtrique velut colla fit. Sicut & Emped. fecit in phyſicis farinam aquæ conglutinans, & propter hoc ex ambobus eſt terminatum corpus. Dicuntur autem elementorũ propriiſſime ſicci quidem terra, humidi autem aqua. Propter hoc autem omnia terminata corpora hic non ſine terra & aqua, cuiuſcunque autem plus ſecundum potentiam huius vnumquodque videtur. Et in terra, & in aqua animalia ſolum ſunt. In aere autem & in igne non ſunt, quia corporum materia hæc.

*tim actu erunt, partim in eo, quod ex aduerſo poſitum eſt. Hæc vero liquationis ad id, quod poteſt liquari, ratio eſt. Quoniam autem humidum facile, ſiccum difficile terminatur, non aliter inter ſe afficiuntur, atq; obſonium & condimenta. Humidum enim ſicco, vt terminetur, cauſa eſt, & alte-*
G *rum alteri veluti gluten exiſtit; quemadmodum & Empedocles in phyſicis fecit, farina aquæ agglutinata. Atque hanc ob cauſam terminatum corpus ex vtroq; concretum eſt. In elementis autem ſiccum maxime proprie terræ eſt, humidum aquæ; ideo terminata omnia, quæ hic ſunt corpora, abſq; terra & aqua, non conſtant. Vtrius autem maiorem virtutis copiam habuerint, ad id vnumquodq; videtur pertinere, in terraq; & aqua animalia degunt, propterea quod hæc materia ſint corporum. In aere autem & igne*
H *non degunt.*

b Corporalium autem paſſionum, has primas neceſſe exiſtere terminato, duritiem aut mollitiem; neceſſe enim, quod ex humido & ſicco, aut durum eſſe, aut molle. Eſt autem durum quidem, quod non cedit in ſeipſum ſecundum ſuperficiem, molle autem, quod cedit, non ècontra circumſtando: aqua enim non mollis; non enim cedit impreſſioni factæ in profundum, ſed contra circumſtat. Simpliciter quidem igitur durum aut molle, quod ſimpliciter tale, ad alterum autem, quod ad illud tale. Ad inuicem quidem igitur indeterminata ſunt per magis & minus. Quoniam autem ad ſenſum omnia iudicamus ſenſibilia, palam, quod & durum & molle ſimpliciter ad tactum determinauimus, tanquã medietate vtens tactu. Propter quod excedens quidem ipſum durum, deficiens autem molle eſſe dicimus.

*Affectionum autem corporearum, duricies & mollicies in corpore terminato primæ inſint neceſſe eſt. Quod enim ex ſicco eſt, & humido, id aut durum, aut molle ſit neceſſe eſt: Durum autem id eſt, quod per ſuperficiem in ſe non cedit; molle eſt, quod cedit, nec compreſſione vndiq; circumfunditur.*
I *Aqua enim mollis non eſt. Nam ſuperficies, cum premitur, in profundum non cedit, ſed compreſſa vndiq; circumfunditur. Ac id quidem abſolute durum eſt, aut molle, quod abſolute tale eſt, ad aliud autem, quod ad illud tale. Ac ea quidem, quæ ad alia ſunt, indefinita ſunt, propterea quod magis aut minus. Cum autem ſenſu ſenſibilia omnia dijudicemus, perſpicuum eſt, id quoq;, quod abſolute durum eſt, & molle, tactu nos definiuiſſe, tactu vtentes, vt medio. Quare*
K *quod eum ſuperat, durum: quod cedit, molle eſſe dicimus.*

ex his duobus, ſicut medium ex extremis, ſicut ſunt compoſita ex elementis, quædam magis accedunt ad vnum extremum, quædam vero ad alium: & quæ magis accedunt ad ſiccum denominantur ſicca à prædominio, vt ligna & lapides, quæ autem magis accedunt ad humidum, dicuntur à prædominio humida. Talia autem dupliciter dicuntur, ſicut omnia alia entia exiſtentia in genere. Quædam enim ſunt talia actu: ſicut ea, quę ſunt liquida actu, dicuntur actu humida: quædam vero ſunt oppoſito modo, ſcilicet in potentia, vt id, quod non eſt actu liquidum, ſed eſt liquabile, ſicut ſunt metalla. Ratio autem, quare ex ambobus compoſita ſunt omnia elementa, eſt, quia vnum non poteſt bene conſiſtere ex terminari ſine alio, quia humidum eſt male terminabile proprio termino, & intrinſeco, ſed bene terminatur alieno, & extrinſeco termino, & ideo non poteſt terminari ſine ſicco. Quod eſt bene terminabile proprio termino, id eſt, intrinſeco, & male alieno: ſimiliter etiam ſiccum non terminatur ſine humido, ſed vnum eſt alteri velut colla, cuius ſimile accidit in pulmentis: ex farina enim ſicca & aqua humida fit, & conglutinatur panis. Et Empedocles etiam Phyſicus fecit collam tenacem ex farina & aqua, conglutinans vnum alteri per calorem, quod autem aqua ſit primo humida, & terra ſit primo ſicca, ipſe probat per duas rationes, quarum prima talis eſt. Illud enim dicitur primo tale, ratione cuius alia ſunt talia, ſicut ad longum declaratum eſt in primo poſteriorum: ſed omnia corpora terminata ſiue elementata ſunt humida vel ſicca, in quantum ſunt ex aqua, vel ex terra, quia nullum talium corporum eſt ſine aqua & terra. Ergo aqua & terra ſunt primo talia. Dicit autem omnia corporata terminata hic ſcilicet inferius apud nos ad differentiam corporum ſuperiorum, quæ ſunt compoſita ex materia & forma: non tamen ſunt terrea vel aquea: ſed ſunt terminata æquiuoce cum iſtis inferioribus, ſecunda vero ratio eſt, quia omnia naturaliter appetunt locum conſimilem & proportionatam ſuæ naturæ, & naturaliter quieſcunt in eo: quia locus naturaliter eſt conſeruatiuus locati, ſicut patet in 4. Phyſicor. Igitur omnia animalia manent in terra & aqua naturaliter, vt in ſimili ſuæ naturæ loco, & vt nutriri & conſeruari poſſint ab elemento, quod primo habet qualitatem paſſiuam, quæ prædominatur in eis, licet autem aliqua animalia dicantur nutriri in alio ele-
F mento, vt aues in aere, & ſalamandra in igne, tamen hæc omnia nutriuntur ex terra & aqua, vel ex his, quæ naſcuntur in eis, vt manifeſtum eſt in auibus. Salamandra autem per longũ tempus nutritur in igne, ex ſicco terreo aduſto & fumoſo propter cõuenientem ſimilitudinem ad complexionem ſuam, quæ maxime inuenitur in noſtro igne inferiori, quia non habemus hic ignem purum, ſed admiſtum terreo. Non autem nutriretur in igne puro. Deinde cum dicit.

b ¶ Determinat de ſpeciebus qualitatum paſſiuarum, prouenientibus ex humido & ſicco: quarum primæ ſunt durum & molle: & ideo primo determinat de duro & molli, & dicit, quod omnia corpora, quæ generantur ex humido & ſicco, ſunt aut dura aut mollia. Et ideo de eis primo dicendum eſt. Diffinit autem durum & molle, dicens, quod durum eſt illud, quod non cedit in ſeipſum tangenti ſecundum ſuperficiem, vt lapis & lignum: quod intelligendum eſt de tangente naturaliter, & ſine magna violentia, quia licet lignum cedat ſecuri, & ferrum malleo tangenti cum violentia, tamen dicitur durum, quia non cedit tangenti naturaliter. Molle autem eſt, quod èconuerſo cedit tangenti naturaliter, ſine magna violentia, & non circumſtat tactui, ſed cedit in profundũ ſui ipſius, ſicut cera: aqua autem non dicitur mollis, neq; aliud aliquid, quia non deprimitur in profundũ illa pars, quæ ſupponitur tactui, ſed quaſi diffugit ad latus, quod ipſe vocat circumſtare. Sed durũ & molle dupliciter dicuntur, ſcilicet abſolute & ſimpliciter, & per comparationem ad alterũ, ſicut lignum, quod reſpectu ceræ eſt durum, & per comparationẽ ad ferrum eſt molle. Quia autem in diffinitionibus prædictis cadit ſenſus tactus, ideo dicit, quod durum & molle diffiniuit per reſpectũ ad tactum, quia vniuerſaliter omne ſenſibile diffinitur per comparationem ad ſenſum, ſunt enim ſenſus & ſenſibile correlatiua. Cognoſcit autem ſenſus tactus qualitates miſtorum, ſecundum quod excedunt aut deficiunt à media qualitate organi tactus. Non enim poteſt eas cognoſcere, in quantum ſunt omnino ſimiles tactui, ſicut probant rationes Alexandri: ſed tamen illa qualitas, quæ non cognoſcitur ab vno tactu propter omnimodam ſimilitudinem, cognoſcitur ab alio propter diſſimilitudinem aliquam, quia non eſt omnino eadem qualitas media in organo tactus diuerſorum animalium. Et ſic vniuerſaliter omnis qualitas tangibilis cognoſcitur ab aliquo tactu.

## LECTIO VIII.

DEterminat de coagulatione & liquefactione, & aliis paſſionibus quibus differunt corpora ſecundum quod tangibilia ſunt, & circa hoc duo facit. Primo determinat de ſiccari & humectari, quia omnis coagulatio eſt quædam ſiccatio, liquefieri autem eſt humectari. Secundo determinat de ipſa coagulatione & liquefactione, & aliis ſpeciebus, ibi. [ Coagulantur autem quæcunque. ] Prima iterum in duas. Primo enim determinat de ſiccatione. Secundo, de humectatione: ibi. [ Humectari autem. ] Circa primum duo facit. Primo præmittit intentionem ſuam; Secundo exequitur propoſitum: ibi. [ Facit autem faciens. ] Dicit ergo primo, quod quia ſicut dictum eſt, omne corpus terminatum, eſt durum, aut molle, ſi ſit terminatum proprio termino, quod dicit propter liquida quæ non terminantur proprio termino, niſi ex magna violentia frigidi, terminatio autem non fit ſine coagulatione quadam, ideo omnia corpora compoſita, ſcilicet ex elementis, non ſunt ſine coagulatione: ideo prius de ea dicendum eſt. Sed tamen, quia ſicut dictum eſt, præter materiam ſunt duæ cauſæ entium, ſcilicet faciens, id eſt, qualitas actiua, & paſſio, id eſt, qualitas paſſiua, quæ eſt quaſi materia ex qua educitur forma, & ſpecies, licet non ſit proprie materia, ſed inſtrumentum materiæ, quo materia patitur, ſicut qualitates actiuæ ſunt inſtrumenta, quibus agens agit, & talia inſtrumenta materiæ ſunt duo, ſcilicet, humidum & ſiccum, ſicut & inſtrumenta agentis ſunt duo, ſcilicet, calidum & frigidum, ideo prius de humectari & ſiccari dicendum eſt quam de coagulatione. Primum enim quo materia patitur, eſt humidum & ſiccum: & prima corpora paſſibilia ſunt terra & aqua, quæ ſunt ſicca & humida. Et propter hoc, frigidum quod conuenit terræ & aquæ, eſt minus actiuum & magis paſſibile quam calidum, quod conuenit aeri & igni. Quomodo autem frigidum ſit actiuũ, oſtendit dicens, quod eſt actiuum dupliciter. Primo, quia corrumpere eſt quoddam agere; frigidum autem eſt corruptiuum, quia corrumpit calidum, quæ qualitas ſte generatiua: ſecundũ,

A dicitur agere per accidens, quia circunſtat calidum, & ex hoc calidum per antipariſtaſim, hoc eſt contra ſiſtentiam frigidi, fortificatur, & ſic frigidum fortificando calidum per accidens agit ad generationem. Sed conſiderandum eſt, quantum ad hoc, quod dicitur, quod frigiditas eſt per ſe corruptiua, & per accidens generatiua, quod generatio dupliciter dicitur, ſicut ſupradictum eſt: primo in quantum eſt mutatio a non eſſe ad eſſe abſolute; ſecundo dicitur generatio quando id quod producitur in eſſe, eſt nobilius, & è conuerſo quod corrumpitur ex ignobilibus. Corruptio vero dicitur, quando quod corrumpitur, eſt nobilius, licet etiam ibi generetur aliquid aliud abſolute; vt generatio dicitur quando ex terra vel aqua generatur aer vel ignis: Corruptio, quando è contrario ex igne vel aere generatur aqua, vel terra. Et hoc modo agitur de generatione, in primo de generatione. Loquendo igitur de generatione primo modo, frigiditas eſt per ſe generatiua, & non ſolum per accidens, quia corruptio vnius eſt generatio alterius, & quod per ſe corrumpit vnum, eadem actione generat per ſe reliquum. Natura enim non operaretur per ſe intendens ad ſolam corruptionem, quæ eſt quoddam malum, niſi eadem actione aliquid generaret. Sed de generatione ſecundo modo, verum eſt, quod frigidum per ſe eſt ſolummodo corruptiuum, quia frigiditas corrumpit ignem, & aerem quæ ſunt nobiliora, & generat terram, & aquam quæ ſunt ignobiliora. Deinde cum dicit.

## LECTIO VIII.

NEceſſe autem durum aut molle eſſe terminatum corpus proprio termino; aut enim cedere aut non. Adhuc coagulatum eſſe: hoc enim terminatur. Quare quoniam quidem terminatum & conſtans, aut molle, aut durum; hæc autem coagulatio ſunt omnia, vtique erunt corpora compoſita & terminata non ſine coagulatione. De coagulatione igitur dicendum. Sunt itaque cauſæ ſecus materiam duæ, faciens, & paſſio. Faciens quidem igitur, vt vnde motus. Paſſio autem: vt vnde ſpecies: quare & coagulationis & diffuſionis, & eius quod exſiccari & humectari. Facit autem faciens, duabus virtutibus: patitur paſſionibus duabus, ſicut dictum eſt, facit quidem calido & frigido. Paſſio autem, aut in præſentia, aut abſentia calidi, aut frigidi. Quoniam autem coagulari, aut exſiccari de his aliquo modo, de hoc dicamus primo. Patiens itaque aut humidum, aut ſiccum: aut ex his poſita, aut humidum corpus aqua, ſiccum autem terra: hæc autem humidorum & ſiccorum paſſiua. Propter quod & frigidum paſſiuorum magis: in his enim eſt. Etenim terra & aqua frigida ſupponuntur. Factiuum autem frigidum, vt corruptiuum, aut ſecundum accidens, ſicut dictum eſt prius: aliquando enim comburere dicitur, & calefacere frigidum, non vt calidum, ſed inſimul ducendo, aut in contra circumſtare calidum.

Tractatus ſecundi, libri quarti, de humectatione & exſiccatione.
Cap. II.

*NEceſſe igitur eſt, id quod termino ſuo determinatum corpus eſt, durum eſſe aut molle; aut enim cedere aut non. Præterea concretum eſſe: hoc ipſo enim terminatur. Quare cum omne terminatum, & conſiſtens, aut* B *molle ſit aut durum; hæc autem ſit cõcretione, compoſita omnia & terminata corpora ſine concretione non erunt. De concretione itaq; dicendum. Cauſæ autem duæ in materia verſantur, efficiens, & affectio; Efficiens quidem, vt ea vnde eſt motus: Affectio vero, vt forma. Erunt ergo, & concretionis & fuſionis, & exſiccationis & humectationis. Efficiens autem duabus facultatibus efficit, & quod patitur, duabus affectionibus, vt dictum eſt, patitur. Efficit quidem calore & frigore. Affectio vero, aut ca-* C *loris vel frigoris præſentia, aut abſentia. Sed quoniam concreſcere, quodammodo ſucceſcere eſt, de hoc primum dicamus. Itaq; quod patitur, aut ſiccum aut humidum eſt, aut ex his conſtat. Humidi autem corpus aquam ponamus, ſicci, terram. Hæc enim inter humida & ſicca, patiendi vim habent. Quocirca, frigus patibilium eſt magis, in his enim ineſt. Nam & terra, & aqua frigida eſſe poſita ſunt. Efficiens autem frigus eſt, vt interimendi vim habet, vel, vt ex acci-* D *denti, quemadmodum antea dictum eſt. Etenim frigus & comburere interdum dicitur, & calefacere, non vt calor, ſed quod calorem colligat, aut eum vndique coarctet.*

b Deſiccantur autem quæcunque ſunt aqua, & aquæ ſpecies, aut habent aquam, ſiue ſuperinductam, ſiue connaturalem. Dico autem ſuperinductam quidem, velut in lana. Connaturalem autem velut in lacte. Aquæ autem ſpecies quæ talia, vinum, vrina, ſerum, & totaliter quæcunque nullam, aut paruam habent hypoſtaſim, non propter viſcoſitatem. Quibuſdam enim cauſa non ſubſtandi aliquid viſco-

*Exſiccantur autem, quæcunq; ſunt aqua, aut aquæ ſpecies, aut aquam cõtinent, ſeu aduentitiam, ſeu natiuam. Aduẽtitiam dico, qualis in lana, nati-* E *uam, vt quæ in lacte. Aquæ autem ſpecies hæc ſunt, vinum, lotium, ſerum, & omnino quæ nullum, aut exiguum habent ſedimentum, non propter lentorem. Nam quibuſdam cauſa eſt lentor, cur nihil ſubſidat, vt oleo aut pici. Omnia autem vel cum caleſcunt, vel refrigeratione exſiccantur, quorum vtrumque calore ef-*

b ¶ Determinat de ſiccari exequendo intentionem propoſitam & dicit, quod omnia illa dicuntur de ſiccari quæ ſunt aqua aut aquæ ſpecies, ſicut vinum, ſerum, & huiuſmodi, aut quæ habent humiditatem connaturalem, vt lac, vel ſuperinductam, velut lana madefacta, & vniuerſaliter omnia humida, quæ non faciunt reſidentiam in fundo propter puritatem, & non propter viſcoſitatem, quod dicit, quia ſunt quædam quæ ſunt terrea, & groſſa, & tamen partes terræ non reſident in profundo propter viſcoſitatem continentem ſiccum terreſtre, ſicut oleum & pix. Omnia autem iſta aut deſiccantur à calido exteriori foras educente humidum, ſicut patet in carne elixata,

elixata, aut à calido interiori, & à frigore circumſtante, quod fortificat calidum inferius per antiperiſtaſim, ſicut apparet in indumentis deſiccatis in hyeme à vento frigido. Et ſic omnia deſiccantur aut à frigido per accidens, aut per ſe à calido, ſiue interiori, ſiue exteriori. Deinde cum dicit.

c ¶ Oſtendit quid ſit humectari, & dicit, quod humectari dicitur dupliciter. Vno quidem modo eſt fieri aquam, ſicut cum ex nube generatur aqua pluuiæ. Secundo modo humectari eſt liquefieri, ſicut cum glacies vel metalla liqueſcunt. Hoc autem prouenit non ab eadem cauſa, ſed à diuerſis: humectantur enim res primo modo à frigido condenſante vaporem in aquam, ſicut ſupra dictum eſt: humectare autem ſecundo modo fit à calido reſoluente.

ſitas, ſicut oleo aut pici. Deſiccantur autem omnia, aut calefactiua, aut frigefactiua, ambo autem calido aut ab interiori caliditate, aut ab exteriori. Etenim quæ infrigiditatione ſiccantur ſicut veſtimentum, ſi fuerit ſeparatum ipſum ſecundum ſeipſum humidum, ab interiori calido ſimul euaporare faciente humidum deſiccatur: ſi paucum fuerit humidum exeunte caliditate à circumſtante frigido. Deſiccantur quidem, ſicut dictum eſt, omnia, aut calefacta, aut frigefacta, & omnia calido, aut interiori, aut exteriori conducente humidum. Dico autem extra quidem, ſicut quæ elixantur. Intra autem quando ablato à caliditate quam habet conſumptum fuerit expirante. De ſiccari quidem igitur dictum eſt.

c Humectari quidem enim eſt vnum quidem aquam fieri conſtantem, vnum autem liquefieri coagulatam. Horum autem conſtat quidem in aquam frigefactus ſpiritus.

F *ficitur, aut interiore, aut exteriore. Nam quæ refrigeratione exſiccantur, vt veſtis, ſi ipſe per ſe humor ſeparatus fuerit, à calore interiore exſiccantur, qui à circumſtante frigore coarctatus exiens, humorem ſimul in vaporem elicit, cum fuerit exiguus. Siceſcunt igitur, vt dictum eſt, omnia, aut cum caleſcunt, aut refrigeratione, & calore omnia, aut interiore, aut exteriore, qui humorem in vaporem ſimul educit, ab interiore intelligo, vt elixa, ab interiore autem, cum hu-* G *more ſublato caloris, quem continet, expiratione conſumitur. Ac de exſiccatione dictum eſt.*

H *Humectatio autem vno quidem modo fit, cum quid in aquam cogitur, altero cum id, quod concretum eſt, liquatur. Horum autem ſpiritus quidem refrigeratus in aquam cogitur.*

LECTIO IX.

## LECTIO IX.

Tractatus ſecundi, libri quarti, de liquefactione, & coagulatione. Cap. III.

PRoſequitur de coagulabili, & liquefactibili, & dicit, quod omnia quæ coagulantur aut ſunt aqua, vt compoſita ex aqua, & terra; hæc autem omnia coagulantur aut à calido, aut à frigido, aut à ſicco. Et hoc ipſe probat, quia contrariorum effectuum per ſe ſunt contrariæ cauſæ: ſed coagulata diſſoluuntur aut à frigido, aut calido, vt patet: quæ ergo diſſoluuntur à frigido coagulantur à calido, & econuerſo, quia diſſolutio & coagulatio ſunt effectus per ſe contrarii; ſed videtur, quod quædam coaguletur ab humido, quia mel elixatum coagulatur in aqua. ergo videtur coagulari ab humido. Dicendum, quod ab humido vt ſic nihil coagulari poteſt effectiue: primo, quia humidum eſt materia coagulationis. Idem autem non poteſt eſſe eidem materia & efficiens: ſecundo, quia in motu coagulationis humidum eſt terminus à quo: humidum enim ſuperfluum expellitur, & reliquum terminatur cum ſicco, & ſic fit coagulatio: ſed mel elixatum coagulatur ab aqua calida, non in quantum eſt humida, ſed in quantum eſt frigida: non actu, ſed virtute. Vel poteſt etiam dici, quod mel coagulatur ab aqua calida, in quantum eſt calida, ſi mel præſupponatur eſſe terreum à prædominio. Quæcunque igitur ſunt aquea, non coagulantur ab igne, id eſt, à calido. Quod probat, quia talia diſſoluuntur ab igne, vt patet in glacie, igitur non coagulantur ab igne, ſcilicet, à calido, quia idem eidem non poteſt eſſe cauſa contrariorum. Quod igitur in abſceſſu calidi, & ingreſſu frigoris coagulatur, diſſoluetur è conuerſo in ingreſſu caloris, & abſceſſu frigoris. Et propter hoc, talia aquea non ingroſſantur cum coagulantur, quia ingroſſatio fit per ſeparationem humidi ſuperflui, quo ſeparato, reliquum humidum conſtat, & terminatur cum ſicco, & ſic ſequitur ingroſſatio, ſed aquea ſiccum non habent quod ſeparari poſſit. Quæcunque autem ſunt terrea, coagulantur à calido, ſicut ſal & lac, &c. quod patet, quia talia ſoluuntur ab aqua: ſi autem ſint aliqua, quæ ſint proportionabiliter commiſta ex vtroque, talia coagulantur ab vtroque ſicut lutum. Quando enim ſunt humida, & magis prædominatur aqua, coagulantur à frigido: quando autem prædominatur terreum, tunc coagulantur à ſicco calido ignis: ſed tamen iſta coagulatio diuerſimode fit à calido & à frigido. Nam calidum extrinſecum coagulat, educendo humidum intrinſecum, vt patet in ouo decocto: frigidum vero extrinſecum expellit calidum intrinſecum, quod ſecum educit humidum intrinſecum, & ſic deſiccat & coagulat. Dicit autem quod ſunt quædam, quæ non coagu-

DE liquefactione autem ſimul, & de coagulatione erit palam. Coagulantur autem quæcunque coagulantur, aut exiſtentia aquæ aut terræ, & aquæ. Et hoc, aut frigido, aut calido, aut ſicco. Propter quod & reſoluuntur contrariis quæcunque ſoluuntur à calido coagulatorum, aut frigido. Quæ quidem enim à ſicco calido coagulata ſunt, ab aqua ſoluuntur quæ eſt humida. Coagulari autem quædam vtique putabuntur ab aqua, vt mel elixatum, coagulatur autem non ab aqua; ſed ab eo quod in ipſa frigido. Quæcunque quidem igitur ſunt aquæ non coagulantur ab igne, ſoluuntur enim ab igne. Idem autem eidem per ſe non erit cauſa contrarii. In abſcendendo autem calidum coagulatur, quare palam quod ingrediendo ſoluetur: quare ingrediente frigido coagulatur, propter quod & nō ingroſſantur talia coagulata, ingroſſato enim humido quidem abeunte ſic, ſicco autem conſtante. Aqua autē humidorum non ingroſſatur ſola. Quæcunque autem communia terræ, & aquæ, & ab igne coagulantur, & à frigido. Ingroſſantur autem ab ambobus: eſt quidem vt eodem modo, eſt autem vt aliter.

*DE liquatione vero, & concretione ſimul patebit. Concreſcunt autem quæcunque concreſcunt,* I *aut quod ad aquam attineant, aut ad terram, & aquam, atque hæc aut frigore, aut calore ſicco. Ob eam cauſam, quæcunque calore frigore concreta cum ſint, ſoluuntur, à contrariis ſoluuntur. Calore enim ſicco concreta, aqua ſoluuntur, quæ humor eſt frigidus. Quæ autem concreta ſunt, ignis, qui calidus eſt, reſoluit. Quanquam ſint quædam, quæ vi aquæ concreſcere poſſint videri, vt mel elixum. Verum non vi aquæ, ſed frigore, quo illa afficitur concreſcit. Quæ ergo ad aquam attinent, vi ignis non* K *concreſcunt, ab igne enim ſoluuntur. Idem autem eidem per idem rei contrariæ cauſa non eſt. Cum item concreſcant caloris exitu, ingreſſu ſolui, manifeſtum eſt. Frigoris ergo efficientia concreſcunt. Quare quæ huius ſunt generis, concretione non craſſeſcunt. Craſſities enim fit, cum humore recedente id, quod ſiccum eſt, denſatur. Aqua autem vna ex humidis non craſſeſcit. Quæ autem terrea & aquea communiter ſunt, & igne & frigore concreſcunt. Craſſeſcunt vero vtroq; partim eodem modo, partim alio. Calore enim humorem educente, quandoquidem humo-*

coagulantur in principio à calido, ſicut lateres primo indurati a frigore, & poſtea poſiti in igne. Nam cum ponuntur in igne, fit ſeparatio humidi indurati: poſtea finaliter deſiccantur per ſeparationem humidi ſuperflui. Et propter hoc, multi lateres corrumpuntur in fornacibus propter nimiam appropinquationem, vel remotionem ab igne, quia tunc aut parum ſeparatur de humiditate, & non ſunt decocti, aut ſeparatur nimis ex ea, & de facili franguntur. Deinde cum dicit.

b ¶ Determinat de liquabili & dicit, quod quæcunque coagulantur à frigido ſiue ſint aquea, ſiue miſta ex aqua & terra, etiam ſi habeant in ſui compoſitione plus terræ quam aquæ ſecundum quantitatem, non ſecundum proportionem virtutis, talia liquantur à calido, ſed iſta ſunt in duplici differentia. quædam enim coagulantur à frigido non educente totum humidum ſuperfluum cum calido intrinſeco, & iſta ſoluuntur de facili à calido, ſicut lutum & glacies, huiuſmodi. Quædam autem coagulantur à frigido educente totum humidum ſuperfluum cum calido intrinſeco, & iſta non poſſunt ſolui, niſi à fortiſſimo igne, ſicut ſunt metalla, & maxime duriora, in quibus partes terreſtres ſubtiles ſunt optime commiſtæ cum humidis remanentibus. Et cornua, in quibus eſt humidum viſcoſum, quod continet ſiccum ne defluat. Quod autem ita ſit, ꝙ coagulatio fiat per ſeparationem humidi, & liquatio fiat per ſeparationem ſicci terrei, patet triplici ſigno: primo, quia ferrum, in quo relictum eſt parum de humiditate, & illa eſt fortiter commiſta cum ſicco terreſtri, de difficili ſoluitur, & quando ſoluitur & fit humidum, purificatur, quia ſcoria terreſtris ſubſidet in profundo, & ſeparatur, & ita multoties faciendo artifices

A calido quidem humidum educente: euaporante enim humido ingroſſatur ſiccum, & conſtat. A frigido autem calidum exprimente cum quo humidum recedit ſimul coeuaporante. Quæcunque quidem igitur mollia, ſed non humida, non ingroſſantur, ſed coagulantur exeunte humido: velut aſſatus later. Quæcunque autem humida miſtorum & ingroſſantur, velut lac. Multa autem & humectantur primo, quæcunque aut groſſa, aut dura, aut frigida præextiterint entia, quemadmodum & later. Primo dum aſſatur vaporat, & mollior fit. Propter quod, & vertitur in caminis.

b Quæcunque quidem igitur à frigido coagulantur communium terræ & aquæ, plus autem habentium terræ, quæ quidem inde calidum egrediendo coagulantur, hæc liquefiunt calido, ingrediente iterum calido, velut lutum cum congelatum fuerit. Quæcunque autem propter infrigidationem & calido ſimul educto omnino: hæc inſolubilia ſunt, niſi ſuperabundanti caliditate, ſed mollificantur velut ferrum, & cornu. Liqueſcit & laboratum ferrum, vt humidum fiat, & iterum coaguletur, & chalybes faciunt ſic. Subſidet enim ſubtus, & purificatur ſcoria: cum autem ſæpe patiatur, & purum fiat hoc chalybs fit, non faciunt autem ſæpe viſum propter abſentiam fieri multam, & pondus minus purificari. Eſt autem melius ferrum, quod habet minorem purificationem. Liqueſcit autem & lapis pyrimachus, vt ſtillet, & fluat: quod autem coagulatur cum fluxerit, iterum fit durum, & molle liquatur, vt fluat. Fluens autem coagulatum colore quidem nigrum, ſimile autem fit calci. Liqueſcit autem & lutum, & terra.

c Quæcunque autem à calido ſicco coagulantur, hæc inſolubilia ſunt quidem: hæc autem ſoluuntur humido. Later quidem igitur, & lapidum quorundam genera: quæcunque ab igne terra combuſta fuerit: velut molares inſolubilia. Nitrum autem & ſales ſolubilia humido, non omni autem, ſed frigido propter quod aquæ, & quæcunque aquæ ſpecies liqueſcunt calido, frigido autem non liqueſcunt. Sicco enim calido contrarium frigidum humidum, ſi ergo coagulauit alterum: alterum ſoluit. Sic enim contraria erunt cauſæ

A *ris in vaporem ſecretione, quod ſiccum eſt, craſſeſcit & cogitur. Frigore autem, quod calore extrudit, quem humoris in vaporem ſecretio comitatur, Ac ea quidem mollia omnia, quæ liquida non ſunt, humore exeunte non craſſeſcunt, ſed concreſcunt, vt fictile cum coquitur. Quæ autem ex miſtis liquida ſunt, etiam craſſeſcunt, vt lac. Sed multa etiam primum humectantur, quæcunque aut craſſa, aut dura frigore antea facta ſunt, veluti fictile, quod, cum primum aſſatur, vaporem* B *emittit, & mollius redditur. Quæ etiam cauſa eſt, vt in fornacibus torqueatur.*

*Ac ea quidem, quæ frigore concreta ſunt, ex iis, quæ ad terram, & aquam communiter, ſed plus ad terram attinent, ſi ex eo, quod calor exierit, concreta ſint calore, cum rurſus aduenerit, liquantur, velut lutum, cum gelu aſtrictum eſt.* C *Quæ autem refrigeratione, & caloris vniuerſi expiratione, ea non ſoluuntur, niſi caloris exuperantia, ſed molliuntur, vt ferrũ, & cornu. Sed ferrum quoq; elaboratum liquatur, ita vt humidum fiat, & rurſus concreſcat. Atque hoc modo chalybem conficiunt. Sidit enim recrementum, & in imum ſecernitur. Quod autem ſæpe ita afficitur, & purum redditur id demum fit chalybs. Sed raro faciunt, quod dum repurgatur, multum eius abſcedat, & pondere imminuatur. Eſt autem ferrum eo* D *præſtantius, quo minus habet excrementi. Liquatur vero & lapis, qui pyrimachus dicitur, ita vt ſtillet, & fluat. Concreſcens autem cum fluxit, rurſus durus efficitur. Mylæ quoq; liqueſcunt, ita vt fluant. Quod vero fluit, concreſcens quidem nigreſcit, ſed calci fit ſimile. Liquantur autem & lutum, & terra.*

*Quæ autem calore ſicco concre-* E *ſcunt, alia quidem ſolui non poſſunt, alia humido ſoluuntur. Fictile quidem, & lapidum genera nonnulla, qui terra igni combuſta generantur, vt myliæ, ſolui nequeunt. Nitrum autem, & ſal, humido ſoluuntur, non omni, ſed frigido. Idcirco aqua, & ſpeciebus aquæ liquantur; oleo autem non linquantur. Nam calori ſicco, frigidus humor aduerſatur. Itaq; ſi alterum coagulauit, alterum diſſoluet. Sic enim contrariorum, contrariæ cauſæ erunt. Igne autem duntaxat craſſeſcunt, quæ plus aquæ habent, quã terræ; concreſcunt autem, quæ terra,*

faciunt chalybem, quod eſt ferrum depuratum; ſed nolunt depurare ipſum multoties, & facere perfectum chalybem, tum quia nimis de ferro perditur in igne, tum quia multiplicando purificationem, pondus nimis diminuitur: tum etiam, quia melius eſt ferrum quod eſt minus purificatum, quia coagulatum quãto pluries diſſoluitur, tanto fit durius, quando iterum coagulatur, & ideo ferrum minus purificatum eſt melius, quia facilius ducitur, & magis obedit malleo & manibus artificum: ſecundum ſignum eſt, quia & lapis, qui dicitur pyramicus liqueſcit, propter eandem cauſam ita, vt etiam deſtillet, quia ſcilicet continue ſeparatur ſiccum terreſtre. Tertium eſt; quod plumbum, quod in ſua natura multum habet de opaco terræ, & ideo eſt nigrum, quando liquatur eadem cauſa efficitur coloris albi ad modum calcis, quia in liquatione ſeparatur ſiccum terreſtrem, & humidum aereum ſupernatat ſecundum ſuperficiem planam & recipitur lux vbique, & ita recipit album colorem. Deinde cum dicit.

c ¶ Oſtendit quæ ſint incoagulabilia, & illiquefactibilia, & dicit, quod omnia quæ coagulantur à ſicco calido ſunt in duplici differentia: quædam enim prius deſiccantur à calido ſicco per humidi ſuperflui eductionem, & poſtea vltimo coagulantur à frigido per fortem terminationem humidi cum ſicco, vt lapides & dentes molares, & iſta ſunt inſolubilia. Quædam autem coagulantur abſolute à calido ignis, vt Nitrum, & ſal, & talia liquantur ab aqua frigida, & humida. Et huius ratio eſt, quæ ſupradicta eſt, quia contrariorum effectuum, ſunt contrariæ cauſæ: ſi igitur calidum coagulauit, frigidum ſoluet. Vniuerſaliter itaque coagulantur ea, quæ ſunt terrea, vel aquea à prædominio: aquea coagulantur à frigido; ſicut glacies. Ter-

rea autem coagulantur à calido, vt nitrum, ſales, lapides, & lateres, propter quod talia ſunt magis terrea, quod eorum ſalſedo oſtendit. Quæ autem ſunt aerea a prædominio non poſſunt coagulari, neque liquefieri, vt argentum viuum, & oleum quod non coagulatur neque à frigido, neque à calido, tum propter ſuam viſcoſitatem, tum etiam, quia eſt naturæ aereæ, cuius humiditas de difficili deſiccatur. Et propter hoc oleum ſupernatat ſuper aquã, quia aer naturaliter fertur ſurſum. Ingroſſatur itaque ab ambobus, ſcilicet calido, & frigido, ſed à neutro coagulatur. Ingroſſatur etiam oleum, & albeſcit ſi duret per longum tempus, & fiat antiquum: ingroſſatur quidem, quia recedente calido intrinſeco aer conuertitur in elementum groſſius, ſcilicet aqueum, albeſcit autem, quia euaporat aqueum, & terreum quod inerat prius. Aerea etiam liquari non poſſunt. Cuius ratio eſt, quia ſicut humidum aqueum defluendo intra ſe facit fluere partes terræ, & mollificat & liquefacit ea; ita humidum aereum è conuerſo adunat ſiccum terreum, & continet intra. Vnde ligna propter hanc cauſam non liquantur. Quod autem ligna ſint aerea à prædominio, patet: tum quia ſunt materia ignis, vt oleum, tum, quia ſupernatant in aqua, præter ebenum, quod eſt magis terreſtre, quod nigredo eius, & pondus oſtendit. Deinde cum dicit.

d ¶ Determinat de ingroſſabili, & non ingroſſabili, & dicit, quod ab igne ingroſſantur ea, quæ habent in ſui compoſitione plus terræ quam aquæ, vt lac, & ſanguis, & quoddam vinum groſſum, & calidum, in quo ſiccum terreum, & humidum aqueum ſunt proportionaliter commiſta, ſicut eſt vinum cretenſe. Abſcedit autem ab his omnibus aqua

contrariorum. Ingroſſantur quidem igitur ab igne ſolum, quæcunque aquæ plus habent quam terræ: coagulantur autem quæcunque plus terræ. Propter quod nitrum, & ſales terræ, ſunt magis, & lapis, & later. Maxime autem dubium habet olei natura, ſiquidem enim aquæ oportebat coagulari à frigido vt glacies: ſi autem terræ plus ab igne, vt later: nunc autem coagulantur quidem à neutro. Ingroſſatur autem ab ambobus. Cauſa autem eſt, quia plenum eſt aere; propter quod & in aqua ſupernatat, etenim aer ſurſum. Frigidum enim ex inexiſtente ſpiritu aquam faciens ingroſſat, ſemper enim cum miſta fuerint oleum, & aqua, ambobus fit groſſius. Ab igne autem tempore ingroſſatur & albeſcit. Albeſcit quidem euaporante aqua, ſi qua inerat. Ingroſſatur autem propterea, quod marceſcente calido ex aere fit aqua. Vtroque quidem igitur modo eadem fit paſſio, & propter idem: ſed non eodem modo. Ingroſſatur quidem igitur ab ambobus. Deſiccatur autem à neutro, neque enim ſol, neque frigus deſiccat: non ſolum autem quia viſcoſum, ſed & quia aeris eſt. Non deſiccatur autem aqua, & neq; exſiccata elixatur ab igne; quia non euaporat propter viſcoſitatem.

d Quæcunque autem miſta terræ, & aquæ, ſecundum pluralitatem vtriuſque dignum dici, vinum quoddam & coagulatur, & pepſim patitur, velut muſtum. Abſcedit autem ab omnibus talibus dum deſiccatur aqua: ſignum autem, quod aqua: vapor enim conſtat in aquam, ſi quis velit coll gere, quare quibuſcunque relinquitur aliquid hoc terræ. Quædam autem horum, & à frigido, ſicut dictum eſt, ingroſſantur, & deſiccantur: frigidum enim non ſolum coagulat, ſed exſiccat quidem aquam, ingroſſat autem aerem aquam faciens. Coagulatio autem dicta eſt quædam deſiccatio exiſtens. Quæcunque quidem igitur non ingroſſantur à frigido, ſed coagulantur, aquæ ſunt magis: velut vinum, vrina, acetum, & lixiuium, & ſerum. Quæcunque autem ingroſſantur non euaporantia ab igne, hæc quidem terræ, hæc autem communia aquæ, & aeris, mel quidem terræ: oleum autem aeris. Sunt autem & lac & ſanguis amborum quidem communia, & aquæ, & terræ. magis autem quæ multa terræ quemadmodum ex quibuſcunque hu-

F *Quamobrem nitrum, & ſal, & lapis & fictile, magis ſunt terrea. Olei autem natura maxime dubia eſt; ſi enim aqueum, frigore, vt gelu, concreſcere oportebat: at ſi magis terreum igne, vt fictile: Nunc autem neutro concreſcit, ſed contra ab vtroque fit craſſum. Cauſa autem eſt, quod aeris eſt plenum, ac propterea in aqua ſupernatat. Aer enim ſurſum fertur. At frigus quidem ſpiritu, qui ineſt, aquam generando, affert craſſitiem. Semper enim cum aqua, & oleum inter ſe admiſcentur, craſſius vtroq; aliquid*
G *efficitur. Igne autem & tempore craſſeſcit, & albeſcit. Albeſcit quidem aquæ, ſi quæ inerat, expiratione. Craſſeſcit vero, quod dum calor tabeſcit, aqua ex aere oriatur. Vtroque igitur modo affectio eadem, & per idem, ſed non ſimiliter efficitur. Sed cum ab vtroq; craſſeſcat, à neutro exſiccatur, cum nec ſol, nec frigus reſiccet, non ſolum, quia lentum eſt, ſed etiam quod aereum. Aqua autem ab igne, nec exſiccatur, nec elixatur, quod ob lentorem in vaporem non abeat.*

H

*Quæ autem miſta aquea ſunt, & terrea, ea pro vtriuſque copia dicenda ſunt. Nam quoddam vinum, &*
I *concreſcit, & elixatur, vt muſtum. Ex omnibus autem huius generis rebus, cum exſiccantur, aqua abſcedit. Aquam vero eſſe, hinc indicatur, quod vapor in aquam concreſcit, ſi colligere eam quis velit, ſta ſit, vt in quibus aliquid reſtat, terreum id ſit. Horum autem nonnulla etiam frigore, vt dictum eſt, craſſeſcunt, & exſiccantur. Frigus enim non ſolum coagulat, & exſiccat, ſed etiam affert craſſitiem. Exſiccat quidem aquam; craſſitiem autẽ affert, aerem in aquã*
K *mutando. Concretio vero, exſiccatio quædam eſſe dicta eſt. Quæ igitur frigore non craſſeſcunt, ſed concreſcunt, aquea magis ſunt, vt vinum, lotium, acetum, lixiuium, ſerum. Quæ autem craſſeſcunt, vaporẽ ignis efficientia non reddendo, alia terrea ſunt, alia communia aquæ & aeris. Mel quidem terreum eſt; oleum autem aereum, & aqueum. Sunt autem lac & ſanguis, vtrumq; quidem & aquæ & terræ communia, fere tamen magis terrea, vt ii etiam humores, è quibus nitrum, & ſal gignuntur. Lapides quoque, ex quibuſdam*

dum ingroſſatur; quia ingroſſatio eſt quædam deſiccatio imperfecta. In cuius ſignum à tali vino dum decoquitur, & ingroſſatur ab igne, euaporat humidum aqueum ſubtile valde: quod ſi recolligatur in vaſe tortuoſo ad modum ſtillæ fit aqua, quæ dicitur aqua vitis. Quod ergo relinquitur in tali ingroſſato, eſt magis terreum. Nam ingroſſatio fit per ſeparationem humidi ſuperflui, & terminationem humidi derelicti cum ſicco. Et ideo omnia aquea à prædominio impinguari, & ingroſſari non poſſunt, vt vinum, vniuerſaliter ſerum, & cætera ſimilia. Quod autem lac, & ſanguis ſint terrea à prædominio apparet. De lacte quidem, quia ſi non ſeparetur ſerum, & coquatur in igne, exuritur ſerum, & id quod reſtat, conſtat, quod ingroſſatur & efficitur ſtipticum valde, & valet contra fluxum ventris: quod etiam poteſt eſſe ſignum, quod ingroſſatio fit per ſeparationem aquei, quia ſerum eſt aqueæ naturæ: ſubſtantia autem caſeata eſt magis terrea. Si autem lac non habeat ſubſtantiam caſeatam, tunc ingroſſari non poteſt, & non eſt aptum ad eſum, ſicut lac cameli, ſuis, & Aſinæ, & tale eſt aqueum à prædominio. Et propter hoc artifices vltra ſubſtantiam caſeatam lactis, apponunt coagulum quando volunt ingroſſare ipſum, quod eſt etiam magis terreum. De ſanguine etiam apparet; quia repoſitus deſiccatur propter paucitatem humidi aquei, & habet quoſdam magnos poros, propter partes terreſtres reſtringentes ſe, & continentes humidum, ne fluat ad centrum. Si autem ſanguis ſit indigeſtus, propter frigiditatem complexionis, tunc non deſiccatur repoſitus, nec habet poros, quia partes humidæ prædominantur, & fluunt vndique, ſed magis eſt languoroſus, &

fluidus ad modum humoris flegmatici. Et ex hoc ſanguis humanus extractus ex venis ſi non deſiccatur, eſt ſignum malæ diſpoſitionis, & infirmitatis, ſicut in venis exiſtens ſi congeletur eſt ſignum eiuſdem, quia ſignificat, quod caliditas naturalis eſt debilis in tali patiente. Quædam autem ingroſſantur etiam à frigido vt aerea, ſicut oleum. Frigidum enim non ſolum ingroſſat, ſed etiam deſiccat, & coagulat, ſicut dictum eſt. Deſiccat enim aquam vt in glacie apparet. Ingroſſit autem aerem, & conuertit in aquam, ſicut patet in oleo. Frigus enim aerem exiſtentem in poris conuertit in aquam, & ingroſſat oleum. Calor vero intrinſecus facit euaporare humidum aqueum ipſum ſubtiliando, reliquum terminat cum ſicco. Et ideo albeſcit oleum perſpicuo ſubtiliato. Deinde cum dicit.

midis nitrum fit & ſales, & lapides aut ex quibuſdam conſtant talibus. Propter quod & ſi non ſeparetur ſerum, exuritur ab igne decoctum, quod autem terreſtre conſtat: & à coagulo ſi aliqualiter decoquat quis ſicut medici coagulum imponentes; ſic autem ſeparatur ſerum, & caſeus: ſeparatum autem ſerum non adhuc ingroſſatur, ſed exuritur ſicut aqua. Si autem aliquod lac non habeat caſeum, aut paucum hoc magis aquæ, & inhæſibile. Et ſanguis autem ſimiliter: coagulatur enim eo quod deſiccetur infrigidatus. Quicunque autem non coagulatur velut qui cerui: tales aquæ magis, & frigidi hi, propter quod, & non habent vias. In eis enim ſunt terræ & ſolidum, quare & extractis non coagulatur, hoc autem eſt quia non deſiccatur: aqua enim manet, quod derelinquitur, vt lac caſeo ablato. Signum autem languoroſi enim ſanguines, nolunt coagulari velut ichor, aut flegma, & aqua propter indigeſtum eſſe ſeparatum à natura.

A *eiuſdem generis concreſcunt. Ideo ſerum, cum elixatur, niſi ſeparetur, igne comburitur. Quod autem terreum eſt, cogitur, etiam à ſucco, ſi quis quodammodo elixet, vt medici faciunt, ſuccum indentes. Sic ſerum à caſeo ſeparatur. Separatum autem ſerum non amplius craſſeſcit, ſed aquæ inſtar comburitur. Quod ſi lac aliquod ſit, quod caſei nihil, aut exiguum habeat, aqueum magis eſt, & ad alendum inutile. Nec aliter ſanguis ſe habet, concreſcit enim cum refrigeratur, propterea quod exſiccetur. Qui au-* B *tem non concreſcit, vt cerui ſanguis, is aqueus magis eſt, & frigidiſſimus, ac propterea fibras non habet. Nam fibræ terreæ ſunt, & ſolidæ. Quapropter illis ſublatis non concreſcit, (quod idcirco euenit, quia non ſicceſcit; reſiduum enim aqua eſt) perinde atque lac, caſeo exempto. Cuius rei argumentum eſt, quod ſanguis vitiatus non concreſcit. Sanioſus enim eſt. Hoc enim pituita, & aqua, quod inconcoctus ſit, & à natura non victus.*

e Adhuc autem hæc quidem ſolubilia ſunt, velut ſal nitrum, hæc autem inſolubilia velut later, & lapis, & horum hæc quidem mollificabilia velut cornu, hæc autem non mollificabilia velut later, & lapis. Cauſa autem, quia contrariorum contrariæ cauſæ; quare ſi coagulantur duobus frigido, & ſicco, neceſſe ſolui calido, & humido, propter quod igne; & aqua ſoluentur: hæc enim contraria. Aqua quidem quæcunque igne ſolo, igne autem, quæcunque frigido ſolo. Quare ſi à duobus accidit coagulari hæc inſolubilia maxime. Fiunt autem talia quæcunque calefacta: deinde frigido coagulantur: accidit enim cum calidum exudauerit egrediens: plurimum humidum comprimi iterum à frigido vt non humido det penetrationem. Et propter hoc, non calidum ſoluit, quæcunque enim à frigido coagulantur ſolo, hæc ſoluit, neque ab aqua, quæcunque enim à frigido coagulantur non ſoluit, ſed quæcunque à calido ſicco ſoluit. Ferrum autem liquefactum, à calido frigefactum coagulatur. Ligna autem ſunt terræ, & aeris, propter quod viſibilia & non liquabilia, neque mollificabilia, & in aqua ſupernatant præter ebenum, hæc autem non alia quidem aeris habent plus, ex ebeno autem nigra euaporauit aer, & eſt plus in ipſa terræ. Latet autem terræ ſolum, propterea quod deſiccatus coagulatur ſecundum modicum; non enim aqua introitus habet per quæ ſolus ſpiritus exiuit, neque ignis; coagulauit enim ipſe. Quid quidem igitur eſt coagulatio, & liquefactio, & propter quod, & in quibus eſt, dictum eſt.

C *Cum autem alia ſolui poſſint, vt nitrum, alia non poſſint, vt fictile, & eorum nonnulla vim habeant, vt molleſcant, vt cornu, alia non habeant, vt fictile, & lapis, cauſa eſt, quoniam contrariorum contrariæ ſunt cauſæ. Quare ſi duobus, frigore, & ſiccitate concreuerunt, calore, & humore neceſſe eſt ſoluantur. Quamobrem igne, & aqua. hæc enim ſunt contraria, &* D *aqua quidem, quæ igne ſolo, igne autem, quæ ſolo frigore. Idcirco ſi accidit, vt aliqua vtroq; concreſcant, hæc minime poſſunt reſolui. Talia autem fiunt, quæ calefacta, frigore deinde concreſcunt. Fit enim, vt cum calor exiens exſiccauerit, humor plurimus frigore rurſus conſtringatur, vt ne humori quidem tranſitum præbeat, & ob eam cauſam, nec calore ſoluuntur. Ea n. ſoluit, quæ frigore concreuerunt, nec item aqua. Nam quæ frigore concreuerunt, non ſoluit, ſed quæ calore duntaxat ſicco. Ferrum autem calore liquatum, frigore concreſcit. Quare ad concretionem vtroq; opus habet, ideo ſolui non poteſt. At ligna ter-* E *rea ſunt, & aerea, ideo comburi poſſunt, non liquari, neq; molleſcere: & in qua innatant, præterquam ebenus, quæ non innatat. Alia enim plus aeris continent. Ex ebeno autem nigra, aer difflatus eſt, ac terræ plus habet. Fictile autem terreum ſolum eſt, quod dum ſicceſcit, paulatim concreſcat. Nec enim aqua per eos meatus habet ingreſſum, per quos ſolus ſpiritus exiit. Nec item ignis, ipſe etenim coagulauit. Quid igitur coagulatio ſit, & liquatio, & quot ex cauſis, quotquot rebus conueniant, dictum eſt.*

e ¶ Agit de mollificabili & non mollificabili. Mollificatio enim, eſt quædam via ad liquefactionem, ſicut ingroſſatio eſt via ad coagulationem, ſiue coagulatio imperfecta & dicit, quod mollificabilia ſunt quę coagulantur, ſiue etiam ingroſſantur à calido tantum, vel à frigido tantum: nam quæ coagulantur à calido tantum, ſoluuntur ſiue mollificantur à frigido: quæ autem coagulantur, ſiue ingroſſantur, à frigido ſoluuntur, & mollificari poſſunt à calido, quia cõtrariorum contrariæ ſunt cauſæ, ſicut dictum eſt. Sed quæ coagulantur ab ambobus, ſcilicet à calido, & frigido hæc ſunt maxime inſolubilia, ſicut ſunt lapides & lateres, quæ primo deſiccantur à calido per humidi abſtractionem, & poſtea coagulantur à frigido terminante reliquum humidum cum ſicco, & huius ratio eſt, quia cum ſit coagulatum tam à calido quam à frigido, à neutro diſſolui poteſt. Contrariorum enim effectuum, non poteſt eſſe eadem cauſa, ſed vt ſupradictum eſt, debet eſſe contraria. Et propter hanc cauſam, ferrum quod primo liqueſit a calido, & magis purificatur: deinde à frigido coagulante induratur, non mollificatur, licet à forti calido liqueſiat: ligna autem & etiam lateres non mollificantur, neque liqueſcunt propter cauſam ſuperius aſſignatam, & inferius etiam melius declarandam, quia de mollificabili iterum magis in ſpeciali tractabit: ſed de coagulatione, & liquefactione, de ingroſſatione, & de mollificabili, in quantum mollificatio eſt via ad liquefactionem, dictum eſt in ſuperioribus.

* * *

LE-

LE-

## LECTIO X.

POſtquam Philoſophus determinauit de principalibus ſpeciebus qualitatum paſſiuarum, conſequentibus primo primas qualitates paſſiuas, ſcilicet de coagulabili & non coagulabili, de liquabili, & illiquabili, & de ingroſſabili, & mollificabili, in quantum ſunt quaſi via ad coagulationem, vel liquefactionem, nunc determinat de aliis ſpeciebus minus principalibus: & circa hoc duo facit: Primo, quaſi corollarie concludit quoddam ſuperius determinatum & dicit, quod ex dictis eſt manifeſtum, quod corpora, ſcilicet inferiora conſtant, & coagulantur à calido, & frigido. Et propter hoc, corpora ingroſſantia, ſcilicet corpora calida, & frigida faciat operationem calidi, & frigidi quaſi ab eis conſtituta ſint in eſſe, ſcilicet actiuo. Propter hoc etiam in omnibus talibus corporibus eſt caliditas, quæ eſt magis actiua, vel ad minus eſt in eis frigiditas, in quantum deficiunt à caliditate. Alterum enim contrariorum ſemper eſt deficiens, & imperfectum reſpectu alterius, vt frigiditas reſpectu caliditatis. Et ex hoc, quod iſtæ ſunt primæ qualitates actiuæ, humidum autem, & ſiccum ſunt primæ paſſiuæ: ideo hæc conueniunt, & ſunt communia omnibus, & ideo ex aqua & terra conſtituta ſunt omnia corpora, tam homiomera quam plantarum, & animalium, & metallorum ſicut auri, & argenti, & omnium aliorum quæ naſcuntur ex exhalatione incluſa in vtroque, ſicut alibi ipſe declarauit: ſed differentia eſt in hoc inter ea, quod operatio primarum duarum, ſcilicet, calidi, & frigidi, conſiſtit in agere, & mouere ſenſus, vn-

## LECTIO X.

EX his autem manifeſtum, quod à calido, & frigido conſtant corpora, & hęc autem ingroſſantia, & coagulantia faciunt operationē ipſorum: propterea quod quæ ab his condita ſunt, in omnibus ineſt caliditas, aliquibus autem, & frigiditas qua deficit. Quare: quoniam hæc quidem exiſtunt propter facere: humidum autem, & ſiccum propter pati: participant ipſis communia omnibus. Ex aqua quidem igitur, & terra omiomera corpora conſtant, vt in plantis, & in animalibus, & quæcunque metallantur, velut aurum, & argentum, & quæcunque alia talia ex ipſis, & ex exhalatione ea quæ vtriuſque incluſa, ſicut dictum eſt in aliis. Hæc autem differunt abinuicem ex his quæ ad ſenſus proprios omnia: & in poſſe aliquid facere, album enim & bene odorans, & ſonatiuum, & dulce, & calidum & frigidum in poſſe aliquid facere in ſenſum ſunt, & in aliis magis conuenientibus paſſionibus quæcunque in patiendo dicuntur. Dico autem puta liquabile, & coagulabile, & flexibile, & quæcunque alia talia: omnia enim talia paſſiua ſunt, ſicut humidum, & ſiccum. His autem iam differt os & caro, & neruus, & lignum, & cortex, & lapis, & aliorum vnumquodque omiomerorum, quidem & naturalium corporum. Dicamus autem primo numerum ipſorum quæcunque ſecundum potentiam & impotentiam dicuntur. Sunt autem hæc: coagulabile, & incoagulabile, liquabile, & illiquabile, & mollificabile non mollificabile, intingibile non intingibile, flexibile, & inflexibile, frangibile, & non frangibile, productibile, & non productibile, communibile, & incommunibile, impreſſibile non impreſſibile, formabile informabile, capibile non capibile, trahibile, non trahibile, ſciſſibile non ſciſſibile, detruncabile non detruncabile, viſcoſum fragile, commeſſabile non commeſſabile, vſtibile non vſtibile, exhalabile non exhalabile. Plurima quidem igitur fere corporum, his differunt paſſionibus. Quam autē vnumquodque horum potentiam habeat, dicamus.

b De coagulabili quidem igitur & incoagulabili, & liquabili & illiquabili dictum eſt quidem vniuerſaliter prius, attamen re-

F Tractatus tertii, libri quarti, in quo determinatur de coagulabili & liquefactibili in ſpeciali. Cap. I.

*EX his autem perſpicuum eſt, à calore, & frigore corpora conſtitui, atq; hæc craſſitiem afferendo, & coagulando, ſua ipſorum opera efficere. Ob id autem, quod ab his efficiantur, calor ineſt in omnibus, quibuſdā vero etiam frigus, quatenus calor deeſt. Quare cum hæc efficiendi ſint gratia, humidum autem, & ſiccum patiendi, hæc omnia, ea quæ communia ſunt, participant. Ex aqua igitur, & G terra ſimilium partium conſtant corpora, cum in plantis, tum in animalibus, atque etiam res metallicæ, vt aurum, & argentum, & alia eius generis, tum ex eis, tum vero ex vtriuſque aſpiratione intercluſa, vt alibi eſt dictum. Hæc autem omnia inter ſe differunt, tum propriis qualitatibus ſenſilibus, agendiq; aliquid facultate, album enim, & odorans, & ſonorum, & dulce, & calidum, & frigidum ſunt, quod ſenſum afficiant, tum aliis magis propriis affectionibus, quæ ex paſſione dicuntur. Dico autem exem-H pli gratia, quod liquabile eſt, concretile, flexile, & alia huius generis omnia. Eiuſmodi enim cuncta patibilia ſunt, veluti humidum & ſiccum. His igitur differunt os, & caro, & neruus, & lignum, & cortex, & lapis, & aliorū corporum ſingula, quæ ſimilium quidem ſunt partium, ſed naturalia. Primum autem ea enumeremus, quæ ex potentia, & impotentia dicuntur, quæ quidem ſunt concretile, inconcretile, liquabile ineliquabile, emollibile, inemollibile, humectile non humectile, flexile inflexile, ruptile non ruptile, I fragile, non fragile, impreſſile non impreſſile, formabile non formabile, cōpreſſile non compreſſile, tractile non tractile, ductile non ductile, fiſſile non fiſſile, diuiduum indiuiduum, lentum friabile, ſubactile inſubactile, vſtile non vſtile, ſuffitu aptum, ſuffitu ineptum. Corporum igitur plurima his inter ſe affectionibus differunt. Quam vero facultatem quandoque eorum habeat, dicamus.*

K

*De concretili igitur, & inconcretili, liquabili, & ineliquabili vniuerſim quidem antea dictum eſt; ſed nunc quoque dicere aggrediamur. Corpo-*

de dicuntur qualitates ſenſibiles. Album enim, odor, ſonus, dulce, & calidum, & frigidum naturaliter habent facere ſenſationem, & agere in ſenſum. Alia autem duo & conſequentia magis conſiſtunt in pati, vt liquabile, coagulabile, flexibile, & alia quibus differunt multa corpora naturalia, ſicut os, caro, neruus, & cætera. Et de his nunc eſt agendum, quia aliæ dictæ qualitates actiuæ in aliis declaratæ ſunt. Quæ autem, & quod ſint iſtæ, de quibus eſt agendum, eſt clarum in litera. Secundo ibi.

b ¶ Dicit, quod de coagulabili & non coagulabili, liquabili & non liquabili dictum eſt prius vniuerſaliter: ſed tamen propter maiorem claritatem tam dictorum quam dicendorum, dicamus iterum, quod coagulatorum, quædam coagulantur à calido, quædam à frigido. calidum quidem coagulat, quia exprimit humidum ſuperfluum: frigidum vero, quia expellit calidum, quod ſecum euaporare facit humidum. Quæ igitur coagulantur à calido per abſentiam humidi ſoluuntur à frigido quod humidum iterum ingredi facit. Quæ autem coagulantur à frigido per excluſionem calidi, ſoluuntur à calido iterum ingrediente, ſicut glacies, & cætera. Aliqua autem non ſoluuntur à frigido, quæ ſunt coagulata à calido, quia coagulatio fuit fortis, & pori relicti ſunt parui adeo vt humiditas diſſolutiua ingredi non poſſit, ſicut ſunt lateres. Incoagulabilia autem ſunt, quæ non habent humiditatem aquoſam, ſed ſunt magis terrea, vt mel & muſtum, & ratio eſt, quia talia ſunt vehementer calida & talis caliditas fortiter reſiſtit, & continet humidum intra. Et quæ ſunt aerea à prædominio, ſicut oleum, argentum, vinū, & viſcoſa, vt colla.

deamus & nunc. Corporum enim quæcunque coagu- A lantur, & indurantur, hæc quidem à calido patiuntur hoc, hæc autem à frigido, à calido quidem deſiccante humidum, à frigido autem exprimente calidum. Quare hæc quidem humidi abſentia: hæc autem calidi hoc patiuntur, quæcunque quidem aquæ calidi, quæcunque quidem terræ humidi. Quæ quidem igitur humidi abſentia, ab humido liquefiunt, niſi ſic conuenerint, vt minores relicti ſint pori quam aquæ moles, velut later. Quæcunque autem non ſic humido hæc ſoluuntur, velut nitrum, ſales, terra quæ ex luto. Quæ autem calidi priuatione calido ſoluuntur, velut glacies, plumbum, æs. Qualia quidem igitur coagulabilia, & liquabilia, & qualia illiquabilia dictum eſt. Incoagulabilia autem quæcunque, aut non habent humiditatem aquoſam, aut non aquæ B ſunt: ſed plus calidi, & terræ, puta mel & muſtum, velut feruentia enim ſunt, & quæcunque aquæ quidem habent. Sunt autem plus aeris, ſicut oleum, & argentum viuum, & ſi quid viſcoſum, velut glutem.

A *rum, quæ concreſcunt, & indurantur, alia à calore ita afficiuntur, alia à frigore. A calore quidem, humorem exiccante, à frigore vero calidum exprimente. Quamobrem alia humoris, alia caloris abſentia ita afficiuntur; quæ ſunt aquea, caloris; quæ terrea, humoris. Ac ea quidem quæ humoris abſentia, humore colliqueſcunt, niſi ita coiuerint, vt meatus minores relicti ſunt, quam aquæ ſint moles, vt in fictili. Quæ autem non ita, humido omnia liquantur, vt vinum, ſal & terrea ex cæno: verum quæ caloris priuatione, ea à calore eliquantur, vt glacies, plumbum, æs, quæ igitur concreſcere, & liquari poſſunt, & non poſſunt, dictum eſt. Concreſcere autē non poſſunt, quæ aqueum humorem non habent, neque ſunt aquea, ſed plus caloris & terræ, vt mel, & vinum dulce; nam quaſi efferueſcunt. Quin & ea concreſcere non poſſunt, quæ habent qui-* B *dem aquam ſed plus aeris, vt oleum, & argentum fuſile, & ſi quid lentum fuerit, vt viſcum, & pix.*

## LECTIO XI.

a MOllificabilia autem ſunt, coagulatorum quæcunque non ex aqua, velut glacies aquæ, C ſed quæcunque terræ magis, & neque euaporauit totum humidum, ſicut in nitro, aut ſale, neque habet irregulariter; ſicut later, ſed aut trahibilia non entia humectabilia, aut ductibilia non entia aquæ, & mollificabilia igne, velut ferrum & cornu, & ligna.

b Sunt autem liquabilium, & illiquabilium, hæc quidem intingibilia: hæc autem non intingibilia, D velut æs: intingibile, liquefactibile exiſtens, lana autem & terra intingibile, madefiunt enim. Et æs quidem liquabile, non ab aqua autem liquabile, ſed ab aqua liquabilium, quædam non intingibilia, velut nitrum, & ſales, neque enim aliud intingibile nullum, quod non mollius ſit madefactū. Quædam autem intingibilia exiſtentia non liquabilia ſunt, velut lana, & fructus. Sunt autem intingibilia quidem: quæcunque terræ exiſtentia habent poros maiores aquæ E mollibus, exiſtentibus durioribus aqua. Liquabilia autem aqua, quæcunque per totum. Propter quod autem terra liquefit quidem, & intingitur ab humido, nitrum autem liquefit quidem, intingitur autem non, quia in nitro quidem per totum pori: quare diuiduntur mox ab aqua partes.

Tractatus tertii, libri quarti, in quo determinatur de mollificabili, intingibili, & flexibili. Cap. II.

*EMolliri autem poſſunt in rebus concretis, non quæ ſunt ex aqua,* C *vt glacies, (omnis enim glacies aquea eſt) ſed quæ potius ſunt terrea, quibus totus humor non eſt exiccatus, vt in nitro, & ſale, quæue inæquabiliter non habent, vt fictile, ſed ſunt tractilia, non humectilia, aut ductilia, non aquea, & igne emollibilia, vt ferrum & cornu, & ligna:*

*Sunt autem tam in liquabilibus, quam in eliquabilibus alia humectilia, alia non humectilia; vt æs non hu-* D *mectile eſt, cum ſit liquabile; lana autem, & terra, humectilia, quippe quæ madefiant. Ac æs quidem liquabile eſt, ſed non ab aqua. Atqui, & eorum, quæ aqua liquantur, quædam ſunt non humectilia, vt ſal, & nitrum. Nihil enim humectile eſt, quod madefactum mollius non fiat. Quædam autem cum ſint humectilia, non ſunt liquabilia, vt lana, & fructus, Sunt autem humectilia, quæ cum terræ ſint, meatus maiores obtinent, quam aquæ ſint moles, & ipſa quoque aqua durio-* E *res. Aqua vero liquabilia, quæcunque per totum. Cur igitur terra humido liquatur, & humectatur, nitrum liquatur, non humectatur? In cauſa ſunt meatus, qui in nitro per totum habentur, quorum beneficio partes ab aqua affatim diuiduntur. In terra autem permutatim quoq; inſunt meatus. Quæ-*

LECTIO XI.

a DEterminat de mollificabili magis in ſpeciali, & ponit ſex conditiones quas habere debet coagulatū ad hoc, quod mollificetur: & prima eſt, quod tale coagulatum non ſit aqua, vel aqueum à prædominio: ſed ſi eſt in eo exceſſus vnius ſuper alterum, ſit magis terreum, & propter defectum huius glacies non eſt mollificabilis. Secunda conditio eſt, quod totum humidum non ſit euaporatum per coagulationem, quia mollificabile debet eſſe tam aqueum quam terreum, vel non multum plus terreum: & propter hoc nitrum, & ſal, non ſunt mollificabiles, ſed ſtatim ſoluuntur. Tertia conditio eſt, quod non habeant ſiccum inæqualiter diſpoſitum, ne pori ſint strictiores quam humidum aqueum, quod eſt quaſi materia mollificationis, diffundi poſſit: & propter hoc lateres, & lapides non mollificantur. Quarta vero eſt, quod non ſint trahibilia in longum, vel ad latus, vt corrigia, & neruus, & ratio eſt, quia talia ſunt viſcoſa, quæ non cedunt tactui in profundum ſui: ſed extra ſe trahuntur in longum. Mollificabile autem debet cedere tactui in ſe, ſicut manifeſtum fuit ſuperius in diffinitione mollis. Quinta eſt, quod non ſint humectabilia humido, ſcilicet alieno, & extrinſeco, vt lana: ſed mollificabile debet habere humidum: proprium eſt enim humidi quod vbiq; fluat, & ita mollificet. Sexta conditio eſt, quod non ſint ductibilia, & ratio eſt, quia talia habent plus aquæ quam terræ, ſicut metalla. Si autem ſit aliqua quæ cum magno labore liquentur, & ducantur, & tamen non habeant multum plus aquæ quam terræ; imo forte minus, ſicut ferrum; talia mollificantur: ſit autem mollificatio tanquam à cauſa efficiente, vt in pluribus ab igne ſicut ligna, & cornu mollificantur ab igne. Deinde cum dicit.

b ¶ Proſequitur de intingibili & non intingibili. Ad cuius euidentiam ſciendum eſt, quod intingibile hic dicitur, quod eſt ſuſceptiuum humidi extrinſeci per poros amplos, & duros. Ratione primi, ea quæ ſunt aquea non madefiunt neque intinguntur, quia aquea non habent poros, ſicut glacies. Metalla autem non intinguntur, quia licet ſint poroſa, non tamen habent poros amplos, ſed ſtrictos: ita quod humidum non poteſt ingredi & madefacere. Ratione tertii, multa quæ liquantur ab aqua non ſunt intingibilia, ſicut nitrum, & ſal, quia licet talia habeant poros amplos, non tamen pori ſunt duri, ſed molles, & paſſibiles, ita quod humidum ingrediens non madefacit, ſed corrumpit illud, in quod intrat. Quæ autem habens poros, amplos & duros, ſicut lana, pannus, & multa alia, intinguntur, quia humidum ingrediens per poros amplos,

plos, madefacit ſiccum terreſtre, & non corrumpit ipſum propter duritiem. Ex his autem patet, quod intingibilia ſunt terrea a prædominio, quia in eis dominatur ſiccum terreſtre, & coagulata ſunt à calido per abſtractionem humidi: ideo intinguntur per nouam humidi introductionem. Patet etiam ratio, quare terra intingitur. Nitrum autem, & ſal, quæ ſunt terrea, non intinguntur: primo, ſcilicet, quia terra habet poros duriores quam talia propter maiorem admiſtionem humidi fluidi in talibus quam in terra. Secundo etiam, quia talia ſunt poroſa per totum, & ex hoc humidum per totum ingrediens, & defluens, cito diuidit ea in partes, & corrumpit. Terra autem habet poros non per totum, ſed hic illic: & ideo partes magis continentur. Deinde cum dicit.

c ¶ Oſtendit quæ ſint flexibilia, & quæ dirigibilia dicens, quod quædam corpora ſunt flexibilia, & dirigibilia, vt calamus, & virga: quædam vero non ſunt flexibilia, neque dirigibilia, ſicut lateres, & lapides. Ad intelligendum autem quæ ſint flexibilia, & dirigibilia, & quæ non, ſciendum eſt, quod flexio, vel etiam rectificatio eſt motus à circulari periferia in rectitudinem, vel à rectitudine in periferiam circularem, manente eadem longitudine flexi. Omnia igitur corpora, quæ poſſunt moueri ex rectitudine in periferiam circularem, vel è conuerſo ex periferia circulari, ſiue concaua, ſiue conuexa, in rectitudinem ſunt flexibilia, vel dirigibilia: quæ autem non poſſunt ita moueri, non ſunt flexibilia, neque dirigibilia. Non tamen eſt idem flexio, & rectificatio: immo ſunt motus contrarii, quia flexio eſt motus ad concauitatem, vel conuexitatem: rectificatio autem eſt motus ad rectitudinem. Sed Philoſophus hic non aſſignat cauſam prædictorum, & ideo ſciendum eſt, quod humidum fluens ſicut ſuperius declarauimus, quærit terminos alienos, quia non bene terminatur terminis propriis. Siccum vero, quærit terminos proprios, quibus bene terminatur. Flexio igitur eſt motus ad terminos alienos, quia res quando eſt flexa, non habet proprios terminos ſuæ longitudinis: ſed poteſt amplius elongari ſi dirigatur. Ratificatio vero, eſt motus ad terminos quaſi proprios & ſibi conuenientes ſecundum ſuam longitudinem: & ideo res ratione humidi fluentis flectuntur, ſed ratione ſicci retrahentis habet dirigi, & rectificari. Quæ igitur ſunt coagulata per eductionem humidi non ſunt flexibilia, neque dirigibilia, ſed potius franguntur,

In terra autem permutati ſunt pori, quare qualitercunque vtique ſuſceperint, differt paſſio.

c Sunt autem & hæc quidem corporum flexibilia, & dirigibilia, velut calamus, & vimen, hæc autem inflexibilia corporum velut later, & lapis. Sunt autem & inflexibilia, & indirigibilia: quorumcunque corporum non poteſt longitudo in rectitudinem ex periferia, & ex rectitudine in periferiam permutari. Et flecti, & dirigi eſt in rectitudinem, aut in periferiam tranſmutari, aut moueri, etenim quod reflectitur, & quod deflectitur curuatur. Qui quidem igitur ad conuexitatem aut concauitatem motus longitudine ſaluata, flexio eſt. Si enim & in rectum vtique eſſet ſimul flexum, & rectum, quod quidem impoſſibile rectum flexum eſſe. Et ſi flectitur omne, aut reflectetur aut deflectetur, horum autem hoc ad conuexum; hoc autem ad concauum, tranſmutatio non: vtique erit, & quæ ad rectum laxatio, ſed eſt flexio, & rectificatio aliud, & aliud. Et hæc ſunt flexibilia, & rectificabilia, & inflexibilia, & non rectificabilia.

d Et hæc quidem frangibilia, & comminuibilia ſimul, & ſigillatim, puta lignum quidem frangibile, comminuibile autem non glacies autem, & lapis comminuibile, frangibile autem non, later autem & frangibilis, & comminuibilis. Differt autem, quia fractio quidem eſt in magnas partes diuiſio, & ſeparatio, comminutio autem in quaſcunque & plures duabus. Quæcunque quidem ſic coagulata ſunt, vt multos habeant viciſſitudinatos poros, & comminuibilia, vſque ad hoc enim pertingit. Quæcunque autem ad multum, frangibilia, quæcunque autem ambo, ambo.

F vt lateres, & ligna ſicca. Quæ autem habent humidum viſcoſum groſſum flectuntur de facili, & ſemper flectuntur ad illam partem, in qua eſt maior humiditas, ſicut tabulæ calefactæ ad ignem, flectuntur verſus ignem, quia ignis calefaciendo eas, educit humiditatem ad illam partem. Sed quæ habent humidum viſcoſum magis ſubtile, & bene commiſtum cum ſicco aereo ſubtili non flectuntur ita de facili: ſed tamen flexa cito redeunt ad rectitudinem, ſicut boni enſes: vel ſi non poſſunt redire ad perfectam rectitudinem, redeunt ad illam partem rectitudinis quam habuerunt in ſui coagulatione, ſicut bonæ baliſtæ, & arcus emiſſa ſagitta. Sed quæ habent humiditatem groſſam, & non bene commiſtam cum ſicco, non redeunt ad rectitudinem ſicut praui enſes: Arcus, & ſimilia. Deinde cum dicit.

d ¶ Determinat de frāgibili, & comminuibili, quæ ſunt paſſiones procedentes ex eiſdem cauſis, ſcilicet humido & ſicco. Nam quæ habent parum, aut nihil de ſicco, & multum de humido, neque ſunt frangibilia, neq; comminuibilia, ſicut liquida. Quæ autem habent multum de ſicco, ſunt in tribus differentiis: quædam enim ſunt frangibilia, & non comminuibilia, vt lignum: quædam ſunt comminuibilia, & non frangibilia, ſicut lapis, qui à ſculpentibus diuiditur in partes minutas: non autem frangitur in magnas partes, & paucas numero: quædam vero ſunt comminuibilia, & frangibilia, ſicut lateres. Et ratio huius differentiæ eſt, quia quædam ita coagulantur, quod habent paruos poros, numero multos, & propinquos ſituatione & iſta comminuuntur, quia comminutio eſt diuiſio in paruas partes, & diuiſio rei fit in poris ipſius, niſi ſcindantur: ſi ergo pori ſunt multi, diuiſio fiet ſecundum multas partes. Aliqua vero habent poros magnos, paucos numero, & diſtantes ſitu, & talia ſunt frangibilia, quia fractio eſt diuiſio rei in magnas partes, & paucas. Alia vero habent vtrunque, ſcilicet, quoſdam poros magnos, & reliquos paruos, & talia ſunt frangibilia, & comminuibilia, ſicut lateres. Conſiderandum eſt autem ad euidentiam prædictorum, quod porus hic vocatur illa pars rei poroſæ, quæ eſt non quidem vacua, ſicut dicebant antiqui credentes vacuum dari: ſed plena corpore ſubtili, ſiue tale corpus ſubtile ſit eiuſdem naturæ cum reliquo, ſiue alienæ puta aqueæ, vel aereæ.

*re vtro modo exceperit, diuerſa eſt affectio.*

*Sunt autem & corpora alia flexibilia, & quæ dirigi apta ſunt, vt arundo, & vimen, alia inflexibilia, vt fictile, & lapis. Flexibilia, & quæ dirigi poſſunt corpora, ſunt, quorum longitudo ex ambitu in rectitudinem, &* G *ex rectitudine in ambitum poteſt mutari, flectique, ac dirigi eſt ad rectitudinem, aut ambitum adduci, aut moueri. Flectitur enim, & quod reflectitur, & quod inflectitur. Quæ igitur longitudine ſalua ad conuexum eſt, aut ad cauum motio flexio eſt. Nam ſi etiam in rectum ſit, flexum & rectum ſimul eſſent, quod fieri non poteſt, vt quod rectum eſt, flexum ſit. Atque ſi quod flectitur, omnino, aut reflectitur, aut inflectitur: horum autem alterum in conuexum,* H *alterum in cauum ſit tranſitus, ad rectum quoque flexio non erit. Sed aliud flexio eſt, aliud directio. Et hæc ſunt flexibilia, & directilia, inflexibilia, & indirectilia.*

*Et alia quidem ſunt, quæ rumpi, & frangi poſſunt, vel ſimul, vel ſeparatim,* I *vt lignum rumpi quidem poteſt, frangi autem non poteſt, glacies & lapis, frangi poſſunt, non rumpi: fictile & frangi poteſt, & rumpi. Differunt autem, quoniam ruptio eſt in magnas partes diuiſio, atque diductio, fractio eſt in quaſuis, & plures duabus. Quæ igitur ita concreta ſunt, vt meatus multos permutatim poſitos habeant, frangi poſſunt, eouſque enim diducuntur. Quæ autem longius productos, rumpi: quæ vtroſque, ea in vtroque ſunt genere.*

K

LECTIO

## LECTIO XII.

a Oſtendit quæ ſunt impreſſibilia, & quæ non, & dicit, quod ſunt quædam corpora impreſſibilia, id eſt, apta nata recipere impreſſionem: quorum quædam ſunt mollia, ſicut cera: quædam vero ſunt dura, ſicut æs. Alia autem non ſunt impreſſibilia, & horum etiam aliqua ſunt mollia, ſicut aqua: aliqua autem ſunt dura, velut later, & lapis.

Nam impreſſio, paſſiue ſumpta, eſt ceſſio in profundum, ſecundum partem ſuperficiei: non è contra circumſtando, quod dicitur propter aquam quæ cedit imprimenti ſecundum ſuperficiem, non tamen ſuſcipit impreſſionem, quia contra circumſtat, ſicut ſupradictum eſt in diffinitione mollis. Et iſta fit dupliciter, aut per ſolam pulſionem tactus, vt in cera, & in omnibus mollibus: aut per percuſſionem, vt in metallis, & aliis duris. Vniuerſaliter igitur, Eorum, quæ ſunt impreſſibilia, quædam ſunt mollificabilia ſiue mollia actu, vt cera: quædam vero ſunt dura, vt metalla.

Sed tamen talia ſunt, in quibus eſt humiditas fortis, & bene permiſta cum ſicco terreſtri.

Alia autem dura, in quibus non eſt fortis humiditas: ſed eſt educta à coagulante, & etiam illa debilis, quæ remanſit, non eſt bene commiſta cum ſicco terreſtri: talia non ſunt impreſſibilia ſicut later, & lapis. Non eſt etiam impreſſibilis aqua propter rationem ſuperius aſſignatam, propter quam etiam non eſt mollis.

Manifeſtum eſt autem ex dictis, quod humiditas, non fluens, ſed bene permiſta cum ſicco terreſtri eſt materia impreſſionis.

Deinde cum dicit.

b ¶ Determinat de formabili manu, & non formabili.

Et dicit, quod impreſſibilia ſunt duplicia, quædam enim ſunt impreſſibilia, quæ non tantum ſuſcipiunt impreſſionem de

A facili, ſed etiam retinent eam, & talia ſunt etiam formabilia manu, ſicut paſta, & cera: quædam vero ſunt, quæ bene retinent impreſſionem, ſed non recipiunt eam de facili, ſicut metalla, quæ non recipiunt impreſſionem niſi per fortem percuſſionem, & talia non ſunt formabilia manu: ſed tamen formantur per artem: fundendo ſcilicet ea.

Quædam etiam ſunt quæ de facili recipiunt impreſſionem: ſed eam non retinent, ſicut lana, aut ſpongia, & hæc non ſunt manu formabilia, ita ſcilicet, quod retineant formationem. Quæ autem non ſunt impreſſibilia, non ſunt etiam manu formabilia, licet formentur per artem, puta per ſculptoriam, ſicut lateres: & lapides. Ex quibus patet, quod materia impreſſibilium etiam manu formabilium, eſt eadem non differens niſi ſecundum magis, & minus, quia manu formabilia debent eſſe paulo plus humida quam impreſſibilia, & ex hoc res fere eodem modo ſunt manu formabilia, quot ſunt impreſſibilia, ſcilicet, permanenter, aut non permanenter. Deinde cum dicit.

c ¶ Agit de capibili, & non capibili, & dicit, quod capibilia ſunt, quæ pulſa poſſunt conuenire, id eſt, contrahi, & reuerti intra ſe in profundum ſui, ſuperficie mutata de maiore in minorem, ſicut cum ſtringitur ſpongia: & non diuiſa, aut tranſlata in aliam partem, ſicut accidit in aqua, quæ quando comprimitur manibus, quaſi effugit ad aliam partem. Et quia multoties in ſuperioribus & nunc in iſto loco fecit mentionem de pulſione, & percuſſione, ideo declarat quid ſint. & dicit, quod pulſio eſt motus factus per ſolum tactum, ſcilicet ſine magna violentia; percuſſio autem eſt motus factus cum eleuatione, vel manus, vel alterius inſtrumenti percutientis, ſicut quando faber eleuat malleum, & percutit. Ratio autem quare talia ſunt capibilia, eſt, quia habent poros plenos ſubtiliori corpore

## LECTIO XII.

ET hæc quidem impreſſibilia, velut æs, & cera: hæc autem non impreſſibilia, velut later, & aqua. Eſt autem impreſſio, ſuperficiei, ſecundum partem in profundum ceſſio pulſione, aut percuſſione totaliter, aut tactu. Sunt autem quæ talia, & mollificabilia, velut cera manente alia ſuperficie ſecundum partem tranſmutatur, & dura, velut æs, & non impreſſibilia, & dura velut later: non enim cedit in profundum ſuperficies, & humida velut aqua, cedit quidem: ſed non ſecundum partem: ſed è contra tranſmutatur.

b Impreſſibilium autem quæcunque manent impreſſionem paſſa, & bene impreſſibilia manu, hæc quidem formabilia, hæc autem vt non bene impreſſibilia velut lapis, & lignum, aut bene impreſſibilia quidem; non manet autem impreſſio, velut lanæ, aut ſpongiæ, non formabilia, ſed capibilia hæc ſunt.

c Sunt autem capibilia quæcunque pulſa in ſeipſa conuenire poſſunt in profundum, ſuperficie ſecus mutata non diuiſa, & tranſlata alibi alia parte, velut aqua facit; hæc enim è contra transfertur. Eſt autem pulſio motus à mouente, qui fit à tactu: percuſſio autem cum allatione. Capiuntur autem, quæcunque poros habent vacuos connati corporis, & capibilia hæc: quæcunque poſſunt in propria vacua conuenire, aut in proprios poros, velut madefacta ſpongia, pleni enim ipſius pori. Sed quorumcunque pori pleni fuerint mollioribus quam ipſum quod natum eſt conuenire in ſeipſum. Capibilia quidem igitur ſunt, velut ſpongia, cera, caro. Non capibilia autem, quæ non nata conuenire pulſione in eos, qui in ipſos poros, aut quia non habent, aut quia durioribus habent plenos. Ferrum enim non capibile, & lapis, & aqua, & omne humidum.

### Tractatus tertii, libri quarti, in quo determinatur de impreſſibili, capibili, trahibili, ductibili, ſciſſibili, detruncabili, frangibili, & commaſſabili.

### Cap. III.

*ALia ſunt, quæ imprimi poſſunt, vt æs, & cera, alia non poſſunt, vt fictile, & aqua, impreſſio autem eſt* B *ſuperficiei per partem pulſu, aut ictu, aut omnino tactu in profundum tränſitus. Eiuſmodi ſunt, & res emollibiles, vt cera, quæ manente reliqua ſuperficie, per partem locum mutat, & duræ, vt æs. Res, quæ imprimi non poſſunt partim duræ ſunt, vt fictile cum in profundum ſuperficies non cedat, partim humidæ, vt aqua, nam cedit quidem, ſed non per partem, transfertur enim vndiq; circumfuſa.*

C

*Rerum autem, quæ imprimi poſſunt quæcunq; impreſſæ manent, & facile manu imprimuntur, eæ formari aptæ ſunt, quæ vero aut non facile imprimuntur, vt lapis, vel lignum, aut facile quidem imprimuntur, non manet autem impreſſio, vt lanæ, aut ſpongiæ, eæ formari aptæ non ſunt, ſed hæ ſunt preſſiles.*

D

*Sunt autem preſſilia, quæ pulſu, in ſe poſſunt coire, ſuperficie in profundum translata, nec diuiſa, nec parte altera in alterius locum ſubeunte, id quod facit aqua. Ea enim reſiliendo transfertur. Eſt vero pulſio, a mouente dimotio, quæ tactu efficitur. at ictus, quæ latione. Comprimuntur autem, quæ vacuos habent meatus corporis congenei, eaq; ſunt preſſilia, quæ in vacua coeunt, aut in meatus, quibus ſunt referta. Meatus enim, in quos* E *ſubeunt, vacui interdum non ſunt (veluti ſpongiæ humectæ, cuius meatus ſunt pleni) ſed ea, quibus meatus pleni ſunt, molliora habentur, quam id ipſum, quod aptum eſt in illos coire. Preſſilia igitur ſunt, vt lana, ſpongia, cera, caro. Non preſſilia autem, quæ in ſuos meatus coire aptæ non ſunt, ad quod eos non habeant, aut rebus durioribus plenos. Ferrum enim preſſile non eſt, nec item lapis, nec aqua, nec vllum humidum.*

ſiue tale corpus ſubtile ſit eiuſdem naturæ cum reliquo, ſiue alterius. Nam tale corpus ſubtile aut egreditur quando capitur ſi eſt alterius naturæ, ſicut patet in ſpongia : aut ingroſſat & comprimitur : ſi eſt eiuſdem naturæ ſicut in carne. Quæ igitur habent tales poros ſunt capibilia: quæ autem non habent poros, vt aqua & liquida, non capiuntur: quæ vero habent poros, ſed plenos corpore duro vt ferrum, illa etiam non ſunt capibilia. Et quibus manifeſtum eſt, quod capibile hic vocatur non quodcunque accipi poteſt, prout nomen ſonat : ſed quod poteſt reſtringi & reduci ad minorem ſuperficiem. Ferrum enim capi, id eſt, accipi poteſt manibus: tamen dicit, quod non eſt capibile, quia non poteſt reſtringi ad minorem ſuperficiem. Eſt autem materia capibilium ſiccum terreſtre à prædominio, ſicut ex dictis eſt manifeſtum. Deinde cum dicit.

d ❡ Determinat de trahibili, & dicit quod trahibilia ſunt quorum ſuperficies poteſt mutari de loco ad locum ſicut corrigia. Eſt enim tractio motus corporis ſecundum longitudinem vel latitudinem, ita quod ex illa parte qua mouetur extenditur, ex alia per accidens reſtringitur, ſicut corrigia cum trahitur per longum extenditur & reſtringitur ſecundum latitudinem. Quædam autem ſunt trahibilia, & etiam capibilia vt cera, & lana: aliqua vero ſunt trahibilia, & non capibilia vt flegma, & ſputa quæ trahuntur ad modum fili: aliqua ſunt capibilia & non trahibilia ſicut ſpongia : ſed quæ carent ſicco ſicut aqua, vel quæ non habent humiditatem viſcoſam ſicut lapis & metalla non ſunt trahibilia: vel extenſibilia, neque etiam capibilia. Ex quibus eſt manifeſtum, quod illa dicuntur vniuerſaliter trahibilia quorum materia eſt humidum viſcoſum à prædominio, & tale humidum propter viſcoſitatem continet ſiccum terreſtre. Non dicitur etiam hic trahibile, ſecundum vſum vocabuli apud nos, latini enim grammatici vocant trahibilia omnia quæ poſſunt moueri de loco ad locum vel per violentiam, ſicut homo dicitur trahi ad carcerem, vel ſaltem per motum qui non eſt naturalis talibus, ſicut currus & ligna dicuntur trahi. Sed hic vocatur trahibile tantummodo illud cuius partes mutant locum per extenſionem, ſicut accidit in corrigia vel pelle molli, quia trahi eſt transferri de loco ad locum ſecundum

d Trahibilia autem ſunt, quorumcunque poteſt ad latus transferri ſuperficies. Trahi enim eſt transferri ad mouens planum continuum exiſtens. Sunt autem hæc quidem trahibilia, velut pilus, corrigia, neruus & gluten & paſta; hæc autem non trahibilia velut aqua & lapis. Hæc quidem igitur eadem ſunt trahibilia capibilia velut lana, hæc autem non eadem ſicut flegma, capibile quidem non eſt, trahibile autem, & ſpongia capibilis quidem, non trahibilis autem.

e Et hæc quidem ſunt ductibilia velut æs, hæc autem non ductibilia, velut lapis & lignum. Sunt autem ductibilia quidem, quæcunq; eadem percuſſione poſſunt ſimul in latus & profundum vel ſuperficiem transferri ſecundum partem: non ductibilia autem quæcunque non poſſunt. Sunt autem quæ quidem ductibilia omnia & impreſſibilia, impreſſibilia autem non omnia ductibilia, velut lignum, vt tamen ad omne eſt dicere conuertuntur. Capibilium autem hæc quidem ductibilia, hæc autem non; cera quidem & lutum ductibilia, lana autem non, neque aqua.

f Sunt autem & hæc quidem ſciſſibilia, velut lignum, hæc autem non ſciſſibilia, velut later. Eſt autem ad ſciſſibile quod poteſt diuidi ad plus quam diuidens diuidit. Scinditur enim cum ad plus diuidatur quam diuidens diuidit, & præcedit diuiſio. In detruncatione autem non eſt hoc. Non ſciſſibilia autem, quæcunque non poſſunt pati hoc. Eſt autem neque molle nullum ſciſſibile. Dico autem ſimpliciter mollium & non adinuicem, ſic quidem enim & ferrum erit molle, neque dura omnia, ſed quæcunque neque humida ſunt, neque

*Tractilia autem ſunt, quorum ſuperficies in obliquum poteſt transferri. Trahi enim, eſt, ſuperficiem ad id, quod mouet, transferri continuam: Sunt vero tractilia, vt pilus, lorum, neruus, maſſa triticea, viſcum: non tractilia, vt aqua & lapis. Aliqua eadem tractilia ſunt & preſſilia, vt lana.*
G *Aliqua non ſunt, vt pituita preſſilis non eſt, ſed tractilis; ſpongia preſſilis quidem eſt, ſed non tractilis:*

∴ ∴

*Sunt vero & aliqua ductilia, vt æs, aliqua non ductilia, vt lapis & lignũ. Ac ductilia quidem ſunt, quorum ſuperficies eodem ictu in latum ſimul,*
H *& in profundum, per partem poteſt transferri. Non ductilia autem, quorum non poteſt. Et ductilia quidem omnia impreſſibilia etiam ſunt, impreſſilia vero non omnia ductilia, vt lignum, magna tamen, vt ſic dixerim, ex parte reciprocantur. At vero preſſilium rerum, aliæ ſunt ductiles, aliæ non ſunt; cera & lutum ſunt ductilia, lana non eſt, neque aqua.*

I ∴ ∴

*Sunt & quædam fiſſilia, vt lignum, quædam non fiſſilia, vt fictile. Ac fiſſile quidem eſt, quod poteſt vlterius diuidi, quam diuidens diuidat. Finditur enim cum vlterius diuiditur quam diuidens diuiſerit, & antegreditur diuiſio, id, quod non fit in ſectione. Non fiſſilia autem ſunt, quæ ita effici non poſſunt, nec vero quicquã, quod mol-*
K *le ſit, fiſſile eſt (dico autem ea, quæ abſolute mollia ſunt, & non comparatione; quo quidem modo ferrum quoque molle eſt) nec dura omnia fiſſilia ſunt. Sed quæ nec humida ſunt, nec imprimi poſſunt, nec frangi. Eiuſmodi autem ſunt, quæ in longitudinẽ habẽt meatus, quib. mutuo copulantur; ſed*

F partes, manente continuitate totius. Deinde cum dicit.

e ❡ Oſtendit quæ ſunt ductilia & quæ non, & dicit quod ductilia ſunt ea quæ transferuntur ſecundum partem ſuperficiei in profundum & ad latus per vnam & eandem percuſſionem, ſicut æs, id eſt, ſpecies ſimplices metallorum, vt ſtannum vel plumbum, quæ per vnam & eandem percuſſionem quãdo percutiuntur, deprimuntur in profundum ſecundum partem ſuperficiei & etiam extenduntur ſecundum latera. Vel etiam deprimuntur & extenduntur, ſecundum totam ſuperficiem, ſi inſtrumentum percutiens ſit æquale vel maius ipſa ſuperficie. Quę autem non poſſunt deprimi & extendi, ſicut dictum eſt, talia non ſunt ductibilia ſicut lapis, & lignum. Cauſa autem, quare talia cedunt percutienti in profundum & ad latus, eſt humiditas bene commiſta cum ſicco terreſtri : quæ calefacta & commota per percuſſionem facit ſecum fluere aliqualiter ſiccum terreſtre. Et quia tale humidum eſt valde conſtrictum, & ꝓportionabiliter cõmiſtum cum ſicco, non habens magnos poros interceptos, ideo facit ſiccum fluere ad omnem partem. Ex quo ſequitur, quod meliora ſunt metalla quæ ducuntur æqualiter ab omni parte, quam quæ ducuntur ex vna parte, ex alia autem crepant vel minus ducuntur, quia in talibus humidum eſt melius permiſtũ cum ſicco. Dicit autem, quod omnia quæ ſunt ductibilia, ſunt etiam impreſſibilia: ſed (vt eſt dicere ad omne) id eſt, vniuerſaliter loquendo non conuertitur conſequentia, quod ſcilicet, omne impreſſibile ſit ductibile, quia lignum eſt impreſſibile, non tamen eſt ductibile. Similiter capibilium quædam ſunt ductilia ſicut cera, quædam vero non, ſicut aqua, quæ non eſt ductilis propter nimiam humiditatem continue fluentem. Deinde cum dicit.

f ❡ Determinat de ſciſſibili & detruncabili ſimul, quia ambæ ſunt ſpecies diuiſionis, & dicit, quod ſciſſibilia ſunt illa, quæ prius diuiduntur quam à diuidente tangantur, in illa ſcilicet parte ſecundum quam diuiduntur : ſicut aſſeres ex abiete quæ quando tanguntur vt diuidantur in longum, ſcinduntur remotius quam tangantur à diuidente, ita quod diuiſio præcedit tactum. Quæ autem non ita diuiduntur, non ſunt ſciſſibilia. Et ex hoc quæ ſunt mollia, non ſunt ſciſſibilia, quæ non ſic diuiduntur.

Neque

Neque etiam omnia dura ſunt ſciſſibilia, vt ea quæ ſunt comminuibilia: ſed ſciſſibilia ſunt ea quæ ſunt ſicca, non ratione qua ſicca, ſed ſicca, ſed in quantum habent poros diſpoſitos ſecundum longitudinem, plenos corpore paſſibili & ſubtili & adnatos, id eſt, propinquos vnum alteri, humida autem vel mollia non ſcinduntur, quia carent poris, ſicut aqua, paſta, & cera, & huiuſmodi. Comminuibilia autem non ſcinduntur, quia non habent poros diſpoſitos ſecundum longitudinem, ſed ſecundum omnem partem ſicut vitrum. Frangibilia autem, quia non habent poros adnatos vnum alteri. Multa enim dura non ſcinduntur, quia pori in eis non ſunt pleni corpore ſubtili & paſſibili, ſed duro & impaſſibili. Detruncabilia autem ſunt, quæ quando diuiduntur neque diuiſio præcedit tactum, ſicut inciſione, neque etiam comminuuntur. Et alia ſunt quæ non ſunt humida carentia poris, ſed magis habent poros diſpoſitos ſecundum latitudinem, & quia aliqua habent multos poros diſpoſitos, ſecundum vtramq; partem, ideo ſunt ſciſſibilia & detruncabilia. Et quia viſcoſitas impedit ſciſſionem ratione humiditatis, ideo vt ſciatur, quomodo fit viſcoſum dicit, quod viſcoſum, quod non frangitur ſed eſt trahibile ſicut dictum eſt ſuperius, eſt humidum & molle. Talia autem fiunt viſcoſa propter concatenationem partium adinuicem. Quæ colligatio aut fit à calido mouente, quod fortiter vnit ſiccum cum humido terminato, ſicut in oleo & pice, aut fit à frigido, quod fortiter & inſeparabiliter comprimit humidum cum ſicco. Non determinat autem de diuiſione ſimpliciter quæ eſt genus talium: quia diuiſio vt ſic, accidit potius ratione materiæ & quãtitatis, quam ratione qualitatum paſſiuarum. Deinde cum dicit.

g ¶ Determinat de cõmaſſalibus, & dicit, quod commaſſabilia ſiue infiltrabilia ſunt ea, quæ ſunt capibilia, ſed non habent capturam manſiuam, id eſt non retinent figuram quam habent, quando

impreſſibilia, neque comminuibilia. Talia autem ſunt quæcunque ſecundum longitudinem habent poros, ſecundum quos adnaſcuntur inuicem, ſed non ſecundum latitudinem. Detruncabilia autem ſunt, conſtantium durorum aut mollium quæcunque poſſunt neque ex neceſſitate præcedere diuiſionem, neque comminui diuiſa. Quæcunque autem non humida fuerint talia detruncabilia. Quædam quidem ſunt eadem, & detruncabilia & ſciſſibilia, velut lignum, ſed vt multũ ſciſſibile quidem ſecundum longitudinem, detruncabile autem ſecundum latitudinem. Quoniam enim diuiditur vnumquodque in multa: qua quidem longitudines multę, quod vnum ſciſſibile hac, qua autem latitudines multæ quod vnum detruncabile hac. Viſcoſum autem eſt quando trahibile aut humidum, exiſtens, molle fuerit. Tale autem fit concatenatione quęcunque velut catenæ componuntur corporum, hæc enim ad multum poſſunt extendi, & conuenire. Quæcunque autem non talia, frangibilia ſunt.

g Commaſſabilia autem quæcunque capibilium permanentem habent capturam. Incommaſſabilia autem quæcunque aut totaliter non capibilia ſunt, aut non manſiuam habent capturam.

LECTIO XIII.

a ET hæc quidem vſtibilia ſunt, hæc autem inuſtibilia, velut lignum quidem vſtibile, & lana & os, lapis autem & glacies inuſtibilia quęcunque habent poros ſuſceptiuos ignis, & humiditatem in his qui ſecundum directum poris debiliorem igne. Quæcunque autem non habent, aut fortiorem velut glacies, & quæ valde viridia, inuſtibilia.

b Exhalabilia autem ſunt corporum quæcunque humiditatem habent quidem, ſic autem habent vt non euaporet ab ignitis ſeorſum. Eſt enim vapor quæ à calido

A capiuntur, quod enim talia ſint capibilia, conuenit eis ratione pororum interceptorum in partibus eius.

Quod autem redeant ad primam figuram, conuenit eis ratione ſicci prædominantis. Incommaſſabilia autem dicuntur propter cauſas oppoſitas.

*non in latitudinem; ſiccari vero ex iis, quæ concreta ſunt, dura, ſeu mollia ea omnia poſſunt, quæ vim eam habent, vt nec diuiſio neceſſario antecedat, nec cum diuiduntur, frangantur; quæ autem aut liquida ſunt, aut talia ſecari non poſſunt. Porro aliqua eadem ſectilia ſunt & fiſſilia, vt lignum, ſed* B *vt plurimum fiſſile eſt in longitudinem ſectile in latitudinem. Cum enim vnumquodque in plura diuiſum ſit, qua ex parte longitudinibus multis vnum conſtat, ea fiſſile eſt. Qua autem ex latitudinibus multis, vnum eſt, ea poteſt ſecari. Lentum autem eſt, quod cum liquidum ſit, aut molle, trahi poteſt: talia autem ſunt corpora ea, quæ permutatione quadam, catenarum modo componuntur. Hæc enim multum laxari contrahiq; poſſunt. Quæ autem non ſunt talia, friabilia ſunt.*

C

*Subactilia ſunt, quæ in preſſilibus* D *firmam habent compreſſionem. Non ſubactilia ſunt, quæ aut omnino non ſunt preſſilia, aut non retinent compreſſionem.*

Tractatus tertii: in quo determinatur de vſtibili, exhalabili, inflammabili.
Cap. IIII.

*ET alia quidem cremari poſſunt, alia non poſſunt, vt lignum cremari, & lana, & os, poſſunt; lapis & glacies non poſſunt. Cremari autem ea poſſunt, quæ & habent meatus igni* E *accipiendo idoneos, & humorem igne imbecilliorem in meatibus directis. Quæ vero aut non habent, aut vehementiorem, vt glacies, & quæ valde ſunt viridia, ea vri non poſſunt.*

*Suffitum autem reddere poſſunt ea corpora, quæ humorem quidem in ſe habent, ſed ita habent, vt cum incenduntur in vaporem abire ſeparatim non queant. Vapor enim ſecretio eſt,*

*Tho. in Meteo.*

LECTIO XIII.

OStendit quæ ſunt vſtibilia, & quæ non vſtibilia, & dicit, quod quædam corporum coagulatorum ſunt vſtibilia, ſicut lignum & oſſa: quædam vero ſunt inuſtibilia, ſicut lapides & glacies. Vſtibilia autem ſunt quæcunque habent poros ſuſceptiuos ignis & humiditatem ſuperabilem ab igne. Talia autem ſunt quæ habent poros plenos humiditate aerea bene paſſibili. Dico quod debent habere poros, quia carentia poris non ſunt vſtibilia vt glacies, quæ propter defectum ſiccitatis caret poris. Debent etiam eſſe pleni humiditate aerea, quia aer eſt nutrimentum ignis. Et propter hoc Ebenus qui inter omnia ligna eſt minus aereus & magis terreſtris, quod oſtendit pondus & nigredo eius, non eſt vſtibilis, Debet etiam talis humiditas eſſe bene paſſibilis, quia habentia humiditatem groſſam, & fortem, non ſunt bene vſtibilia, ſicut ligna multum viridia. Vniuerſaliter etiam carentia humiditate aerea, non ſunt vſtibilia ſicut lapides, quia talis humiditas eſt materia vſtionis. Deinde cum dicit.

b ¶ Determinat de exhalabilibus & vaporabilibus ſimul. Ad cuius euidentiam ſciendum eſt, quod aliter locutus eſt ſuperius de exhalatione & vapore, & aliter in iſto loco. Nam ſuperius dixit, quod exhalatio eſt ſegregatio ſicca & calida, ſiue ſegregaretur à calido vſtiuo, ſiue ab alio, & hæc eſt principium venti. Vapor autem eſt ſegregatio humida, & talis eſt principium pluuiæ: hic autem dicit, quod exhalabilia ſunt, quæ habent humiditatem nõ euaporabilem à calido vſtiuo poſito ſub eis, quia talia dicuntur vaporabilia: ſed potius exhalabilia dicuntur, quæ proceſſu tempo-

ris paulatim ſegregantur in aerem, ſicut apparet, in pomis antiquatis, in quibus ſeparatio paulatim humido aereo ipſa remanent ſicca contrahentia rugas. Vapor autem eſt ſegregatio facta virtute calidi vſtiui, & ideo vapor humectat vaporabile propter humiditatem, ſegregatam foris, & colorat ipſum ratione calidi vſtiui. Et eſt principium ſpiritus, id eſt, venti ſi ſit vapor ſiue ſegregatio ſicca prædominio, ſed exhalatio non madefacit neque colorat ſenſibiliter propter paucitatem & debilitatem ſui, neque etiam eſt principium venti. Differt autem talis ſegregatio in diuerſis, quia in lignis, & his ſimilibus, ſicut ſunt pili & cornua & alia, quæ ſunt ſimiliter ſpiſſa, & fumabilia, vocatur fumus, quia non eſt impoſitum nomen talibus diuerſis ſegregationibus, ſicut dicebat Empedocles, licet ſecundum rem alius ſit fumus lignorum & cornuum. In pinguibus autem vocatur in græco lignis. In vnctuoſis autem dicitur Karuſa. Et ex hoc oleum eſt exhalabile, quia eſt vnctuoſum, non tamen eſt vaporabile, quia eius humiditas non permittit, & ideo exhalari nõ poteſt, quia elixata euaporant. Aqua autem eſt vaporabilis à calido propter humiditatem, non tamen eſt exhalabilis quia caret ſiccitate, quæ eſt materia exhalationis ſiccæ & calidæ. Simile eſt etiam de vino dulci quod eſt pingue & groſſum, quod patitur exhalationem ſicut oleum. Nam ſicut oleum non coagulatur à calido, neque à frigido ingroſſatur, tamen ab vtroque ſic & iſtud vinum. Et ſi figantur, calami parui in ipſo inflammantur. Et ſi ſublimetur & permiſceatur cum puluere ſulphuris & ſale, præſtat fomentum flammæ ſubtili, quia à ſulphure augetur in eo vnctuoſitas, à ſale augetur ſiccitas. Et non eſt vinum ſolo nomine, quia vini operationem non ha-

vſtiuo in aerem & ſpiritum ſegregatio ex humido madefactiuo. Exhalabilia autem tempore in aerem ſegregantur; & hæc quidem diſparentia ſicca, hæc autem terra fiunt. Differt autem hæc ſegregatio, quia neque madefacit, neque ſpiritus fit. Eſt autem ſpiritus fluxus continuus aeris ad longitudinem. Exhalatio autem quæ à calido vſtiuo communis ſegregatio ſicci, & humidi aeris. Propter quod quidem non madefacit, ſed colorat magis. Eſt autem quæ quidem lignei corporis exhalatio fumus, dico enim & oſſa & pilos & omne quod tale in eodem, non enim iacet nomen commune, ſed ſecundum analogiam, tamen in eodem omnia ſunt, ſicut & Empedocles ait. Hæc, pili, & folia, & auium plumæ, ſpiſſæ, & ſquamæ fiunt ſuper ſolida membra: quę autem pinguis exhalatio linguis; quæ autem vnctuoſi Kinſa. Propter quod oleum non patitur pepſim neque ingroſſatur: quia exhalabile eſt, ſed non vaporabile, aqua autem non eſt exhalabilis, ſed vaporabilis. Vinum autem quod quidem dulce exhalat, pingue etenim eadem facit oleo, neque enim à frigore coagulatur, vriturque. Eſt autem vinum nomine, opere autem non eſt; non enim vinoſus humor propter quod non inebriat. Quodcunque autem vinum paruam habet exhalationem, propter quod emittit flammam.

F *quæ à calore qui vim habet comburendi, ex humore in aerem & ſpiritum exiſtit, quæ poteſt madefacere. Quæ autem ſuffitum poſſunt reddere, ea in aerem tempore excernuntur, & alia quidem euaneſcentia ſicca fiunt, alia terra. Diuerſa vero ſecretio hæc eſt, quod nec madefaciat, nec in ſpiritum mutetur. Spiritus autem eſt continuatus aeris in longitudinem effluxus. Ac ſuffitus ſiccitatis ſimul & humoris communis eſt excretio, quæ ab eo fit calore, qui incendendi vim habet. Quare non madefacit* G *ſed colore potius inficit. Eſt autem lignoſi corporis ſuffitus fumus, ad quod etiam genus oſſa, pilos, & eiuſmodi omnia refero. Non enim poſitum eſt commune nomen, ſed tamen ex proportione eodem omnia continentur, vt etiam ait Empedocles.*

*Sunt eadem, frondeſq;, pili, denſæque volucrum*

*Pennæ, tum ſquammæ queis fortia membra teguntur.*

*Pinguis autem rei ſuffitus, fuligo eſt vnctuoſa, nidor. Ideo oleum non elixatur, neque craſſeſcit, quod ſuffi-* H *tum poſſit reddere, non vaporem. Aqua vero vaporem reddere apta eſt, non ſuffitum. Vinum autem dulce, quod pingue ſit, ſuffitum mittit, & idem, quod oleum, facit. Nam & frigore non coagulatur, & comburitur. Eſt vero vinum nomine duntaxat, re ipſa non eſt. Non enim vinoſus eſt ſapor, ideo ebrietatem non affert, id quod vinum quodcunque ſolet. Exiguum autem habet alitum quamobrem flammam mittit.*

I

c Vſtibilia autem videntur eſſe quæcunque in cinerem diſſoluuntur corporum. Patiuntur autem hæc omnia, quæcunque coagulata ſunt aut à calido, aut ab ambobus frigido & calido; hæc enim videntur obtenta ab igne, minime autem lapidum ſigillum vocatus carbunculus. Vſtibilium hæc quidem inflammabilia ſunt, K hæc autem non inflammabilia, horum autem quædam carbonabilia. Sunt autem inflammabilia quæcunque non humida entia exhalabilia ſunt. Et pix autem, aut oleum aut cera magis cum aliis, quam per ſe ſunt inflammabilia, maxime autem quæcunque fumum emittunt. Carbonabilia autem quæcunque talium, terræ plus habent, quam fumi. Adhuc autem

*Cremari aũt poſſe corpora oĩa videntur, quæ in cinerẽ ſoluuntur; q̃ affectio omnib. ineſt, q̃ aut à calore, aut ab vtroq;, calido & frigido coagulantur. Hæc n. ab igne euinci cõſpiciuntur. At gẽma ea, q̃ carbunculus vocatur, minime lapidũ omniũ id patitur. Eorum aũt quæ cõburi apta ſunt alia poſſunt flammeſcere alia non poſſunt: eorumque nonnulla idonea ſunt, q̃ in carbones vertãtur. Flãmeſcere igitur poſſũt, quæ flammã poſſunt efficere, quæ autem non poſſunt, non flammeſcunt. Ac flãmeſcere quidẽ ea poſſunt, quæ cũ nõ ſint humida, ſuffitũ reddere apta ſunt. Pix vero, aut oleum, aut cera, magis cum aliis, quam per ſe edere, flammam poſſunt; maxime autem quæ fumum mittunt. Ex eiuſmodi autẽ reb. eæ in carbones verti poſſunt, quæ plus terræ habent quam fumi. Aliquæ etiã ſunt, quæ cum poſſint liquari, mittere*

bet quæ eſt inebriare, eo quod non poteſt euaporare. Non eſt autem intelligendum quod tempus ſit illud quod per ſe facit ſiue ſegregat exhalationem, quia tempus nullius actionis poteſt eſſe per ſe cauſa, ſed ſolum eſt per ſe menſura aliquarum actionum. Segregatur autem talis exhalatio vel à caliditate intrinſeca, vel à caliditate ſolis, ſiue continentis, non cito & in magna multitudine ſicut vapor, ſed paulatim & quaſi inſenſibiliter. Et ideo dicitur fieri à tempore, quia non fit niſi in multo & longo tempore. Deinde cum dicit.

c ¶ Oſtendit quæ ſunt inflammabilia, & quæ non, ſed quia inflammabilia, ſunt quæ pars vſtibilium vt melius cognoſcatur, quæ ſint inflammabilia, iterum repetit ſub breuitate quæ ſint vſtibilia, & dicit quod talia videntur eſſe quæcunque poſſunt reſolui in cinerem: huiuſmodi autem ſunt quæ fuerunt coagulata à ſolo calido, vel ab vtroque ſcilicet à calido & frigido, in quibus abundat ſiccitas propter caliditatem quæ in coagulatione euaporare fecit humiditatem. Non autem ſunt inflammabiles lapides, & maxime lapis carbunculus qui vocatur ſigillum lapidum, licet videatur ardere propter fulgorem ſuæ lucis, quia in ipſo eſt fortiter commiſtum humidum cum ſicco, ita quod non poteſt reſolui in cinerem.

Sed vſtibilium, quædam ſunt inflammabilia & quædam non: omnia enim corpora communia terræ & aquæ quæ non habent multam humiditatem aqueam, ſed aeream, & ſunt exhalabilia, inflammantur.

Nam talia exhalabilia exhalant fumum, qui accenſus dicitur flamma. Iſtorum autem quædam faciunt per ſe flammam, ſicut ligna quæ habent ſiccitatem ſufficientem & exhalant fumum. Aliqua vero

quædam liquabilia entia, non inflammabilia ſunt velut æs: & inflammabilia non liquabilia; velut lignum: hæc autem ambo velut thus. Cauſa autem, quia ligna quidem per totum habent humidum, & per totum continuum eſt vt peruratur. Æs autem ſecus vnamquamque quidem partem; non continuum autem, & minus quam vt flamma facit. Thus autem hac quidem ſic, hac autem illo modo habet. Inflammabilia autem ſunt exhalabilium quæcunque non li- B quabilia ſunt, propter magis eſſe terræ. Siccum enim habent commune igni; hoc igitur ſiccum ſi fiat calidum, ignis fit, propter hoc quod flamma ſpiritus aut fumus ardens eſt. Lignorum quidem igitur exhalatio fumus. Ceræ autem & thuris & talium & picis & quæcunque habent picem aut talia lignis, olei autem & quæcunque oleaginea Kinſa, & quæcunque minime ardent ſola, quia paucum ſicci habent: tranſitio autem per hoc, C cum altero autem citiſſime: hoc enim eſt, quod pingue ſiccum vnctuoſum. Exhalantia quidem igitur humidorum humidi magis, vt oleum & pix; ardentia autem ſicci.

A *tamen flammam non poſſunt, vt æs, & alia, quæ ad flammam reddendam aptæ ſunt, nec poſſunt liquari, vt lignũ: nonnullæ vtrunque obtinent, vt thus. Cauſa autem eſt, quod ligna confertum habent humorem, & per totum continuum. Quare comburuntur & æs in ſingulis quidem partibus, ſed nõ continuum, & minus, quam vt flammam poſſit efficere. Thus partim hoc modo, partim illo affectum eſt. Ex ſuffitu autem aptis, flammam mittere ea poſſunt, quæ, quod terrea magis ſint li-* B *quabilia non ſunt. Siccitatem enim, quæ igni communis eſt habent. Hoc igitur quod ſiccum eſt, ſi calidum fiat, ignis efficitur. Idcirco flamma ſpiritus eſt, aut fumus incenſus. Lignorum itaq; ſuffitus, fumus eſt: ceræ autem & thuris, & picis, & aliorum eiuſmodi & quæ picem habent, atq; eius generis, fuligo. Olei vero & oleoſorum omnium, nidor. Quæ etiam minime ſola comburuntur, propterea, quod modicum habeant ſiccitatis, per quã eſt tranſitus, alteri autem adiuncta ce-* C *lerrime. Hoc enim eſt pingue videlicet ſiccum vnctuoſum. Ea ergo è liquidis ad humorem magis attinent, quæ ſuffitum reddunt: ad ſiccitatem autem, quæ comburuntur.*

per ſe quidem quæ non faciũt flammam, ſed appoſitis ſiccis faciunt: ſicut oleum, Pix & huiuſmodi. ratio huius eſt, quia alia vnctuoſa licet habeant humiditatem aeream multam, quæ eſt bene inflammabilis, deficiunt tamen in ſicco. E conuerſo autem ſunt aliqua quæ abundant in ſicco, ſed deficiunt in humido vnctuoſo, & ideo appoſito eis vnctuoſo faciunt flammam meliorem. Sunt etiam quædam quæ ſunt liquabilia & non inflammabilia, ſicut metalla: quædam ſunt è conuerſo inflammabilia, & non liquabilia, ſicut ligna: aliqua autem patiuntur vtrumque ſicut Thus. Cauſa autem quare ligna ſunt inflammabilia, eſt, quia habent humidum aereum bene diffuſum, & continuum in toto ligno, hoc autem humidum eſt materia ignis. Non ſunt autem liquabilia, tum quia coagulata ſunt ab vtroque, tum quia liquabilium materia eſt humidum aqueum, non aereum, quod prædominatur in lignis. Metalla autem non inflammantur; quia habent humidum aqueum multum quod repugnat igni, & aereum paucum quod eſt materia ignis. Et propter eandem rationem ſunt liquabilia. Thus autem patitur vtrunque: nam ratione humidi aerei inflammatur: ratione vero humidi aquei quod in ipſo eſt commiſtum cum aereo, liquatur. Vniuerſaliter igitur quæ ſunt ſiue terrea ſiue etiam humida humiditate aerea, ſunt bene inflammabilia, & propter hoc flamma non eſt aliud quam ſpiritus ſiue fumus ardens, fumus enim eſt ſegregatio aerea, & ideo eſt materia flammæ. Eorum autem quæ ſunt vſtibilia & non ſunt inflammabilia, quædam ſunt carbonabilia, & talia ſunt quæcunque habent plus terræ quam aeris, ſiue fumi qui eſt exhalatio aerea, ſicut ligna viridia, & oſſa. Nam talia ratione ſicci terreſtris ſunt paſſibilia ab igne, propter defectum vero humidi aerei, non inflammantur.

## LECTIO XIIII.

D

His autem paſſionibus, & his differentiis homiomera corporum, ſicut dictum eſt, differunt abinuicem ſecũdum tactum, & adhuc ſaporibus, & odoribus, & coloribus. Dico autem homiomera velut quæ metallantur, æs, aurum, argentum, ſtannum: ferrum, lapidem; & alia talia, & quæcunque ex his fiunt ſegregata, & quæ in animalibus, & plantis: velut carnes; oſſa: neruus, pellis, viſcera, pili, venæ, ex quibus iam conſtant, anomiomera, puta facies, manus, E pes, & alia talia, & in plantis, lignum, cortex, folium, & radix & quęcunque talia. Quoniam autem hæc quidem ab alia cauſa exiſtunt, ex quibus autem hæc, materia quidem ſiccum, & humidum, quare aqua, & terra: hæc enim euidentiſſimam habent potentiam, & vtrumque vtriuſque. Facientia autem calidum & frigidum: hæc enim conſtare faciunt, & coagulant ex illis, accipiamus homiomerorum qualia terræ ſpecies, & qualia aquæ, & qualia communes.

### Tractatus quarti: in quo declaratur per quid poteſt cognoſci in vniuerſali cuius naturæ ſit aliquod miſtum. Cap. I.

*Hiſce autem affectionibus & differentiis ſimilium partium corpora inter ſe tactu differunt, præterea odoribus, ſaporibus, & coloribus. Dico autem ſimilium partium corpora; vt res metallicas, aurum, æs, argentũ, ſtannum, ferrum, lapidem & alia eiuſmodi, & quæ ſecretione ex hiſce fiunt. Item, quæ in animalibus, & plantis, vt carnes, oſſa, neruos, cutem, viſcus, fibras, pilos, venas; è quibus ea, quæ diſſimilium partium ſunt, conſtant, vt facies, manus, pes, & alia eiuſmodi, & in plantis, lignum, cortex; foliũ, radix, & quæ eius generis ſunt. Cum autem hæc ab alia cauſa conſtituantur, eorum vero, è quibus hæc ſunt, materia quidem ſiccum ſit & humidum, ob eamq; cauſam aqua & terra (vtrunq; enim eorum, vtriuſq; facultatem habet euidentiſſimam, quæ autem efficiunt calor & frigus (hæc enim ex illis illa conſtituunt, concretaque efficiunt) quæ ſimilium partium genera ad terram pertineant, quæ ad aquam, & quæ vtriuſque cõmunia ſunt, ſumamus. Sunt igitur*

## LECTIO XIIII.

Poſtquam Philoſophus determinauit de qualitatibus actiuis & paſſiuis ſecundum ſe tam in generali quam in ſpeciali de ſingulis ſpeciebus eorum: nunc determinat de eis per comparationem ad corpora, & circa hoc duo facit: primo determinat de qualitatibus paſſiuis: ſecundo, de qualitatibus actiuis ibi. [Qualia autem calida.] Circa primum duo facit, primo præmittit quædam neceſſaria ad propoſitum: ſecundo determinat de qualitatibus paſſiuis per comparationem ad corpora ibi. [Humidorum igitur quæcunque.] Quantum ad primum igitur, primum quod reaſſumit ex ſuperioribus eſt, quod corpora ſunt in duplici differentia, quædam enim ſunt homiomera ſiue homogenea, & talia ſunt in quibus partes ſunt eiuſdem rationis & nominis cum toto ſicut aqua, terra, lignum, lapis, & in animalibus caro, ſanguis, & huiuſmodi. Alia autem ſunt Anomiomera ſiue Eterogenea, quæ ſunt diuerſarum rationum in toto, & in partibus ſicut Animal, homo, facies, manus, & ſimilia, partes enim hominis aut manus, non ſunt homo aut manus. Et omnia talia differunt ab inuicem qualitatibus paſſiuis, & maxime tangibilibus, differunt etiam odoribus, ſaporibus, & coloribus, & ſimilibus, quamuis iſtis qualitatibus magis differant corpora homiomera, quam anomiomera. Secundum, quod reaſſumit, eſt quod cauſa talium corporum inſtrumentalis eſt duplex. Cauſa enim inſtrumentalis ex parte materiæ eſt humidum, & ſiccum, & ex con-

ſequenti, cauſa materialis iſtorum eſt aqua & terra, quia aqua eſt primo humida, & terra eſt primo ſicca. Cauſæ vero ex parte agentis ſunt calidum & frigidum: quia talia faciunt conſtare & coagulant talia corpora & ex conſequenti ſunt actiua. Et ideo conſiderandum eſt, qualia ſunt corpora homiomera, ſcilicet, ſpecies terræ & aquæ & communes vtrique inquam tum ſubſtant talibus qualitatibus. Tertium vero eſt quod corporum conſtantium alia ſunt humida: alia ſunt dura: alia mollia. ſed de duro & molli ſuperius ſatis dictum eſt, quomodo, ſcilicet, coagulentur: nunc autem reſtat dicendum de reliquis. Deinde cum dicit.

b ¶ Proſequitur intentum ſuum, & determinat de qualitatibus corporum miſtorum per comparationem ad talia corpora, primo ergo determinat de qualitatibus paſſiuis oſtendendo quæ corpora ſunt magis humida, & quæ magis ſicca à prædominio, & dicit quod omnium corporum miſtorum eſt triplex diuerſitas. Nam quædam ſunt humida: vt ſpecies aquæ. Aliqua ſunt mollia, ſicut caro, & neruus. Aliqua aut ſunt ſicca vel dura: vt oſſa. Et iſtorum, ea quæ coagulantur vel ingroſſantur, aut coagulantur ſiue ingroſſantur à calido, aut à frigido, aut ab vtroque: ſimiliter etiam dicendum eſt de liquefactis humidorum: igitur quædam ſunt vaporantia: & talia ſunt aquea à prædominio. Nam vapor eſt humor aqueus reſolutus à calido; aut non vaporantia, & talia ſunt communia terræ, & aquæ, vt lac: aut ſunt communia terræ, & aeri, ſicut ligna: aut aquæ & aeri; ſicut oleum. Quæ autem ingroſſantur à calido, ſunt communia terræ & aquæ. Nam ingroſſatio facta a calido eſt ſeparatio humidi ſuperflui, & terminatio

Sunt itaque corporum conditorum; hæc quidem humida, hæc autem mollia, hæc autem dura. Horum autem quæcunque dura aut mollia coagulatione, dictum eſt prius.

b Humidorum igitur quæcunque euaporant aquæ. quæcunque autem, non aut terræ, aut communia terræ & aquæ, velut lac: aut terræ & aeris, velut lignum: aut aquæ & aeris, velut oleum. Et quæcunque quidem à calido coagulantur, communia. Dubitabit itaque aliquis de vino humidorum: hoc enim & euaporabit vtique, & ingroſſatur ſicut nouum. Cauſa autem, quia neque in vna ſpecie dicitur vinum, & quia aliud aliter, nouum enim magis terræ quam antiquum. Propter quod & ingroſſatur maxime calido & coagulatur minus à frigido, habet enim & calidum multum & terræ, ſicut quod in Arcadia ſi exſiccatur à fumo in vtribus vt eductum coaguletur. Si autem omnem fecem habet, ſic virtus quæ eſt aut terræ aut aquæ, aut huius habet multitudinem. Quæcunque autem à frigido ingroſſantur, terræ. Quæcunque autem ab ambobus communia plurimum, velut oleum & mel & dulce vinum. Communiorum autem quæcunque coagulata ſunt à frigido aquæ, velut glacies, nix, grando, pruina. Quæcunque autem à calido terræ, velut later, caſeus, nitrum, ſales. Quæcunque autem ab ambobus, talia autem ſunt, quæcunque infrigidatione; hæc autem ſunt, quæcunque amborum priuatione & calidi & humidi ſimul egredientis cum calido. Sales quidem enim humidi ſolius priuatione coagulantur, & quæcunque ſyncera terræ, glacies autem calidi ſolius, hæc autem amborum. Propter quod & ambobus habebant ambo. Quorumcunque quidem igitur totum exudauit velut later, aut electrum. Etenim vt electrum, & quæcunque dicuntur lachrimæ infrigidatione ſunt velut myrrha, thus, gummi, & electrum, aut videtur huius generis, & coagulatur, intercepta enim in ipſo animalia videntur. A fluuio autem calidum exiens, velut cocti mellis cum in aquam dimiſeris, euaporat humidum hæc omnia terræ.

F *è corporibus, quæ effecta ſunt, alia liquida, alia mollia, alia dura. Ex his autem, quæ concretione dura ſunt & mollia, dictum eſt antea.*

*Liquida igitur, quæ in vaporem abeunt, ad aquam; quæ non abeunt aut ad terram, aut communiter ad* G *terram & aquam pertinent, vt lac: aut ad terram & aerem, vt mel: aut ad aquam & aerem, vt oleum. Et communia quidem etiam ſunt, quæ calore concreſcunt. In rebus autem liquidis de vino quiſpiam dubitarit. Hoc enim in vaporem abit, atq; etiam craſſeſcit, vt nouum. Cauſa autem eſt, quod non vna ſpecie vinum dicitur, aliudq; aliter affectum ſit. Namque nouum magis quam vetus, terreum eſt. Quocirca & calore maxime craſſeſcit. Item frigore minus coagulatur,* H *cum calidi plurimum ac terræ contineat, vt in Arcadia fumo in vtribus adeo exiccatur, vt craſſum potetur. Quod ſi fecem omne habeat, ita eſt aut terreum aut aqueum pro eius multitudine quam continet. Quæ autẽ frigore craſſeſcunt, ad terram pertinent. At quæ vtroq; plurimum communia, vt oleum, & mel, & vinum dulce. Eorum autem quæ concreuerunt, illa ad aquam pertinent, quæ frigore ſunt coagulata, vt glacies, nix, grando, pruina; ad terram autem quæ calore, vt fictile caſeus, nitrum,* I *ſal. Quæ autem vtroque (quo in genere ea ſunt, quæ refrigeratione, hæc autem ſunt, quæ vtriuſq;, id eſt, caloris & humoris cum calore exeuntis, priuatione coguntur.*

*Sal enim, & quæ terra ſyncera conſtant, humoris ſolius priuatione coagulantur, glacies ſolius caloris) hæc vtriuſq;. Quocirca & ab vtroque, & vtrumque habent.*

*Quorum igitur vniuerſus humor exhauſtus eſt, quale fictile eſt & ſuccinum (Succinum enim, & quæcunque quaſi lachrimæ dicuntur, refri-* K *geratione conſtant, vt myrrha, thus, gummi, ſuccinumq; & huius generis eſſe videtur, & cogitur quippe cum incluſa in eo animalia conſpiciantur, vi autem fluminis calor exiens, perinde vt mellis, quod decoquitur, cum in aquam poſitum fuerit, humorem educit) ea ad terram omnia pertinent.*

*Et alia quidem nec liquari, nec emolliri poſſunt, vt ſuccinum, aut lapides nonnulli, vt toſſi in ſpeluncis. Etenim hi ſimiles illis gignuntur, nec vt ab igne, ſed frigoris vi ca-*

humidi derelicti cum ſicco terreſtri. Ingroſſata vero à frigido, ſunt terrea à prædominio. Nam in talibus eſt parua humiditas compreſſa cum multo ſicco terreſtri. Quæ autem ingroſſantur ab vtroque, aut ſunt communia terræ & aquæ, aut terræ, & aeri, ſicut apparet de oleo, melle, & dulci vino. Sed dubitatio oritur de vino. Nam ex ea parte qua euaporat, videtur aqueum à prædominio, ex ea vero parte qua ingroſſatur à calido, videtur terreum à prædominio. Sed dicendum, quod de vino tripliciter loquimur. Nam quoddam vinum eſt groſſum terreſtre: ratione cuius ingroſſatur & etiam coagulatur à calido. Vnde ſi ponatur ad fumum vel ſolem, humido reſoluto deſiccatur ad modum ſalis. Eſt etiam calidum ratione cuius à frigido coagulari non poteſt, & tale eſt vinum quod naſcitur in Corinthio, & apud Arcades, & eſt terreum à prædominio. Quoddam vero eſt vinum album & debile, & iſtud eſt aquæ magis. Vina vero noua ante purificationem quæ faciunt feces, ſunt communia terræ & aquæ ſecundum magis & minus ſicut muſta. Coagulata vero aut coagulantur à frigido & ſunt aquea à prædominio, ſicut nix, glacies & grando: coagulata vero à calido ſunt terrea ſicut later, caſeus, & ſimilia, coagulata autem ab ambobus, ſunt communia terræ & aquæ, quia coagulata à frigido coagulantur per ſolã priuationem calidi, & talia ſunt aquea & quæ calido coagulantur, per priuationem humidi, & ſunt terrea: ab ambobus autem coagulata coagulãtur per priuationem vtriuſq;, & ideo ſunt communia terræ & aquæ. Sed coagulata ab vtroque differunt inter ſe, quia quædam ſunt in quibus totum humidum exhalauit relicto ſolo humido continuante; ſicut in la-

lapidibus. Et iſta ſunt magis terrea, & mollificari non poſſunt, ſicut lapides, & electrum. Nam & electrum videtur eſſe huius generis coagulatorum ab vtroque: ſed lachrymæ, & ſimilia, ſicut myrrha, thus, gumma, & pori, qui ſunt quaſi lapides geniti ex humiditate montium diſtillante in ſpeluncis, coagulantur magis per infrigidationem. Quædam autem ſunt, à quibus non totum humidum exhalauit, ſed aliquid remanſit, quod ſiccum fluere facit, & talia non ſunt totaliter terrea, & mollificari poſſunt, ſicut ferrum, & cornu: liquabilia vero aut liquantur ab igne, id eſt, a calido, & talia aut ſunt aquea à prædominio, ſicut glacies: aut ſunt communia terræ, & aquæ, ſicut cera, liquata autem ab aqua ſunt terrea, ſicut ſal: liquata ab vtroque ſunt, aut terrea, aut communia, ſicut ſulphur. Epilogat autem, quæ dicta ſunt de humidis, & coagulatis, &c. dicens, quod hoc modo, ſcilicet ſicut ſupra dictũ eſt, cognoſcemus, quæ iſtorum ſint terrea, & quæ ſint aquea. Deinde quaſi corollarie concludit ex dictis, quod aurum & argentum, & tam metalla, quam

Et hæc quidem illiquabilia, & immollificabilia, velut electrum, & vt lapides quidam, velut pori, qui in ſpeluncis: etenim hi ſimiliter fiunt his, & non velut ab igne, ſed vt à frigido exeunte calido coegreditur humidum ab ipſo exeunte calido, in aliis autem ab extrinſeco igne. Quæcunque autem non tota terra ſunt quidem magis, mollificabilia autem velut ferrum, & cornua. Thus autem, & talia ſimiliter lignis vaporant. Quoniam igitur liquabilia ponẽdum eſt, & quæcunque liquefiunt ab igne, hæc ſunt aquoſiora: quædam autem, & communia, velut cera: quęcunq; autem ab aqua, hæc terræ. quæcunque autem ab altero, hæc aut terræ, aut amborum. Si igitur omnia quidem aut humida, aut coagulata, horum autem hæc in dictis paſſionibus, & non eſt intermedium, omnes vtiq; erunt dictæ, quibus diſcernimus, vtrum terræ, aut aquæ, aut plurimum commune, & vtrum ab igne conſtat, aut frigido, aut ambobus. Aurum itaque quidem & argentum, & æs, & ſtannum, & plumbũ, & vitrum, & lapides multi innominati aqua. omnia enim hæc liquefiunt calido. Adhuc vina quædam, & vrina, & acetum, & lixiuium, & ſerum, & ichor aquæ. omnia enim coagulantur frigido. Ferrum autem & cornu, & vnguis, & os, & neruus, & lignum, & pili, & folia, & cortex, terrę magis. Adhuc electrũ, myrrha, thus, & omnia dicta lachrymæ, & porus, & fructus, velut legumina, & frumentum, quæ talia, hæc quidem valde: hæc autem minus horum, attamen terræ: hæc enim mollificabilia; hæc autem exhalabilia, & infrigidatione facta, adhuc nitrum, ſales, lapidum genera quæcunque neque infrigidatione, neque coagulabilia. Sanguis autem, & genitura, communia terræ, & aquæ, & aeris. Sanguis quidem habens viam magis terræ, propter quod frigore coagulatur, & humido liqueſcit. Non habens autem vias aquæ, propter quod & non coagulatur. Genitura autem coagulatur infrigidatione, exeunte humido cum calido.

A *lore expreſſo, humor ab ipſo calore, qui ex illis exit, vna ſimul educitur, cum in alijs ab igne exteriori eliciatur. Quorum autem non totus, ea magis ſunt terrea, ſed emolliri poſſunt, vt ferrum & cornu. Thus vero, & quæ ſunt eiuſmodi, perinde ac ligna, vaporem reddunt. Cum autem liquari etiam poſſint, ponendum eſt, quæ igne liquantur, ea magis eſſe aquea. Nonnulla vero communia, vt cera. Quæ autem ab aqua, ea ſunt terrea: quæ neutro, aut terrea ſunt, aut vtrinſq;.* B *Si igitur vel liquida, vel coagulata ſunt omnia, ex his autem ea ſunt, quibus, quæ traditæ ſunt, affectiones conueniunt, neque vllum eſt intermedium, omnia profecto dicta ſunt, quibus ſit ne aliquid terræ, an aquæ proprium, an plurium commune, & vtrum calore, an frigore, an vtroque concretum, diiudicabimus. Aurum igitur, & argentum, & æs, & ſtannum, & plumbum, & nitrum, & lapides multi nomine vacantes, ad aquam pertinent; omnia enim hæc calore liquantur. Præterea & vina quæ-* C *dam, & vrina, & acetum, & lixiuium, & ſerum, & ſanies, aquea ſunt, cum omnia frigore coagulentur. Ferrum autem, & cornu, & vnguis, & os, & neruus, & lignum, & pili, & frondes, & cortex magis ſunt terrea: ad hæc ſuccinum, & myrrha, thus, & quæcunq; lachrymæ dicuntur, & toſfus, & fructus, vt legumina, & frumentum. Eorum enim, quæ eiuſmodi ſunt, alia magis, alia minus quidem, quam illa, ſed tamen terrea ſunt. Alia namq; molliri poſſunt, alia ſuffitum reddere, & refrigeratione genita ſunt.* D *Præterea nitrum, ſal, lapidum genera, quæ nec refrigeratione coguntur, nec liquabilia ſunt. Sanguis autem, & genitura, terræ & aquæ, & aeris communia ſunt, & is quidem ſanguis, qui fibras habet, magis terreus eſt, quo fit, vt refrigeratione concreſcat, & humore liquetur: qui autem fibras non habet, aqueus. idcirco non concreſcit. Genitura refrigeratione coagulatur, humore cum calore exeunte.*

multa alia, quæ cito liqueſcunt ab igne, ſunt aquea à prædominio, ſicut vrina, vinum, &c. ſimilia: ferrum autem, & cornu, & talia, quæ aut non liqueſcunt per ignem, aut non cito liqueſcunt, ſunt terrea magis. Adhuc legumina, lachrymæ, electrum, myrrha, & omnia huiuſmodi, quæ mollificantur per aquam, ſunt terrea. ſed inter ipſa aliqua ſunt magis terrea, aliqua minus, & quæ ſunt magis terrea, ſunt exhalabilia: quę autem minus, ſunt mollificabilia. Et vniuerſaliter ſunt terrea omnia, quæ non coagulantur à frigido. Sanguis vero, & ea, quæ liquefiunt humido: & coagulantur frigido, vt ſemen animalis, ſunt communia terræ & aquæ; ſed aliqua ipſorum ſunt magis terrea, aliqua magis aquea. quæ enim habent vias, id eſt, poros, intra ſe ſunt magis terrea: ſed tamen habent multum de aqua: & ideo coagulantur, ſiue ingroſſantur à frigido, ſicut ſanguis. Quæ autem non habent vias, ſunt magis aquea, ſicut ſemen. Quod tamen non coagulatur à frigido propter viſcoſitatem continentem humidum, ne exeat.

E

## LECTIO XV.

a DEterminat de qualitatibus actiuis per comparationem ſimiliter ad corpora, oſtendens quæ ſint calida, & quæ frigida à prædominio, & dicit, quod omnia, quæ ſunt aquea, à prædominio ſunt vniuerſaliter frigida, niſi recipiant caliditatem

## LECTIO XV.

a QValia autem calida, aut frigida coagulatorum, aut frigidorum humidorũ, ex dictis oportet conſiderare. Quæcunq; quidẽ igitur aquæ, vt ad multum frigida, ſi non alienam habeant caliditatem: velut lixiuium, vrina, vinum. Quæcunq; autem terrę, vt ad multũ calida, propter calidi operatio-

Tractatus quarti, in quo Ariſtoteles docet cognoſcere, quæ miſta ſunt calida, & quæ frigida. Cap. II.

*QVæ autẽ ex concretis, vel liquidis, calida ſunt, aut frigida, ex his, quæ dicta ſunt, diſpiciendum eſt. Quæ igitur aquea ſunt, magna ex parte frigida ſunt, niſi alienum habuerint calorem, vt lixiuium, vrina, vinum. Quæ autem terra, vt plurimũ calida, propter caloris efficientiam, vt calx & cinis. Sumendum autem eſt, ma-*

aliunde, ſicut vrina, quæ recipit caliditatẽ à digerente caliditate: lixiuium, quod recipit caliditatem à cineribus calidis, per quos colatur. Et vinum ab aere calido circumſtãte. Terrea autem vniuerſaliter ſunt calidiora, ſicut calx & cinis. Non eſt autem intelligendum, quod terrea ſint calida ab intrinſeco, & ſecundũ naturã ſuam,

ſuam, quia ratione materiæ, ſcilicet tam terræ, quam aquæ omnia miſta ſunt frigida, quia materia miſtorum ſunt humidum & ſiccum, ſicut ſupra dictum eſt: humidum autem attribuitur aquæ, quæ eſt frigida & humida: ſiccum vero terræ, quæ eſt frigida & ſicca. Et ita ſemper materia miſtorum eſt frigida, ſiue ſit terra, ſiue aqua. Sed terra dicitur calidior aqua: tum quia frigidum conuenit aquæ per ſe primo, terræ autem per participationem. Tum quia vtrumque ipſorum recipit alienam caliditatem: ſed aqua, non ita cito transmutatur ab igne, ſicut terra, quia terra conuenit cum igne in ſiccitate: aqua vero in nullo, & quia aqua eſt rarior terra, ideo calorem non recipit in cumulo, nec receptum ſic fortiter tenet, vt terra. Et propter hoc vniuerſaliter omnia aquea, & humida ſunt minus calida quam ſicca & terrea: licet autem terra, & aqua, ſicut dictum eſt, ex natura ſua ſint frigida, tamen in omnibus tam terreis à prædominio, quam aqueis eſt recepta aliqua caliditas extrinſeca. In cuius ſignum in talibus generantur animalia ex putrefactione, quorum generatio non poſſet eſſe, niſi in tali materia eſſet recepta aliqua caliditas particularis coagens, & ſimul diſponens materiam ad influxum cœleſtem, qui eſt vniuerſale generans talia animalia. Quædam autem terrea, vel aquea ſunt ſine putrefactione, vt metalla, & ideo in his non generantur animalia. Quæ autem ſunt communia terræ, & aquæ ſunt calida, quia talia coagulantur à calido ſeparante humidum, terminando humidum cum reliquo ſicco. Et ideo talia quamdiu retinent miſtam naturam à generantibus data ſunt calida. Corrupta vero, & perdentia naturam ſunt frigida magis, præſertim cum perditur natura nobi-

nem, vt calx, & cinis. Oportet autem accipere ſecundum materiam quædam frigidiſſima eſſe, quoniam enim ſiccum & humidum, materia. hæc enim paſſiua, horum autem corpora maxime terra, & aqua ſunt; hæc enim frigiditate determinata ſunt, palam eſt, quod omnia corpora, quæcunque vtriuſque ſimpliciter elementi frigida magis ſunt, ſi non habeant alienam caliditatem, velut feruens aqua, aut quæ per cinerem collata, etenim hæc habent eam, quæ ex cinere caliditatem. In omnibus enim ignitis eſt caliditas aut amplior, aut minor. Propter quod & in putrefactis animalia innaſcuntur. Ineſt enim caliditas, quæ corrumpit propriam vniuſcuiuſque caliditatem. Quæcunque autem communia habent caliditatem; conſtant enim plurima à caliditate, quæ digeſſit; quædam enim putrefactiones ſunt velut ſyntegmata. Quare humida quidem ſecundum naturam calida, & ſanguis, & genitura, & medulla, & lac, & omnia talia: Corrupta autem, & egredientia à natura non adhuc; relinquitur enim materia terra exiſtens, aut aqua. Propter quod ambo videntur quibuſdam, & hi quidem frigida: hi autem calida: hæc aiunt eſſe videntes, cum quidem in natura fuerint calida, cum autem ſeparata fuerint coagulata. Habent quidem igitur ſic totaliter, vt determinatum eſt. In quibus quidem materia aquæ ſecundum plurimum frigida: opponitur enim hæc maxime igni, in quibus autem terræ, aut aeris calidiora. Accidit autem aliquando hæc fieri frigidiſſima, & calidiſſima aliena caliditate. Quæcunque enim maxime coagulata ſunt, & ſolidiora ſunt, hæc frigida maxime, ſi priuentur caliditate, & ardent maxime, ſi igniantur velut aqua, fumo, & lapis aqua vrit magis.

F *teriam, frigus quoddam eſſe. Nam cum ſiccitas & humor materia ſint (ſiquidem patiendi vim habent) horum autem corpora maxime terra eſt & aqua, quæ frigore definita ſunt, conſtat corpora omnia, quæ ad vtriuſque ſimpliciter pertinent elementum, magis frigida eſſe, niſi alienum habuerint calorem, vt feruens aqua, & ea, quæ per cinerem colatur. Namque hæc ex cinere calorem retinet, cum in omnibus combuſtis aut plus, aut minus inſit caloris. Ideo & in rebus putridis animalia innaſcuntur, quod calor inſit, qui proprium cuiuſque perdit calorem. Quæ autem communia ſunt, calorem obtinet. Plurima enim vi caloris, qui concoxit, concreta ſunt. Nonnulla vero putredo ſunt, vt colliquationes. Quare cum naturaliter afficiuntur, calida ſunt, ſanguis, & genitura, & medulla, & coagulum, & eiuſmodi omnia. Cum autem intereunt, & à natura recedunt, non item. Remanet enim materia, quæ terra eſt, aut aqua. Quocirca vtrumq; nonnullis videtur. Et alij quidem frigida, alij*

G

H *calida hæc eſſe aiunt, quippe qui videant, cum in natura ſua ea manent, calida eſſe, cum autem fuerint ſeparata, coagulari. Quod quidem quanquã ita habet, attamen (vt definitum eſt) quorum materia ad aquam pertinet, ea fere frigida ſunt; hæc enim igni maxime opponitur; quorum autem ad terram aut aerem, ea calidiora. Fit autem interdum; vt eadem frigidiſſima ſint, & alieno calore calidiſſima. Nam quæ valde ſunt concreta & ſolidiſſima, ſi calore priuentur, frigidiſſima ſunt, & valde comburunt, ſi incendantur; vt aqua magis quam fumus comburit, & lapis magis quam aqua.*

I

lior, & acquiritur forma ignobilior, ſicut in mortuis hominibus apparet, & non ſolum perdentia naturam, ſed etiam ſeparata à proprio loco naturali ſunt frigidiora, ſicut ſemen, ſanguis & lac, quando ſunt extra propria loca. Et rationem huius reddit, quia talia per corruptionem reuertuntur in naturam elementi prædominantis, ſcilicet aquæ vel terræ, quæ, ſicut dictum eſt, ſunt frigida. Non autem determinat de igneis, vel aeris oſtendendo, vtrum ſint calida vel frigida, tum primo, quia fere in omnibus miſtis prædominatur aqua vel terra, ſecundum exiſtentiam, vel quantitatem, licet in aliquibus prædominetur ignis, aut aer ſecundum virtutem. tum ſecundo, quia manifeſtum eſt, quod talia, in quibus prædominatur ignis, vel aer, ſunt calida, cum hæc duo elementa reſpectu aliorum ſint actiua: calidum vero eſt maxime actiuum, propter quod etiam ignea ſunt magis calida, quam aerea.

## LECTIO XVI.

a QVoniam autẽ de his determinatum eſt, ſecundum vnumquodq; dicamus, quod caro aut os, aut aliorum omiomerorum. Habemus.n. ex quibus, quæ omiomerorum natura conſtituit genera ipſorum, cuius generis vnum, quod per generationem. Ex elementis quidem enim omiomera, ex his autem, vt materia omnia opera naturæ. Sunt autem omnia, vt quidẽ ex materia ex dictis: vt autem ſecundum ſubſtantiã, ratione

K Tractatus quarti, in quo ponitur continuatio huius libri ad alios naturales libros cum ſequentes. Cap. III.

*QVoniam autem hæc ſunt conſtituta, quid ſit caro, aut os, aut alia, quæ ſimilium ſunt partium, ſigillatim dicamus. Ea enim, è quibus illorum, quæ ſimilium partium ſunt, conſtat natura, genera item ipſorũ, & ad quod, vnũquodq; genus referatur, ex generatione habemus. Namq; & ex elementis, quæ ſimilium partium corpora ſunt, conſtant, & ex his, tanquam materia ex vniuerſa opera na-*

## LECTIO XVI.

a DEterminat de Omiomeris, id eſt, homogeneis corporibus oſtendendo, quomodo differant per paſſiones determinatas, & magis continuando ea, quæ determinata ſunt ad libros ſequentes. Primo igitur præmittit duo: quorum primum eſt, quod determinando de homiomeris; de facili cognoſcemus reliqua: quia omnia conſtant ex homiomeris, tanquam ex partibus. Ipſa autẽ homiomera poſſunt cognoſci ex dictis, quia determinatum à quibus generentur, tanquam ab agente, quia ſcilicet à calido & frigido, & ex quibus fiant tanquam ex materia, quia ex humido & ſicco, & ex conſequenti ex aqua, & terra, quæ ſunt materia omnium miſtorum. Secundum eſt, quod formæ homiomero ὁμοιομερής.

merorum ſubſtantiales ſunt nobis ignotæ, & ex conſequenti talia corpora non ſunt nobis cognita, niſi per accidentia prædeterminata, quia cognitionis quidditatiuæ principium eſt forma ſubſtantialis. Quod autem tales formæ ſint nobis ignotæ, manifeſtat, quia formæ quanto ſunt poſteriores in via generationis, tanto magis ſunt notæ, ſicut anima, quæ eſt vltima in via generationis, & eſt principium diuerſarum operationum, eſt nota valde: & ideo diſcernimus inter animalia viua, & mortua. Sed forma carnis non eſt ſic nobis nota, & ideo non ita bene diſcernimus inter carnem viuam & mortuam. Adhuc etiam forma ignis, & aeris ſunt nobis minus nota. quod autem ita ſit, dupliciter probat.

Primo, quia materia, quæ de ſe eſt pura potentia, non eſt cognoſcibilis, niſi per analogiam ad formam. Forma vero, quæ eſt actus, & perfectio eſt cognoſcibilis per ſe: formæ igitur intermediæ quanto ſunt remotiores à materia, & propinquiores vltimæ formæ, tanto magis ſunt notæ. Sed formæ homiomerorum ſunt propinquæ materiæ, & elementis, igitur ſunt minus notæ. Secundo, omne corpus, quod generatur ex materia, habet aliquam formam, per quam determinatur ad ſpeciem, & talis forma cognoſcitur per propriam operationem, quia vnumquodque tunc vere dicimus eſſe tale, quando poteſt facere proprium opus illius, ſicut vere dicimus, eſſe oculum, cum videt.

Eum autem, qui non videt, ſicut oculus lapideus, aut mortuus, non vocamus oculum, niſi æquiuoce, & metaphorice, vt ſerra lapidea, vel lignea, quæ non poteſt ſecare, eſt ſerra æquiuoce. Operationes autem animæ ſunt no-

Sunt autem omnia, vt quidem materia ex dictis: vt autem ſecundum ſubſtantiam, ratione. Semper autem magis palam eſt in poſterioribus, & totaliter quæcunque velut organa, & gratia huius. Magis enim palam, quod qui mortuus homo æquiuoce. Sic igitur & manus mortui æquiuoce, quemadmodum & ſi fiſtulæ lapideæ dicantur, velut enim & hæc organa quædam videntur eſſe minus, aut in carne, & oſſe talia manifeſta ſunt. Adhuc autem in igne, & aqua minus, quod enim cuius gratia, minime hoc palam, vbi plurimum materiæ, ſicut enim & ſi extrema accipiantur, materia quidem nihil aliud præter ipſam. Subſtantia autem nihil aliud, quam ratio: intermedia autem proportionaliter, eo quod prope ſit vnumquodque. Quoniam & horum quodcunque eſt gratia huius, & non omnibus modis habens aqua, aut ignis, ſicut neque caro, neque viſcera, hic autem adhuc magis facies, & manus, omnia autem terminata ſunt opere. Quæ quidem enim poſſunt facere ipſorum opus, vere ſunt vnumquodque, puta oculus, ſi videt: qui autem non poteſt videre æquiuoce, puta mortuus, aut lapideus: neque enim ſerra, quæ lignea, niſi vt imago. Sic igitur & caro; ſed opus ipſius minus palam, quam quod igneæ, ſimiliter autem ignis; ſed adhuc forte minus manifeſtum naturaliter, quam carnis opus: ſimiliter autem, & quæ in plantis, & inanimata, velut æs & argentum: omnia enim potentia quadam ſunt, aut faciendi, aut patiendi, ſicut caro & neruus, ſed rationes ipſorum non certæ. Quare quando exiſtunt, & quando non, non facile perſpicere, niſi valde deperditum fuerit, & figuræ ſolæ ſunt relictæ, velut antiquorum mortuorum corpora ſubito cinis fiunt in ſepulchris, & fructus ſolum figura, ſecundum ſenſum autem non videntur inueterari valde, & ex lacte coagulata. Tales igitur partes caliditate, & frigiditate, & motibus ab his contingit fieri coagulatas calido, & frigido. Dico autem, quæcunque homiomera, velut carnem, os, pilos, neruos, & quæcunque talia. Omnia enim differunt prius dictis differentiis, tenſione, tractione, comminutione, duritie, mollitie, & aliis talibus: hæc autem à calido & frigido à motibus fiunt miſtis. Conſtituta autem ex his, quæ anomiomera nullo adhuc vtique vide-

A *turæ. Ac ex his quidem, quæ dicta ſunt, vt materia, conſtant omnia, ſed vt per eſſentiam, ratione. Hoc autem in poſterioribus, & omnino in his, quæ ſunt, vt inſtrumenta, & gratia alicuius, magis conſtat. Perſpicuum enim magis eſt, hominem mortuum ſolo nomine hominem eſſe. Ita igitur emortui manus ſolo nomine dicitur, quemadmodum lapideæ tibiæ dicerentur, cum & hæc inſtrumenta eſſe cuiuis videantur. In carne autem & oſſe hæc minus aperta ſunt.* B *Minus etiam in igne, aqua, & terra. In quo enim materiæ ineſt plurimum, in eo id, cuius gratia, minime apparet. Quemadmodum enim ſi extrema ſumantur, materia nihil eſt aliud, quam ipſa, & eſſentia nil aliud quam ratio; quæ autem ſunt intermedia, proportione reſpondent, vt quodque proxime accedit, quandoquidem hæc quoque omnia alicuius ſint gratia, nec quouis modo ſe habens aqua eſt, aut ignis, vt nec caro, aut viſcus, adhuc autem magis facies & manus. Verum omnia munere ſunt definita.* C *Quæ enim ſuum ipſorum munus poſſunt obire, vere ſunt talia, vt oculus ſi videat: quod autem non poteſt ſolo nomine, vt mortuus, aut lapideus. Nec enim ſerra eſt, quæ lignea eſt, niſi vt imago. Ita igitur & caro.*

*Sed eius munus, minus quam linguæ, notum eſt. Similiter & ignis; ſed minus etiam forſitan eius officium notum eſt naturaliter, quam carnis. Non ſecus ſe habent, quæ in plantis ſunt, & res inanimæ, vt æs,* D *& argentum. Omnia enim facultate quadam conſtant, aut agendi, aut patiendi, vt caro & neruus, ſed eorum rationes certæ non ſunt.*

*Ex quo fit, vt cum inſint, & cum non inſint, non facile ſit perſpicere, niſi extenuata admodum fuerint, ſolaque manſerit figura, qualia ſunt vetuſta cadauera, quæ in capſulis in cinerem repente conuertuntur. Item qui fructus admodum inueterati, figura duntaxat, non item* E *ſenſu deprehenduntur. Præterea quæ ex lacte concreta ſunt. Eiuſmodi igitur partes calore, & frigore, eorumque motionibus poſſunt effici, cum calore & frigore cogantur.*

*Dico autem ea, quæ ſibi ſimiles habent partes, vt carnem, oſſa, pilos, neruos, & quæ ſunt eiuſmodi. Omnia enim hiſce differentijs, quæ antea dictæ ſunt, differunt, tenſione, tractu, confractione, duritie, mollitie, atque alijs ſimilibus. Hæc enim à calore & frigore, miſtiſque motionibus fiunt. At*

bis magis notæ, quam operationes carnis vel ignis.

Et operationes plantarum ſunt magis cognitæ quam operationes inanimatorum, vt metallorum, & aliorum homiomerorum, quia omnia habent aliquam formam & virtutem, ſed non cognoſcimus recte rationem, & formam ipſorum, quia operatio earum eſt nobis incognita. Ex hoc ſequitur, quod omnis noſtra cognitio, quam habemus de formis ſubſtantialibus, eſt per operationem, ſiue per alia accidentia & figuras: & ideo diſcernimus inter hominem mortuum, & viuum: non autem diſcernimus ita bene inter carnem viuam, & mortuam, quia operatio eius non eſt cognita, & figura videtur eſſe eadem. Cuius autem operatio eſt incognita, illud non cognoſcitur, niſi per figuram, ſicut antiquorum mortuorum corpora, quæ ſunt redacta in cinerem, non cognoſcimus, niſi per aliam figuram.

Concludit igitur, quod homiomera, id eſt, corpora, quæ habent partes eius rationis cum toto, ſicut caro, neruus, pili, fiunt tanquam ab agente, ſcilicet inſtrumentali, à caliditate, & frigiditate per motum factum ab ipſis, tanquam ex materia fiunt, ex humido & ſicco, & differunt inter ſe per prædeterminatas paſſiones, ſcilicet duritie, mollitie, tractione, comminutione, &c. & ex hac oporteat ea cognoſcere, quale ſit vnumquodque ex talibus prædominatis, poſtquam forma ſubſtantialis eſt nobis incognita.

Sed corpora diſſimilium partium, vt facies, manus, non differunt per tales qualitates, niſi ratione eorum, ex quibus componuntur, ſicut fialæ, vel archæ non eſt cauſa calidum, vel frigidū, niſi in quantum ſunt cauſa argenti vel ligni, ex quibus talia compoñūtur, ſed differunt formis

formis naturalibus exiſtentibus in eis, ſicut artificialia differunt formis artis: licet materia eorum, vt metalla differant paſſionibus iſtis. Deinde epilogat dicens, quod iſto modo cognoſcimus, quid ſint homiomera, quia tunc cognoſcimus aliquid, cum cognoſcimus cauſam naturalem eius, vel formalem, & melius, cum cognoſcimus vtramque. Maxime autem cognoſcimus aliquid, cum cognoſcimus omnes eius cauſas, quia perfecta cognitio habetur de rebus per omnes cauſas earum. Cum autem cognoſcimus homogenea, quæ ſunt partes aliorum, conſiderandum erit de aliis, vt de animalibus, & plantis, quæ conſtituuntur ex his partibus.

buntur, velut caput, aut manus, aut pes: ſed ſicut & fiendi æs quidem, aut argentum cauſa caliditas, & frigiditas, & motus; fiendi autem ſerram, aut phialam, aut arcam non adhuc, ſed hic quidem ars, ibi autem natura, vel alia aliqua cauſa. Si igitur habemus, cuius generis vnumquodque omiomerorum accipiendum, ſecundum vnumquodque quid eſt, puta quid ſanguis, aut caro, aut ſperma, aut aliorum vnumquodque: ſic enim ſcimus vnumquodque propter quid, & quid eſt, ſi naturam, aut rationem habemus, maxime autem cum ambo generationis & corruptionis, & vnde principium motus. Manifeſtatis autem his, ſimiliter omiomera conſiderandum, & tamen ex his conſtituta, velut hominem, & plantam, & alia talia.

F

*quæ ex his conſtant, diſſimiles ſibi partes habentia, vt caput, manus, pes, nemini videbuntur. Sed quemadmodum etiam frigoris, calorisue motio cauſa eſt, vt æs, argentumue fiat, vt autem ſerra, aut phiala, aut arca, non item. Verum hic quidem ars, ibi autem natura, aut alia quædam cauſa. Cum igitur habeamus, cuius generis vnumquodque ſit, quod ſibi ſimilibus conſtat partibus, de ſingulis quid ſint, ſumendum eſt, vt quid ſanguis, aut quid caro, aut quid ſemen, aut aliorum vnumquodque. Ita enim quid quodq; ſit, & propter quid nouimus, ſi materiam, aut rationem teneamus; ſed maxime cum generationis, & interitus vtramque cauſam, atq; etiam vnde motionis eſt initium. His autem declaratis, ſimiliter in eorum, quæ diſſimilibus conſtant partibus, contemplatione verſandum eſt, & ad extremum eorum, quæ ex his conſtant, vt hominis, plantæ, & aliorum eiuſmodi.*

G

*FINIS LIBRI QVARTI ET VLTIMI METEORORVM.*

# DIVI THOMÆ AQVINATIS DOCTORIS ANGELICI, COMMENTARIA IN TRES LIBROS ARISTOTELIS, De Anima.

## LECTIO PRIMA.

## ARISTOTELIS STAGIRITÆ PERIPATETICORVM PRINCIPIS De Anima, Liber primus.

*Antiqua Tranſlatio.*

a Bonorum & honorabilium notitiam opinantes, magis autem alteram altera, aut ſecundum certitudinem, aut ex eo, quod & meliorum, & mirabiliorum eſt; propter vtraque hæc, animæ hiſtoriam rationabiliter vtiq; in primis ponemus.

b Videtur autem, & ad veritatem omnem, cognitio ipſius multum conducere, maxime autem ad naturam. Eſt enim tanquã principium animalium.

Michaelis Sophiani interpret.

B *Cvm omnem ſcientiam rem pulchram ac * honorabilem eſſe exiſtimemus, aliam tamen magis alia, vel quod exquiſitior, vel quod rerum præſtantiorum & admirabiliorum ſit, propter vtraq; hæc ſcientiam, * quæ de Anima habetur, iure optimo in primis ponendam eſſe duxerimus.*

*Videtur autem & ad omnem* C *veritatem cognitio eius magnopere conferre, tum præcipue ad naturam, eſt enim quaſi principium animalium.*

**aliter præclaram, nobilem, pretioſam.*

** ἱστορίαν.*

*Cap. 1.*

Sicut docet Philoſophus in 11. de Animalib. in quolibet genere rerum neceſſe eſt prius cõſiderare communia, & ſeorſum, & poſtea propria vnicuiq; illius generis: quem quidẽ modum Ariſtoteles ſeruat in Philoſophia prima. In Metaphyſica enim primo tractat & conſiderat cõmunia entis, in quãtum ens, poſtea vero conſiderat propria vnicuique enti. Cuius ratio eſt, quia, niſi hoc fieret, idem diceretur frequenter. Rerum autẽ animatarum omniũ quoddã genus eſt: & ideo in conſideratione rerum animatarum, oportet prius conſiderare ea, quæ ſunt cõmunia omnibus animatis, poſtmodũ vero illa, quę ſunt propria cuilibet rei animatæ. Cõmune autẽ omnibus rebus animatis eſt anima, in hoc n. omnia animata conueniũt. Ad tradendũ igitur de reb. animatis ſcientiam, neceſſarium fuit primo tradere ſcientiam de anima, tanquam communem eis. Ariſtoteles ergo volens tradere ſcientiam de ipſis rebus animatis, primo tradit ſcientiam de anima, poſtmodum vero determinat de propriis ſingulis animatis in ſequentibus libris. In tractatu autem de Anima, quem habemus præ manibus, primo ponit procemium, in quo facit tria, quæ neceſſaria ſunt in quolibet procemio. Qui enim facit procemium, tria intendit. primo enim, vt auditorem reddat beneuolum: ſecundo, vt reddat docilẽ: tertio, vt reddat attentum. Beneuolũ quidem reddit, oſtendendo vtilitatem ſcientiæ: docilem, præmittendo ordinem & diſtinctionẽ tractatus: attentum, atteſtando difficultatẽ tractatus. Quæ quidem tria Ariſtot. facit in procemio huius tractatus. Primo enim oſtendit dignitatẽ huius ſcientiæ. Secundo vero ordinem huius tractatus, quis ſit ſcilicet, & qualiter ſit tractandum de anima, ibi, [Inquiriſmus autem.] Tertio vero oſtendit difficultatem huius ſcientiæ, ibi, [Omnino autem & penitus difficilimorum, &c.] Circa primum duo facit. Primo enim oſtendit dignitatem huius ſcientiæ. Secundo vtilitatem eius, ibi, [Videtur autem & ad veritatem, &c.] Circa primum ſciendum eſt, quod omnis ſcientia bona eſt, & non ſolum bona, verum etiam honorabilis. Nihilominus tamen vna ſcientia in hoc ſuperexcellit aliam. Quod autem omnis ſcientia ſit bona, patet, quia bonum rei eſt illud, ſecundum quod res habet eſſe perfectum, hoc enim vnaquæque res quærit & deſiderat. Cum igitur ſcientia ſit perfectio hominis, in quantum homo, ſcientia eſt bonum hominis. Inter bona autem quædam ſunt laudabilia, illa ſcilicet, quæ ſunt vtilia in ordine ad finem aliquem, laudamus enim bonũ equum, quia bene currit: quædam vero ſunt etiam honorabilia, illa ſcilicet, quæ ſunt propter ſeipſa, honoramus enim fines. In ſcientiis autem quædam ſunt practicæ, & quædam ſpeculatiuæ, & hæ differunt,

*Docet idem D. Thomas in procemio Phyſic.*

*T. com. 1.*

*Ariſt. in lib. Rhe. ad Alexand. & in 3. li. Rhe. cap. 14.*

*Ariſt. in 1. lib. magnorum Moralium, cap. 1. & 2.*

A quia practicæ ſunt propter opus, ſpeculatiuæ autem propter ſeipſas. Et ideo ſcientiæ ſpeculatiuæ, & bonæ ſunt, & honorabiles ſunt, practicæ vero laudabiles tantum. Omnis ergo ſcientia ſpeculatiua bona eſt, & honorabilis. Sed & in ipſis ſcientiis ſpeculatiuis inuenitur gradus, quantum ad bonitatem & honorabilitatem. Scientia namque omnis ex actu laudatur: omnis autẽ actꝰ laudatur ex duobus, ex obiecto, & qualitate, ſeu modo, ſicut ædificare eſt melius, q̃ facere lectum, quia obiectũ ædificationis eſt melius lecto. In eodem autẽ reſpectu eiuſdẽ rei ipſa qualitas gradũ quendã facit, q̃a quanto modus ædificij eſt melior, tãto melius eſt ædificium. Sic ergo ſi conſideretur ſcientia, ſeu actus eius, ex obiecto patet, ꝙ illa ſcientia eſt nobilior, q̃ eſt meliorum & honorabiliorum. Si vero conſideretur ex qualitate ſeu modo, ſic ſciẽtia illa eſt nobilior, quæ eſt certior. Sic ergo dicitur vna ſcientia magis nobilis altera, aut quia eſt meliorum & honorabiliorum, aut quia eſt magis certa. Sed hoc eſt in quibuſdam ſciẽtiis diuerſum, quia aliquæ ſunt magis certæ aliis, & tamen ſunt de rebus minus honorabilibus: aliæ vero ſunt de rebus magis honorabilibus, & melioribus, & tamen ſunt minus certæ. Nihilominus tamen illa eſt melior, quæ de rebus melioribus & honorabilioribus eſt. Cuius ratio eſt, quia, ſicut dicit Philoſophus in lib. 11. de Animalib. magis concupiſci-
D mus ſcire modicum de rebus honorabilibus & altiſſimis, etiamſi topice & probabiliter illud ſciamus, quam ſcire multum & per certitudinẽ de rebus minus nobilibus. Hoc enim habet nobilitatem ex ſe & ex ſua ſubſtãtia: illud vero ex modo & ex qualitate. Hæc autem ſcientia, ſcil. de anima, vtrumque habet, quia & certa eſt, hoc enim quilibet experitur in ſeipſo, quod ſcilicet habeat animam, & quod anima viuificet. Et quia eſt nobilior, anima enim eſt nobilior inter inferiores creaturas. Et hoc eſt, quod dicit: Nos (opinãtes notitiam) id eſt, ſcientiam ſpeculatiuam omnium eſſe [bonorũ,] id eſt, de numero bonorum (& honorabilium,) ſed altera ſcientia eſt magis bona & honorabilis altera, dupliciter, aut quia eſt magis certa, vt dictum eſt, vnde dicit (ſecũdum certitudinem) aut ex eo, quod meliorum, illorũ ſcilicet, quæ ſunt in ſua natura bona, & mirabiliorum, id eſt, illorum, quorum
E cauſa ignoratur (propter vtraq;) id eſt, propter hæc duo (animę hiſtoriam.) Et dicit [hiſtoriam,] quia in quadam ſumma tractat de anima, non perueniendo ad finalem inquiſitionẽ omnium, quæ pertinent ad ipſam animam in hoc tractatu. Hoc enim eſt de ratione hiſtoriæ (inprimis,) hoc ſi accipiatur, quantum ad totam ſcientiam naturalem, non dicit ordinem, ſed dignitatem. Si vero ad ſcientiã de rebus animatis tantũ, ſic ly in primis dicit ordinem. Conſequẽter cum dicit.
b ¶ Reddit auditorem beneuolum ex vtilitate huius ſcientiæ,

*Vel 1. lib de partib animal. cap. 5.*

tiæ, dicens, quod cognitio de anima videtur multum proficere ad omnem veritatem, quæ traditur in aliis ſcientiis. Ad omnes enim partes Philoſophiæ inſignes dat occaſiones, quia, ſi ad Philoſophiam primam attendamus, nō poſſumus T.com.2. deuenire in cognitionem diuinarum & altiſſimarum cauſarum, niſi per ea, quæ ex virtute intellectus poſſibilis acquirimꝰ. Si enim natura intellectus poſſibilis eſſet nobis ignota, non T.com.3. poſſemus ſcire ordinem ſubſtantiarum ſeparatarum, ſicut lib.1.Phyſ. dicit Commentator ſuper 11. Metaphyſic. Si vero attendatur, quantū ad moralem, nō poſſumus pfecte ad ſcientiam moralē T.com.4. peruenire, niſi ſciamꝰ potentias animæ. Et inde eſt, ꝙ Philoſophus in Ethic. attribuit quaslibet virtutes diuerſis potentiis animæ. Ad naturalē vero vtilis eſt, quia magna pars naturalium eſt, habens animam, & ipſa anima eſt fons & principiū omnis motus in reb. T.com.5. animatis. Eſt enim anima tanquam principium animalium, ly (tanquam) non ponitur ſimilitudinarie, ſed expreſſiue. Conſequenter cum dicit.

c ¶ Oſtendit ordinē huius tractatus, dicens, ꝙ intendimus cōſiderare per ſigna ſcilicet, & cognoſcere per demonſtrationem, ſcilicet quid ſit anima, ſeu natura ipſius, & ſubſtantia, (& poſtea, quæcunq; accidūt circa ipſam) id eſt, paſſiones eius. T.com.6. Et in hoc eſt quædā diuerſitas, quia quædam videntur paſſiones animæ tantum, ſicut intelligentia & T.com.7. ſpeculatio: quædam vero per ipſam animam ineſſe videntur communiter animalibus, ſicut delectatio & triſtitia, ſenſus & phantaſia. Conſequenter cum dicit.

d ¶ Oſtendit difficultatē huius tractatus. Et hoc quantum ad duo. Primo, quantū ad cognoſcēdum T.com.8. ſubſtantiam animæ. Secundo, quātum ad cognoſcendum accidentia ſeu proprias paſſiones, ibi, [Dubitationē autem, &c.] Quantum autem ad primum, oſtēdit duplicem difficultatē. Et primo, quantum ad modum diffinien- F di ipſam. Secundo, quantum ad ea, quæ intrant diffinitionem, ibi, [Primum autem fortaſſis, &c.] Dicit ergo, quamuis ſit vtilis ſcientia de anima, tamen difficile eſt ſcire de anima, quid eſt, & hæc difficultas eſt in qualibet re, cum ſit vna communis quæſtio animæ & multis aliis, circa ſubſtantiam eorum, & circa quodquideſt. Eſt ergo prima difficultas, quia nos neſcimus, per quam viam procedendum ſit ad diffinitionem, quia quidam dicūt, quod demonſtrando, quidam quod diuidendo, quidam vero, quod componendo: Ariſtoteles autē voluit, quod componendo. Secunda difficultas eſt de his, quæ ponuntur in diffinitione. Diffinitio enim notificat eſſentiam rei, quæ nō poteſt ſciri, niſi ſciantur principia: ſed diuerſorum ſunt diuerſa principia: & ideo difficile eſt ſcire, ex quibus ſumantur principia. Illa ergo, quæ ingerūt difficultatē ponentibus & inquirētibus diffinitionē, reducuntur ad tria; quorum primum eſt circa ſubſtantiā animæ. Secundum circa partes eius. Tertium circa adiutorium, ꝙ neceſſariū eſt in diffinitionib. ex accidentibus animæ. Circa ſubſtātiam eſt dubitatio de genere. Hoc enim primo q̄rimus in diffinitione cuiuſlibet rei, vt ſcil. ſciamus genus. Et ideo quærendū eſt, in quo genere ſit ponenda anima, vtrum ſcilicet in genere ſubſtātiæ, vel in quāto, vel quali. Et nō ſolum eſt accipere genus ſupremū, ſed propinquū. Neq; enim, quando hominē diffinimus, ſubſtantiam accipimus, ſed animal. Et ſi anima inuenitur in genere ſubſtātiæ, adhuc cū vnumquodq; genus dicatur dupliciter, hoc quidem potentia, hoc autem actu, quęrēdum erit, vtrum ſit potētia, vel actus. Item, quia ſubſtantiarum quædam ſunt compoſitę, quędam ſimplices, quærendum erit, vtrum anima ſit compoſita, aut ſimplex, & vtrum partibilis, vel impartibilis. Eſt etiā quæſtio, vtrum ſit vnius ſpeciei omnis anima ad omnē animā, aut non. Et ſi non ſit vniꝰ ſpeciei, adhuc eſt quæſtio,

c Inquirimus autem conſiderare & cognoſcere naturā ipſius, & ſubſtantiam, poſtea quæcunque accidunt circa ipſum. Quorum aliæ propriæ paſſiones animæ eſſe videntur, aliæ autem communes, & animalibus propter illam ineſſe.

d Omnino autem, & penitus difficilimorum eſt accipere aliquam fidem de ipſa, cum enim ſit quæſtio communis & multis aliis (dico autem eam, quæ eſt circa ſubſtantiam, & eam, quæ quid eſt) fortaſſis alicui videbitur vna quædam methodus eſſe de omnibus, de quibus volumus cognoſcere ſubſtantiam, ſicut & eorum, quæ ſunt ſecundum accidens, propriorum demonſtrationem. Quare quærēdum vtiq; erit methodū iſtam. Si autem non eſt vna quædam cōmunis methodus de eo quod quideſt, amplius difficilius eſt negotiari. Oportebit enim accipere circa vnumquodque, quis modus: ſi autem manifeſtum ſit, vtrum demonſtratio ſit, aut diuiſio, aut etiam aliqua alia methodus, adhuc multas habet dubitationes & errores, ex quibus oportet quærere. Alia enim aliorum principia, ſicut numerorum & planorum. Primum autē fortaſſis neceſſarium eſt diuidere in quo generum, & quid ſit, dico autem, vtrum hoc aliquid & ſubſtantia ſit, aut qualitas, aut quantitas, aut etiam quoddam aliud diuiſorum prędicamentorum. Adhuc autem, vtrum eorum, quæ in potentia ſunt, an magis entelechia quædam ſit, differt enim nō aliquid parum. Conſiderandum autem, etſi partibilis ſit, aut impartibilis, & vtrum ſit ſimilis ſpeciei omnis anima, an non. Si autem non ſimilis ſpeciei, vtrum ſpecie differant, aut genere. Non quidem enim dicentes & quærentes de anima, de humana ſolum vidētur intendere. Formidandum autem, quatenus non lateat, vtrum vna ratio ipſius eſt, ſicut animalis, aut ſecundum vnumquodque altera, vt equi, canis, hominis, aut Dei, animal autem vniuerſale, aut nihil eſt, aut poſterius. Similiter autem, etſi aliquod commune aliud prædicetur.

*Quærimus autem ſpectare & cognoſcere naturam eius, & ſubſtantiam, deinde, quæ circa ipſam accidunt, quorum alia propriæ paſſiones animæ eſſe videntur, alia propter illam etiam animalibus ineſſe.*

G

*Verum vſquequaq; difficilimum eſt aliquam de ea fidem conſequi, cum enim illa quæſtio communis ſit etiam alijs compluribus, intelligo autem eam, quæ circa ſubſtātiam verſatur & ipſum quid eſt, fortaſſe putauerit quiſpiam, vnam eſſe methodum in ijs omnibus, de quibus volumus cognoſcere ſubſtantiam, vt etiam propriorum eorum, quæ ex accidenti ſunt, demōſtrationem, quare quærenda fuerit hæc methodus. Sin autem non vna ſit, & communis* H *methodus de ipſo quid eſt, longe difficilior ſit pertractatio, oportebit enim inuenire in vnoquoque, quis modus, vbi autem manifeſtum fuerit, vtrum ſit demonſtratio, vel diuiſio, vel etiam alia quædam methodus, adhuc multæ ſunt quæſtiones & errores, ex quibus oporteat quærere, alia enim aliorum principia ſunt, veluti numerorum & planorum. Principio forte neceſſarium fuerit explicare, quo in genere ſit, & quid ſit, vtrum, inquam, hoc aliquid & ſubſtantia, an quale, aut quantum,* I *an etiam aliud quidpiam de expoſitis prædicamentis, ad hæc, vtrum eorum, quæ in potentia ſunt, an potius entelechia quædam, intereſt enim non parum. Conſiderandum etiam, num partibilis, an impartibilis ſit, & vtrum eiuſdem ſpeciei omnis ſit anima, an non, ſi vero non eiuſdem ſpeciei, vtrum ſpecie differant, an genere. Iam enim, qui de anima diſputant, & quærunt, de humana ſola videntur conſiderare. Cæterum cauendum eſt, ne nos lateat, vtrum eius vna ſit ratio, vt animalis, an in v-* K *noquoq; diuerſa, vt equi, canis, hominis, Dei. Animal autem vniuerſale, aut nihil eſt, aut poſterius, ſimiliter etiamſi aliud quippiam commune prædicetur.*

quæſtio, vtrum differant etiam genere, vel non. Item adhuc dubitatio eſt circa ea, quæ participant diffinitione. Quędam enim diffiniuntur vt genus, quædam vero vt ſpecies. Et ideo videtur eſſe quæſtio, vtrum diffinitio animæ ſit ſicut generis, aut ſicut ſpeciei ſpecialiſſimæ. Nam aliqui quęrentes de anima, videntur intendere ſolum de anima humana. *Tex.com.9.* *T.com.10.* Et quia apud antiquos Philoſophos erat duplex opinio de anima. Platonici enim, qui ponebant vniuerſalia ſeparata, ſcilicet q́d eſſent formę & ideæ, & erant cauſæ rebus particularib. cognitionis & eſſe, volebãt, ꝙ eſſet quædam anima ſeparata per ſe, quæ eſſet cauſa & idea animabus particularibus, & quod, quicquid inuenitur in eis, deriuatur ab illa. Naturales autẽ Philoſophi volebãt, quod nõ eſſent ſubſtantiæ vniuerſales, *T.com.11.* niſi particulares tantum, & quod vniuerſalia nihil ſint in rerũ natura. Et propter hoc eſt quæſtio, vtrũ ſit quærenda ſolum vna communis ratio animæ, ſicut dicebãt Platonici, vel huius, vel illius animę, ſicut dicebant Naturales, ſcilic. vt animæ equi, vel hominis, aut Dei. Et dicit [Dei,] quia credebant, corpora cœleſtia eſſe Deos, & dicebant, ea eſſe animata. Ariſt. autem vult, quod quæratur ratio vtriuſque, & communis animæ, & cuiuslibet ſpeciei. *Quomodo vniuerſalia aliquid ſint aut nihil, lege interpretem infra, lib. 2. T. com. 60.* Quod autem circa hoc dicit, animal autem vniuerſale, aut nihil eſt, aut poſterius, ſciendum eſt, ꝙ de animali vniuerſali poſſumus loqui dupliciter, quia aut ſecundum quod eſt vniuerſale, quod ſcil. eſt vnum in multis, aut de multis: aut ſecundum quod eſt animal, & hoc, vel ſecundum quod eſt in *T.com.12.* rerum natura, vel ſecundum quod eſt in intellectu. Secundum autem quod eſt in rerum natura, Plato voluit animal vniuerſale aliquid eſſe, & eſſe prius particulari, quia, vt dictũ eſt, poſuit vniuerſalia ſeparata & ideas. Ariſtot. autem vult, quod, vt ſic, nihil eſt in rerum natura. Et ſi aliquid eſt, dixit illud eſſe poſterius. Si autem accipiamus naturam animalis, non ſecundum quod ſubiacet intentioni vniuerſalitatis, ſic aliquid eſt & prius, ſicut, quod eſt in potentia, prius eſt, quam id, quod eſt in actu. Conſequenter cum dicit.

*e* ¶ Tangit difficultates, quæ emergunt circa potentias animæ. In anima enim ſunt tres partes potentiales, ſcilicet intellectiuum, ſenſitiuum, & vegetatiuum. Eſt ergo quæſtio, vtrum hæ ſint diuerſæ animæ, ſicut Platonici volebant, & etiam ponebant, an ſint partes potentiales animæ. Et ſi ſint partes potentiales animæ, quæritur etiam, vtrum primo debeamus quærere potentias ipſas, quã actus, aut primo actus, quam potentias, vt intelligere ante intellectum, & ſentire, quod eſt actus, ante ſenſitiuum, quod eſt potentia, & ſimili- A ter in aliis potentiis & actibus. Et ſi primo debemus quærere actus, quam potentias, adhuc erit quæſtio, vtrum ſint prius quærenda obiecta horum actuum, quam potentiæ, vtpura prius debeat quæri ſenſibile, quam ſenſitiuum, aut intelligibile, quam intellectiuum. Conſequenter cum dicit.

*e* Amplius autem, etſi nõ multæ animæ, ſed partes, vtrũ oportet quærere prius totam animã, aut partes. Difficile autem eſt determinare, quænam partes natura alteræ abinuicem ſint. Et vtrum partes oportet quærere primum, aut opera ipſarum, vt intelligere, aut intellectum, & ſentire, aut ſenſitiuum. Similiter autem & in aliis. Si autem opera prius, iterum vtiq; dubitabit aliquis, ſi obiecta horum prius quærendum, ſicut ſenſibile ſenſitiuo, & intelligibile intellectiuo.

*f* Videtur autem non ſolum quodquideſt cognoſcere, vtile eſſe ad cognoſcendas cauſas accidentium ſubſtantiis, ſicut in mathematicis, quid rectum, & quid obliquum, & quid linea, & quid planum, ad cognoſcendum, quod rectis trianguli anguli ſunt æquales, ſed & è contrario, accidentia conferũt magnam partem ad cognoſcendũ quodquideſt. Cũ enim habeamus tradere ſecundum phantaſiam de accidentibus aut omnibus, aut pluribus, tũc & de ſubſtãtia habebimus dicere aliquid quam optime. Omnis enim demonſtrationis principium eſt quodquideſt. Quare ſecundum quaſcunque diffinitiones non contingit accidentia cognoſcere, ſed neq; coniecturari de ipſis facile, manifeſtum eſt, quod dialecticæ dictæ ſunt, & vanæ omnes.

*LECTIO II.*

*a* DVbitationem autem habent & paſſiones animæ, vtrum ſint omnes communes & habentis, an ſit aliqua & animæ propria ipſius.

*b* Hoc enim accipere quidem neceſſarium eſt, non autẽ facile.

*Præterea, ſi non multæ ſint animæ, ſed partes, vtrum oporteat quærere prius totam animam, an partes? Quin harum etiam, quænam inter ſe diuerſæ ſint, explicare difficile eſt. Et vtrum partes oporteat quærere prius, an earum opera, vt intelligere, an intellectum, & ſentire, an ſenſitiuum, pariter etiam in aliis.* B *Sin prius opera, rurſus quærat quiſpiam, an earum oppoſita prius ſint exquirenda, vt ſenſibile prius quam ſenſitiuum, & intelligibile prius quam intellectiuum.*

*Videtur autem non ſolum ipſius Quid eſt cognitio vtilis eſſe ad conſiderandas cauſas eorum, quæ ſubſtãtiis accidunt, vt in Mathematicis, quid rectum, & quid curuum, aut quid linea, & planum, ad ſpectandum, quod rectis anguli trianguli ſint æquales: ſed contra etiam, acci-* C *dentia magnam partem conferunt ad percipiendum ipſum quid eſt. Cũ enim ſtatuere poſſumus ex phantaſia de accidentibus, aut omnibus, aut plurimis, tum quoq; de ſubſtantia aliquid aſſerere quam optime poterimus, omnis enim demonſtrationis principium eſt ipſum quid eſt. Quare ex quibuſcunq; definitionibus non contingit, vt accidentia cognoſcantur, immo ne conijcere quidem de eis eſt facile, perſpicuum eſt, omnes dialectice & inaniter eſſe traditas.* D

LECTIO II.

*EST etiam de animæ paſſionibus quæſtio, vtrum ſint omnes communes eius quoque, quod illam habeat, an ſit aliqua etiam animæ, quæ ſit eius propria.*

*Quod ſane ſumere neceſſarium eſt, ſed tamen non facile: videtur au-*

*f* ¶ Ponit difficultates, quæ emergunt, quantum ad illa, quę ſunt in adiutorium diffinitionis animæ, quia in diffinitione oportet non ſolum cognoſcere principia eſſentialia: ſed etiam accidentalia. Si enim recte diffinirẽtur, & poſſent cognoſci principia eſſentialia, diffinitio non indigeret accidentibus. Sed quia principia eſſentialia rerum ſunt nobis ignota, ideo oportet quod vtamur differentiis accidentalibus in deſignatione eſſentialiũ. bipes enim non eſt eſſentiale: ſed ponitur in deſignatione eſſentialis. Et per eas, ſcilicet per differentias accidẽtales peruenimus in cognitionẽ eſſentialium. Et ideo difficile eſt, quia oportet nos cognoſcere quodquideſt animæ, ad cognoſcendum facilius accidentia animę, ſicut in mathematicis valde vtile eſt præaccipere, quod quid erat eſſe recti, & curui, & plani, ad cognoſcendum, quod rectis trianguli anguli ſint æquales. E conuerſo etiã accidẽtia ſi pręaccipiantur, multum conferunt ad cognoſcendum quod quid erat eſſe, vt dictũ eſt. Si quis ergo aſſignet diffinitionem, per quam nõ deueniantur in cognitionem accidentium rei diffinitæ, illa diffinitio non eſt realis, ſed remota & dialectica. Sed illa diffinitio, per quam deuenitur in cognitionem accidentium, eſt realis, & ex propriis, & eſſentialibus rei.

*LECTIO II.*

*a* POſtquam Philoſophus oſtendit difficultatem, quæ eſt in ſcientia de anima ex parte ſubſtantiæ, & quodquid- *Lege inferius lect. 10.*
E eſt animæ, hic conſequenter oſtendit difficultatem, quæ eſt ex parte paſſionum & accidentium animæ. Et circa hoc duo facit. Primo mouet dubitationem circa paſſiones animæ, & ſoluit eam. Secundo, ex huiuſmodi ſolutione oſtendit, quod cognitio de anima pertinet ad Philoſophum naturalem, ſeu ad Phyſicum, ibi, [Et propter hoc igitur iam Phyſici, &c.] Dicit ergo primo, quod dubitatio eſt circa paſſiones animæ, & operationes, vtrum ſcilicet eſſent animæ propriæ ſine communicatione corporis, vt Platoni videbatur, vel nulla ſit propria animæ, ſed omnes ſint communes corporis & compoſiti. Deinde cum dicit.

*b* ¶ Et circa hoc duo facit. Primo enim oſtendit difficultatem huiuſmodi quæſtionis. Secundo vero neceſſitatem, ibi, [Si quidem igitur eſt aliquid.] Dicit ergo primo, quod acci-

pere hoc ſcilicet, vtrum paſſiones & operationes animæ ſint communes, vel propriæ, eſt neceſſarium, & non eſt leue, ſed valde difficile. Et quod ſit difficile, oſtendit, dicens, ꝙ cauſa difficultatis eſt, quia in apparenti videtur, quod multæ paſſiones ſint communes, & non ſit pati ſine corpore, vtputa iraſci, & ſentire, & huiuſmodi, quorum nihil patitur anima ſine corpore. Sed ſi aliqua operatio eſſet propria animæ, appareret hoc de operatione intellectus. Intelligere enim, q̄ eſt operatio intellectus, maxime videtur propriū eſſe animæ. Si quis tamen recte conſideret, non videtur proprium animæ intelligere. Cū enim intelligere vel ſit phantaſia, vt Platonici ponebant, aut non ſit ſine phantaſia, fuerūt enim quidam, [ ſicut antiqui naturales, ] qui dicebant, quod intellectus non differebat à ſenſu, & ſi hoc eſſet, tunc intellectus in nullo differret à phātaſia, & ideo Platonici moti ſunt ad ponendum, intellectum eſſe phātaſiam. Cum ergo phantaſia indigeat corpore, dicebant, quod intelligere non eſt propriū animæ: ſed cōmune animæ & corpori. Si autem detur, ꝙ intellectus nō ſit phātaſia, nihilominus tamen non eſt intelligere ſine phantaſia. Reſtat igitur, qđ intelligere non eſt proprium animæ, cū phantaſia indigeat corpore. Non ergo contingit, hoc ſcilicet intelligere eſſe ſine corpore. Quamuis autem hoc Ariſt. ſatis aperte manifeſtet in Tertio huius, nihilominus tamen quantū ad hoc aliquid exponemus. Nā intelligere quodammodo eſt proprium animæ, quodāmodo eſt coniūcti. Sciendum eſt igitur, quod aliqua operatio animæ aut paſſio eſt, quæ indiget corpore, ſicut inſtrumento, & ſicut obiecto, ſicut videre indiget corpore, ſicut obiecto, q̄a color, qui eſt obiectū viſus, eſt in corpore. Item ſicut inſtrumento, quia viſio, etſi ſit ab anima, non eſt tamen niſi per organum viſus, ſcilicet pupillam, quæ eſt vt inſtrumētum, & ſic videre non eſt animæ tantum, ſed etiam organi. Aliqua autē operatio eſt, quæ indiget corpore, non tamen ſicut inſtrumento, ſed ſicut obiecto tantum. Intelligere enim nō eſt per organū corporale, ſed indiget obiecto corporali. Sicut enim Philoſophus dicit in tertio huius, hoc modo phantaſmata ſe habēt ad intellectum, ſicut colores ad viſum. Colores autem ſe habent ad viſum, ſicut obiecta: phantaſmata ergo ſe habēt ad intellectum, ſicut obiecta. Cum autem phantaſmata non ſint ſine corpore, videtur, ꝙ intelligere non eſt ſine corpore, ita tamen, ꝙ ſit ſicut obiectum, & nō ſicut inſtrumentum. Et ex hoc duo ſequuntur. Vnum eſt, quod intelligere eſt propria operatio animæ, & non indiget corpore, niſi vt obiecto tantum, vt dictum eſt, videre autem, & aliæ operationes & paſſiones non ſunt animæ tantum, ſed coniunctim. Aliud eſt, quod illud, quod habet operationem per ſe, habet etiam eſſe & ſubſiſtentiam per ſe, & illud, quod non habet operationem per ſe, non habet eſſe per ſe. Et ideo intellectus eſt for-

*al. l. maxime autem videtur eſſe proprium intelligere.*

*T. com. 14.*

*T. com. 15.*

*Lect. 12. T. com. 30.*

Videtur autem plurimorū quidem, nullum ſine corpore pati, neq; facere, vt iraſci, cōfidere, deſiderare; & omnino ſentire, maxime autem videtur proprium, ipſum intelligere. Si autem eſt & hoc phantaſia quædā, aut non ſine phantaſia, non cōtinget vtique, neque hoc ſine corpore eſſe.

*c* Siquidem igitur eſt aliquid animę operū aut paſſionum proprium, continget vtique ipſam ſeparari. Si vero nullum eſt proprium ipſius, non vtique erit ſeparabilis, ſed ſicut recto, in quātum rectum, multa accidunt, vt tangere æneam ſphęram ſecundum punctum, non tamen tanget hoc, ſeparatū ipſum rectum. Inſeparabile enim, ſiquidē ſemper cum quodam corpore eſt.

*d* Videtur aūt & animæ paſſiones omnes eſſe cū corpore, ira, manſuetudo, timor, miſericordia, cōfidentia, adhuc gaudium, & amare, & odire. Simul enim cum his patitur aliquid corpus. Indicat aūt hic, aliquādo quidē duris & manifeſtis paſſionibus concidentibus nihil exacerbari, aut timere. Aliquando autē & à paruis & debilibus moueri, cum accendatur corpus, & ſic ſe habeat, ſicut cum iraſcitur. Adhuc autē magis hoc manifeſtū. Nullo n. terribili imminente, in paſſionibus fiunt iis, in quā, quibus timens. Si aūt ſic habet, manifeſtū, quoniam paſſiones rationes in materia ſunt. Quare termini tales, vt iraſci, motus quidā talis corporis, aut partis, aut potentiæ, ab hoc & gratia huius.

F ma ſubſiſtens, aliæ potentiæ ſunt formę in materia. Et in hoc erat difficultas huiuſmodi quæſtionis, quia ſcilicet omnes paſſiones animæ ſecundum apparentiam videntur eſſe coniunctim. Conſequenter cum dicit.

*c* ¶ Aſſignat cauſam neceſſitatis huius quæſtionis, quia ſcilicet ex hoc habetur vnum, ꝙ omnes maxime ſcire deſiderant circa animam, vtrū ſcil. contingat animā ſeparari, dicens, ꝙ ſi contingat aliquam propriam operationem, aut paſſionem animæ eſſe, vtiq; cōtinget ipſam animā ſeparari à corpore, quia ( vt dictum eſt ) quod habet operationem per ſe, habet etiam eſſe & ſubſiſtētiā per ſe. Si vero non eſſet aliqua propria operatio ſeu paſſio animæ, eadem ratione non contingeret ipſam animā ſeparari à corpore, ſed erit de anima, ſicut de recto. Licet enim multa accidant recto, in quantum rectū ſcil. tangeret æneā ſphæram ſecundum punctum, non tamen accidit ei, niſi in materia. non enim tangit rectum in puncto æneam ſphæram, niſi in materia. Sic erit de anima, ſi non habet propriam operationem, quod licet ei multa accidant, non tamen accidunt ei, niſi in materia. Conſequenter cum dicit.

*d* ¶ Manifeſtat illud, quod ſupra ſuppoſuerat, quod ſcilicet quædam paſſiones animæ ſunt coniunctim, & non animæ tantum. Manifeſtat autem hoc ex vno, ꝙ conſiſtit ex duobus. Cuius ratio talis eſt: Omne, ad ꝙ operatur complexio corporis, non eſt animæ tantum, ſed etiam corporis: ſed complexio corporis operatur ad omnes paſſiones animæ, vtputa ad iram, manſuetudinem, timorem, confidentiam, miſericordiam, & huiuſmodi. Videt ergo animæ paſſiones omnes eſſe cum corpore. Et quod ad huiuſmodi paſſiones operetur complexio corporis, probat dupliciter. Primo ſic: Quia nos videmus, quod aliquando ſuperueniunt duræ & manifeſtæ paſſiones, & homo non prouocat, neq; timet: ſed ſi accendatur ex furore ſeu ex complexione corpus, à valde paruis & K debilibus mouetur, & ſic ſe habet, ſicut cū iraſcitur. Secūdo probat, dicens: Adhuc ſit magis manifeſtum, quod ad huiuſmodi paſſiones operetur cōplexio corporis. Videmus enim, quod, etiamſi nullum immineat periculū, fiunt in aliquibus paſſiones ſimiles his paſſionibus, quæ ſunt circa animam, vtputa melancholici frequenter, ſi nullum periculum immineat, ex ipſa complexione inordinata fiunt timentes. Ergo quia ſic ſe habet, ſcil. quod complexio operetur ad paſſiones huiuſmodi, manifeſtum eſt, quod huiuſmodi paſſiones [ ſunt rationes in materia, ] id eſt, habentes eſſe in materia. Et propter hoc termini tales, id eſt, diffinitiones harum paſſionum non aſſignantur ſine materia: ſicut ſi diffiniatur ira, dicetur, quod eſt motus talis corporis ſiue cordis, aut partis, aut potentiæ. Et hoc dicit, quantum ad ſubſtantiam ſeu cauſam materialem [ ab hoc, ] quantum ad cauſam efficientē [ gratia huius, ] quantum ad cauſam finalem. Cōſequenter cū dicit.

*tem plurima neq; pati, neq; agere ſine corpore, vt iraſci, confidere, cupere, deniq; ſentire, maxime autem ſimile proprio eſt intelligere. Quod ſi hoc etiam phantaſia quædam ſit, aut non ſine phantaſia, ne ipſum quidem ſine corpore eſſe poſſit.*

G *Ergo ſi operum aut paſſionum animæ aliquid eius ſit proprium, fieri poſſit, vt ſeparetur, ſi vero nihil eſt proprium eius, non fuerit ſeparabilis. Sed quemadmodum recto, quatenus rectum multa accidunt, vt tangere æneam ſphæram puncto, non tamen tanget hoc, ſeparatum rectum, inſeparabile enim eſt, ſiquidem ſemper cum corpore aliquo eſt.*

H *Videntur etiam animæ paſſiones omnes eſſe cum corpore, ira, manſuetudo, metus, miſericordia, fiducia: ad hæc gaudium, & amare, & odiſſe, nam vna cum his patitur aliquid corpus, quod ex eo indicatur, quod interdum, cum graues ac non obſcuri caſus accidunt, nihil irritamur, aut timemus, interdum vero vel ab exiguis & obſcuris commouemur, cum turget corpus, & perinde affectum eſt, atq; cum iraſcitur, quod hinc etiam longe manifeſtius eſt, nulla enim re terribili accidente, in paſſionibus ſumus eius, qui timet:* I *quod ſi ita eſt, conſtat, etiam paſſiones rationes eſſe materiales. Quare definitiones quoq; tales, verbi cauſa, iraſci, motus quidam eſt talis corporis, aut partis, aut potentiæ, ab hoc, gratia huius.*

e ¶ Con-

e ¶ Concludit ex his, quæ dicta ſunt, quod conſideratio de anima pertinet ad naturalem. Et hoc ex modo diffiniendi concludit. Et ideo hic duo facit. Primo probat propoſitum. Secundo inſiſtit circa diffinitiones, ibi, [Differenter autem diffiniet, &c.] Probat autem propoſitum hoc modo: Operationes animæ & paſſiones ſunt operationes corporis & paſſiones, vt oſtenſum eſt: omnis autẽ paſſio, cũm diffinitur, oportet, ꝙ habeat in ſui diffinitione illud, cuius eſt paſſio: nam ſubiectũ ſemp cadit in diffinitione paſſionis. Si ergo paſſiones huiuſmodi non ſunt tantum animæ, ſed etiam corporis, de neceſſitate oportet, ꝙ in diffinitione ipſarũ ponatur corpus: ſed omne, in quo eſt corpus ſeu materia, pertinet ad naturalem, ergo & paſſiones huiuſmodi pertinent ad naturalẽ. Sed cuius eſt conſiderare paſſiones, eius eſt cõſiderare ſubiectum ipſarum. Et ideo iam Phyſici eſt conſiderare de anima [aut omni] ſimpliciter, [aut huiuſmodi] ſcil. de ea, quæ eſt affixa corpori. Et hoc dicit, quia reliquerat ſub dubio, vtrum intellectus ſit potentia affixa corpori. Conſequenter cum dicit.

T.com.16.

f ¶ Inſiſtit circa diffinitiones. Quia n. oſtendit, ꝙ in diffinitionibus paſſionum animæ, aliquæ ſunt, in quib. ponitur materia & corp⁹, aliquę vero, in quibus non ponitur materia, ſed forma tantũ, oſtendit, quod huiuſmodi diffinitiones ſunt inſufficientes. Et circa hoc inueſtigat differentiam, q̃ inuenitur in iſtis diffinitionib.

T.com.18. Aliquando enim datur aliqua diffinitio, in qua nihil eſt ex parte corporis, ſicut quod ira eſt appetitus vindictæ: aliquando aſſignatur aliqua diffinitio, in qua eſt aliquid ex parte corporis ſeu materiæ, ſicut quod ira eſt accenſio ſanguinis circa cor. Prima eſt dialectica. Secunda vero eſt phyſica, cum ponatur ibi aliquid ex parte materiæ, & ideo pertinet ad naturalem. Hic enim, ſcil. Phyſicus aſſignat materiam, cum dicit, ꝙ eſt accẽſio ſanguinis circa cor. Alius vero, ſcil. dialecticus, ponit ſpeciem & rationem. Hoc enim ſcil. appetitus vindictæ eſt ratio iræ. Quod autẽ diffinitio prima ſit inſufficiens, manifeſte apparet. Nam omnis forma, quæ eſt in materia determinata, niſi in ſuâ diffinitione ponatur materia, illa diffinitio eſt inſufficiens: ſed hæc forma, ſcil. appetitus vindictæ, eſt forma in materia determinata: vnde, cum non ponatur in eius diffinitione materia, conſtat, ꝙ ipſa diffinitio eſt inſufficiens. Et ideo neceſſe eſt ad diffinitionem, ꝙ in diffinitione ponatur hoc, ſcil. formam eſſe in materia huiuſmodi ſcil. determinata. Et ſic habemus tres diffinitiones, quia vna aſſignat ſpeciem & ſpeciei rationem, & eſt formalis tantum, ſicut ſi diffiniatur domus, quod ſit operimentũ prohibens à ventis & imbribus, & caumatibus. Alia autẽ aſſignat materiam, ſicut ſi dicatur, quod domus ęſt operimẽtum quoddam ex lapidibus, lateribus, & lignis. Alia vero aſſignat, id eſt, in diffinitione ponit vtrumque, materiam ſcil. & formam, dicens, quod domus eſt operimentum tale, conſtans ex talibus, & propter talia, ſcilicet vt prohibeat ventos, &c. Et ideo dicit, quod alia diffinitio, ſcil. tertia ponit [in his,] ſcil. in lignis, lapidibus, quæ ſunt ex parte materiæ [ſpeciem,] id eſt, formam, [propter iſta,] ſcil. vt prohibeat ventos. Et ſic complectitur materiam, cum dicit, [in his,] & formam, cum dicit, [ſpeciem,] & cauſam finalem, cum dicit, [propter iſta,] quę tria requiruntur ad perfectam diffinitionem. Sed ſi quęratur, quæ iſtarum diffinitionum ſit naturalis, & quæ non. Dicendum, ꝙ illa, quæ conſiderat formam tantum, non eſt naturalis, ſed logica. Illa autem, quæ eſt circa materiã, ignorat autem formam, nullius eſt niſi naturalis. Nullus enim habet conſiderare materiã, niſi naturalis. Nihilominus tamen illa, quæ ex vtriſque eſt, ſcilicet ex materia & forma, ẽſt magis naturalis. Et duæ harũ diffinitionum pertinent ad naturalem: ſed vna eſt impfecta, ſcilic. illa, qua ponit materiam tantũ: alia vero perfecta, ſcil. illa, quæ eſt ex vtriſq;. Nõ enim eſt aliquis, qui cõſideret paſſiones materiæ, non ſeparabiles, niſi phyſicus. Sed quia ſunt aliqui, qui aliter conſiderãt paſſiones materiæ, ideo oſtendit, qui ſint, & qualiter conſiderent, & dicit, quod ſunt tres. Vnũ genus eſt, quod differt a naturali, quantum ad principium, licet conſideret paſſiones, prout ſunt in materia, ſicut artifex, qui conſiderat formam in materia: ſed differunt, quia huiuſmodi principium eſt ars: Phyſici vero principium eſt natura. Aliud genus eſt, quod quidem conſiderat ea, quæ habent eſſe in materia ſenſibili: ſed non recipit in diffinitione materiam ſenſibilem, ſicut curuum, rectum, & huiuſmodi, licet habeant eſſe in materia, & ſint de numero non ſeparabilium, quantum ad eſſe, tamen mathematicus non determinat ſibi materiam ſenſibilem. Cuius ratio eſt, quia res aliquæ ſunt ſenſibiles per qualitatem: quantitates autem præexiſtunt qualitatibus, vnde mathematicus concernit ſolum id, quod quantitatis eſt abſolutæ, non determinans hanc vel illam materiam. Aliud genus eſt, quod quidem conſiderat illa, quorum eſſe vel non eſt in materia omnino, vel quorum eſſe poteſt eſſe ſine materia: & hic eſt Philoſophus primus. Et notandum, quod tota ratio diuiſionis Philoſophiæ ſumitur ſecundum diffinitionem, & modum diffiniendi, cuius ratio eſt, quia diffinitio eſt principium demõſtrationis rerũ, res autem diffiniuntur per eſſentialia. Vnde diuerſæ diffinitiones rerum diuerſa principia eſſentialia demonſtrant, ex quibus vna ſcientia differt ab alia. Conſequenter cum dicit.

g ¶ Quia videbatur feciſſe quaſdam digreſſiones, ex hoc, ꝙ inſtitit ad inquiſitionem diffinitionum, reducit ſe ad materiam propriam, dicens, quod redeundum eſt ad materiam propriam, vnde eſt ſermo habitus, ſcil. quod paſſiones ani-

e Et propter hoc igitur iam Phyſici eſt conſiderare de anima, aut omni, aut huiuſmodi.

f Differenter autem diffiniet Phyſicus & Dialecticus vnumquodq; ipſorum, vt ira quid eſt. Hic quidem enim appetitum recõtriſtationis, aut aliquid huiuſmodi, ille autem feruorem ſanguinis, aut calidi circa cor. Horum autem alius quidẽ aſſignat materiam, alius vero ſpeciem & rationem. Ratio quidẽ enim hæc ſpecies rei. Neceſſe eſt autem, hanc eſſe in materia huiuſmodi, ſi erit, ſicut domus: ratio quidem talis quædam, quia operimentum prohibens corruptiones à ventis & imbribus, & caumatibus. Hęc autem dicit lapides, & lateres, & ligna. Alia vero in his, ſpeciẽ, propter iſta. Quæ igitur naturalis harum? vtrumq; circa materiam: rationẽ autem ignorans, aut quæ circa rationem ſolum, aut magis, quæ eſt ex vtriſque? Illorum autem quis vterque. At non eſt aliquis, qui circa paſſiones materię non ſeparabiles, & quatenus non ſeparabiles, verſetur, ſed Phyſicus circa omnes talis corporis, & talis materiæ, actiones & paſſiones verſatur. Quæcunq; autem non, quatenus talia alius. Et de quibuſdam quidem eſt artifex, ſi contingat, vt ſtructor, aut medicus. At non ſeparabilium quidem, in quantum autem non talis corporis paſſiones, ſed ex remotione Mathematicus. Secundum autem quod ſeparatæ, primus Philoſophus.

g Sed redeundum eſt, vnde ſermo. Dicebamus autem, quod paſſiones animæ nõ ſeparabiles

*Quam demum ob rem ad naturalem ſpectet conſiderare, ita anima vel omni, vel tali.*

*Diuerſo tamẽ modo definiat Naturalis & Dialecticus eorum vnumquodque, veluti ira quid eſt, alter enim appetitum mutui doloris afferẽdi, vel aliquid eiuſmodi, alter feruorem ſanguinis cordi ſuffuſi, aut calidi. Horum autẽ alter materiam deſcribit, alter ſpeciem & rationẽ. Hæc enim eſt ratio rei, quam neceſſe eſt in tali materia eſſe, ſi erit, veluti domus, ratio huiuſmodi eſſet, integumentum ad arcenda incommoda, quæ à ventis & imbribus, & æſtibus inferri ſolent. alia dicit lapides, & lateres, & ligna, alia formam in his, gratia horum. Quæ igitur earum naturalis eſt? vtrum quæ circa materiam verſatur, rationem autẽ ignorat, an quæ circa rationem tantum, an potius, quæ ex vtriſque? Iam vero quænam eſt vtraq; earum? An non eſt aliquis, qui verſetur in paſſionibus materiæ non ſeparabilibus, vt nõ ſeparabiles ſunt, ſed naturalis in iis omnibus, quæ talis corporis, & talis materiæ opera & paſſiones ſunt, quæ vero non quatenus talia ſunt, alius conſiderat, atq; de nonnullis quidem artifex, ſi ſors ita tulerit: faber, vel medicus, de iis autem, quæ non ſeparabilia quidem ſunt, ſed quatenus non talis corporis paſſiones, & ex abſtractione, Mathematicus: vt vero ſeparata ſunt, primus Philoſophus.*

*Sed eo reuertendum eſt, vnde digreſſa eſt oratio: dicebamus autem paſſiones animæ inſeparabiles eſſe à*

mæ, vt amor, timor, & huiuſmodi, non ſunt ſeparabiles à phyſica materia animalium, in quantum tales exiſtunt, ſcilicet in quantum paſſiones, quæ non ſunt ſine corpore, & non ſunt ſicut linea & planum, id eſt, ſuperficies, quæ ratione poſſunt ſeparari à materia naturali. Si ergo ita eſt, ad naturalem ſpectat conſideratio earum, & ẽt animæ, ſicut ſupra dictum eſt. [De qua,] ſcil. anima, intendẽtes ad præſens, neceſſe eſt accipere opiniones antiquorũ, quicunq; ſint, qui aliq̃d enũtiauerint de ipſa. Et hoc quidẽ ad duo erit vtile: primo, quia illud, quod bene dictum eſt ab eis, accipiemus in adiutoriũ noſtrum. Secundo, quia illud, quod male enuntiatum eſt, cauebimus.

*Interpres legiſſe videtur εὐαπορεῖν, id eſt, bene dubitare, cum διαπορεῖν legendum ſit, hoc modo neceſſe eſt ſimul dubitantes de iis, quib. abundare oportet.*

à phyſica materia animalium, in quantum tales exiſtunt, furor, & timor, & non ſicut linea & planum. Intendentes autem de anima, neceſſe eſt ſimul dubitantes, de quibus bene dubitare oportet, pertranſeuntes priorũ opiniones comprehẽdere, quicunq; aliquid de ipſa enuntiauerunt, vt bene quidem dicta accipiamus. Si vero aliquid non bene, hoc vereamur. G

*naturali materia animalium * vt tales ſunt, vt ira, vt timor. Et non vt linea & planum. Conſiderantes autem de anima, neceſſe eſt prius, quaſi in inopia ſimus, dum de ijs dubitamus, quorum copiam habituri ſumus, atq; in orationis progreſſu: opiniones etiam priſcorum adhibeamus, quicunq; de ea aliquid enuntiarunt, vt quæ quidem recte dicta ſunt, ſumamus, ſi quid vero non recte, id vitemus.*

## LECTIO III.

a PRincipium autem quęſtionis præponere, quæ maxime videntur ipſi ineſſe ſecundũ naturam. Animatum igitur ab inanimato in duobus maxime differre videtur, motu & ſenſu. Accipimus autem & à progenitoribus fere duo hæc de anima.

H b Dicunt enim quidam, & maxime, & primo, animam eſſe id, quod eſt mouens. Exiſtimantes autem, quod non mouetur ipſum, non contingere mouere alterum aliquid eorum, quæ mouentur, animam ſic arbitrati ſunt eſſe.

c Vnde Democritus ignem quendam aut colorem dicit eſſe ipſam. Infinitis enim exiſtentibus figuris, & atomis, quæ ſpeciei rotundæ, ignem & animam dicit, vt in aere mota corpora, quæ vocantur deciſiones, quæ I videntur per portas in radiis, quarum omne ſemen, elementa dicit totius naturæ. Similiter autem & Leucippus. Horum autem ſphærica, animam, propter id, quod maxime poſſunt per omne penetrare huiuſmodi figuræ, & mouere reliqua, cum moueantur & ipſa,

## *LECTIO III.*

*PRincipium autem huius inquiſitionis erit, ea prius ponere, quæ maxime ei videntur ineſſe ſecũdum naturam. Animatum igitur ab inanimato duobus potiſſimum differre videtur, motu & ſenſu. Accepimus etiam à ſuperioribus ætatis Philoſophis hæc duo fere de anima.*

*Dicunt enim nonnulli, & maxime, & primo, animam eſſe id, quod mouet, exiſtimantes autem, quod ipſum non mouetur, non poſſe moueri aliud aliquid eorum, quæ mouentur, animam eſſe arbitrati ſunt.*

*Quapropter Democritus ignem quendam & calidum eam eſſe dicit. Cum enim infinitæ ſint figuræ, & atomi, eas, quæ rotundæ ſunt, ignem & animam eſſe aſſerit, vt in aere ea, quæ vocantur ramenta, quæ cerni ſolent in radijs, qui per feneſtras introeunt, quarum omnium farraginem elementa eſſe ait totius naturæ. Pariter etiam Leucippus. Horum autem, quæ rotunda ſunt, eſſe animam, eo quod maxime tales figuræ quouis penetrare poſſunt, & mouere reliqua, cum etiam ipſæ moueantur, exiſtimantes, animam eſſe id, quod præbet animalibus motũ. Et proinde*

*LECTIO III.*

a SVpra poſuit Philoſophus proœmium, in quo & intẽtionem ſuam, quid agendum, & difficultatem huius operis oſtendit, hic vero ꝓſequitur tractatum ſecundum ordinem promiſſum. Diuiditur autem tractatus iſte in duas partes. Primo enim tractat de natura animæ ſecundum opinionem aliorũ Philoſophorum. Secundo vero ſecũdum veritatem, & hoc in ſecundo libro. Prima pars diuiditur in duas partes. Primo enim narrat opiniones aliorum Philoſophorum de anima. Secundo vero inquirit de opinionibus illis, ibi, [Conſiderandum eſt autem, &c.] Prima pars diuiditur in duas. Primo enim oſtẽdit, ex quib. Philoſophi habuerunt viam ad inueſtigandum de anima. Secundo vero oſtendit, quomodo diuerſi deuenerunt in diuerſas opiniones de anima, ibi, [Dicunt enim.] Dicit ergo primo, quod principium noſtræ quæſtionis, id eſt, inquiſitionis, eſt apponere omnia, quæ ſecundum naturam videntur ineſſe animę. Circa quod ſciendum eſt, quod quando inuenimus aliqua duo differre ſecundũ aliquid manifeſtum, & ſecũdum aliud immanifeſtum, certum eſt, quod per id, quod eſt manifeſtũ, venimus in notitiam illius, quod eſt immanifeſtum. Et hunc modum tenuerunt Philoſophi ad inueniendum naturam de anima. Animata enim ab inanimatis differunt, per hoc, quod animata habent animam, inanimata vero nõ. Sed quia natura animæ erat immanifeſta, & non poterat inueſtigari, niſi per aliqua manifeſta, in quibus differunt animata ab inanimatis, inuenerunt illa, & ſecũdum illa conati ſunt deuenire in cognitionem naturæ animæ. Illa autem manifeſta, in quibus animata differunt ab inanimatis, ſunt duo, ſcil. ſentire & moueri. Nam animata videntur differre ab inanimatis, maxime motu, vt ſcil. moueant ſeipſa, & ſenſu ſeu cognitione. Vnde credebant, quod quando ſcirent principia iſtorum duorum, ſcirent, quid eſt anima. Vnde laborauerunt cauſam motus & ſenſus ſcire, vt per hoc ſcirent naturam animæ, & credebant, quod id, quod eſt cauſa motus & ſenſus, eſſet ani-

T.com. 19.

F ma, & in hoc omnes antiqui Philoſophi conueniebant. Sed ex hoc antiqui in diuerſas opiniones diuiſi ſunt. Nam aliqui conati ſunt deuenire in cognitionem animæ per motum, aliqui vero per ſenſum. Et ideo cum dicit.

b ¶ Oſtendit horum diuerſitatem. Et primo de illis, qui inquirebant naturam animæ à motu. Secũdo de illis, qui inquirebant eam à cognitione ſeu ſenſu, ibi, [Quicunq; autẽ ad cognoſcere & ſentire.] Tertio eorũ, qui inquirebãt naturam eius ex vtroque, ibi, [Quoniam autem & motiuũ.] Circa primum ſciendũ eſt, ꝙ illis, qui inquiſierũt animæ naturã à motu, erat vnũ cõmune, ſcil. ꝙ ſi mouentur animata, ꝙ anima ſit mouens, & mota. Et huius ratio eſt, quia exiſtimabant, ꝙ id, ꝙ non mouetur, non cõtingit mouere alterũ, id eſt, qđ nihil mouet, niſi moueatur. Si ergo anima mouet animata, & nihil mouet alterũ, niſi moueatur ipſũ, manifeſtũ eſt, ꝙ anima maxime mouetur. Et hoc eſt, ꝓpter ꝙ antiqui naturales arbitrati ſunt, animã eſſe eorũ, q̃ mouẽtur. Sed ex hoc ẽt diuerſę opiniones prouenerũt. Et ideo cũ dicit.

c ¶ Ponit primo opinionẽ Democriti de anima dicens. Vnde Democritus quidam ſcil. antiquus Philoſophus, qui excogitans illud, ꝙ maxime mouetur, eſſe naturã animæ, & quia illud, quod maxime mouetur, videtur eſſe de natura ignis. Et ideo dicit, ipſam animam eſſe ignem quendam aut calorem. Et opinio ſua fuit talis. Ipſe enim nihil ponebat eſſe in rerum natura, niſi ſenſibile, & corporale, & volebat, ꝙ principia omnium rerum ſint corpora indiuiſibilia & infinita, quæ vocabat atomos. Quæ quidẽ dixit eſſe vnius naturæ, ſed differre abinuicem figura, poſitione, & ordine, licet hic tantum ponat de figura, quia hæc ſola differentia, quæ eſt ſe- K cundum figurã, neceſſaria eſt. Et iſta differẽtia, quæ ſecundũ figuram eſt, quod quædam erant rotunda, quædã quadrata, quædam pyramidalis, & huiuſmodi. Ponebat etiam, hæc eſſe mobilia, & nunquã quieſcentia, & ex concurſu ipſorum atomorum caſu eſſe mundum factũ aiebãt. Et quod hæc indiuiſibilia corpora ſint mobilia, dabat exemplũ de deciſionibus, quæ mouentur in aere, etiamſi nulla tẽpeſtas ſit, ſicut apparet per portas in radiis ſolis. Vnde cũ iſta ſint multo minora, quia ſunt indiuiſibilia, illæ vero, q̃ apparẽt in radiis deciſiones ſunt diuiſibiles, manifeſte apparet, ꝙ ſint maxime mobilia. Et q̃a inter alias figuras, figura rotũda eſt magis apta ad motũ, cũ nõ habeat angulos, quib. impediatur à motu, & q̃a credebãt animã maxime moueri, ex eo ꝙ arbitrati ſunt, animã efficere motũ animalibus, ideo inter iſta infinita corpora, illa, q̃ erãt inter illa rotũda corpora, dicebat eſſe animam. Hui⁹ ẽt opinionis fuit Leucipp⁹, q̃ fuit ſoci⁹ ei⁹. Et ad hoc habebat vnũ ſignũ, q̃a voluit Democrit⁹, terminũ vitę, i. e. rõnẽ

con-

conſiſtere, in reſpiratione, licet inſufficienter, quia non omnia viua reſpirant, quæ quidem reſpiratio neceſſaria erat ſecundum eum, quia corpora rotunda implent corpus, cum ſint cauſa motus in corpore animalis ſecundum eum, & ſunt in cõtinuo motu, & eo quod continet, id eſt, corpora noſtra aere cõſtringente [& extrudente, ] id eſt, exterius mittente illas, quæ ſunt de numero figuratum, quę ſunt p̄bentes animalibus motũ, ex eo, ꝙ
T.com.21. nullo modo qeſcũt, ne forte eis omnino expulſis à corporib. noſtris, deficerent corpora, ideo neceſſaria eſt reſpiratio, ꝑ quã & intromittãtur alia corpora, & ea, q̄ ſunt intus ab iſtis, q̄ reſpiratiõe intrant, impediantur ab exitu. Et tam diu dixit viuere animalia, quã diu poſſunt hoc facere, ſcil. reſpirare. Et
T.com.22. vis huiuſmodi ſigni eſt, quia cum reſpiratio ex hoc dicatur eſſe ratio vitæ, ꝙ continet ipſa corpora rotunda in corporib. animaliũ, & immittit etiam ea intus, ne ꝓpter exeuntia corpora, q̄ cõtinue mouentur, deficiat corpus animalis, manifeſtũ eſt, ꝙ ipſa corpora ſint anima, quæ quidem corpora voluit Democr. eſſe de natura ignis, & ex eis cauſari calorem. Secundo cum dicit.

*d* ¶ Ponit opinionẽ quorundã Pythagoricorum, quæ ſimilis
T.com.23. erat opinioni Democriti: nam illud, ꝙ Pythagorici dicũt de anima, eandẽ habent intelligentiam cum eo, ꝙ dicit ipſe Democritus, licet Pythagorici in eandem ſententiam non conueniant. Nã quidam ipſorũ conuenientes cum Democrito, dixerunt, animam eſſe deciſiones, quæ ſunt in aere, id eſt, corpora indiuiſibilia, & infinita, ſicut Democritus dicebat. Alij vero ex ipſis Philoſophis non dixerunt ipſa corpora indiuiſibilia & mobilia eſſe animam, ſed illam virtutẽ, quæ mouet ea corpora, animam dicebãt. Et huius opinionis fuit quidam Archelaus Philoſophus, magiſter Socratis, vt Auguſtinus narrat in lib. de Ciu. Dei. Et ratio horum, ſcil. quare dicebant, huiuſmodi corpora eſſe animam, dicta eſt, quia, ſicut iam patet, volebant, quod illud, quod maxime mouetur, eſſet anima, vnde propter hoc, quod hæc corpora continue moueri videbantur, ſicut apparet in aere, in quo mouentur, etiamſi ſit tranquillitas, dicebant iſta corpora eſſe animam. Conſequenter cum dicit.

*e* ¶ Reducit in quandam ſummam opinionem plurium philoſophorum de anima, ad has opiniones dicens, ꝙ omnes illi, qui diffinientes animam à motu, dixerũt ipſam eſſe illud, quod ſeipſum mouet, [ feruntur in idem, ] id eſt, in eandem intelligentiam cum prædictis. Omnes enim concordant in hoc, & conueniunt, quod videtur exiſtimaſſe motum maxime & præcipue eſſe proprium animæ, & quicquid mouetur, mouetur ab anima, ipſam vero animam moueri à ſeipſa. Et

arbitrantes animam eſſe efficiẽs in animalibus motum; vnde & viuendi terminũ eſſe reſpirationem. Conſtringente enim eo, quod cõtinet corpora, & extrudente figuras præbentes animalibus motum, ex eo, quod nõ eſt ipſas quieſcere nullatenus, auxilium fieri de foris, ingredientibus aliis huiuſmodi in reſpirãdo. Prohibere enim has, & quæ inſunt animalibus diſgregari ſimul prohibentes conſtringens & comprimens, & viuere autẽ, quamdiu poſſunt, hoc facere.

*d* Videtur autem & à Pythagoricis dictum, eandem habere intelligentiam. Dixerunt enim quidam ipſorum, animam eſſe, quæ ſunt in aere deciſiones, alii autem has mouens. De his autem dictum eſt, eo quod continue videntur moueri, etſi ſit tranquillitas nimia.

*e* In idem autem feruntur, quicunq; dicunt, animã eſſe quod ſeipſum mouens. Videntur autem hi omnes exiſtimantes motum maxime proprium eſſe animæ. Et alia quidẽ omnia moueri propter animam, ipſam autem à ſeipſa propter nihil videre mouens, quod non & ipſum moueatur.

*f* Similiter autem & Anaxagoras animam dicit eſſe mouentẽ, & ſi aliquis alius dixit, quod omne mouit intellectus, non tamen penitus, ſicut Democritus.

*g* Ille quidem enim ſimpliciter dicit; idem eſſe animã & intellectum: verum enim eſſe, quod videtur. Vnde bene facere Homerũ, quod Hector iacet aliud ſapiens: Non itaq; vtitur intellectu, tanquam potentia quadã, quæ eſt circa veritatẽ, ſed idem dicit animam & intellectum.

A ratio horum, ſicut iam tactum eſt, erat, quia communiter opinati ſunt, quod nihil mouet alterum, niſi moueatur & ipſum. Vnde cum anima moueat alia, credebant, animam maxime & præcipue moueri. Tertio cum dicit.

*f* ¶ Ponit opinionẽ Anaxa. de natura animæ. Et primo ponit, in quo Anaxa. cõcordabat cũ ſuperioribus, dicẽs, ꝙ Anaxa. & quicunq; alius dixit, ꝙ intellect⁹ mouet omnia, dicit, animã eſſe mouentem omnia, ſicut & illi dicunt. Sed in hoc differt, quia noluit, q̃d omne, quod mouet alterũ, moueatur & ipſum, imo dixit, eſſe vnum intellectũ ſeparatũ & immixtũ, q̄ alia moueat, eo nõ moto, & de natura huiuſmodi dicit eſſe animã. Vnde ex hoc inſurrexit error quorundã, qui dicerent, animã eſſe de natura diuina. Sic ergo patet, in quo cõcordabat cũ ſuperioribus, in hoc ſc. ꝙ dixit animã eſſe mouentẽ. Sed differebat in hoc, ꝙ dixit, animã nõ moueri, cuius contrariũ illi dicebant. Differebat ẽt à Democrito in acceptione intellect⁹. Et ideo cũ dicit.

*g* ¶ Ponit hanc differentiã. Et primo opinionẽ Democriti, dicens, ꝙ ille, ſcil. Democritus dixit [ ſimpliciter, ] id eſt, vbiq; & vniuerſaliter, intellectũ & animam eſſe idẽ. Cuius ratio eſt, quia Democritus credebat, ꝙ nihil eſſet in mũdo, niſi ſenſibilia, & ſicut nihil erat in mundo, niſi ſenſibilia, ita dicebat ꝙ nulla vis apprehẽſiua erat in anima, niſi ſenſitiua. Vnde fuit huius opinionis, ꝙ nulla veritas determinate haberetur de rebus, & ꝙ nihil determinate cognoſcitur, ſed quicquid apparet, verũ eſſet, & non magis illud, ꝙ cogitat vnus de re aliqua, quam illud, ꝙ cogitat alius de eadem re, eodem tempore, verum eſſe, & ex hoc ſequebatur, quod poneret, contradictoria ſimul eſſe vera. Cuius ratio eſt, quia ipſe (vt dictum eſt) non vtebatur intellectu, qui eſt circa veritatem, id eſt, virtute intellectiua, per quam anima intelligit intelligibilia, ſed ſolum vi ſenſitiua,
E & quod nihil cognoſceretur, niſi ſenſibile, cum nihil poneret in rerum natura, niſi ſenſibile. Vnde cum ſenſibilia ſint in continuo motu & fluxu, opinatus eſt, nullam veritatẽ determinatam eſſe in rebus. Et quia non peruenit ad hoc, quod cognoſceret, intellectum eſſe potentiam quandam, quæ eſt circa veritatem, id eſt, cuius obiectum eſt verum, & excedit omnes alias potentias animæ, ſed accepit tantum potentias animę ſenſitiuas, ideo communiter & indifferenter idem dicit animam & intellectum, quem quidem intellectum dicit tranſmutari ſecundum hominis tranſmutationem. Et propter hoc commendat Homerum, qui dixit, [quod Hector iacet aliud ſapiens,] id eſt, quod ſecundum ſui mutationem mutatus eſt intellectus eius, dum aliud ſaperet victus, & aliud inuictus. Secundo cum dicit.

*viuendi terminum eſſe reſpirationẽ. Cum enim aer ambiens comprimat corpora, & eas elidat figuras, quæ motum præbent animalibus, quandoquidem nec ipſæ vnquam quieſcunt, auxilium ferri extrinſecus, alijs eius generis ſuccedentibus, dum ſpiritum ducibus: has enim prohibere, quo minus eæ etiam, quæ inſunt*
B *animalibus, excernantur, id repellendo, quod comprimit, ac facit concreſcere, viuereque, donec poſſant hoc facere.*

*Videtur etiam, quod à Pythagoreis dici ſolet, eandem habere ſentẽtiam. Dixerunt enim eorum nonnulli, animam eſſe ramenta, quæ in aere videntur, alij id, quod ea mouet, de quibus propterea dictum eſt, quod continue videantur moueri, quamuis ſit tranquillitas maxima.*

C *Eodem tendunt, qui dicunt animam eſſe id, quod ſeipſum mouet. Videntur enim hi omnes exiſtimaſſe, motum rem maxime propriam eſſe animæ, & alia quidem omnia moueri propter animam, hanc autem à ſeipſa, propterea quod nihil videbat mouere, quin & ipſum moueatur.*

*Similiter etiam Anaxagoras animam eſſe dicit eam, quæ moueat, & ſi quis alius dixit, intellectũ mouiſſe hanc vniuerſitatem, non tamen ita plane, vt Democritus.*

D *Is enim dicit, idem ſimpliciter eſſe animam & intellectum, verũ enim eſſe, quod apparet. Et ideo præclare cecinisse Homerum, quod Hector iaceret mentis inops. Non ergo vtitur intellectu, vt potentia quadam circa veritatem, ſed idem dicit animam & intellectum.*

*h* Anaxagoras autē minus certificat de ipſis. Multoties quidem enim cauſam eius, quod bene & recte, dicit intellectum, alibi autem intellectum hunc eſſe animam, in omnibus enim ipſum ineſſe animalibus magnis & paruis, & honorabilibus, & inhonorabilibus.

*i* Non videtur autem ſecundum prudentiam dictus intellectus, omnibus ſimiliter ineſſe animalibus, ſed neque hominibus omnibus.

*k* Quicunq; quidem igitur animatum in moueri aſpexerunt: hi quidem maxime motiuum opinati ſunt animam eſſe.

*LECTIO IV.*

*a* QVicunque autem ad cognoſcere & ſentire ea, quæ ſunt, iſti dicunt, animam eſſe principia, alii quidem plura facientes hæc, alii vero vnum hoc.

*b* Sicut Empedocles quidem ex elementis omnibus eſſe, & vnumquodq; horum animam dicens, ſicut terrā quidem terra cognoſcimus, æthere æthera diuum, aquam autem aqua: ſed igne ignem obſcurum ac latentem, manifeſtum eſt, concordia autem concordiam, diſcordiam diſcordia triſti.

*c* Eodem autem modo & Plato in Timæo animam facit ex elementis. Cognoſci enim ſimile ſimili, res autem ex principiis eſſe.

*Anaxagoras autem nō admodum de eis aperte loquitur, multis enim locis cauſam eius, quod bene recteq; eſt, intellectum eſſe aſſerit. Alibi vero idem eſſe animam & intellectum. Cunctis enim eum ineſſe animalibus, & magnis, & paruis, & nobilioribus, & vilioribus.*

G *Videtur tamen is, quem intellectum prudentiæ vocamus, non omnibus æque ineſſe animalibus, immo ne hominibus quidem omnibus.*

*Quicunq; igitur ad motum animati reſpexerunt, hi, quod maxime motiuum eſt, animam eſſe existimarunt.*

LECTIO IV.

*QVi vero ad vim cognoſcendi & & ſentiēdi ea, quæ ſunt, hi vero*
H *aſſerunt, animā eſſe principia, nempe qui plura faciunt principia, hæc eadem, qui vero vnum illud idem.*

*Quemadmodum Empedocles quidem ex elementis omnibus eſſe tamen & eorum vnumquodque Animam, ſic dicens:*

,, *Iam Terra Terram, iamq; Æquore cernimus Æquor,*
,, *Ætheraq; Æthere, ſic rutilum ignis conſpicit ignem,*
,, *Atq; Cupidinem Amor, triſtis lis deniq; litem.*

*Eodem etiam modo Plato in Timæo animam facit ex elementis, co-*
I *gnoſci namq; ſimile ſimili, res autem ex principijs conſtare.*

*h* ¶ Oſtendit, in quo differebat Anax. à Democrito. Et circa hoc duo facit. Primo ponit opinionem Anaxag. Secundo reprobat eam, ibi, [Non videtur autem, &c.] Dicit ergo primo, quod Anax. loquitur de anima magis dubie, & minus certificat de ipſa. Nam ipſe Anax. multoties dicit, intellectum eſſe cauſam eius, quod eſt bonum operari, id eſt, bonæ opera-
T.com.24. tionis. Alibi vero, id eſt, in aliis locis, dicit, hunc intellectum, ſcilicet qui eſt cauſa bonæ operationis, & animam eſſe idem. Et hoc apparet, quia conſtat, q anima ineſt omnib. animalibus, tam vilibus, quam honorabilibus, & tam magnis, quam paruis. Vnde cum in omnibus his dicat intellectum eſſe, manifeſtū eſt, quod idem dicit animam & intellectum. Secundo cum dicit.

*i* ¶ Oſtendit contrarietatem eſſe in huiuſmodi acceptione intellectus, ſecūdum Anax. ſcilicet aliquādo hoc, quod dicit, intellectum non eſſe idem cum anima: aliquando vero dicit, ipſum & animam eſſe idem, quæ ſunt cōtradictoria, & non poſſunt ſimul ſtare. Et hoc probat tali ratione: Conſtat, ꝙ bene operari eſt proprium intellectus, ſecundum prudētiam perfecti, quia bene operari pertinet ad prudentiam. Si ergo idē eſſet intellectus, qui eſt cauſa bonæ operationis cum anima, ſequeretur, ꝙ intellectus prudens idem eſſet cum anima. Sed hoc eſt falſum, quia anima ineſt omnibus animalibus. Intellectus autem ſecundum prudentiam dictus, non videtur ineſſe non ſolum omnibus animalibus, ſed nec omnibus hominibus: ergo non eſt idem, quod anima. Deinde cum dicit.

T.com.25. *k* ¶ Oſtendit, quod omnes illi, qui conſiderauerunt animata ſecundum motum, id eſt, ſecundum id, quod eſt moueri à ſeipſis, ij opinati ſunt, animam eſſe illud, quod maxime eſt motiuum, ſicut patet in opinionibus iam dictis.

*LECTIO IV.*

*a* SVperius oſtendit Philoſophus, quomodo aliqui venerunt in cognitionem per motum, hic vero oſtēdit, quomodo aliqui venerunt in cognitionē animæ per ſenſum ſeu cognitionem. Et circa hoc duo facit. Primo n. oſtēdit, in quo conuenerūt Philoſophi, qui conſiderauerūt animā ex ſenſu. Secundo vero, in quo differunt, ibi, [Sicut Empe. quidē, &c.] Dicit ergo primo, ꝙ omnes, quicunq; venerūt in cognitionē animæ, quātum ad cognoſcere & ſentire, id eſt, p cognitionē & ſenſum, in hoc conueniebant, quia dicebant, animam eſſe ex principiis, quæ quidem principia alij [faciebāt,] id eſt, ponebant eſſe plura, alij vero vnū tantum. Ad ponendū autem, animam eſſe ex principiis conſtitutam, mouebātur, quia ipſi antiqui Philoſophi, quaſi ab ipſa veritate coacti, ſomniabāt quodammodo veritatem. Veritas autem eſt, quod cognitio fit per ſimilitudinē rei cognitæ in cognoſcēte, oportet enim quod res cognita aliquo modo ſit in cognoſcente. Antiqui vero Philoſophi arbitrati ſunt, quod oporteret ſimilitudinē rei cognitæ eſſe in cognoſcente ſecundum eſſe naturale, hoc eſt, ſecundum idem eſſe, quod habet in ſeipſa: dicebāt enim,
F quod oportebat ſimile ſimili cognoſci: vnde ſi anima cognoſcat omnia, oportet quod habeat ſimilitudinem omnium in ſe ſecundum eſſe naturale, ſicut ipſi ponebant. Neſcierunt enim diſtinguere illum modum, quo res eſt in intellectu, ſeu in oculo, vel imaginatione, & quo res eſt in ſeipſa, vnde quia illa, quæ ſunt de eſſentia rei, ſunt principia illius rei, & qui cognoſcit principia huiuſmodi, cognoſcit ipſam rē, poſuerūt, ꝙ ex quo anima cognoſcit omnia, eſſet ex principiis rerum. Et hoc erat omnibus cōmune. Sed diuerſificati ſunt, ſecundū ꝙ differebant in principiis, q ponebant. Non n. omnes ponebāt eadē principia, ſed vnus plura, alius vnū: vnus hoc, alius illud, & ſecundum hoc differunt in ponēdo principia, ex quibus principiis anima conſtituatur: Et ideo conſequenter cum dicit.

*b* ¶ Ponit, quomodo differunt. Et primo ponit opinionē Empe. dicens, ꝙ antiqui Philoſophi, qui per ſenſum conſiderauerunt animam, dicūt, ipſam cōſtare ex elementis. Et illi quidē, qui vnū faciūt principium, illud vnum dicunt eſſe animam. Et qui plura ex illis, eam componi, ſicut Empedoc. dicit, animam eſſe ex omnib. elementis, & vnumquodq; horum dicit animam. Circa quod ſciendum eſt, ꝙ Empe. poſuit ſex principia, 4. materialia, ſcil. terram, aquā, & aerē, & ignem: & duo actiua & paſſiua, ſcil. litē & amicitiam. Et ideo ex quo ponebat animam omnia cognoſcere, dixit, animam eſſe ex huiuſmodi principiis, quæ ponebat. Secundo enim, quod eſt ex terra, terram cognoſcimus, & ſecundum quod eſt ex æthere, id eſt, ex aere, aerem, & ex aqua, aquam: ſed & ignem ex igne, manifeſtum eſt, & per concordiam cognoſcimus concordiam, & ex triſti diſcordia cognoſcimus diſcordiam: & ponit ibi, [triſti,] quia Empedocles metrice compoſuit libros ſuos. Secundo cum dicit.

*c* ¶ Ponit opinionem Platonis, dicens, quod Plato etiam facit animam ex elementis, id eſt, dicit animam ex principiis conſtitutam eſſe. Et quod hoc ſit verum, ſcil. quod Plato dicat, animam compoſitam ex principiis rerum, probat per triplex dictū Platonis. Primum eſt, quod ipſe dicit in Timęo. Ibi enim dicit, duo eſſe elemēta ſeu principia rerum, ſcilicet idem & diuerſum. Quædam enim natura eſt, quæ ſemper eo-
K dem modo ſe habet, & eſt ſimplex, ſicut ſunt immaterialia. Et hanc naturam vocat idem: quædam vero natura eſt, quæ non ſemper eodem modo ſe habet, ſed tranſmutationē ſuſcipit, & diuiſionē, ſicut ſunt materialia, & hanc vocat diuerſum. Et ex iſtis duobus, ſcil. ex eodem & diuerſo, animā dicit eſſe compoſitam, non quod ſint iſta duo in anima vt partes, ſed quod ſunt quaſi media, & ꝙ natura rationalis animæ ſuperioribus & omnino immaterialib. ſit inferior & deterior, & materialibus & inferioribus ſit nobilior & ſuperior. Et ratio huius erat, quia, ſicut dictū eſt, ſimile cognoſcitur ſimili, vnde ſi aīa cognoſcet oīa, & idē & diuerſum ſint principia, ponebat, animā eſſe ex iſtis duob. cōpoſitam, eo modo, quo dictū eſt, vt in quātū hēt de natura idētitatis, cognoſceret ea,

quæ

quæ ponit idem, inquantum vero de natura eorũ quæ vocat diuerſum, cognoſceret diuerſum, ſc. materialia. Vnde & hac cognitione vtitur. Nã quando colligit genera & ſpecies, tunc dicit eam repręſentare idẽ ſeu identitatem, Quando vero differentias & accidentia aſſumit, alteritatem adinuenit. Sic ergo patet, quomodo Plato in Timæo dicit animam ex principio componi. Secundum dictum Platonis per quod oſtenditur, ꝙ dixit animã ex principiis eſſe, ponitur cum dicit.

*d* Similiter aũt & in his quæ ſunt de philoſophia dicta, determinatum eſt, ipſum quidem animal ex ipſa vnius idea & ex prima longitudine & latitudine, & altitudine, alia autẽ ſimili modo. *e* Adhuc autem & aliter, intellectum quidem vnum, ſcientiam aũt duo, ſingulariter enim ad vnum, plani autem numerũ ad opinionem, ſenſum vero, eũ qui firmi. Numerum quidẽ, ſpecies & principia entium dicebantur. Sunt autem ex elementis. Iudicantur autem res aliæ quidẽ intellectu, aliæ vero ſcientia, aliæ autem opinione, alię vero ſenſu. Species autem numeri hi rerũ. *f* Quoniam autẽ & motiuum videbatur anima eſſe & cognoſcitiuum, ſic quidam complexi ſunt ex vtriſque enunciantes animam eſſe numerum mouentem ſeipſum.

*LECTIO V.*

*a* DIfferunt autem de principiis, quæ & quot ſunt, maxime corporea fa-

*d* ¶ Vbi oſtendit animam
Te.com.27. eſſe ex principiis ſimiliter. Circa ꝙ ſciendum eſt, quod Plato poſuit quod intelligibilia eſſent per ſe ſubſtantia, & ſeparata, & eſſent ſemper in actu, & eſſent cauſa cognitionis & eſſe rebus ſenſibilibus. Quod Ariſtot. tanquam inconueniens volens euitare, coactus eſt ponere intellectum agentem.
Te.com.28. Vnde ſequebatur ex poſitione Platonis ꝙ ſecundum quod aliqua ſunt abſtracta ꝑ intellectum, ſic eſſent aliqua quę eſſent per ſe ſubſiſtentia & in actu. Habemus autem duplicẽ modũ abſtractionis per intellectum, vnum qui eſt à particularibus ad vniuerſalia, alium per quem abſtrahimus mathematica à ſenſibilibus. Et ſic cogebantur ex hoc ponere tria ſubſiſtentia, ſcil. ſenſibilia, mathematica & vniuerſalia quæ eſſent cauſa, & quorum participatione, res etiam ſenſibiles & mathematicæ eſſent. Item ponebat Plato numeros eſſe cauſam rerum, & hoc faciebat, quia neſciuit diſtinguere inter vnum quod conuertitur cum ente, & vnũ quod eſt principium numeri, prout eſt ſpecies quantitatis. Ex quo ſequebatur, quod cum vniuerſale ſeparatum poneret cauſam rerum, & numeros eſſe ſubſtantiam rerum, quod huiuſmodi vniuerſalia eſſent ex numeris. Dicebat enim, quod principia omnium entium eſſent ſpecies & numerus ſpecificus, quem vocabat ſpecificum tanquam compoſitum ex ſpeciebus. Nam & ipſum numerum reducebat tanquam in principia & elementa in vnum & dualitatem. Nam cum ex vno nihil procederet, ideo neceſſaria fuit ipſi vni aliqua ſubiecta natura à qua multitudo produceretur, & hanc vocauit dualitatẽ: & ſecundum ordinem materialitatis ordinabat illa tria. Quia enim ſenſibilia ſunt magis materialia quam mathematica, & vniuerſalia immaterialiora mathematicis, ideo primo poſuit ſenſibilia, ſupra quæ poſuit mathematica, & ſupra hæc, vniuerſalia ſeparata & ideas, quæ differunt à mathematicis, quia in mathematicis in vna ſpecie ſunt aliqua, quæ differunt ſecundum numerum, ſed in ideis & ſubſtantiis ſeparatis non inueniuntur aliqua vnius ſpeciei, quæ differãt numero, vnius enim ſpeciei vnã poſuit ideam. Quas ideas dicit eſſe ex numeris, & ſecundum numeros in eis eſſe rationes rerum ſenſibilium, quæ quidem conſtant ex longitudine, latitudine, & profunditate. Et ideo dixit ideam longitudinis eſſe primam dualitatem, lõgitudo enim eſt ab vno ad vnum, ſc. de puncto ad punctum. Latitudinis autem primam trinitatem, nam figura triangularis eſt prima ſuperficialium figurarum, Profunditatis autem quæ continet longitudinẽ & latitudinem, ideã dixit eſſe primam quaternitatem, prima enim figura corporum eſt pyramis, quæ quatuor angulis cõſiſtit. Vnde cum Plato poneret animam ſenſibilem, poſuit animam ſeparatam quæ eſſet cauſa eius, & hanc ſicut alia ſeparata, & ideas dixit eſſe ex numeris, ſcil. ex vnitate & dualitate quæ ponebat principia rerum. Tertio cum dicit.

*e* ¶ Ponit tertium dictũ Platonis, per quod apparet quod ipſe dixerat animam compoſitã ex principiis. Plato enim poſuit numeros, ſicut dictum eſt, ſpecies & principia rerum, vnde cũ loqueretur de anima, poſuit eam ſecundum hęc venire in cognitionem entium, quod erat compoſita ex principiis, ſc. ex

A numeris, & omnes operationes eius ab eis procedere. Inuenimus enim in anima diuerſas potentias ad apprehenſionem entium ſc. intellectum, ſciẽtiam, opinionem, & ſenſum. Dicit ergo animam habere intellectum, & eius operationẽ ex ideã vnius, quia ſcil. eſt in ea natura vnitatis, intellectus enim vna apprehẽſione apprehendit vnum. Itẽ ſcientiam ex prima dualitate: ſcientia enim eſt ab vno ad vnũ, ſc. de principiis ad concluſionem. Opinionem vero ex prima trinitate: opinio enim eſt de vno ad duo, eſt enim de principiis ad concluſionem cum formidine alterius, & ſic ſunt ibi tria. Principiũ & duæ concluſiones, & vna concluſa & alia formidata. Senſum autẽ habet anima a prima quaternitate, eſt enim quaternitas prima idea corporis, ꝙ conſiſtit ex quatuor angulis, vt dictũ eſt: ſenſus autẽ corporũ eſt. Cum ergo res omnes cognoſcantur iſtis quatuor, ſcil. intellectu, ſcientia, opinione, & ſenſu, & has potentias dicit habere animam ſecũdum quod participat naturam vnitatis, dualitatis, & ternarii, & quaternarii, manifeſtum eſt quod dixit animam ſeparatam, quam poſuit ideam huius animæ, compoſitam ex numeris qui ſunt principia & elementa rerum. Et ſic patet quod Plato dixit animam eſſe compoſitam ex principiis. Conſequenter cum dicit.

*Similiter etiam in iis quæ de Philoſophia dicuntur, expoſitum eſt, ipſum quidem animal ex vnius Idea, & ex prima longitudine, & latitudine, & altitudine, cætera vero ſimiliter.*

*Præterea etiam aliter, vnum quidem ipſum intellectum, duo autem, ſcientiam. Vnico enim modo ad vnum.*
B *Plani autem numerum, opinionem, Solidi ſenſum. Numeri enim ſpecies ipſæ, & principia dicebantur, ſunt autem ex Elementis. Iudicantur vero res, aliæ intellectu, aliæ ſcientia, aliæ opinione, aliæ ſenſu, hi vero numeri ſpecies ſunt rerum.*

*Sed cum anima & mouendi, & cognoſcendi vi præditum quiddam videretur, ita nonnulli ex vtriſque connexerunt, aſſerueruntque animam eſſe numerum mouentem ſeipſum.*

LECTIO V.

C *COntendunt tamen de principiis, quæ ſcilicet, quotque ſint, præcipue quidem, qui corpo-*

*f* ¶ Ponit, quod quidam Philoſophi diffinierunt & venerunt in cognitionem animæ ex motu & ſenſu ſimul, ſeu cognitione, dicentes, quia anima videbatur eis eſſe motiua per ſe & cognoſcitiua, complexi ſunt iſta duo, & diffinierunt animam ex vtriſque, ſc. motu & cognitione, dicentes quod anima eſt numerus mouẽs ſeipſum. Per numerum quidem inſinuantes potentiam cognoſcitiuam, quia ſecundum quod ſupra poſi-
D tum eſt, ex hoc dicebant habere animam vim cognoſcitiuam rerum, quod participabat naturam numeri ſpecifici, quod erat de opinione Platonis. Per mouere autem ſeipſam, inſinuantes potentiam motiuam in anima.

*LECTIO V.*

*a* IN præcedentibus oſtendit in quo Antiqui Philoſophi cõueniebant quantum ad conſiderationem de anima, in hoc ſcil. quod anima eſt principium motus & cognitionis. In parte autem iſta oſtendit qualiter dicti Philoſophi diuerſificati ſunt circa hoc commune. Diuiditur autem pars iſta in partes tres. Primo enim ponit radicem diuerſitatis Philoſophorum quantum ad conſiderationem de anima. Secũdo vero illam diuerſitatem ſpecialiter enumerat: ibi, [ Vnde quibuſdam, &c.] Tertio colligit & epilogat ea quæ circa huiuſmodi diuerſitates conſideranda ſunt: ibi, [Diffiniunt autem omnes, &c.]
E Radix autem diuerſitatis Philoſophorum in conſideratione de anima, eſt, quia ipſi attribuebant animam principiis, ſicut dictum eſt; & ideo ſecundum differentiam dictorum Philoſophorum circa cõſiderationem principiorum, eſt etiam differentia ipſorum in conſideratione de anima. Dicti vero Philoſophi licet omnes ponant animam componi ex principiis, nõ tamen conueniunt quod ponant animam cõponi ex eiſdem principiis, ſed ſicut differunt de principiis, ita etiã differũt de conſideratione animæ. Differunt autem de principiis quantũ ad duo. Primo quantum ad ſubſtantiam principiorũ (quæ) ſcil. ſint, & quantum ad numerum (quod) ſcilicet ſint. Quantum autem ad ſubſtantiam quidem, quia quidam ponebant principia corporalia, illi ſcilicet qui poſuerunt ignem, aut aquã, aut aerem: quidã vero incorporalia & immaterialia, ſicut qui poſuerunt numeros & ideas: quidã vero miſcẽtes vtraq;

ſicut Platonici qui poſuerunt principia ſenſibilia & ſeparata. Circa numerũ vero ſeu multitudinem differunt, quia quidã poſuerunt tantum vnum primũ principium, ſicut Heraclitus qui poſuit aerem, & alius ignem, quidã vero dicunt plura prima principia, ſicut Empe. ꝗ poſuit quatuor elementa. Et ſecundũ has ſuppoſitiones de principiis cõſequenter aſſignant animã his principiis, quia ꝗ ponebãt principia materialia, dixerunt animam ex ipſis cõponi, ſicut Empe. & ſimiliter hi qui ponebant immaterialia, ſicut Plato. Omnes autem exiſtimauerũt animam eſſe id ꝙ maxime motiuũ eſt. Cõſequenter cum dicit.

*b* ¶ Enumerat diuerſitates Philoſophorũ in ſpeciali. *Te.com.30.* Sciendum autem eſt, quod inter illos qui ponebant vnum corporum eſſe principium rerũ, nullus dignatus eſt ponere ſolam terram, ſed alij poſuerunt ignem primum principium, alii aerem, alii aquã, terrã vero nullus poſuit, niſi qui poſuit omnia elementa quatuor eſſe primũ principiũ. *Te.com.31.* Et ratio huius eſt, quia terra propter ſuam groſſitiem, magis videbatur eſſe cõpoſita ex principiis, quam ipſa eſſet principium. Et ideo circa hãc partem tria facit. Primo enim ponit opiniones illorum qui poſuerunt primum principium & animã eſſe ignem. Secundo vero ponit opinionẽ illorum qui poſuerũt primum principium & animã eſſe aerem: ibi, [ Diogenes autem, &c.] *Te.com.32.* Tertio vero ponit opiniones illorum qui poſuerunt aquã eſſe primum principium & animam: ibi, [Magis autem rudium, &c.] Circa primum ſciendum eſt, *Te.com.33.* quod propter hoc, ꝙ animæ attribuitur motiuum & cognoſcitiuũ, viſum eſt quibuſdã, animam eſſe illud quod eſt maxime motiuum & cognoſcitiuum, & quia illud quod eſt maxime ſubtile, videbatur eis eſſe maxime motiuum & cognoſcitiuum, ideo dixerunt animam eſſe ignem, qui eſt inter corpora magis ſubtilis & actiuus. Et licet plures eſſent huius opinionis, & ſic opinarẽtur animam eſſe ignem, *Lect.3.* Democritus tamen ſubtilius & rationabilius dixit, hoc [Enũtians propter quid vtrumq; eorum,] id eſt rationem motus & cognitionis magis expreſſit. Volebat enim ſicut dictum eſt ꝙ omnia eſſent compoſita ex atomis. Et licet ſecundum eũ huiuſmodi atomi eſſent principium omnium rerum, nihilominus tamen volebat, quod atomi qui ſunt figuræ rotundæ, eſſent de natura ignis, & ideo dicebat animam componi ex illis qui ſunt figuræ ſphæricæ. Et hæc inquantum ſunt prima principia, dicebat habere rationẽ cognoſcẽdi, inquantũ vero rotunda, rationẽ mouendi, & ideo inquantũ anima erat cõpoſita ex huiuſmodi corporib. indiuiſibilib. rotundis, dicebat eam cognoſcere & mouere omnia. Vnde ponens illa corpora F rotunda de natura ignis, concordabat cum iſtis, quod omnia eſſent de natura ignis. Conſequenter cum dicit.

*c* ¶ Ponit Anaxa. opinionem, qui in hoc concordabat cũ præcedentibus, quod eidem ſcil. animæ attribuit rationem cognoſcendi & mouendi. Hic autem aliquando videtur alterum dicere eſſe animã & intellectum, ſicut dictum eſt ſuperius, ſed aliquãdo vtitur vtriſque ſcilicet anima & intellectu ſicut vna natura. *Lect.3.* Ipſe enim dicebat animã eſſe motiuam & cognoſcitiuam, vnde cum ipſe poneret intellectum mouentem omnia & cognoſcentem; pro eodem accipiebat animã & intellectum. Sed in hoc differebat ab aliis, quia Democritus ponebat animam eſſe naturæ corporeæ, vtpote ex materialibus principiis compoſitam. Anaxa. vero dicit intellectũ eſſe [ ſimplicem ] vt excludat diuerſitatẽ in eſſentia [immixtũ] vt excludat componi cum alio [& purum] vt excludat additionem ab alio. Sed mouere & cognoſcere aſſignat eidem principio ſcilicet intellectui. Nam intellectus ex natura ſua habet, ꝙ ſit cognoſcẽs; motum autem habet, qa ipſe, ſicut dictum eſt, dicit intellectum omnia mouere. Conſequenter cum dicit.

*d* ¶ Ponit opinionem cuiuſdam Philoſophi ſcilicet Thaletis qui in hoc ſolum concordat cũ ſuperioribus, quia illud dicit eſſe animam quod habet virtutem motiuam. Hic enim, ſc. Thales fuit vnus de ſeptẽ ſapientibus. Et cum omnes alii ſtuderẽt circa moralia, hic ſolus dedit ſe inquiſitioni rerum naturalium, & eſt primus naturalis Philoſophus. Et ideo dicit: [ Ex quibus reminiſcuntur. ] ſcilicet qui volunt quod aqua eſſet principiũ omnium rerum. Hic enim ſecundum conſiderationem principii in rebus animatis opinabatur eſſe principium omniũ K rerum. Vnde cum principia ſeu ſemina omnium animatorũ ſint humida, voluit ꝙ illud eſſet principium omnium rerum quod eſt maxime humidum, & quia huiuſmodi eſt aqua, dixit aquam eſſe principium omnium rerum. Sed tamen non conſequitur opinionem ſuam in hoc, quod diceret animam eſſe aquam, ſed illud dixit animam, quod habet virtutem motiuam. Vnde cum lapis quidam, ſc. magnes moueat ferrũ, dixit illum habere animam. Ponantur ergo Anaxa. & Thales, cum iſtis, nõ quod dicãt animam eſſe ignem, ſed quia dicunt illud eſſe animam ꝙ habet rationem ſenſus & cognitionis, ſicut dixit Anaxagoras, ſeu motus, ſicut dixit Thales. Deinde cũ dicit.

*e* ¶ Ponit opiniones illorum qui dicũt aerem eſſe primũ principiũ & animã. Et ii quidẽ ſunt tres. Primo ergo ponit opinionem Diogenis, qui volebat ꝙ aer eſſet principium omniũ, & eſſet ſubtiliſſimũ omnium corporũ. Vnde & animã dixit eſſe

aerem

cientes & incorporea. His autem miſcentes, & ab vtriſque principia enunciantes. Differũt autem & circa multitudinem, hi quidem enim vnum, illi vero plura dicunt. Conſequenter autem his & animam aſſignant, motiuum enim naturam primorum exiſtimauerunt, non irrationabiliter.

*b* Vnde quibuſdam viſum eſt ignem eſſe. Etenim hic in partibus ſubtiliſſimus eſt, & maxime elementorum incorporeus. Adhuc autem mouetur, quia & mouet alia primo. Democritus autẽ dulcius dixit, enuncians propter quid vtrumq: horum. Animam quidem enim & intellectum idem eſſe. Iſtud autem eſſe ex primis & indiuiſibilibus corporibus. Motiuum autem propter ſubtilitatem partium & figuram. Figurarum autem leuiter mobiliſſimam, ſphæricam dicit: huiuſmodi autem eſſe intellectum & ignem.

*c* Anaxagoras autem videtur quidem alterum dicere animam & intellectũ, ſicut diximus prius. Vtitur autem vtriſque ſicut vna natura. Veruntamen intellectũ ponit principium omniũ maxime, ſolumq; dicit ipſum, eorum quæ ſunt, ſimplicem eſſe & immixtum & purum. Aſſignat autem vtrumque eidem principio, cognoſcereq; & mouere, dicens intellectum mouere omne.

*d* Videtur autem & Thales, ex quibus reminiſcuntur, motiuũ aliquid animam opinari, ſiquidem dixit lapidem animam habere, quoniam ferrum mouet.

*e* Diogenes autem ſicut & alteri quidam, aerem hunc opinans omnium ſubtiliſſimum eſſe, &

*rea ea ſtatuunt, cum iis qui incorporea, cõtra hos autem, qui permiſcuerunt, & ex vtriſque principia enuntiarũt, de multitudine etiam habent inter ſe controuerſias; alii enim vnum, alii plura dicunt. His conſequenter animam quoq; deſcribunt, quod enim natura motiuum eſt, id* G *inter prima collocandum exiſtimant; neque adeo iniuria.*

*Quamobrem, nonnulli eam eſſe ignem putarunt. Is enim & ſubtiliſſimarum eſt partium, & præ cæteris elementis incorporeus. Ad hæc & mouetur, & mouet cætera primo. Democritus autem eo etiam politius loquutus eſt, quod reddiderit cauſam, cur ſit horum vtrumq;. Animam enim & intellectum idem eſſe, hoc autem ex primis eſſe, & indiuiſibilibus corporibus, motiuum vero* H *ob exiguitatem partium, & figurã: figurarum autem omnium mobiliſſimam ſphæricam dicit, talem autem eſſe intellectum, & ignem.*

*At Anaxagoras videtur quidem diuerſum dicere animam & intellectum, vt prius quoque diximus, vtitur tamen vtroque quaſi vna natura, niſi quod principium plane omnium ſtatuit intellectum, ſolum enim ex omnibus entibus ſimplicem & non mixtum & non purum eum* I *eſſe dicit, tribuit autem hæc vtraque eidem principio, cognoſcere ſcilicet & mouere, dicens intellectum mouiſſe rerum vniuerſitatem.*

*Videtur etiam Thales ex iis quæ memorantur, motiuum quippiam animam exiſtimaſſe, ſi quidem lapidem illum dixit habere animam, quia ferrum mouet.*

*Diogenes autem, vt etiam nonnulli alii, aerem, ratus eum eſſe omnium ſubtiliſſimum, & principiũ, propte-*

Lect.3.

principium, & propter hoc, cognoſcere & mouere animam. Secundum quidem, quod primum eſt, & ex hoc reliqua cognoſcere, ſecundum vero quod ſubtiliſſimum eſt motiuum eſſe.

*f* Heraclitus autem principium eſſe dicit animam ſiquidem vaporem ex quo alia conſtant, etenim incorporaliſſimum eſſet & fluens ſemper. Quod vero mouetur, ab eo quod mouetur, cognoſci. In motu autem eſſe quæ ſunt, & ille arbitratus eſt & multi.

*g* Similiter autem his & Alcmeō opinari viſus eſt de anima. Dicit enim ipſam immortalem eſſe, propter hoc quod aſſimilatur immortalibus. Hoc autem ineſſe ipſi, tanquam ſemper motæ, moueri enim & diuina omnia continue ſemper, Lunam, Solem, aſtra & totum cœlum.

*h* Magis autem rudium & aquā quidam exiſtimauerunt, vt Hippo. Suaderi enim viſi ſunt ex genitura, quoniam omnium humida eſt. Et namque arguit ſanguinem dicentes animam, quoniam genitura non eſt ſanguis. Hāc autem eſſe primam animā.

*i* Alii autem ſanguinem, quemadmodum Critias, ipſum ſentire, animæ maxime proprium opinantes, hoc autem ineſſe propter naturam ſanguinis.

*k* Omnia enim elementa iudicē accepeřūt, præter terram. Hanc autem nulli protulerunt, niſi aliquis dixit ipſam ex omnibus elementis eſſe, aut omnia.

*l* Diffiniūt autem omnes animā tribus (vt eſt dicere) motu, ſenſu & incorporeo. Horum aūt vnū quodq; reducitur ad principia. Vnde & in cognoſcendo diffinientes ipſam, aut elementum, aut ex elementis faciunt, dicentes ſimiliter inuicē præter vnū. Dicunt n. ſimile cognoſci ſimili, quoniā autem anima omnia

A *rea cognoſcere, & mouere animam, quatenus quidem primum eſt, atq; ex eo cætera cognoſcere, quatenus vero ſubtiliſsimum, motuum eſſe.*

*Heraclitus etiam principium eſſe dicit animam, ſiquidem exhalationem, ex qua cætera conficit, atq; et-*
B *iam maxime incorporeum & ſemper fluens. Quod autem mouetur, eo quod mouetur, cognoſci, in motu autem eſſe ea quæ ſunt, & ille, & vulgo arbitrabantur.*

*Similiter etiam, ac ii Alcmæon putaſſe de Anima videtur. Nam aſſerit eam eſſe immortalem, quod ſit ſimilis immortalibus, id vero ipſi ineſſe, vtpote ei quæ ſemper moueatur, moueri autem diuina quoq; omnia continue ſemper, Lunam, Solem, Sydera, & vniuerſum Cœlum.*

C

*Non defuere etiam nonnulli moleſtiores qui aquā aſſererent, vt Hippo. adducti vero videntur ex genitura, quod omnium ſit humida, namq; refellit eos qui animam dicunt ſanguinem, quia genitura non eſt ſanguis, hanc autem eſſe primam animam.*

*Alii autem ſanguinem, vt Critias, ſentire animæ maxime propriū eſſe exiſtimantes, hoc vero eſſe propter naturam ſanguinis.*

D *Enimuero omnia elementa præter terrā, iudicem aliquem nacta ſunt, hanc vero nemo protulit, præterquam ſi quis eam dixit ex omnibus conſtare elementis, vel eſſe omnia.*

*Definiunt porro omnes animā tribus prope dixerim, motu, ſenſu, incorporeo, quorum vnumquodq; redigitur ad principia. Quapropter qui cognitione eam definiunt, aut elementū, aut ex elementis faciunt, eadem fere omnes, præter vnum, dicentes, aiunt enim ſimile cognoſci ſimili, nā quia anima omnia cognoſcit, ex o-*
E *mnibus principiis eam conſtituunt.*

aerem, & ex hoc habere virtutem cognoſcendi & mouendi. Virtutem quidem cognoſcendi habet, quia aer ſecundū eum eſt principium omnium. Cum enim cognitio fiat p ſimile ſicut dictum eſt, oportebat, q̃ ſi anima cognoſceret omnia, eſſet cōpoſita ex principiis omnium rerum. Virtutē vero mouendi habet, quia aer eſt ſubtiliſſimum omnium corporum, & ideo maxime mobilis. Secundo cum dicit.

*f* ¶ Ponit opinionem Heracliti, qui nō dicebat ſimpliciter aerem eſſe principium rerum, ſed aliquod coniunctum aeri, ſcilicet vaporem qui eſt medius inter aerem & aquam. Hic enim non poſuit aquam, ſeu ignem vel aerem principium rerū ſed aliud medium, quia non poſuit niſi materialia tantum, vnde illud voluit eſſe principium rerum, quod eſſet magis remotum à contrarietate. Et hoc videbatur ei quod eſſet vapor, & ideo ſecundū hoc voluit quod anima eſſet vapor, quia ex hoc dicebat animā maxime cognoſcitiuam & motiuam eſſe. Ipſe enim fuit huiuſmodi opinionis, quod omnia eſſent in continuo fluxu, & quod nihil vel ad horam quieſceret, nec poterat aliqua oratio determinate dici. Vnde cum vapor eſſet inter alia maxime fluxibilis, dixit illum eſſe omniū rerum principium. Et hunc dicit eſſe animam. Et dixit quod naturam cognoſcitiuam habet ex hoc quod eſt principium, motiuā vero ex hoc quod eſt incorporaliſſimum & fluxibile. Tertio vero cum dicit.

*g* ¶ Ponit opinionem Alcmeonis, qui concordabat cum iſtis quantum ad motum tantum, qui dicebat animā eſſe quid mobiliſſimū. Vnde quia ſemper mouetur, aſſimilatur immortalibus, ſcil. corporib. cœleſtibus, & ideo dicit eam immortalem, ſicut corpora cœleſtia, & ſic eſſe de natura cœleſti & diuina, quæ ſemper mouetur, vt Luna, & Sol, & huiuſmodi, quæ ſemper mouentur & immortalia ſunt. Nam ſecundum eum, ſicut motus cauſat in eis immortalitatem, ita & in anima quæ naturæ mobiliſſimæ eſt. Deinde cum dicit.

*h* ¶ Hic ponit opinionem eorum qui poſuerunt aquam primum principium omnium rerū. Fuerunt enim quidam rudes diſcipuli, & ſequaces Thaletis, qui ſicut dictū eſt, voluerunt comparare principiū vnius rei ad principiū totius naturæ. Et iſti videbant q̃ principium omniū viuentium ſit humidum, vnde opinabantur q̃ eodē modo principium omnium rerum ſit humidum. Cum igitur aqua ſit humidius elementum inter cætera, dixerunt ipſam eſſe principiū omniū rerum, & vſq; ad hoc ſecuti ſunt magiſtrū ſuum, ſcil. Thaletē. Sed in hoc differunt, quia Thales licet poneret aquā eſſe omnium principiū, non tamen dixit animam eſſe aquam, ſed virtutē mouentem, ſicut dictum eſt. Iſti vero de numero rudium dixerunt animā eſſe aquam, vt Hippo. Hic namque arguebat quoſdam qui dicebant animam eſſe ſanguinem, ex hoc quod ſanguis non eſt genitura, ſeu ſemen rerum animatarum, quam dicebant eſſe primam animam, & hoc attribuebat aquę propter humiditatem. Conſequenter cum dicit.

*i* ¶ Ponit opinionem cuiuſdam Philoſophi qui magis conſiderans animam quātū ad cognitionem, adhuc groſſius locutus eſt de ipſa, dicens ipſam eſſe ſanguinē. Cuius ratio eſt, quia in animali nō eſt ſenſus ſine ſanguine, & ideo cum anima ſit principium cognoſcendi, dixit ipſam eſſe ſanguinem, ſine quo non eſt ſenſus animali: exanguia enim puta oſſa & vngues, & dentes, ſine ſenſu ſunt, licet neruī ſine ſanguine exiſtentes maxime ſenſitiuī ſint. Et hoc dixit Critias. Quia vero poſſet quæri quare in conſideratione de anima nō facit mentionem de terra, ſicut de aliis elementis, ideo excuſat ſe cum dicit.

*k* ¶ Dicens, quod ſecundum hoc opinati ſunt de anima, ſicut de principiis. Vnde terra [ Nullum iudicem accepit, ] id eſt nullus iudicauit eam eſſe principium & per conſequēs nullus dixit animam eſſe terram, niſi forte aliquis dixerit animam componi ex omnib. principiis, ſicut Emped. aut omnia principia, ſicut Democritus. Deinde cum dicit.

*l* ¶ Epilogat & colligit ex his omnibus quę dixit, ſuam intentionē. Et primo quātum ad ipſa principia: Secundo vero quantum ad contrarietates quæ ſunt in ipſis principiis: ibi, [ Quicunque autem contrarietates, &c.] Quantum vero ad ipſa principia, quia ipſi tria attribuebant animæ, ſcilicet quod ſit quid ſubtiliſſimum, quod ſit cognoſcitiuum, & quod ſit quid motiuum, & hæc tria, ſcilicet ſenſus, motus, & incorporeum, reducunt in principium: illud enim dicunt eſſe principium quod eſt ſimplex. Item principium ex ſe habet quod ſit cognoſcitiuum, quia ſicut dictum eſt, ſimile ſimili cognoſcitur, vnde & dicebant animam componi ex elementis, aut eſſe elementa, quia dicebant quod ſimile ſimili cognoſcitur, præter Anaxagoram qui ponebat intellectum immixtum. Item quia principium eſt ſubtiliſſimum, dicebant illud maxime motiuum,

&quia

& quia anima cognoſcit omnia, dicunt ipſam componi ex omnib. principiis. Et hoc dicunt omnes, quia ſecundum quod ponunt principia, ita ponunt animā. Vnde quicunq; ponūt vnam aliquam cauſam ſeu principium & elementum vnum, iſti dicunt animā eſſe illud vnum, ſicut iā patet, vt ignem, aut aerem ſeu aquam. Itē illi qui dicunt plura principia eſſe, iſti ſimiliter aiūt animam eſſe plura illa, ſiue ex his componi.

m ¶ Et quia dixerat, ꝙ omnes conueniūt in hoc, ꝙ dicunt animam cōponi ex principiis, quia oportet cognoſci ſimile ſimili; præter vnum ſc. Anaxago. ideo cū dicit, [Anaxa. autē ſolus.] Oſtendit qualiter differt ab eis, dicens ꝙ Anaxa. ſolus dixit intellectum eſſe impaſſibilē, nec habere aliquid cōmune alicui, id eſt, nulli eorū q̄ co-

Te.com. 35. gnoſcit ſimilem. Sed qualiter cognoſcit intellectus, neque Anaxago. dixit, neque eſt manifeſtū ex his quæ dicta ſunt. Cōſequenter etiam cum dicit.

n ¶ Colligit intentionem ſuam quantum ad cōtrarietates, q̄ in ipſis principiis ſunt, dicens quod quidam ponunt principia rerum contraria, & ii conſtituunt animam ex principiis contrariis, ſicut Emped. Dās n. elementis caliditatē, frigiditatē, humiditatem, & ſiccitatē dat & animæ ineſſe

Te.com. 36. cōtrarietates has. Dixit enim ꝙ terra terram intuemur, aquā autem aqua, &c. Quidam vero poſuerunt principium omnium eſſe vnum elemento-

Te.com. 37. rum, & illius qualitatē appoſuerunt animæ, ii quidem ignis caliditatē, q dixerunt principium omnium eſſe ignē: illi vero qui dicunt primū principium omnium aquā, apponunt animę frigiditatem. Vnde ſecundum qualitates principiorū quæ ponunt, dicunt ſimiliter eſſe animā, vt de natura caloris aut frigoris, & huiuſmodi. Et

Te. cō. 38. hoc etiam oſtendunt ex nominibus quibus nominant ipſam animā, quia illi qui dicebant animam eſſe de natura caloris, denominabant eam à zin vel zoin, id eſt viuere, quod denominatum eſt zein quod eſt feruere. Illi vero qui dicebant animā de natura frigoris, nominabant eā pſichron, quod eſt frigidum, vnde & ab hoc venit pſichi, id eſt anima propter refrigerationē, quæ ſaluat animal ex reſpiratione. Sic ergo patet quod alii nominabant animam à vita, ſcil. illi qui

ζῆν ζώειν ζέειν ψυχρὸν ψυχή.

F dicebant ipſam de natura caloris. Alii autem reſpirationem, ſcilicet illi qui dicebant quod erat de natura frigoris. Ex his omnibus concludit dicens, quod hæc ſunt quæ tradita ſunt de anima, & propter quas cauſas ſic dicunt de ipſa.

cognoſcit, conſtituunt eam ex omnib. principiis. Quicūq; quidem igitur vnā aliq̄ dicunt cauſam, & elementū vnū, & animā vnum ponunt vt ignem, aut aerem. Plura vero dicentes principia, & animam plura dicunt. m Anaxagoras autem ſolus impaſſibilem dicit intellectum, & nihil commune nulli aliorū habere. Huiuſmodi autem cū ſit, quomodo cognoſcit, & propter quā cauſam, neq; ille dixit, neq; ex his q̄ dicta ſunt, conſpicuū eſt. n Quicunq; autem contrarietates faciunt in principiis, & animam ex contrariis conſtituunt. Quicunq; autem alterum contrariorū, vt calidum aut frigidū, aut aliquid huiuſmodi aliud, & animam ſimiliter vnum aliquid horum ponunt, vnde & nominib. conſequuntur, vt calidū quidem dicentes, quia propter hoc, & hoc viuere nominatū eſt. Qui autem frigidum propter reſpirationem & refrigerationem vocari animā. Tradita quidem igitur de anima, & propter quas cauſas dicunt ſic, hæc ſunt.

*Ac ii quidem, qui vnam dicunt eſſe cauſam, & elementum anum, Animam etiam vnum ponunt, vt ignem, aut aerem. Qui vero plura dicunt principia, animam etiam plura dicunt.*

*Solus autem Anaxagoras impatibilem dicit eſſe intellectum, & nihil* G *cum cæteris habere commune. Qui cū ſit eiuſmodi, quomodo cognoſcat, & quam ob cauſam, nec ille dixit, nec ex iis quæ dicta ſunt, apparet.*

*At vero qui contrarietates in principiis ſtatuunt, animam quoq; conſiciunt ex contrariis: qui vero alterū contrariorum, vt calidum, aut frigidum, aut eius generis aliud, ii itidem animam vnum eorum eſſe ponunt. Ideo nomina ſequuntur, qui quidem calidum dicunt, propterea ζῆν, id eſt viuere, vocari, qui vero frigidum ob* H *reſpirationem & refrigerationem, vocari ψυχὴν, id eſt animam, quæ igitur de anima tradita ſunt, atque quas ob cauſas ita aſſerant, hæc ſunt.*

*LECTIO VI.*

a CONſiderandū autem primum quidem de motu. Fortaſſis enim non ſolū falſum eſt, ſubſtantiā ipſius huiuſmodi eſſe, qualē aiunt dicentes animā eſſe ꝙ eſt ſeipſum mouens, aut poſſibile mouere, ſed vnū quiddā impoſſibilium, ineſſe ipſi motū. Quod quidē igitur non neceſſe ſit mouēs & ipſum moueri, prius dictū eſt. Dupliciter n. mouetur omne. Aut n. ſecundū alterū, aut ſecundum ſeipſum. Secundū alterū dicimus, quæcunque mouentur ex eſſe in eo ꝙ mouetur, vt nautæ. Non enim ſimiliter mouentur naui. Hæc quidem ſecundum ſeipſam mouetur, illi autem ex eſſe in eo ꝙ mouetur. Manifeſtum autem in partibus eſt. Proprius quidem enim motus pedum ambulatio, hæc autem & hominum eſt. Nō ineſt autē nautis tunc, dupliciter itaq; dicto moueri, nūc intendimus de anima, ſi per ſeipſam mouetur & participat motu.

LECTIO VI.

*PRimum igitur de motu conſiderandum eſt, fortaſſis enim non ſolum falſum eſt talem eius eſſe ſubſtantiam, qualem aſſerunt qui dicunt animam eſſe id quod ſeipſum mouet, vel poteſt mouere; imo vnum* I *de impoßibilibus eſt, ineſſe ei motum. Ergo non neceſſe eſſe id quod mouet ipſum quoque moueri, prius dictum eſt. Sed cum bifariam omne moueatur, vel enim per aliud, vel per ſe: per aliud autem ea moueri dicimus, quæcunq; mouentur, quia in eo quod mouetur, ſunt, vt nauigantes, non enim ſimiliter mouentur, atq; nauigium, id enim per ſe mouetur: illi vero quod in eo ſunt quod mouetur, quod in partibus perſpicuū eſt: proprius nanque motus pedum, eſt inceſſus, atque hic idem hominum eſt, ſed tunc non adeſt nauigantibus. Cum inquam* K *moueri bifariam dicatur, nunc conſideramus de anima, an per ſeipſam moueatur, motuſque particeps ſit.*

*LECTIO VI.*

a SVpra poſuit Philoſophus opiniones aliorum Philoſophorū de anima, hic conſequenter diſputat contra eas. Sunt autē tria, q̄ dicti Philoſophi attribuebant animæ, ſc. ꝙ ſit principium motus, ꝙ ſit principium cognitionis, & quod ſit incorporaliſſimum. Inter quæ duo ex eis ſunt quaſi principalia, quę primo & ꝑ ſe animæ attribuebant, ſc. ꝙ ſit principium motus, & ꝙ ſit principiū cognitionis. Tertium autē quod attribuebant animæ, ſcil. ꝙ ſit ſubtiliſſimum, quantum ad aliquid bene dicitur, quantum ad aliquid male. Si enim ſubtiliſſimum accipiatur ſimpliciter dictum de anima ſic bene dicitur, quia ſine dubio anima incorporaliſſima & ſubtiliſſima eſt. Si autem nō accipiatur ſimpliciter, ſed cum corpore; vt dicatur anima ſubtiliſſimū corpus, ſic male dicitur. Et ideo Philoſophus nō vtitur niſi duob. tantum, ſc. motu & cognitione. Diuiditur autem pars iſta in tres partes. Primo n. inquirit de anima contra opiniones Philoſophorum ſecundum quas dixerunt ipſam animam eſſe principium motus. Secundo contra opiniones eorum qui dixerūt ipſam eſſe principium cognitionis: ibi, [ Tribus autē modis traditis, &c.] Tertio vero mouet quandam quæſtione, vtrum ſc. mouere, ſentire, & cognoſcere attribuantur animæ, ſicut vni principio, vel ſicut diuerſis: ibi, [ Quoniā a. cognoſcere animæ eſt.] Prima pars diuiditur in duas. In prima diſputat cōtra eā q̄ dicuntur de anima ſecundū ꝙ eſt principiū motus, ex eo ꝙ ponunt ipſam principiū motus. Secundo contra quandā opinionē, quia ſupra hoc ꝙ dixerant, animam eſſe principium motus, quidam attribuunt ipſi animæ aliquid aliud, ſc. ꝙ ſit numerus mouens ſeipſum: ibi, [Multis autē his q̄ dicta ſunt irrationabilius.] Prima pars diuiditur in duas. Primo enim diſputat cōtra opiniones illorum, q attribuebant motum animæ, ſecundum

dum quod ipſi attribuunt animæ motũ. Secundo inquirit vtrũ per aliq̃ aliam viam, motus animæ attribui poſſit: ibi, [Rationabilius autẽ dubitabit, &c.]
Te.com.39. Pars prima diuiditur in duas. Primo enim diſputat in communi contra illos qui dicunt animam principium motus. Secũdo vero deſcendit ad quaſdã quæſtiones in ſpeciali: ibi, [Quidam autem & mouere, &c.] Prima pars diuiditur in duas. Primo enim manifeſtat ſuam intentionem. Secundo ponit rationes ad ꝓpoſitum oſtendendũ: ibi: [Quatuor autem modis cum ſint, &c.] Dicit ergo primo, ꝙ ſicut ex ſuperioribus habetur, Philoſophi ex duobus venerunt in cognitionem animæ, ſcil. motu & ſenſu. Et inter hæc primo conſiderandũ eſt
Te.com.40. de motu. Omnes autem Philoſophi qui venerũt in cognitionem animæ ex motu, hoc principium habebant commune, ſc. quod omne quod mouet, mouetur: vnde quia naturale eſt animæ quod moueret, credebant quod ei ſit connaturale ꝙ moueretur, & hoc habere animam ex ſubſtãtia ſua, vnde & ponebãt in eius definitione motum dicentes animam eſſe quid mouẽs ſeipſum. Eſt ergo hic contra duo diſputandum, ſc. contra rationem poſitionis, & contra ipſam poſitionem, vtramque enim eſt falſum. Nam & ratio poſitionis iſtorum, falſa erat, & eorum poſitio. Hoc enim quod ſupponebant tanquam per ſe verum, ſcil. quod omne quod mouet
Te.com.21. mouetur, falſum eſt, ſicut ſatis probatur in 8. Phy. vbi oſtenditur quod eſt quoddam mouens immobile, & quãtum ad hoc pertinet, breuiter poteſt oſtendi, quod ſi aliquid mouet, non oportet quod moueatur. Conſtat enim, quod ſecũdum quod mouet, eſt in actu: ſecundum quod mouetur, eſt in potentia, & ſic idem, ſecundum idem, eſſet in actu & potentia, quod eſt
D inconueniens. Sed hoc prętermiſſo diſputemus ad poſitionẽ eorum, vtrum ſcil. anima moueatur. Dicebant autem iſti duo, ſcil. quod anima mouetur. & quod motus eſſet de ſubſtantia animæ. Ariſt. autem vtrumq; negat dicens, quod [Fortaſſis.] hoc dicit, quia nondum probauerat hoc quod dicit, non ſolum falſum eſt quod motus ſit de ſubſtãntia animæ, ſecundũ quod dicunt diffinientes ipſam, dicentes animam eſſe ꝙ eſt ſeipſum mouens, aut poſſibile mouere, ſed totaliter poſſibile eſt ipſi animæ conuenire quod moueatur. Et hoc prius dictũ
Te.com.34. eſt, ſcil. in 8. Phy. videlicet quod non ſit neceſſe omne mouens moueri. In mouente etiam ſeipſum, duo ſunt, vnum mouens, & aliud motũ, & impoſſibile eſt, quod illud quod eſt mouens, moueatur per ſe. In animalibus autem licet nõ moueatur per ſe pars mouens, mouetur tamen per accidens. Omne enim ꝙ mouetur, mouetur dupliciter, q̃a vel ſecundũ ſe, vel ſecundũ
E alterum, ſeu per accidens: ſecundum ſe quando res ipſa mouetur, vt nauis: per accidens, vel ſecundum alterũ, quando nõ mouetur ipſum, ſed illud in quo eſt. ſicut nauta in naui mouetur, non quia ipſe moueatur, ſed quia nauis mouetur. Vnde hęc eſt vera, ſc. nauis mouetur ſecundũ ſe, nauta vero ſecundũ accidens. Et quod non mouetur nauta per ſe, patet, quia quãdo aliquis mouetur per ſe, mouetur ſecundũ partes ſuas, ſicut in ambulatione prius eſt pedũ ambulatio, & hoc, cũ eſt nauta in naui, non ineſt ei. Sic ergo patet quod moueri dicitur dupliciter ſecundũ ſe, & ſecundum accidens, ſed iſti attribuebãt animæ moueri ſecundũ ſe, & ideo prætermiſſo ad p̃ſens, vtrũ anima moueatur ꝑ accidẽs, intendamus de anima ſi mouetur ſecundũ ſe, & participat motu, ſicut iſti dicebant. Et ꝙ nõ mouetur per ſe probat Ariſt. ſex rationib. Circa quas rationes cõſiderandũ eſt, quod licet rationes Ariſt. parum videantur va-

*b* Quatuor aũt motus cũ ſint, loci mutationis, alterationis, augmenti, & decrementi, aut ſecũdum vnũ horũ mouebitur, aut ſecundũ plures, aut omnes. Si vero mouetur non ſecundũ accidens, natura inerit motus ipſi. Si autẽ hoc, & locus. Omnes n. dicti motus in loco ſunt. Si autem eſt ſubſtantia animæ, mouere ſeipſam, non ſecundum accidens moueri ipſi inerit ſicut albo & tricubito, mouentur enim & hæc, ſed ſecundum accidẽs. Cui enim hæc inſunt, mouetur illud corpus. Vnde non eſt locus ipſorum. Animæ autem erit, ſiquidem natura motu participat. *c* Amplius autẽ ſi natura mouetur, & violentia mouebitur, & ſi violentia, & natura. Eodẽ autem modo ſe habet de quiete. In ꝙ enim mouetur natura & quieſcit in hoc natura. Similiter aũt & ad quod mouetur violentia, & quieſcit in hoc violentia, quales autem violenti motus animæ erunt & quietes, neq; fingere volentibus facile eſt reddere. *d* Amplius, ſiquidẽ ſurſum mouebitur, ignis erit: ſi vero deor-

*Cum autem quatuor motus ſint, latio, alteratio, auctio, & diminutio, aut vno eorum mouebatur, aut pluribus, aut omnibus: quod ſi mouetur nõ per accidens, natura ei inerit motus: ſin hoc, etiam locus, omnes enim dicti motus in loco ſunt. Quod ſi animæ ſubſtantia eſt mouere ſeipſam, profecto moueri non per accidens ei inerit, quemadmodum albo, vel tri-*
B *cubito, mouentur enim hæc quoque, ſed ex accidenti, nam id cui inſunt, mouetur videlicet corpus. Ideoque non eſt locus ipſorum, at animæ erit, ſi natura motus eſt particeps.*

*Item ſi natura mouetur, & vi etiã moueri poſſit, & ſi vi, etiam natura. Eodẽ etiam modo res habet de quiete, ad quod enim natura mouetur, in eo quoque natura quieſcit, ſimiliter etiam ad quod vi mouetur, in eo quo-*
C *que vi quieſcit. Qui autem violenti motus animæ erunt, quietes, ne ſi fingere quidem velis, facile deſcribas.*

*Item, ſi ſurſum, mouebitur, erit ignis, ſi deorſum, terra: hi enim*

A lere, nihilominus ſunt efficaces, quia ſunt ad poſitionem. Aliter enim argumentandum eſt ad eum qui ſimpliciter intendit veritatem, quia ex veris oportet procedere, ſed qui arguit ad poſitionẽ procedit ex datis, & ideo frequenter Ariſt. & quãdo argumentatur ad poſitiones, videtur quod inducat rationes parum efficaces, quia procedit ex datis ad interimendũ poſitionẽ. Sic ergo primã rationem ponit ibi.
*b* ¶ Quæ talis eſt. Si ãnima mouetur, aut mouetur per ſe, aut per accidens. Si per accidens, tunc motus non erit de ſubſtãtia animæ, quod eſt contra eos, ſed mouetur ſicut album & tricubitum, quæ mouetur ſecundum accidens: & ideo nõ exigitur ad hoc locus ipſis. Si vero mouetur per ſe, ergo mouetur aliquã ſpecie motus. Species autẽ motus ſunt quatuor, ſ. ſecundũ locũ, augmenti, & decrementi, & alterationis. Generation. & corruptio non ſunt proprie motus, ſed mutationes, quia motus ſunt ſucceſſiui, ſed generatio & corruptio ſunt mutationes inſtantaneæ. Ergo anima mouebitur aliqua ſpecie iſtorum motuũ, vel ſecundum locum, vel ſecũdum augmentũ, vel ſecundũ decremẽtũ, vel ſecundũ alterationẽ. Si ergo moutur aliquo iſtorũ, & omnes hi motus ſunt in loco. ergo anima erit in loco. In hac a. ratione videntur eſſe duo dubia. Vnũ de hoc ꝙ dicit, quod omnes dicti motus ſunt in loco, quod quidem de locali & de motu augmenti, & decrementi manifeſtum eſt. Sed de alteratione videtur difficile. Quod quidem ſic intelligitur ab aliquibus, quia enim omne quod alteratur eſt corpus & corpus eſt in loco, ideo alteratio
D dicitur fieri in loco. Sed hoc non ſaluat literam Ariſt. quia Ariſt. dicit, quod huiuſmodi motus ſunt in loco, & non ſunt ſecundum locum. Et ideo dicendum, quod ſine dubio alteratio eſt in loco. Aliud n. eſt motus in loco; & aliud motum eſſe ſecundum locũ. Alteratio nõ eſt ſecundum locum, ſed in loco. Nam in alteratione oportet, ꝙ ſit appropinquatio alterãtis ad alteratum, & ſine hoc nihil alteratur. Vnde cũ appropinquatio fiat per motum localem, oportet ꝙ ſit ibi motus localis, vt cauſa. Secundum dubium eſt, quia ſecundum iſtos, non erit inconueniens ſi anima eſſet in loco, cum poneret eã moueri per ſe, & ideo nõ videtur valere ſua ratio. Ad hoc autẽ poteſt reſponderi dupliciter. Vno modo, ꝙ iſtud inconueniens deducitur ꝑ ſequentes rationes. Alio modo, quia propter hoc eſt incõueniens, q̃a ſi anima eſſet in loco, oporteret ꝙ aſſignaretur ſibi locus proprius in corpore ſeparatus, & ſic non eſſet forma totius corporis. Secũdam rationem ponit cũ dicit.
*c* ¶ Quæ talis eſt. Si anima mouetur per ſe, ſecũdum locũ, mo-
E uetur naturaliter, omne autẽ quod mouetur naturaliter, mouetur violenter, ſed ſi mouetur naturaliter, quieſcit naturaliter, & ſi quieſcit naturaliter, quieſcit violenter, ergo anima mouetur violenter, & quieſcit violenter. Sed hoc eſt impoſſibile, ſc. quod moueatur violenter, & quieſcat violenter, quia motus animæ, & quies ſunt voluntarii, in hac autem ratione videtur dubium eſſe, ſc. quod id quod mouetur naturaliter, moueatur violenter. nam cœlum mouetur naturaliter, non tamen violenter. Ad hoc dicendum eſt, quod illa propoſitio ſecundum veritatem falſa eſt, ſed ſecundum poſitionem vera, quia iſti nullum corpus ponebant naturaliter motum, niſi quatuor elementa in quibus videmus motus & quietes naturaliter & violenter fieri, & ſecundum hoc procedit ratio. Tertiam rationem ponit cum dicit.
*d* ¶ Quę talis eſt. Illi dicũt, ꝙ anima mouetur, & ex hoc mouet corpus, & hunc motũ dicunt habere ab aliquo elemẽtorum,

aut

aut ergo ſequitur motum ignis, aut terræ, aut aliorũ elementorum. Si ergo participat motum ignis, mouebitur ſolũ ſurſum: ſi terræ, deorſum. Sed hoc eſt falſum, quia anima mouet ad omnem partem. Et hæc ratio procedit ex ſuppoſitione. Quartam rationem ponit cum dicit.

e ¶ Quæ talis eſt. Vos dicitis animã ex hoc moueri, quod mouet corpus: ergo rationa-
Te.com.41. bile eſt dicere, quia illis motibus mouet corpus quib. ipſa mouetur, & econuerſo, verum erit dicere, ꝙ illis motib. mouetur, quib. mouet corpus. Sed corpus mouetur ſecundum loci mutationem, ergo anima mouetur ſecundum locum. Sed ſi moueri animam ſecundũ locum eſt mutare corpus, contingit ipſam animam exeuntem, iterũ intrare corpus. Et quia animam ingredi corpus, eſt viuificare corpus, ſequitur ad hoc mortua de
Te.com.42. numero animalium, ſecundum naturã reſurgere, quod eſt impoſſibile. Contra hãc rationem aliqui obiiciunt dicẽtes, quod hoc, ſc. ꝙ anima moueat eiſdem motibus quibus mouetur, nõ eſt verũ, quia anima non mouetur niſi ſecundũ appetitum & voluntatem, mouet
Te.com.43. autẽ corpus aliis motibus. Ad quod dicendũ, ꝙ appetere, & velle, & huiuſmodi non ſunt motus animæ, ſed operationes. Motus autem & operatio differũt, quia motus eſt actus imperfecti, operatio vero eſt actus perfecti. Nihilominus tamen vera eſt illa propoſitio ſecundũ poſitionem, quia illi dicebant animam non aliter mobilem, niſi ſecundum quod mouet corpus. Sed numquid ſequitur illud inconueniens, ꝙ reſurgant corpora animaliũ, ſi anima mouetur ſecundum locum? Dicendũ quod quidã dixerunt, quod anima eſt commixta toti corpori, & vnita ſecundum quandam proportionẽ, & quod nõ ſeparatur niſi ſoluatur illa proportio: vnde quantum ad iſtos non ſequitur, ſed quantum ad illos qui dicunt animam eſſe in corpore, vt in loco, ſeu in vaſe, & intrare, & egredi aliquando, ſequitur illud inconueniens Ariſtot. Quintam rationem ponit cum dicit.

f ¶ Quæ talis eſt. Conſtat quod illud quod ſecundum ſe ineſt alicui rei, non eſt neceſſe quod inſit ei ſecundum aliud, niſi forte per accidens. Si ergo ineſt animæ, quod moueat ſecundum ſe, & ſecundum naturam ſuam, neceſſarium eſt quod anima ſit mobilis ſecundum ſe: ergo non indiget quod moueatur per aliud & ab alio. Sed nos videmus, quod mouetur à ſenſibilibus in ſentiendo, & ab appetibilib. in appetendo, nõ

ſum terra, Horum enim corporum motus, hi ſunt. Eadem autem ratio & de mediis.

e Quoniam autem videtur mouere corpus, rationabile eſt his mouere motibus, quibus & ipſa mouetur. Si autem hoc, & conuertentibus erit dicere verum, quod ſecundum quod corpus mouetur, hoc & ipſa. Corpus autem mouetur ſecundum loci mutationem, quare & anima mouebitur ſecundum corpus, aut tota, aut ſecundum partes tranſlata. Si autem hoc contingit, & exeuntem iterum ingredi continget, fieri nullo modo poteſt, vt mortui reuiuiſcant. Ad hoc autem ſequitur, reſurgere mortua animalium.

f Motum autem ſecundũ accidens, & ab altero moueatur. Depelletur enim vtiq; violẽtia animal. Non oportet autem cui à ſeipſo moueri ineſt in ſubſtãtia, hoc ab alio moueri, niſi ſecundũ accidens, ſicut neq; quod ſecundũ ſe bonũ, aut propter ſeipſum, hoc quidem propter aliud eſſe, hoc autẽ alterius cauſa. Animam autem maxime dicet aliquis vtiq; à ſenſibilibus moueri, ſiquidem mouetur.

g At vero ſi mouet ipſa ſeipſam, & ipſa mouetur vtique. Quare ſi omnis motus ex diſtantia eſt ab eo quod mouetur, ſecundum quod mouetur, & anima diſtabit vtiq; à ſubſtantia ipſius ſecundũ ſeipſam, niſi ſecundum accidens ſeipſam moueat, ſed eſt motus ſubſtantiæ ipſius per ſe.

## LECTIO VII.

a QVidam autem & mouere animam dicunt corpus in quo eſt, ſicut ipſa mouetur, vt Democritus ſimiliter dicens Philippo comœdiarum didaſcalo. Refert enim Dædalũ mobilem feciſſe ligneam Venerem, cum in illam infudiſſet argentum fuſile, ſimiliter autẽ & De-

F ergo anima per ſe mouetur. Ad hoc obuiant Platonici dicentes, quod anima nõ mouetur à ſenſibilibus, ſed occurrũt motui animæ inquantum anima diſcurrit per ea. Sed hoc eſt falſum, quia ſicut Ariſt. probat, intellectus poſſibilis reducitur per ipſa ſc. per ſpecies rerum ſenſibilium, in actum: & ideo oportet quod moueatur ab eis hoc modo. Sextam rationem ponit cum dicit.

g ¶ Quæ talis eſt. Si anima mouet ſeipſam, cõſtat quod ipſa mouebitur ſecũdum ſuã ſubſtantiam, ſed omne quod mouetur, diſtat, vel exit ab eo à quo & ſecundũ quod mouetur, ſicut ſi aliquid mouetur à quãtitate, exit & diſtat ab ipſa quantitate qua mouetur. Si ergo anima mouetur à ſubſtantia ſua & à ſeipſa ſicut illi dicunt, diſtabit & exibit à ſubſtãtia ſua, & ſic motus erit ſibi cauſa corruptionis, quod eſt cõtrarium illis qui dicebant animã propter motum ipſum aſſimilari diuinis, & immortalem eſſe, vt ſuperius patet. Et hæc ratio ꝓcedit quatum ad eos, qui non diſtinguebãt inter operationem & motum. Operatio enim nõ facit diſtare, ſed perficit operantem, ſed in motu oportet ꝙ ſit exitus. Lect.5.

*motus, horum corporum ſunt. Eadem ratio eſt de intermediis.*

*Item, quia videtur mouere corpus, conſentaneum eſt, vt iis illud moueat motibus, quibus & ipſa mouetur: quod ſi ita eſt, etiam facta conuerſione, dicere verum eſt, quo corpus mo-* G *uetur, eo & ipſam moueri: at vero corpus latione mouetur, quare & anima mouebitur quomodo corpus, aut tota, aut partibus demigrando. Sin autem id fieri poteſt, fieri etiam poterit vt egreſſa rurſus introeat, cui conſequens fuerit, vt mortua animalia reſurgant.*

*Motu porro, qui per accidens fit, etiam ab alio moueri poſſit, fieri enim* H *poteſt, vt vi animal impellatur, non oportet autem cuius in ſubſtantia ineſt, vt à ſe ipſo moueatur, id ab alio moueri, niſi forte per accidens: quẽadmodum, neq; quod per ſe bonum, aut propter ſe, id per aliud eſſe, aut alterius cauſa. Animam autem maxime dixerit quiſpiam à ſenſibilibus moueri, ſi mouetur.*

*Iam vero ſi mouet ipſa ſeipſam, ipſa quoq; moueatur. Quare ſi omnis motus receſſus eſt eius quod moue-* I *tur, quatenus mouetur, anima etiam recedere poſſit ex ſubſtantia, ſi non ex accidenti ſe ipſam moueat, ſed motus ſit ſubſtantiæ ipſius per ſe.*

## LECTIO VII.

*SVnt etiam qui dicant, animam mouere corpus in quo eſt, vt ipſa mouetur, vt Democritus, ſimiliter dicens ac Philippus Comicus: inquit enim Dædalum feciſſe ligneam illam Venerem, quæ moueretur infuſo argento fuſili. Similiter etiam* K *Democritus aſſerit, Inquit enim dum mouentur orbes indiuiſibiles,*

Te.com.4

## LECTIO VII.

a SVpra poſuit Philoſophus rationes in communi cõtra eos qui poſuerunt animam ſecundum ſe moueri: hic vero ponit rationes in ſpeciali contra quoſdam qui aliquid ſpecialis difficultatis videntur dixiſſe circa opinionẽ eorũ de motu animæ. Et circa hoc tria facit. Primo enim ponit rationes ad opinionem Democriti. Secundo vero ad opinionem Platonis: ibi, [ Eodẽ autem modo, &c. ] Tertio vero ad quandam aliam opinionem: ibi, [Alia autem quædam opinio, &c.] Circa primũ duo facit. Primo enim ponit opinionẽ Democriti de motu animæ, & exponit eam. Se-
Te.com
cundo vero obiicit in contrarium: ibi, [ Nos autem interrogabimus.] Circa primum ſciendum eſt, quod in præcedentib. ponitur vna ratio, ſcil. in quarta Ariſt. contra illos qui ponunt animam moueri ſecundũ ſe, & ex hoc mouet corpus, ꝙ ſi anima mouet corpus, neceſſe eſt quod illis motib. moueat, quibus ipſa mouetur. Et hoc concedebant quidã, q dicunt animã mouere corpus in quo eſt, ſicut ipſa mouetur, id eſt illis motib. mouere quibus ipſa mouetur. Et hic fuit Democritus, & inducebat ad hoc ſimilitudinẽ, q erat quidã magiſter comediarũ nomine Philippus. Hic recitauit in libris ſuis, ꝙ quidã nomine Dędalus fecit ſtatuã ligneã deæ Veneris, & hæc ſtatua erat mobilis ex eo ꝙ erat intus argentum fuſile, id eſt viuum,

uum,& mouebatur motu ipſius argenti viui; ſimile ergo huic dicit Democritus in opinione ſua de motu animę. Dicit enim quod anima eſt compoſita ex indiuiſibilibus ſphæris, vt ſuperius patet. Et quia huiuſmodi indiuiſibiles ſphæræ, id eſt atomi figuræ rotundæ, continuę mouentur, ex eo quod nunquã quieſcunt, contrahũt & mouẽt totum corpus, ſecundum quod mouentur. Deinde cum dicit.

b ¶ Obiicit Ariſtotel. contra hanc opinionem Democriti, duabus rationib. Prima ratio talis eſt. Cõſtat quod anima non ſolum eſt cauſa motus in animali, ſed quietis. Sed ſecundum opinionẽ Democriti, anima non eſt cauſa quietis, licet ſit cauſa motus in animali, q̃a difficile, aut impoſſibile eſt dicere, ꝙ illa corpora ſphærica indiuiſibilia quieſcant, cum nunquã immota permaneant, vt dictũ eſt. Secundam rationem ponit cum dicit. (Te.com.45.)

c ¶ Quæ talis eſt. Cõſtat quod motus quẽ argẽtum viuum cauſat in ſtatua, non eſt motus volũtarius, ſed violentus. Sed motus animæ non eſt violentus, ſed voluntarius, quia mouet ꝑ voluntatem & intellectum, & ideo nulla (vt videtur) eſt poſitio Democriti. Deinde cum dicit. (Lect.5.)

d ¶ Ponit opinionem Platonis. Et circa hoc duo facit. Primo ponit opinionem Platonis. Secundo reprobat eam: ibi, [Primum igitur, &c.] Circa primũ duo facit. Primo oſtendit ſimilitudinem opinionis Platonicæ ad opinionẽ Democriti. Secundo explicat opinionem Platonis de anima: ibi, [Conſtitutam autẽ ex elementis, &c.] Dicit ergo primo, quod ſicut Democritus poſuit corpus moueri ab anima inquantum anima coniuncta ipſi mouetur, ita & Timęus qui introducitur à Platone loquens, aſſignat rationem, qualiter anima mouet corpus. Dicit enim quod anima mouet corpus, inquantum ipſa mouetur, propter hoc quod anima coniuncta eſt corpori per modum cuiuſdam colligationis. Deinde cum dicit.

e ¶ Explicat opinionem Platonis. Et primo exprimit conſtitutionem ſubſtantiæ ipſius. Secundo exponit quomodo ex ea procedit motus: ibi, [Aſpectum rectum in circulum reflexit.] Circa primum ſciendum eſt, quod Plato hæc verba quæ hic ponuntur, in Timæo proſequitur, loquẽs de anima mundi q̃ imitantur, ſecundũ ipſum, inferiores animæ. Et ideo per hoc quod hic tãgitur de natura animæ mundi, tangitur quodammodo natura omnis animæ. Sciendũ eſt igitur, quod ſicut ſupra dictum eſt, Plato poſuit ſubſtantiam omnium rerum eſſe numerum ratione ſuperius dicta. Elementa autẽ numeri ponebat vnũ quaſi formale, & duo quaſi materiale. Ex vno enim & duob. omnes numeri cõſtituuntur. Et quia impar numerus quodãmodo retinet aliq̃d de indiuiſione vnitatis, poſuit duo elementa numeri par, & impar, & impari attribuit identitatem & finitatem, pari autem attribuit alteritatem & infinitatem. (Te.com.26.) Cuius ſignum tangitur in tertio Phy. quia ſi ſupra vnitatem impares numeri per ordinem addantur, ſemper producitur eadem figura numeralis. Puta ſi ſupra vnũ addãtur tria, qui eſt primus impar, conſurgunt ipſum quatuor qui eſt numerus quadratus, quibus rurſus ſi addatur ſecũdus impar; ſc. quinarius, conſurgit nouenarius, qui item eſt numerus quadratus & ſic ſemper in infinitũ: ſed in numeris paribus ſemꝑ ſurgit alia & alia figura. Si enim vnitati addatur binarius qui eſt primus par, conſurgit ternarius, qui eſt numerus triangularis, quibus ſi rurſus addatur quaternarius, qui eſt ſecundus par, conſurgit ſeptenarius, qui eſt ſeptangulæ figuræ, & ſic in infinitum. Sic ergo Plato ponebat idem, & diuerſum eſſe elementa omnium rerum; quorum vnum attribuebat numero impari, aliud vero numero pari: quia vero ſubſtantiã animæ ponebat mediam inter ſubſtãtias ſuperiores, quæ ſemper eodem modo ſe habent, & ſubſtantias corporeas in quib. alteritas, & motus inuenitur, poſuit animam cõſtare ex his elementis, ſc. ex eodem & diuerſo; & ex numeris paribus & imparibus. Medium enim debet eſſe affine vtrique extremorũ. Et ideo dicit, quod poſuit eam conſtitutã ex elementis. Item ſciendũ eſt, quod in numeris ſunt diuerſę proportiones & infinitæ, quarum aliquę ſunt harmonicæ, id eſt cõſonantiarum cauſa. Nam dupla ꝓportio eſt cauſa conſonantiæ quæ dicitur diapaſon, ſeſquialtera proportio cauſat conſonantiam quæ dicitur diateſſaron, ſeſquioctaua ꝓportio cauſat tonũ, & aliæ conſonantiæ, quibuſdam aliis proportionibus cauſantur, puta ea quæ eſt compoſita ex diapaſon & diapente, cauſatur ex tripla, ea quæ ſub diapaſon cauſatur ex quadrupla, quã quidem Pythagoras deprehendit, vt Boet. refert in muſica, ex percuſſione quatuor malleorum, qui conſonantes ſonos reddebant ſecundũ prædictas proportiones, puta ſi vnus martellus ponderaret 12. vncias, alius 9. alius 8. alius 6. Ille qui eſſet 12. haberet duplam proportionẽ ad eum qui 6. & redderetur cum eo conſonantia diapaſon. Ille autem qui eſt 12. ad eum qui 8. ſubſexquialtera proportione, & conſonat ſecundum diapente, & ſimiliter qui 9. ad eum qui 6. Itẽ qui 12. ad eum qui 9. eſt in ſexquitertia proportione & conſonat cum eo diateſſaron, & ſimiliter qui 8. ad eum qui 6. Qui autem 9. ad eum qui 8. cum ſit in ſeſquioctaua proportione, conſonat ſecundum tonum. Licet autem Plato poſuerit res omnes ex numeris conſtitui, non tamen ex numeris habentibus proportiones harmonicas: ſed animam poſuit eſſe conſtitutam ſecundum numeros habẽtes huiuſmodi proportiones. Et ideo dicit, ꝙ poſuit eam [diſpartitam,] id eſt, quaſi diſpenſatã [ſecundum harmonicos numeros.] id eſt ſecundum numeros proportionatos adinuicẽ ſecundũ muſicam ꝓportionem. Poſuit enim ex his numeris animam conſtitutã, ſc. ex vno, duobus, tribus, 4. 8. 9. 27. in quib. huiuſmodi ꝓportiones inueniuntur, duplici autem ex cauſa animam poſuit conſtitutã ex numeris harmonicis. Vna eſt, quia vnũquodq; delectatur in eo quod eſt ſibi ſimile & cõnaturale, videmus autem ꝙ anima delectatur in omnibus harmonizatis, & offenditur ex his quæ ſunt præter debitam harmoniam, tam in ſonis quam in coloribus, q̃ etiam in quibuſcunq; ſenſibilibus: vnde videtur harmonia de natura animæ eſſe. Et hoc eſt, ꝙ dicit. [Anima habet ſenſum,] id eſt cognitionẽ [Connaturalem harmoniæ.] Alia ratio eſt, quia Pythagorici & Platonici poſuerũt ex motib. cœlorũ prouenire ſonos optime harmonizatos, & q̃a motus cœleſtes ponebant eſſe ab anima mundi, poſuerunt animam eſſe ex numeris harmonicis, vt poſſet cauſare motus harmonizatos. Et hoc eſt quod dicit [Et vt omne,] id eſt vniuerſum. [Feratur ſecundũ cõſonãtes motus.] Deinde cũ dicit.

f ¶ Docet quomodo ex anima ꝓcedat motus cœleſtis, vbi cõſiderandũ eſt ꝙ omnes numeri ſecundũ naturalem ordinem accepti, linealiter diſpoſiti ſunt ſecundũ rectitudinem, prout vnus addit ſuper alterũ. Sed ex naturali ſerie numerorũ poteſt aliquis accipere plures ſeries, puta ſi accipiat homo quaſi in vna rectitudine totam ſeriẽ duplorum, & in alia totam ſeriem triplorum, & in alia totam ſeriem quadruplorũ, & ſic de aliis. q̃a igitur homo ſua cognitione poteſt circa numeros operari, hoc

---

mocritus dicit. Motas enim inquit indiuiſibiles ſphæras, propter id quod aptæ natæ ſunt nuſquam manere, contrahereque, & mouere corpus omne.

b Nos autem interrogabimus, ſi & quieſcere facit hoc? Quomodo autem faciet hoc, difficile aut impoſſibile dicere.

c Omnino antẽ non ſic videtur anima mouere animal, ſed per voluntatem quandam & intellectum.

d Eodem autem modo & Timæus phyſiologizat animã mouere corpus. Ex eo enim quod ipſa mouetur, etiam corpus ipſum mouet, propterea quod cum eo connexa eſt.

e Cõſtitutam autem ex elementis & diſpartitam ſecundũ harmonicos numeros, quatenus connaturalem ſenſum harmoniæ habeat, & vt omne feratur ſecundum conſonantes motus.

f Aſpectum rectũ in circulũ reflexit, & cũ diuidendo, ex vno feciſſet duos circulos, dupliciter coordinatos, iterũ vnum diuiſit in ſeptem circulos, tanquã eſſent cœli motus, animæ motus.

---

*eo quod ſuapte natura nunquam poßint quieſcere, ſecum rapere, & mouere vniuerſum corpus.*

*Nos autem interrogabimus, num illud idem etiam, quieſcere faciat? At quo tandem pacto id faciet, difficile eſt, imo vero dictu impoßibile.*

*Omnino non ita videtur anima mouere animal, ſed electione quadam, & intellectione.*

*Eodem etiam modo Timæus dicit animam mouere corpus, quod enim ipſa moueatur, corpus etiam mouere, propterea quod connexa ſit cum ipſo.*

*Conſtantem enim ex elementis, & diſtinctam harmonicis numeris, vt inſitum ſenſum harmoniæ habeat, vtq; vniuerſum feratur conſonis lationibus.*

*Rectitudinem in orbem torſit, & cum diuiſiſſet vnum in duos circulos duobus punctis connexos, rurſus vnum diuiſit in ſeptem circulos, vtpote cum Cœli lationes, ſint animæ motus.*

hoc & Deus facit conſtituendo ſubſtantias rerum ex numeris: vnde in conſtituendo ſubſtantiam animæ ex numeris ſupradictis, q omnes naturali ordine ſunt in vna rectitudine, quaſi duas lineas diuiſit, vnam duplorum, & alteram triplorum. hæ enim proportiones omnes harmonicas continent. Nam dupla proportio diuidit in ſexquialteram & ſexquitertiam. Et tripla in duplam & ſexquialteram. Igitur in prędictis numeris ac-
Te.com.46. cipitur ſeries duplo-
Te.com.47. rum vſq; ad numerū cubicum, vtputa vnū, duo, quatuor, octo, & alia ſeries triplorum eodem modo, vt puta vnum, tria, 9. 27. quæ quidem duæ ſeries in vnitate coniunguntur, ac ſi eſſent duæ lineæ rectæ angulum continentes. Rurſus ſi vnitati coniungantur quæ ſunt in linea triplorum, reſultabunt numeri qui ſunt in linea duplorum, puta ſi vnitati addatur trinarius, fient quatuor, & econuerſo, ſi vnitati addatur binarius, fiēt tria. Et ſic conſtituentur quaſi duę lineę ſeſe inuicem interſecātes, ſecundum modū literæ græcæ quæ vocatur ξ. Si autem procedatur vlterius redibitur ad eoſdem numeros. Nam à quatuor proceditur ad octo, & à tribus redibitur ad 27. & ſic vtrobiq; concluditur quaſi quidā circulus. Sciendum autem eſt quod Plato ea quæ inueniebantur in natura magis compoſita, dicebat prouenire ex proprietate naturæ magis ſimplicis, ſicut conſonantias ſonorum ex proportionibus numerorum. Subſtantiam autem animæ ponebat mediā inter numeros qui ſunt maxime abſtracti, & inter ſubſtantiā ſenſibilem, & ideo proprietates animę deducebat ex proprietatibus prædictis numerorum. Nam in anima eſt conſiderare primo aſpectum rectum, ſecundum quod aſpicit directe ad ſuum obiectum, & poſtea reditur in circulum, inquantum intellectus reflectit ſe ſupra ſeipſum. Inuenitur etiam in anima intellectiua quaſi circulus pariū & imparium, inquantū cognoſcit ea quæ ſunt eiuſdem, & q̄ ſunt diuerſæ naturæ, & hoc vlterius proceditur vſq; ad ſubſtantiā ſenſibilem cœli, quam anima mouet. Nam in cœlo conſideratur duplex motus circularis, vnus ſimplex & vniformis, ſecundum quē cœlū mouetur, ſeu reuoluitur motu diurno ab oriente in occidentem, qui quidem fit ſecundum circulum æquinoctialem. Alius autem motus eſt planetarum qui eſt ab occidente in orientem ſecundum circulum zodiacum, qui interſecat æquinoctialem in duobus ſolſtitialibus punctis, ſcil. in principio Cancri & Capricorni. Et quia motus primus eſt vniformis, ideo non diuiditur in plures motus, & aſſimilatur circulo imparium, & propter hoc etiam primus circulus maior eſt, nam impares numeri ſuperius poſiti maiores ſunt. Secundus autē motus facit multam diuerſitatem & ideo videtur pertinere ad circulum parium & diuiditur in 7. circulos ſecundum ſex interſtitia duplorum & triplorum numerorum, vt dicitur in Timæo. Vbi enim ſunt ſex diuiſiones, neceſſe eſt eſſe ſeptem diuiſa. Vnde & iſti circuli minores ſunt & continētur à ſupremo circulo qui eſt imparium. Sic ergo legenda eſt litera. [Vt omne] id eſt vniuerſum. [Feratur ſecundum conſonantes motus,] id eſt vt ex harmonia animæ deriuentur motus cœleſtes harmonizati. [Aſpectum rectum Deus reflexit in circulum] eo modo quo eſt expoſitum & ſecundum proprietatē numeri, & ſecundum proprietatem animæ. [Et diuidens ex vno.] propter vnam naturalem ſeriem numeri, & vnā vim intellectiuā animæ. [In duos circulos.] ſ. parium & impariū quātum ad numeros, intelligentiam mobilium, & immobilium quantum ad animam, motum ſecundum æquinoctialem, & zodiacum, quātum ad cœlum. Addit autem [dupliciter coordinatos,] quia duo circuli ſe interſecantes tangunt ſe in duob. punctis [iterum vnum] ſcil. inferiorem, [diuiſit in 7. circulos] quaſi planetarum. [tanquam cœli motus eſſent animæ motus,] id eſt ac ſi cœlum moueretur per motum animæ.

*LECTIO VIII.*

*a* PRimum quidem igitur non bene dicitur, animam magnitudinem eſſe. Eam enim quæ omnis, talem eſſe vult, qualis eſt aliquando vocatus intellectus. Nō enim velut ſenſitiua eſt, neque vt deſideratiua. Harū enim motus non circulatio eſt, intellectus autem vnus & continuus, ſicut & intelligentia eſt. Intelligentia autem cōceptiones. Hæc autem, eo quod conſequenter vnum, ſicut numerus; ſed non ſicut magnitudo, propter quod neque intellectus ſic continuus, ſed aut impartibilis, aut non, ſic, vt magnitudo aliqua continuus eſt.

*b* Qualiter autem intelliget, magnitudo cum ſit, vtrum vniuerſaliter, an qualibet partium ſui ipſius? partium autē, aut ſecundum magnitudinem, aut ſecun-

LECTIO VIII.

*PRimum igitur non recte habet, dicere animam eſſe magnitudinem. Animam enim vniuerſi nimirum talē eſſe vult, qualis eſt qui vocatur intellectus: non enim qualis ſenſitiua eſt, neq; qualis concupiſcitiua, harum enim motus nō eſt conuerſio.* G *Intellectus autem vnus eſt & cōtinuus, vt etiā intellectio, intellectio autem eſt ea qua intelliguntur, quæ quia deinceps ſunt vnum, ſunt vt numerus, & non vt magnitudo. Quamobrem, nec intellectus hoc pacto continuus eſt, ſed aut carens partibus, aut non vt magnitudo aliqua continuus.*

*Nam quo tandem pacto ſi magnitudo ſit qualibet ſuarū intelliget partium? atq; adeo partium, quæ vel in magnitudine, vel in pūcto cōſiſtant,* H *ſi modo oporteat id quoq; partem vo-*

F

*LECTIO VIII.*

*a* POſita opinione Platonis, hic Ariſtot. reprobat eam. Vbi notandum eſt quod Ariſtot. plerunque quando reprobat opiniones Platonis, non reprobat eas quantum ad intentionem Platonis, ſed quantum ad ſonum verborum eius. Quod ideo facit, quia Plato habuit malū modum docēdi. Omnia enim figurate dicit, & per ſymbola docet, intēdens aliud per verba, quam ſonēt ipſa verba, ſicut quod dixit animā eſſe circulū. Et ideo ne aliquis propter ipſa verba incidat in errorem, Ariſt. diſputat contra eum quantum ad id ꝙ verba eius ſonant. Ponit autem Ariſt. rationes decem ad deſtruendū ſupra poſitā opinionem, quarum quædā ſunt contra eum, & quædam contra verba eius. Non enim Plato voluit quod ſecundum veritatē intellectus eſſet magnitudo quātitatiua, ſeu circulus, & motus circularis, ſed metaphorice hoc attribuit intellectui. Nihilominus tamen Ariſt. ne aliqs ex hoc erret, diſputat contra eum, ſecundum quod verba ſonant. Primo ergo Ariſt. circa primam rationem, manifeſtat, de qua anima Plato intellexit, ſcil. de anima vniuerſi. [Et hanc] ſcilicet animam, [quæ eſt omnis,] id eſt vniuerſi, vult eſſe intellectiuam tantum. Non enim eſt vegetabilis, quia non indiget nutrimento; nec eſt ſenſibilis, quia caret organo, nec eſt deſideratiua, quia deſideratiua conſequitur ſenſitiuam. Et dixit ideo animam vniuerſi non eſſe ſenſibilem, neque deſideratiuam, quia ipſe voluit quod motus animæ vniuerſi eſſet circularis. Vnde cum motus harum, ſcilicet ſenſibilis & deſideratiuæ non ſit circularis (non enim ſenſus reflectitur ſuper ſeipſum, intellectus vero reflectitur ſupra ſeipſum, homo enim intelligit ſe intelligere) ideo dicit, illam animam intellectiuam tantum eſſe, & ideo dicit intellectum eſſe magnitudinem quandam & circulum. Et hoc Ariſt. reprobat dicens, quod Plato non bene dixit,
I animam eſſe magnitudinem: & quod locutus eſt de ea, ſicut de magnitudine circulari, diuidens eā in duos circulos, male fecit. Et quod male fecerit, oſtendit. In natura enim animæ hoc eſt, vt iudicium de aliqua potētia animę ſumatur ex actu, ſeu operatione ipſius potentiæ: iudicium vero operationis ex obiecto. Potentiæ enim cognoſcuntur ꝑ actus, actus vero per obiecta. & inde eſt quod in diffinitione potentiæ ponitur eius actus, & in diffinitione actus ponitur obiectū. Conſtat autem quod res ab eo à quo habet eſſe & ſpeciem, ab eo etiam habet vnitatem. Si ergo intellectus ſit & ſortiatur ſpeciem ab intelligibili, cum ſit eius obiectum (dico intellectum in actu, cum nihil ſit ante intelligere) manifeſtū eſt quod ſi ſit vnus & continuus, ſicut Plato poſuit, ꝙ eodē modo intellectus erit vnus & continuus quo intelligibilia ſunt vnum & continuum: intellectus enim non eſt vnus niſi ſicut intelligentia, id eſt operatio eius quæ eſt intelligere, nec actus eſt vnus niſi ſicut obiectū eius eſt vnum, quia actus diſtinguuntur penes obiecta. Vnde cum obiectū intellectus ſint intelligibilia, hæc autem ſc. intelligibilia, non ſunt vnum vt magnitudo ſeu continuū,
K ſed ſicut numerus, eo quod conſequenter ſe habeant, manifeſtum eſt ꝙ intellectus non eſt magnitudo, ſicut Plato dicebat. Sed aut eſt impartibilis ſicut ſe habet ratio primorum terminorū, aut non eſt continuus ſicut aliqua magnitudo, ſed ſicut numerus inquantum vnum poſt aliud intelligimus, & ſæpe plures terminantur in vnū, ſicut in ſyllogiſmis terminantur propoſitiones in concluſionem. Secundam rationē ponit ibi.
*b* ¶ Quæ talis eſt. Poſſet aliquis dicere ꝙ Plato nōn poſuit magnitudinē in intellectu ꝓpter multa intelligibilia, ſed oportet ꝙ ſit in intellectu magnitudo etiā propter vnūquodq; intelligibiliū. Contra hoc nō poteſt eſſe. Plato enim ponit, & opinatus eſt ꝙ intelligere non fiat per acceptionē ſpecierū in intellectu, ſed ꝙ intellectus intelligat per quēdam contactū, *Thom. ſupra tex. 24.* inquan-

dum punctum, ſi oportet & hoc partem dicere. Siquidem igitur ſecundum punctum, hæc autẽ infinita, manifeſtum eſt, quoniam nunquam pertranſibit. Si vere ſecũdum magnitudinem, multoties & infinities intelligit idem. Videtur autem & ſemel contingere. Si autem ſufficiens qualibet partium tangere, quid oportet circulo moueri, aut & omnino magnitudinem habere? Si autem neceſſarium intelligere toto circulo tangentem, quis eſt partibus tactus?

*c* Amplius, quomodo intelliget partibile impartibili, aut impartibile partibili?

*d* Neceſſarium autem eſſe circulum intellectum hunc. Intellectus quidem enim motus, intelligentia, circuli autem circulatio. Si ergo intelligentia, circulatio, & intellectus vtiq; erit circulus, cuius talis circulatio ſit intelligentia. Semper autem aliquid intelliget, oportet enim, ſiquidem perpetua ſit circulatio. Practicarum quidem enim intelligentiarum termini ſunt, omnes enim alterius cauſa ſunt. Speculatiuæ autem rationibus terminantur ſimiliter. Ratio autem omnis, diffinitio eſt, aut demonſtratio. Demonſtrationes vero & à principio ſunt, & habent quodammodo finem ſyllogiſmum aut concluſionem. Si autem non concludantur, ſed non reflectuntur iterũ in principium, accipientes ſemper medium & vltimum, recte procedunt, ſed circulatio iterum in principium reflectitur. Diffinitiones autẽ omnes finitæ ſunt.

*e* Amplius autem, ſi eadem circulatio multoties eſt, oportebit multoties intelligere idem.

*care, ſi igitur puncto, ea autem ſunt infinita, conſtat eum nunquam pertranſiturum, ſin magnitudine, ſæpius aut infinities idem intelliget, cum tamen videatur, vel ſemel fieri poſſe, quod ſi ſat ſit tangere quamlibet partium, quid oportet in orbem moueri, aut omnino magnitudinem habere? Sin neceſſarium eſt intelli-* B *gere toto circulo tangentem, quænam erit tactio, quæ partibus ſit?*

*Item, quomodo intelliget partibile impartibili, aut impartibile partibili?*

*Neceſſarium porro eſt, intellectũ eſſe circulum hunc, nam motio intellectus, intellectio eſt, circuli vero circumuectio. Ergo ſi intellectio eſt circumuectio, & circulus etiam erit intellectus, cuius talis circumuectio* C *intellectio eſt. Iam vero ſemper aliquid intelliget, & quidem oportet, ſiquidem perennis eſt circumuectio. Actiuarum enim intellectionum termini ſunt, omnes enim alterius gratia ſunt. Contemplatiuæ etiam à rationibus terminantur. Ratio autem omnis, vel diffinitio eſt, vel demonſtratio. Demonſtrationes vero & à principio ſunt, & habent quodammodo finem ſyllogiſmum, aut concluſionem: quod ſi non terminantur, at ſaltem non retro commeant ad principium, ſed medium ſemper &* D *extremum adhibentes, recta progrediuntur: at circumuectio retro ad principium commeat. Diffinitiones etiam omnes terminatæ ſunt.*

*Item ſi ſæpius eadem fiat circumuectio, ſæpius idem intelligere oportebit.*

in quantum ſcilicet occurrit & obuiat ſpeciebus intelligi-
*Lect.7.* bilibus, & iſtum contactum attribuit circulo, ſicut ſupra dictum eſt. Quæro ergo à te, ſi intellectus eſt magnitudo, & intelligit ſecundum contactum, qualiter intelligat. Aut enim hoc, quod intelligit, tangit ſecundum totum, aut ſecundum partem eius, ſi ſecundum totum contingens, intelligit totũ, tunc partes nõ erunt neceſſariæ, ſed erunt fruſtra, & ſic non eſt neceſſe, ꝙ ſit intellectus, magnitudo & circulus. Si vero ſecũdum partes contingẽs, intelligit partes, aut hoc erit ſecundũ plures partes, aut ſecundum vnã tãtum.
*T.com.48.* Si ſecundum vnam tantum, ſic idẽ, quod prius, quia aliæ erũt ſuperfluæ, & ſic non erit neceſſarium ponere, intellectum habere partes. Si vero contingens, ſecundũ oẽs partes intelliget. Aut hoc erit ſecundũ partes punctales, aut ſcd̃m partes quantitatiuas: ſi ſecundum partes punctales, tũc cum in qualibet magnitudine ſint infinita puncta, oportet ꝙ infinities tangat, antequam intelligat, & ſic nunq̃ intelliget, cum non ſit infinita pertranſire. Dicit aũt [partes punctales,] non ꝙ velit magnitudinem in partes punctales diuidi, ſed diſputat ad rationẽ Platonis, q fuit hui⁹ opinionis, qd̃ corpus cõponeretur ex ſuperficiebus, & ſuꝑficies ex lineis, & linea ex punctis. Quod ipſe improbat in princ.6. Phyſ. vbi oſtendit, qd̃ punctum additum puncto, nihil addit. Si vero intelligit cõtingens ſcd̃m partes quantitatiuas, tunc cum quælibet pars diuidatur in multas partes, ſequitur, qd̃ multoties intelligat idem. Itẽ cum omnis quantitas ſit diuiſibilis in infinitum ſecundum eandem proportionem, & non ſecundum eandem quantitatẽ, ſequitur, quod infinities intelligat, quod eſt inconueniens. Videtur ergo, quod nõ contingat, niſi ſemel, & ſic nullo modo debet attribui intellectui magnitudo, neq; quantum ad multa intelligibilia, neq; quantum ad vnum. Et notandum, quod hic Ariſt. occulte oſtẽdit, quod intellectus de natura ſua non eſt partibilis, ſed quid impartibile. Intelligibile n. in vnaquaq; re eſt quidditas, & natura rei eſt tota in qualibet parte, ſicut natura ſpeciei eſt tota in quolibet indiuiduo, tota enim natura hominis eſt in quolibet indiuiduo, & hoc eſt indiuiſibile, vnde illud, qd̃ eſt intelligibile in qualibet re, ẽſt indiuiſibile, & ꝑ cõſequẽs intellectus. Tertiã rationẽ ponit, cũ dicit.
*c* ¶ Quæ talis eſt: Conſtat, quod ſi nos ponimus intellectum impartibilem, de facili patebit ratio, quomodo intelligat impartibile & partibile, quia impartibile intelligit ſecũdum
*hom.ſu-* proprietatem ſuæ naturæ, eo quod impartibilis eſt, vt dictũ
*a tex.24.* eſt, partibile vero intelliget abſtrahendo à partibili. Sed ſi intellectus ponatur partibilis, ſecundum quod Plato vult, impoſſibile erit inuenire rationem, q̃uo intelliget imparti-
A bile. Et ſic videtur, qd̃ inconueniẽter Plato ponat intellectũ eſſe magnitudinẽ ſeu partibilẽ. Quartã rõnẽ ponit, cũ dicit.
*d* ¶ Quæ talis eſt: Tu dicis intellectum eſſe circulum, & dicis intellectum moueri: ſed motus circuli eſt circulatio, motus vero intellectus eſt intelligentia, hoc eſt intelligere, ergo ſi intellectus eſt circulus, de neceſſitate intelligẽtia erit circulatio. Sed hoc eſt fal- *T. com. 76.*
ſum, quia cum in circulatione non ſit inuenire actu principium, neq; finem, vt ꝓbatur in 7. Phyſ. ſeq̃tur ẽt, ꝙ intelligẽtia ſeu operatio ipſius intellectus, q̃ eſt intelligere, nunquam terminatur. Sed hoc eſt falſum, q̃a intelligentia habet actu & principium, & finẽ: ergo intelligentia, & circulatio non ſunt idem, & per conſequẽs, nec intellectus eſt circulus. Quod autem intelligentia habeat principiũ & finem actu, ꝓbatur, quia omnis intelligentia aut eſt practica, aut ſpeculatiua: ſed conſtat, ꝙ practicarum intelligentiarum termini ſunt, id eſt, fines. Nã omnes ſunt alterius cauſa, ſcil. operis, & ad op⁹ terminãtur. Speculatiuæ etiam intelligẽtiæ finem habẽt, ſcil. rationes, omnes n. terminantur ad aliquas rationes, quæ quidem rationes, aut ſunt [diffinitio,] ſcil. in ſimplici intelligẽti, aut [demonſtratio,] ſcil. cum cõponit & diuidit: ſed demõſtrationes primæ ex principiis certis ſunt, & habent quodammodo finem ſyllogiſmum aut concluſionem. Et ſi dicatur, ꝙ ex vna concluſione ſequitur alia, & ſic non terminatur, nihilominus tamen poteſt dici, ꝙ cõcluſiones non ſunt circulares, quia non eſt circulo demonſtrare, vt probatur in 1. Poſteriorum, ſed tendunt in rectũ, & impoſſibile eſt, in rectum inuenire motum infinitũ ſeu proceſſum. Diffinitiones etiam habent principium & finem, quia nõ eſt aſcẽdere in infinitũ in generibus, ſed accipitur quaſi primum genus generaliſſimum, nec etiã eſt deſcẽdere in infinitum in ſpeciebus, ſed eſt ſtare in ſpecie
E ſpecialiſſima. Vnde genus generaliſſimũ eſt principium, ſpecies vero ſpecialiſſima, ſicut terminus ſeu finis in diffinitionibus. Et ſic patet, quod omnis intelligentia principium habet, & finem actu. Quintam rationem ponit, cum dicit.
*e* ¶ Quæ pendet quodammodo ex præcedenti, & eſt quaſi quoddam membrum eius: ſupra n. probatũ eſt, quod ſi intellectus eſt circulus, ſicut Plato poſuit, intelligẽtia erit circulatio, & probauit ſuperiori ratione, ꝙ intelligẽtia nõ eſt circulatio, & hoc idẽ probat hic tali ratione: Videmus, ꝙ hæc differẽtia eſt inter circulationẽ, & alios motus, quia impoſſibile eſt in aliis motibus vnum & eundẽ motum reiterari ſuper eandem quantitatem multoties. Et hoc apparet deducendo per ſingulas ſpecies motus. In alteratione n. impoſſibile eſt eundem motũ ſuper idem reiterari: nõ enim idem ſecundum

idem de albo ſit nigrum, & de nigro album. In motu etiam augmenti impoſſibile eſt vnum & idem ſecũdum idem augmẽtari & diminui. In motu etiam locali impoſſibile eſt eundem motum ſecundum idem reiterari, quia in motu locali ſecundum rectum ſemper ſunt duo termini, ſcil. actu. Vnde ſi reiteraretur, oporteret termino ad quem, vti bis, quia vt fine & principio, & de neceſſitate interueniret ibi quies, & ſic nõ eſſet idẽ motus numero. In circulatione vero ſolũ hoc cõtingit, quod vnus & idem motus ſecun- T.com.49. dum eandem quantitatem multoties reiteraretur. Cuius ratio eſt, quia in circulatione non ſunt aliqui termini actu, & ideo quantumcũque reiteretur, non interuenit quies, nec variatur motus. Ex hoc ergo ſic arguit: Tu dicis, quod intellectus eſt circulus, ergo & intelligentia ſic T.com.50. circulatio eſt: ſed hoc eſt incõueniens, ſcil. quod intelligentia ſit circulatio, ergo & primum. Quod ſit inconueniens, ſic oſtendit: Conſtat, ꝙ eadem circulatio ſecundum vnũ & idem multoties eſt, id eſt, reiteratur, ergo ſi intelligentia eſt circulatio, ſicut tu dicis, intelligentia multo- T.com.51. ties ſecundum vnum & eundem motum, & ſuper idem multoties reiterabitur, & ſic multoties intelliget idem. Intellectus enim mouendo ſe tangit, & tangendo intelligit, ſicut ipſi dicunt, & circulariter multoties tangit idem, & ſic multo- T.com.52. ties intelliget idem, quod eſt inconueniens. Sextam rationem ponit, cum dicit.

*f* Adhuc autem intelligentia aſſimilatur cuidã ſtatui & quieti magis, quàm motui, eodem autem modo & ſyllogiſmus.

*g* At vero neque beatum, quod non facile, ſed violentum. Si autem eſt motus ipſius non ſubſtantia, extra naturam vtique mouebitur.

*h* Laborioſum autem eſt, commiſceri animã corpori, nec poſſibile abſolui. Et adhuc fugiendum, ſiquidem melius eſt intellectui, non cum corpore eſſe, quemadmodum & conſuetum eſt dici, & multis videtur.

*i* Immanifeſtata autem, & circulo ferri cœlum cauſa. Neque enim animæ ſubſtãtia, cauſa circulariter ferri animã, ſed ſecundum accidens ſic mouetur. Neque corpus cauſa, ſed anima magis illi. At vero neque quia melius dicitur, & tamen oportebat propter hoc Deum facere circulariter ferri animam, quia dignius ſit ipſi moueri, quam manere, moueri autem ſic, quam aliter. Quoniam autem huiuſmodi intentio eſt alteris rationibus magis propria, hanc quidem dimittamus nunc.

*k* Illud autem inconueniens accidit huic rationi, & pluribus, quæ de anima. Copulant enim, & ponũt in corpus animam, nihil determinantes, propter quã cauſam, & qũo habẽte corpore. Et tamen videtur hoc vtiq; neceſſarium eſſe, propter enim communitatẽm hoc quidem agit, hoc autem patitur, & hoc

*f* ¶ Quæ talis eſt: Si intelligentia circulatio eſt, vt tu dicis, T.com.53. debet aſſimilari motui: ſed nos videmus totum contrarium, quia intelligentia magis aſſimilatur quieti, quàm motui: ergo intelligentia non eſt circulatio. Quod autem magis aſſimiletur quieti, quam motui, patet, quia, ſicut ipſe dicit in 7. Phyſ. nõn poteſt fieri aliquis ſapiens, quando motus eius nõ reſident, nec quieſcunt. Vnde in pueris, & in omnibus, in quibus motus non quieſcunt, non de facili inuenitur ſapientia. Sed tunc aliquis ſapientiam acquirit, quando quieſcit, vnde dicit, quod in quieſcendo & ſedendo anima ſapiens fit & prudens. Sed quia poſſet dici, quod hoc verum eſt de ſimplici intelligentia, ſed non de ſyllogiſmo, ideo Ariſtot. dicit, quod eodem modo & ſyllogiſmus aſſimilatur magis quieti, quam motui. Et hoc patet. Ante enim quam ſit ſyllogizatum de aliqua re, intellectus & mens hominis fluctuat ad vnam & ad aliam partem, & non quieſcit in aliqua. Sed quando iam eſt ſyllogizatum, determinate inhæret vni parti, & quieſcit in illa. Septimam rationem ponit, cum dicit.

*g* ¶ Quæ talis eſt: Conſtat, quod beatitudo animæ eſt in intelligendo: ſed beatitudo non poteſt eſſe in eo, quod eſt violentum, & præter naturam, cum ſit perfectio, & finis vltimus animæ, ergo cum motus non ſit ſecundum naturam, & ſecundum ſubſtantiam animæ, ſed præter naturam eius, impoſſibile eſt, quod intelligere, quod eſt operatio animæ, & in quo eſt beatitudo animæ, ſit motus, vt Plato dicebat. Quod autem motus ſit præter naturam animæ, patet ex poſitione

F Platonis. Ipſe enim animam componi ex numeris, & poſtea dicit eam diſpartitam in duos circulos, & hoc reflexit in 7. & ex hoc ſequitur motus, ex quo apparet, quod motus non ineſt ei naturaliter, ſed per accidens. Octauam rationem ponit, cum dicit.

*Item intellectio ſimilis eſt quieti potius cuidam, & ſtatui. Eodem etiam modo ſyllogiſmus.*

*Quin ne beatum quidem eſt, quod non facile, ſed violentum eſt. Quod eſt motus eius non ſubſtantia, vtiq; præter naturam mouebitur.*

G *Laborioſum etiam eſt, coniunctum eſſe cum corpore, nec poſſe ab eo ſolui, & inſuper etiam fugiendum, ſiquidem melius eſt intellectui, non eſſe cum corpore, quemadmodum dici ſolet, & inter pleroſq; conuenit.*

H *Incerta eſt etiam cauſa, cur cœlum circumferatur, neq; enim animæ ſubſtantia cauſa eſt, quamobrem circumferatur, ſed per accidens ita mouetur, neq; corpus eſt cauſa, ſed illi potius anima, neq; vero quod melius dicatur, atqui oportebat Deum propterea facere animam circumferri, quod melius ſit ei moueri, quam ſtare, & ita moueri, quã aliter. Sed quoniam hæc conſideratio alijs eſt diſputationibus accommodatior, eam in præſentia prætermittamus.*

I *Illud autem abſurdum accidit, & huic ſermoni, & plurimis eorũ, qui de Anima haberi ſolent. Compingũt enim & immittunt in corpus animam, nihil præterea diſtinguentes, quam ob cauſam, & quomodo ſe habente corpore. Quod tamen neceſſarium eſſe videatur, nam propter communionem hoc agit, illud patitur, atq; hoc mouet, illud mouetur.*

*h* ¶ Quæ talis eſt: Videtur, quod ſecundum opinionẽ Platonis anima de ſua natura non ſit vnita corpori. Nam ipſe poſuit, eam primo compoſitam ex elementis, & poſtea complexam, quod adunatã corpori, & inde non poſſe ſecedere, cum vult. Inde ſic: Quandocunque eſt aliquod vnitum contra naturam ſuam alicui, & non poteſt inde, cum vult, recedere, ei eſt pœnale, & quandocunque aliquid in vnione ad aliud deterioratur, eſt fugiendum, & nociuum. Sed anima vnitur corpori contra naturam ſuam, vt dictum eſt, nec poteſt inde recedere, cum vult, necnon & deterioratur in vnione ad corpus, ſicut conſuetum eſt dici à Platonicis, & multis ex eis. Videtur ergo, quod animæ pœnale eſt, & fugiendum, eſſe cum corpore. Non ergo conueniens eſt dictum Platonis, ſcilicet quod anima cõpoſita ex elementis, primo commiſceatur corpori. Nonam rationẽ ponit, cum dicit.

*i* ¶ Quæ talis eſt: Plato loquitur de anima vniuerſi, & dicit, eam moueri circulariter, ſed ſecundum opinionem ſuam, cauſa quare cœlum mouetur circulariter, eſt immanifeſta, id eſt, non aſſignatur. Si enim cœlum mouetur circulariter, aut ergo hoc erit propter principia naturaliter, aut propter finem. Si dicatur, quod naturaliter propter principia, aut erit propter naturam animæ, aut propter naturam corporis cœleſtis: ſed non eſt propter naturam animæ, quia moueri circulariter, non ineſt animæ ſecũdum ſubſtantiam ſuam, ſed per accidens, quia (vt dictum eſt) anima mouetur per ſe, & ſecundum ſuam ſubſtantiam motu recto, & deinde aſpectum rectũ reflexit in circulos. Nec etiam propter naturam ipſius corporis cœleſtis, quia corpus non eſt cauſa motus animæ, ſed anima eſt magis corpori cauſa, quod moueatur. Si autem dicatur, quod propter finem, non poteſt aſſignari aliquis finis determinatus ſecundum eum, cum quæritur, quare ſic mouetur, & non alio motu, niſi K quod ſic Deus voluerit eum moueri. Sed Deus propter aliquam cauſam dignatus eſt cœlum potius moueri, quam manere, & moueri ſic, id eſt, circulariter, quam alio motu, quam cauſam Plato non aſſignat. Sed quia hanc aſſignare eſt magis proprium [aliis rationibus,] id eſt, in alio tractatu, ſcilicet in lib. de Cœlo, ideo dimittamus ipſam ad præſens. Lib. 2. lec. 3. Decimam rationem ponit, cum dicit.

Lect. 7.

*k* ¶ Quæ nõ ſolum eſt contra Platonẽ, ſed ẽt contra multos alios, & ducens ad inconuenientia, & oſtendens eorum poſitiones deficientes, quæ talis eſt: Conſtat, quod inter mouens & motũ eſt aliqua ꝓportio, & inter agens & patiens, & inter formam & materiam. Non ſimiliter enim quælibet forma cuilibet corpori conuenit & vnitur, neque omne agens agit

in

in omne patiens. Neq; quodlibet mouens mouet quodlibet motum, ſed oportet, quod ſit inter ea aliqua communicatio & proportio, ex qua hoc ſit aptum natum mouere, illud vero moueri. Patet autem, quod iſti Philoſophi poſuerunt animá eſſe in corpore, & mouere corpus: cum ergo loquātur de ipſa natura animæ, videtur etiam neceſſariū, ꝙ aliqui dixiſſent de natura corporis, ꝓpter quam cauſam vniatur corpori, & qūo ſe habeat corpꝰ ad eam, & qūo comparatur corpus ad animam. Non ergo ſufficienter determinant de anima, dum conātur dicere ſolū, quale quid ſit anima, & negligunt oſtēdere, quale quid ſit corpus ſuſcipiens ipſam. Ex quo conuenit eis illud, quod in fabulis Pythagoricis habetur, ꝙ quælibet anima in quodlibet
T.com.54. corpus ingrediatur, puta ſi caſu cōtingat, in corpus elephantis intrare animam muſcę. Quamuis hoc nō poſſit eſſe, cū vnumquodq; corporū, & maxime animalium, habeat propriā formam & propriā ſpe-
T.com.55. ciem, & propriū mouens, & propriū motum, & multū differat corpus vermis à corpore canis, & corpus elephantis à corpore culicis. Hoc tamen dicentes, ſcil. ꝙ q̄libet anima quodlibet corpus ingreditur, dicunt ſimile, ac ſi quis dicat, artem
T.com.56. textrinam ingredi in fiſtulas, & ęrariam in telariam. Et tamen ſi ipſis artibus ineſſet natura ingrediendi corpora ſeu organa ex ſeipſis, non quælibet in quodlibet ingrederetur, ſed fiſtulatiua ingrederetur in fiſtulas, non in lyras, citharatiua autem in citharas, & non in fiſtulas. Eodem igitur modo, ſi animæ cuilibet ſit corpus, vnaquæq; anima non quodlibet corpus ingreditur, immo ipſa anima idoneū format ſibi corpus, & non aſſumit paratum. Sic ergo Plato & alij Philoſophi loquentes tantum de animæ natura, inſufficienter dixerūt, nō determinantes, quod ſit corpus conueniens cuilibet aīæ, & qualiter, & quale exiſtēs vniatur ſibi.

quidem mouet, illud autē mouetur. Horum autem nihil ineſt adinuicem quibuſcunque. Hi autem ſolum conantur dicere, quale quid ſit anima, de ſuſceptiuo autem corpore nil adhuc determinant, tanquā contingēs ſit, ſecundum Pythagoricas fabulas, quamlibet in quodlibet corpus ingredi. Videtur enim vnumquodq; propriam habere ſpeciem & formam. Simile itaq; aliquid dicunt, ſicut ſi aliquis dicat, tectonicam in fiſtulas ingredi. Oportet enim artem quidem vti organis, animam autem corpore.

*Horum autem nihil adeſt inter ſe quibuslibet. Hi vero ſolum aggrediūtur dicere, qualequid ſit anima, de recepturo autem corpore, nullam addunt diſtinctionem, quaſi poſſibile ſit ſecundum Pythagoricas fabulas, quamlibet animam quod libet corpus ingredi. Simile ergo quidpiam dicunt, vt ſi quis dicat artem fabrilem in tibias ingredi. Oportet enim artem quidem vti inſtrumentis, animam vero corpore.*

### LECTIO IX.

a Alia autem quædā opinio tradita eſt de anima credibilis quidem multis, & nulla inferior earum, quæ dictæ ſunt, rationibus tamen tanquam pœnis caſtigata, atq; damnata, & in iis, qui in communi fiunt ſermonibus. Harmoniam enim quandam dicunt.

b Etenim harmoniam temperamentum, & compoſitionem eſſe contrariorum, & corpus componi ex contrariis.

c Et quidē harmonia, quædam ratio miſtorum eſt, aut compoſitio, animam autem neutrum poſſibile eſt eſſe horum.

d Amplius autem mouere non eſt harmoniæ, animæ autem attribuunt hoc omnes.

e Congruit autē magis de ſanitate dicere harmoniā, & omnino de corporeis virtutibus, quā de anima. Manifeſtum autem, ſi aliquis tentauerit reddere paſſiones, & opera animæ harmonia quadam, difficile adaptare.

### LECTIO IX.

*Traditur etiam alia quædam de anima opinio, probabilis illa quidem multis; & nulla earum inferior, quæ circumferuntur, quæ tamen veluti ij, qui magiſtratu abijſſent, etiam in communibus diſputationibus rationes retulit.*

*Harmoniā enim quandā eam nōnulli dicunt, etenim harmoniā tēperationē & cōpoſitionē eſſe cōtrariorum, & corpus cōſtare ex cōtrarijs.*

*Atqui harmonia ratio quædam eſt commixtorum, vel etiam compoſitio, anima autem neutrum horum eſſe poteſt.*

*Præterea mouere non eſt harmoniæ, quod tamen, omnes fere dixerim. animæ potiſſimum tribuunt.*

*Magis autē quadrat dicere, harmoniam de ſanitate, & omnino de corporeis virtutibus, quā de anima. Quod apertiſſimum erit, ſi quis tentauerit attribuere affectus, & munera animæ alicui harmoniæ; difficile enim eſt accommodare.*

### LECTIO IX.

a Poſtquam Philoſophus reprobauit opinionē Platonis, hic conſequenter reprobat quandā aliam opinionem conformem opinioni Platonis, quantum ad aliquid. Fuerūt enim quidam, qui dixerunt, quod anima erat harmonia. Et iſti concordauerunt cum Platone in hoc, quod Plato dixit, quod anima erat cōpoſita ex numeris harmonicis, hi vero ꝙ erat harmonia. Sed differebant in hoc, quod Plato dixit, qđ anima erat harmonia numerorum. Hi vero dixerunt, quod harmonia tam cōpoſitorum quam mixtorum vel cōtrariorum erat anima. Circa hoc aūt tria facit. Primo n. ponit opinionem iſtorum, & rationem opinionis. Secundo diſputat contra dictam opinionem, ibi, [Et quidem harmonia, &c.] Tertio oſtendit, qūo hæc opinio eſt multum probabilis, ibi, [Si vero alterū anima eſt, &c.] Circa primū duo facit. Primo enim ponit dictā opinionem de anima, dicens, quod quædā opinio tradita eſt ab antiquis de anima, q̄ videbatur habere rectas rationes, & nō ſolum in ſpeciali de anima, ſed ēt quātum ad id, quod commune eſt ad omnia principia. Et dicit, quantum ad id, quod cōmune eſt,] quia antiqui Philoſophi nihil tractauerunt de cauſa formali, ſed tantū de materiali. Et inter omnes, illi, qui magis viſi ſunt apꝓpinquare ad cauſam formalē, fuerūt Democritus & Empedocles, qui ſc. Empedocles dixit, quod omnia cōſtabant ex ſex principiis, quorū quatuor poſuit materialia, ſcil. quatuor elementa, & duo formalia, partim actiua, & partim materialia, ſc. amicitiam & litem. Et dicebant, ꝙ hæc principia materialia habebāt inter ſe quandā ꝓportionem, q̄ reſultabat ex eis, ita ꝙ cōueniebāt in aliquo vno, quia ſine hoc non poſſent eſſe ſimul. Et hāc dicebant formā rerū & harmoniā quandam eſſe. Vnde ſicut de aliis formis, ſic dicebant de anima, quod erat harmonia quædā. Secundo cū dicit.

b ¶ Ponit rationem huiuſmodi opinionis, dicēs, ꝙ harmonia eſt complexio, & proportio, & temperamentum cōtrariorum in cōpoſitis, & mixtis. Et hæc ꝓportio, q̄ eſt inter iſta cōtrarie, dicitur harmonia & forma illiꝰ cōpoſiti. Vnde cū anima ſit q̄dā forma, dicebāt, ipſam eſſe harmoniam. Dicitur aūt hæc opinio fuiſſe cuiuſdā Dinarchi & Simiatis & Emped. Cōſequenter cum dicit.

c ¶ Diſputat contra opinionem prędictā. Et circa hoc duo facit. Primo n. diſputat generaliter ad poſitionem dictorū Philoſophorum. Secūdo vero in ſpeciali ad ponentem, ſc. contra Emped. ibi, [Inueſtigabit aūt hoc, &c.] Ad poſitionem aūt obiicit quatuor rationibus, quarū prima talis eſt: Cōſtat, ꝙ harmonia proprie dicta eſt cōſonantia in ſonis: ſed iſti tranſumpſerūt iſtud nomen ad omnem debitā proportionem, tam in rebus cōpoſitis ex diuerſis partibus, quam in cōmixtis ex cōtrariis. Secundum hoc ergo harmonia duo poteſt dicere, quia vel ipſam cōpoſitionem, aut cōmixtionem, vel proportionem illius cōpoſitionis ſeu commixtionis. Sed conſtat, ꝙ neutrum iſtorum eſt anima: ergo anima non eſt harmonia. Quod autem anima nō ſit cōpoſitio ſiue proportio compoſitionis, patet. Iſti enim accipiunt animam vt ſubſtantiam quandam, ſed illa duo ſunt accidentia, nō ergo idem ſunt. Secūdam rationem ponit, cum dicit.

d ¶ Quæ talis eſt: Conſtat, ꝙ omnes Philoſophi dicunt, ꝙ anima mouet, ſed harmonia nō mouet, immo relinquitur ex mouente, & ſequitur, ſicut ex motu chordarū, qui eſt ꝑ muſicam, relinquitur harmonia quædā in ſono. Et ex applicatione & cōtemperatione partium a cōponente, relinquitur ꝓportio quædam in cōpoſito: ergo ſi anima eſt harmonia, & hæc relinquitur ex harmonizatore, oportebit ponere aliam animā, quæ harmonizet. Tertiam rationē ponit, cum dicit.

e ¶ Quæ talis eſt: Philoſophus dicit in 4. Phyſic. Quicunque aſſignat diffinitionem ſeu naturā rei, oportet ꝙ illa aſſignatio, ſi ſufficiens eſt, conueniat operationibus & paſſionibus

illius rei: tunc enim diffinitur optime, quid eſt res, quando nos non ſolũ cognoſcimus ſubſtantiam & naturã ipſius rei, ſed etiam paſſiones & accidentia eius. Si ergo anima eſt harmonia quædam, oportet quod per cognitionem harmoniæ deueniamus in cognitionem operationum & accidentium animæ. Sed hoc eſt valde difficile, vtputa ſi velimus operationes animę in harmoniam referre. T.com.57. Cuius n. harmoniæ erit ſentire, & cuius amare, aut odire, & intelligere? Sed per cognitionẽ harmoniæ magis congruit venire in cognitionem accidentium corporũ, vt ſi velimus cognoſcere ſanitatẽ, dicemus, quod eſt complexio adæquata & cõtemperata humorum & qualitatũ in corpore, & ſic de aliis corporeis virtutib⁹, & ſic harmonia magis eſſet attribuenda corpori, quã animæ. Quartam rationem ponit, cum dicit.

*f* ¶ Quæ talis eſt: harmonia inuenitur aliquando in cõpoſitis, & habentibus cõpoſitionem & motũ, quia quando hæc ſic inuicẽ ſimul ponuntur & ordinantur, T.com.58. [vt nullum congeneũ,] id eſt, vt nullus defectus eiuſdem generis ibi ſit, tũc illæ partes dicuntur bene harmonizatæ, & cõpoſitio ipſarum vocatur harmonia, ſicut ligna, T.com.59. & lapides, & alia corpora naturalia. Sic etiam & chordæ quãdo bene ordinatæ ſunt, vel fiſtulæ, vt exinde conſonantia ſonorum reſultet, dicuntur bene harmonizatæ, & hui⁹ cõſonãtia dicitur harmonia, & hoc modo ꝓprie dicitur harmonia. Aliquando inuenitur in corporibus mixtis ex contrariis. Quãdo enim aliqua contraria ſunt complexa & commixta T.com.60. in aliquo, ita vt nulla repugnantia ſeu exceſſus alicuius contrarij ſit ibi, vtputa calidi, aut frigidi, aut humidi, aut ſicci, tunc illa dicuntur bene harmonizata, & horũ ratio, i.e. ꝓportio, dicitur harmonia. Si ergo anima eſt harmonia, ſcdm aliquẽ iſtorum modorũ diceretur. Sed cõſtat, ꝙ neutro iſtorũ modorum rationabile eſt animã dici harmoniã, ergo male dicunt animã harmoniã eſſe. Et ꝙ neutro iſtorum modorũ anima dicatur harmonia, patet. Nõ n. anima poteſt dici harmonia, ꝙ inuenitur in reb. cõpoſitis, & habentibus cõpoſitionem, ꝙ patet. Nam ordo partium cõpoſitarum in corpore eſt valde manifeſtus, facile n. eſt ſcire ordinem oſſium ad oſſa, & neruorum ad neruos, & brachij ad manũ, & carnis ad oſſa. Sed ratio ordinis partium animæ eſt nobis immanifeſta. Non enim per hoc poſſumus ſcire ordinem, qui eſt inter intellectum & ſenſum, & appetitum, & huiuſmodi. Nec etiam poteſt dici harmonia ſecundum proportionem corporum commixtorum ex cõtrariis. Et hoc duplici ratione: Vna ratio eſt, quia diuerſa proportio inuenitur in diuerſis partibus corporis: nam commixtio ele-F mentorum non habet eandem rationem, id eſt, proportionem, ſecundum quam eſt caro, & ſecundum quam eſt os: ergo in diuerſis partibus erunt diuerſæ animæ ſecundum diuerſam proportionẽ & multiplicationẽ partium animalis. Alia ratio eſt, quia omnia corpora ſunt commixta ex elemẽtis & contrariis: ſi ergo proportio cõmixtionis in quolibet corpore eſt harmonia, & harmonia eſt anima, ergo in quolibet corpore erit anima, quod eſt inconueniens. Et ſic patet, quod inconuenienter dicunt, animam eſſe harmoniam. Conſequenter cum dicit.

*g* ¶ Diſputat contra Emped. & ponit contra eũ tres rationes, quas non deducit. Quarum prima talis eſt: Ipſi ponũt, quodlibet corpus conſiſtere [ratione,] id eſt, proportione quadã, quam dicũt harmoniam: & hanc dicunt animã: quæro ergo, vtrum anima ſit ipſa ratio, id eſt, proportio cõmixtionis, aut aliquid aliud à proportione. Si tu dicis, quod eſt ipſa proportio, tunc cum in vno corpore ſint diuerſæ proportiones ſecundum diuerſas partes, ſequuntur duo incõuenientia, ſcil. quod multæ animæ ſint in vno corpore, ſecundum diuerſas partes, & quod in quolibet mixto ſit anima. Si dicas, quod eſt aliud, quam proportio, tũc cũ proportio ſit harmonia, anima non erit harmonia. Secundam rationem ponit, cum dicit.

*h* ¶ Quæ talis eſt: Emped. ponebat, ꝙ amicitia eſſet cauſa cõgregationis in rebus, & his cauſa diſgregationis: ſed in congregatione ſit aliqua proportio: q̃ro ergo, vtrum amicitia ſit cauſa cuiuſlibet congregationis, aut tantũ cõgregationis harmonizatæ. Si tu dicas, ꝙ amicitia eſt K cauſa cuiuſlibet cõgregationis, tũc oportebit ponere aliqd aliud ab amicitia, ꝙ cauſet hmõi ꝓportionẽ & harmoniã in cõgregationibus harmonizatis: vel erit dicere, ꝙ huiuſmodi harmonizatio ẽ à caſu. Si tũ dicas, ꝙ ẽ cã ſolũ cõgregationis harmonizatæ, tũc amicitia non erit cauſa omnis congregationis, ꝙ eſt cõtra eum. Tertiam rationem ponit, cum dicit.

*i* ¶ Quæ talis eſt: Emped. dicit, ꝙ amicitia eſt, q̃ facit cõgregationẽ in rebus: q̃ro ergo, vtrũ amicitia ſit idẽ cum ipſa cõgregatione harmonizata, aut non. Si dicatur, ꝙ eſt idẽ, tunc cũ nihil ſit cauſa ſuiipſius, amicitia non erit cauſa illius congregationis, ſicut Emp. dicebat. Si vero dicatur, ꝙ non eſt idẽ contra. Congregatio harmonizata nihil aliud eſt, q̃ conuenientia quædã, amicitia vero videtur eſſe quædã conuenientia, ergo eſt idẽ, & ſic idẽ, ꝙ prius. Conſequenter cum dicit.

*k* ¶ Oſtendit, quomodo hæc opinio eſt multũ ꝓbabilis, dicens, ꝙ ideo videtur hæc opinio probabilis, quia poſito vno ponitur aliud, & remoto vno, remouetur alterũ. Nam recedente

*f* Amplius aũt dicimus harmoniam in duo reſpicientes, maxime quidem proprie, magnitudinum in habẽtibus motum & poſitionem, compoſitionem ipſarum, cum ſic congruant, vt nullum congeneum prætermittatur. Hinc autẽ & eorum, quæ cõmiſcentur rationem. Neutro quidẽ igitur modo rationabile. Compoſitio autem partiũ corporis multum inueſtigabilis eſt. Multæ enim cõpoſitiones partium, & multipliciter ſunt. Cuius igitur & quomodo cõgruit opinari, intellectũ compoſitionem eſſe, aut & ſenſitiuum & appetitiuum. Similiter autem & inconueniens & rationẽ mixtionis eſſe animam. Non enim eandem habet rationem commixtio elementorum, ſecundũ quam caro, & ſecundum quam os, accidet igitur multas animas H habere, & ſecundũ omne corpus, ſiquidẽ omnia ex elementis commixtis ſunt, commixtionis autẽ ratio harmonia & anima.

*g* Inueſtigabit autem hoc vtiq; aliquis ab Emped. vnumquodque enim horũ in ratione quadam dicit eſſe. Vtrum igitur hæc ratio anima eſt, an magis alterum aliquid, cum ſit in membris, ingeneratur?

*h* Amplius autem, vtrũ concordia cuiuſlibet mixtionis cauſa, an eius, quæ ſecundũ rationem.

I *i* Et hæc, vtrum ratio eſt, an alterum aliquid præter rationem. Hæc quidem igitur habent huiuſmodi dubitationes.

*k* Si vero alterum eſt à mixtione anima, quid igitur ſimul cum carni eſſe, interimitur, & eſſe aliis partibus animalis? Adhuc autem ſiquidem non vnaquæq; partium habet animã, ſi nõ eſt anima ratio cõpoſitionis, quid ẽ, ꝙ corrũpitur anima digreſſa?

*Præterea ſi dicamus harmoniam ad duo ſpectantes, propriiſſime quidẽ in magnitudinibus iis, quæ habent motum & poſitionem, compoſitionẽ earum, cum adeo hærent, vt nihil prorſus eiuſdem generis admittant, atq; hinc etiam permixtorum rationem, profecto neutro quidem modo rationi conſentaneum fuerit, partium tamen compoſitio nullo nego-* G *tio refelli poteſt: multæ enim compoſitiones ſunt partium, eæq; variæ. Cuius igitur, aut quo tandem pacto exiſtimare oportet, intellectum eſſe compoſitionem aut etiam ſenſitiuũ, aut appetitiuum? Pari quoq; modo abſurdum eſt, animam eſſe permixtionis rationem, non enim eandem obtinet rationem elementorum permixtio, qua caro, & qua os permixtum eſt, itaq; fiet, vt multas habeat animas, eaſq; per vniuerſum corpus, ſiquidem omnia ex elementis permixtis ſunt, ratio vero permixtionis* H *harmonia eſt, & anima.*

*Hoc etiam aliquis ab Empedocle peteret, nam vnumquodq; eorum ratione quadam conſtare dicit. Vtrum igitur anima eſt ratio, an potius, cum aliquid aliud ſit, membris accedit?*

*Ad hæc vtrum amor cuiuſlibet permixtionis eſt cauſa, an eius, quæ in ratione conſiſtit?*

I *Atq; hæc eadem, vtrum ratio, an aliquid aliud eſt præter rationem? Ac de iis quidem eiuſmodi dubitationes oriuntur.*

*Quod ſi anima diuerſum eſt à permixtione, cur vna cum carni eſſe, reliquis etiam animalis partibus tollitur? Ad hæc ſi non vnaquæq; partium habet animam, ſi non eſt anima ratio permixtionis, quid eſt, quod abſcedente anima corrumpitur?*

dente ab aliquo corpore harmonia, recedit anima, & permanente harmonia, permanet anima. Sed hoc nõ ſequitur, quia proportio huiuſmodi non eſt forma, ſicut ipſi credebant, ſed eſt diſpoſitio materiæ ad formam. Et ſic ſi accipiatur propria harmonia compoſitionis pro diſpoſitione, bene ſequitur, ꝙ manẽte diſpoſitione
T.com.61. materiæ ad formam, manet forma, & deſtructa diſpoſitione, remouetur forma. Non tamen quod harmonia ſit forma, ſed diſpoſitio materiæ ad formam. Secundo cum dicit.

*l* Quod quidem igitur; neque harmoniam poſſibile eſt eſſe animam, neque circulariter moueri, manifeſtum eſt ex dictis. Secundũ accidens autẽ moueri eſt, & mouere ſeipſam, vt moueri quidem, in quo eſt, hoc autem moueri ab anima. Aliter autem non eſt poſſibile moueri ſecundum locum ipſam.

Lect.6. *l* ¶ Concludit, & epilogat, ꝙ anima nõ mouetur circulariter, ſicut Plato dixit. Nec eſt harmonia, ſicut Emped. aſſeruit. Mouetur autẽ ſecũdum accidens, ſicut diximꝰ ſupra, & mo-
T.com. 62. uet ſeipſam. Et quod moueatur ſecũdum accidens, patet, quia mouetur, in quãtum mouetur corpus, in quo eſt, corpus autẽ mouetur ab anima. Alio modo non eſt, moueri ipſam ſecundum locum, niſi per accidens.

*LECTIO X.*

*a* RAtionabilius autem dubitabit vtiq; aliquis de ipſa, tanquam quæ mouetur, in huiuſmodi reſpiciens. Dicimus enim animam triſtari, gaudere, confidere, timere. Amplius autem iraſci, & ſentire, & intelligere. Hæc autem omnia motus eſſe videntur, vnde opinabitur aliquis ipſam moueri.

*b* Hoc autem non eſt neceſſe. Si enim & quã maxime gaudere, aut dolere, aut intelligere, motus ſunt, & vnumquodq; moueri aliquid. Moueri autem eſt ab anima, vt iraſci, aut timere, in eo, ꝙ cor quodammodo mouetur. Intelligere autẽ, aut tale eſt, aut forſitan alterum aliquid.

*c* Horum autem accidunt alia quidem, ſecundũ loci mutationem quibuſdã motis, alia vero ſecundũ alterationem. Qualia autem & quomodo, alterius rationis eſt. Dicere autẽ iraſci animam, ſimile eſt, & ſi aliquis dicat, eam texere, vel ædificare, melius enim fortaſſis eſt, nõ dicere animam miſereri; aut ad-

*LECTIO X.*

T.com.63. *a* POſtquam Philoſophꝰ poſuit rationes illorum, qui dixerunt, animã moueri, ex eo quod ipſa mouet corpus, & diſputauit contra eos. Hic conſequenter vult oſtendere, quod euidentior ratio, qđ anima moueatur, po-
T.com.35. teſt ſumi ex ipſis operationibus animę. Et circa hoc duo facit. Primo n. mouet dubitationem illorum, qui dixerunt, animam moueri ex operibus animæ. Secundo vero ſoluit dubitationem huiuſmodi, quantum ad propoſitũ pertinet, ibi, [Hoc autẽ nõ eſt neceſſe, &c.] Dicit ergo primo, quod licet prædicti Philoſophi dubitauerint, vtrũ anima moueretur, ex eo, quod mouet corpus, tamen [rationabilius,] id eſt, probabilius, dubitabit aliquis de anima, quod moueatur, [cõſiderans huiuſmodi,] quæ dicetur, id eſt, in operationibus animæ. Ex his enim poterit probabiliter oſtendi, quod anima mouetur. [Nos enim dicimus animã triſtari, gaudere, confidere,] id eſt, audere [& timere.] Amplius autem dicimus ipſam iraſci, ſentire, & intelligere. Cum ergo hæc omnia ſint operationes animæ, & ſint motus quidam, videtur, quod anima moueatur. Hęc autem dubitatio videtur magis probabilis, quam ſuperior. Nam illa conſiderat motum animæ ex motu corporis. Dicebat enim, quod nihil mouet, niſi moueatur, vnde cum anima moueat corpus, manifeſtum eſt, quod ipſa mouetur. Hæc vero opinio conſiderat motum ipſius animæ ex propriis operationibus animæ. Conſequenter cum dicit.

*b* ¶ Soluit dubitationem. Circa quod ſciendum eſt, quod, quando Ariſtot. inquirit veritatem aliquam ſoluendo & obiiciendo, aliquando obiicit & ſoluit poſt determinatam veritatem, & tunc obiicit, & ſoluit ſecũdum ſuam opinionem, aliquando vero ante determinatã veritatem, & tunc obiicit & ſoluit ſupponendo opiniones aliorum, & non ſecundum ſuam opinionem & veritatem, quam ipſe opinatur. Et huius
Lect.8. exemplũ habemus in 3. Phyſ. vbi Philoſophus diſputat cõtra ponentes infinitum, & vtitur cõtra eos multiſ rationibus, q̃ ſecundum ſe ſunt falſæ, licet ſecundũ illos reputentur veræ, puta, quod omne corpus habet leuitatẽ. Cuius ratio eſt, quia hoc, ſcilic. vtrum omne corpus habeat leuitatem & grauita-

A tem, nondum determinauerat, quod poſtea determinauit in libro de Cœlo. Et ideo reiterauit ibi quęſtionem de infinito. Hunc autem modum obiiciendi & ſoluendi ſeruat hic Ariſtot. vnde & procedit contra eos, ſupponendo iſtorum opi- Lib.1.lect.5.
niones. Illi enim, & maxime Platonici, opinati ſunt, quod

*Nec igitur harmoniam poſſe eſſe animam, neq; in orbem ferri, perſpicuum ex dictis eſt, moueri tamen, & mouere ſeipſam per accidens, vt dicimus, poteſt. Verbi cauſa: Moueri quidem id, in quo eſt, atq; id demum moueri ab anima. Alio autem modo haudquaquam fieri poteſt, vt loco moueatur.*

B

LECTIO X.

*SEd aptius de ipſa quærat quiſpiã, vt de ea, quæ moueatur, ad hæc animaduertens. Dicimus enim, animam angi, lætari, confidere, timere: ad hæc iraſci, ſentire, ratiocinari, quæ omnia eſſe motus videntur. Quamobrem eam aliquis moueri putauerit.*

*Quod tamen non eſt neceſſarium. Nam tametſi vel maxime angi, vel lætari, vel ratiocinari motus ſunt,*
C *atq; horum vnumquodq; eſt moueri, tamen moueri ab anima eſt, vt iraſci, vt timere, eo quod cor ita mouetur. Ratiocinari autem, aut eiuſmodi fortaßis eſt, aut aliud quidpiam.*

*Horum autem partim eueniunt, dum latione aliqua mouentur, partim dum alteratione. Quanam porro illa ſint, & quomodo, id alio pertinet. Dicere autem, iraſci animam, vel timere, ſimile eſt, atq; ſi quis dicat, animam texere, vel ædificare, melius enim fortaßis eſt non dicere animam miſereri, aut diſcere, aut*
D *ratiocinari, ſed hominem anima.*

triſtari, gaudere, iraſci, ſentire, & intelligere, & huiuſmodi, q̃ dicta ſunt, ſint motꝰ
animæ. Et ꝙ quodlibet illorum, etiam intelligere, fiat per organum determinatum, & quantum ad hoc, non ſit differentia inter ſenſitiuam, & intellectiuã, & qđ omnis anima nõ ſolũ intellectiua ſit incorruptibilis. Ariſto. vero omnia iſta concedit. Ipſe enim ſupponit, ꝙ huiuſmodi operationes fiant per determinatã organa, etiam intelligere. Et ꝙ omnis anima ſit incorruptibilis. Hoc tantũ negat, ſcil. quod huius operationes, ſcil. ſentire, gaudere, & huiuſmodi, ſint motus animæ, ſed motus coniuncti, & quantũ ad hoc, diſputat cõtra eos. Et circa hoc duo facit. Primo n. oſtendit, ꝙ huiuſmodi operationes non ſunt motus animæ. Secundo vero ꝓbat hoc quodã medio, ibi; [Intellectus autem, &c.] Dicit ergo, quod iſti dicunt duo: & primo, quod gaudere, & triſtari, & huiuſmodi, ſunt motus. Secundo, ꝙ hæc attribuuntur animę, ſcil. iraſcatur, gaudeat, ſentiat, & huiuſmodi, & ſic videtur, quod anima moueatur. Sed hoc non eſt neceſſe, imo vtrumque iſtorum eſt falſum, ſcil. quia neq; huiuſmodi operationes ſunt motus; & neq; attribuuntur animæ, ſcil. quod iraſcatur, gaudeat, ſentiat, & huiuſmodi. Sed dato, quod ſint motus, & loquamur de eis, ſecundum quod ſunt motus, nihilominus tamen falſum eſt, quod attribuãtur animæ, & per conſequens, ꝙ ſecũdum huiuſmodi operationes moueatur. Quod ſic patet: Conſtat enim, ꝙ ſi huiuſmodi operationes ſunt motus, & attribuantur animæ, ꝙ non attribuuntur ſibi, niſi ſecundũ aliquas determinatas partes corporis, ſicut ſentire non attribuitur animæ, niſi aliqua parte corporis, vt in oculo ſenſus, qui eſt per viſum, & iraſci in corde, & ſic de aliis. Similiter manifeſte apparet, ꝙ nõ ſunt animæ tantũ motus, ſed coniuncti. Sunt tamen ab anima, vt puta in hoc, ꝙ eſt iraſci. Anima n. iudicat aliquid eſſe dignum ira: cor a. animalis ex hoc mouetur, & feruet circa ipſum ſanguis. Sic autẽ ſe ha-
E bet ad timores. Nam aliqua particula corporis contrahitur ad terribile, & alteratur; & ſimiliter de aliis. Et ſic anima non mouetur, ſed eſt moueri ab ea, in eo ꝙ aliquid, vt cor, quodãmodo mouetur. Et quia ipſe determinabit inferius, quod intelligere eſt quædam operatio animæ, in qua nõ communicat cum corpore, & non eſt coniuncti. Ideo dicit, quod intelligere forſitan eſt aliquid alterum ab operationibus coniuncti. Et dicit [forſitan,] quia non loquitur diffiniendo, ſed ſupponendo. Quia vero dixit, ꝙ huiuſmodi motus non ſunt animæ, ſed coniuncti, ſunt tamen ab anima. Ideo cum dicit.

*c* ¶ Vult oſtendere, quod huiuſmodi motus corporis ſunt ab anima ſecũdum loci mutationem. Sicut patet in ira, quæ fit in anima, motis quibuſdam particulis ipſius corporis, ſcil. moto corde. Ex ira enim ſanguis exit ad partes exterio-

res, motus à feruore cordis. Alia vero eſt ſecundum alterationem, ſicut patet in timore. Nam cor ad terribile cõtrahitur & infrigidatur, & alteratur homo, & palleſcit. Quales autem paſſiones ſint, & quomodo moueantur, alterius rationis eſt dicere. Sic igitur patet, quod huiuſmodi motus nõ ſunt animæ, ſed corporis ab anima, vt dictum eſt. Sicut ergo animal habet operationes corporales, & huiuſmodi non ſunt animæ, ſed corporis, ſeu coniuncti, ita & huiuſmodi operationes, ſcil. ſentire, & gaudere, & huiuſmodi, nõ debent referri ad animã, ſed ad cõ-

T. com. 66. iunctum. Nam ſi aliquis dicat, animam iraſci, & ſecundum huiuſmodi operationes moueri, ſimile eſt, ac ſi dicat, ipsã animam texere, vel ædificare, aut citharizare. Nam & anima eſt cauſa horum motuum. Habitus enim ædificatiuus & textiuus, & citharizandi, eſt in ipſa anima, & huiuſmodi ab anima

T. com. 67. ſunt. Sed ſicut melius eſt dicere, quod ædificator ædificat, non ars, licet ædificator ædificet per ædificatiuam artem, ſic fortaſſis melius eſt dicere, quod anima non miſeretur, neq; addiſcit, neq; intelligit, ſed homo per animã. Dicit, [fortaſſis intelligere,] quia loquitur ſupponendo, vt dictum eſt. Quia vero per hoc, ꝙ dicit, [ꝙ nõ mouetur anima.] ſed homo per animã, poſſet intelligi, quod motus exiſteret in anima, ſicut in ſubiecto, ideo remouet hoc, dicens, ꝙ cum dico hominẽ moueri ab anima, nõ ſic dico, ꝙ motus in illa, ſcil. in anima exiſtat, ſed quaſi ab illa. Cum n. dico, hoc mouetur per hoc, iſtud poteſt dupliciter intelligi, vel quia aliquando ipſa res, qua aliquid mouetur, motus ſuſtinet: vt cum dico, hominẽ moueri pede, quia ipſe pes mouetur: vel quia ipſa aliquãdo res nõ ſuſtinet motum, ſed impellit aliquid ad motum, & hoc modo homo dicitur moueri per animã. Et in hoc eſt duplex motus, quia aliquãdo anima eſt vt terminus motus, quãdo ſcil. motus eſt ad illam, ſcil. ad animã, ſicut in apprehẽſione ſenſibilium. Nam quando anima apprehendit exteriora ſenſibilia, tunc virtus ſenſitiua, q̃ eſt in organo, nititur & mouetur ad remittẽdum & reducendum ſpecies & intentiones rerum ſenſibilum vſq; ad illam, ſcil. ad animam Aliquãdo vero anima eſt vt principium motus, quando ſcil. motus operationis initiatus eſt ab illa, ſcil. anima, vt eſt reminiſcentia, à qua intẽtiones & phãtaſmata rerum occultata & recõdita educũtur ad intelligẽdum res ſenſibiles. Siue autẽ motus aut quietes dicat aliquis phantaſmata huiuſmodi ſint derelicta interius, non refert, quantũ ad præſentem materiam. Patet igitur, ꝙ huiuſmodi motus nõ attribuũtur animę, ſed ſunt coniuncti, ab ipſa anima tamen, & nõ ſicut motu exiſtente in ipſa anima. Notandum tamen, ꝙ hæc ſolutio p̃dictæ dubitationis nõ eſt diſtinctiua & diffinitiuá veritatis, ſed obuiatiua. Sciendũ enim, ꝙ motus attribuuntur operationibus animæ à diuerſis diuerſimode. Nam tripliciter inuenitur motus in operationib. animæ. In quibuſdam n. inuenitur motus proprie, in quibuſdã minus proprie, in quibuſdam vero minime proprie. Proprie n. inuenitur motus in operationib. animæ vegetabilis, & in appetitu ſenſitiuo. In operatione quidem animæ vegetabilis eſt proprie motus, quando mouetur, vel ineſſe naturæ per

diſcere, aut intelligere, ſed hominem anima. Hæc autem non tanquam motu in illa exiſtent, ſed aliquando quidem vſq; ad illam, aliquando autem ab illa, vt ſenſus quidem ab his, reminiſcentia vero ab illa, ad motus, qui ſunt in ſenſibilibus organis, aut quietes.

*d* Intellectus autem videtur innaſci ſubſtantia quædã exiſtens, & nõ corrumpi. Maxime enim corrumperetur vtiq; ab ea, quæ eſt in ſenio, debilitate. Nunc autem, quemadmodum in ſenſoriis accidit. Si enim accipiat ſenex oculum iuuenis, videbit ſicut & iuuenis, quare ſenium non eſt in ſuſtinendo aliquid animã, ſed in quo, ſicut in ebrietatibus & infirmitatibus. Intelligere igitur, & conſiderare marceſcunt, alio quodam interius corrupto, ipſum autem paſſibile eſt. Cogitare autem, & amare, & odire, non ſunt illius paſſiones, ſed huius habentis illud, ſecundum ꝙ illud habet. Quare & hoc corrupto, non reminiſcitur, neque amat. Non enim illius erant, ſed communis, quod quidem deſtructum eſt. Intellectus autem fortaſſis diuinius aliquid & impaſſibile eſt. Quod quidem igitur non poſſibile moueri animam, manifeſtum ex his. Si autem penitus non mouetur, manifeſtum, quod neq; à ſeipſa.

*Quod nõ ita intelligendum eſt, quaſi motus in illa ſit, ſed interdum quidẽ vſq; ad illam, interdum vero ab illa. Verbi cauſa; ſenſus quidem ex his, recordatio vero ab illa, ad eos motus ſiue manſiones, quæ ſunt in ſenſuum inſtrumentis.*

G *Intellectus autem videtur accedere, ac ſubſtantia quædam eſſe, nec interire, nam ab ea potiſſimum hebetatione, quæ in ſenio fieri ſolet, labefactaretur, nunc vero vt in ſenſorijs euenit, nam ſenex nactus oculum talem, videbit vtiq; ſicut & iuuenis. Quare ſenectus non eſt, eo quod anima aliquid ſit paſſa, ſed id, in quo, quemadmodum in ebrietatibus ſit, & in morbis. Itaq; & intelligere, & contemplari langueſcit, dum quidpiam intus corrumpitur, at ipſum impatibile eſt. Ratiocinari autem,*

H *& amare, vel odiſſe, non ſunt illius paßiones, ſed eius quod habet illud, quatenus illud habet. Itaq; hoc corrupto, nec meminit, nec amat, non enim illius erant, ſed communis illius, quod interijt. Intellectus autem fortaſſe diuinitus quiddam eſt, & impatibile. Ex his igitur animam moueri non poſſe, perſpicuum eſt. Quod ſi omnino non mouetur, conſtat, eam neq; à ſeipſa moueri poſſe.*

F nutrimentum, & hic eſt motus augmenti, & ſecundum hoc anima vegetabilis ſe habet vt agens, corpus vero vt patiens. In appetitu vero ſenſitiuo proprie inuenitur motus, & ſecũdum alterationem, & ſecundum motum localem. Nam ad appetitum alicuius rei homo ſtatim mouetur & alteratur. Vel ad iram, ſicut in appetitu vindictæ, vel ad gaudium, ſicut in appetitu delectabilis. Itẽ ex hoc mouetur etiam ſanguis, qui eſt circa cor ad partes exteriores, & etiam homo de loco ad locum, ad conſequendum id, quod appetit. Minus vero ꝓprie inuenitur motus in operationibus animæ ſenſitiuæ. In his enim nõ eſt motꝰ ſecundũ eſſe naturę, ſed ſolum ſecundum eſſe ſpirituale, ſicut patet in viſu, cuius operatio nõ eſt ad eſſe naturale, ſed ſpirituale, quia eſt ꝑ ſpecies ſenſibiles ſecundum eſſe ſpirituale receptas in oculo: ſed tamen habet aliquid de mutabilitate, in quantum ſcil. ſubiectum virtutis viſiuæ eſt corpus. Et ſecundũ hoc habet rationem motus, licet minus propriam. Non enim dicitur motus in operationibus ꝓprie, niſi cum operatio illa eſt ad eſſe naturæ. Minimum autem de proprietate motus, & nihil niſi metaphorice inuenitur in intellectu. Nam in operatione intellectus non eſt mutatio ſecundum eſſe naturale, ſicut

I eſt in vegetabili, nec ſubiectum ſpirituale, quod immutetur, ſicut eſt in ſenſibili, ſed eſt ibi ipſa operatio, quæ quodãmodo dicitur motus, in quantum de intelligente in potentia ſit intelligens in actu. Differt tamen à motu eius operatio, quia eius operatio eſt actus perfectus, motus vero eſt actus imꝑfecti. Et ideo patet, quomodo operationes animæ vegetabilis & ſenſitiuæ nõ ſunt motus animæ, ſed coniuncti. Operationes autem intellectus nõ dicuntur motus, niſi metaphorice, & ſunt ſolũ animæ intellectiuæ abſq; alio determinato organo. Sciendum etiam, ꝙ ſicut in ſenſu inuenitur vis appetitiua & apprehẽſiua, ita & in intellectu inuenitur vis appetitiua, & apprehenſiua. Et ideo hæc, amor, odium, gaudiũ, & huiuſmodi, poſſunt intelligi, & prout ſunt in appetitu ſenſitiuo, & ſic habent motum corporalem coniunctum: & prout ſunt in intellectu & voluntate tantum abſque omni affectione ſenſitiua, & ſic non poſſunt dici motus, quia non habent motum corporalem coniunctum. Et inueniuntur etiam in ſubſtantiis ſeparatis, ſecundum quod in ſequentibus melius patebit. Conſequenter cum dicit.

K *d* ¶ Vult probare ea, quæ oſtẽdit, ſcil. quod huiuſmodi operationes, etiãſi ſint motus, ſicut ipſi dicebãt, nõ attribuũtur animæ, ſed corpori & coniuncto. Et hoc probat per quandã opinionẽ illorũ, quæ erat famoſa tempore ſuo, ſcil. ꝙ omnis anima eſt incorruptibilis, & hoc ſecundũ eos erat de intellectu, & de omni anima. Dicit ergo, ꝙ videtur prædictis Philoſophis, quod intellectus ſit quædã ſubſtantia, quæ eſt in fieri, & nondũ completa, & quod nõ corrumpitur. Cuius ratio eſt, quia nos videmus, quod omnes debilitationes, quę fiunt circa intellectum & ſenſum, non attingunt ad ipſam animam ſecundũ ſe, ſed proueniũt ex debilitate organi. Vnde videtur, quod intellectus & omnis anima ſit incorruptibilis, & ꝙ debilitatio in eius operationib nõ ſit, ex eo, ꝙ ipſa corrũpatur,

ſed

ſed ex eo, quod debilitantur organa. Si enim corrumperetur anima, maxime corrumperetur à debilitate, quæ eſt in ſenectute, ſicut accidit in organis ſenſitiuis, quæ debilitantur ex ſenectute, tamen anima non debilitatur ex hoc, quia ſi ſenex accipiat oculum iuuenis, videbit vt iuuenis. Quare ſenectus debilitat, non quidem, quod ipſa anima patiatur, ſeu virtus ſenſitiua, ſed *T. com. 67.* id, in quo eſt. Sicut in ægritudinibus & in ebrietatibus non debilitatur, ſeu alteratur anima, ſed corpus. Sic ergo [ intelligere, ] id eſt, ſimplex apprehenſio, [& conſiderare, ] id eſt, operatio intellectus, quę eſt in componendo & diuidendo, marceſcunt, non quidem, quod intellect⁹ corrumpatur, & patiatur, ſed corrupto quodam alio interius, id eſt, corrupto aliquo, quod eſt organum intellectus. Ipſum autem intelligere eſt paſſibile. *T. com. 68.* Hoc autem dicit Ariſt. non quod ſit huius opinionis, quod credat, intellectum habere determinatum organum corporale, ſed, ſicut dictum eſt, ipſe hoc loquitur, ſupponendo opiniones iſtorum Philoſophorum, qui, ſicut dictum eſt, erãt huius opinionis, qđ omnes operationes animæ, & etiam ipſe intellectus haberent organa determinata. *De his vide 2. li. tex. 20. & text. 92. huius lib. 1.* Et ideo ſecundum hoc aſſignat, quare intelligere marceſcat, quia huiuſmodi operationes, quæ ſunt intelligere, amare, & odire, non ſunt paſſiones [ illius ] ſcilicet animæ, ſupponendo loquitur: [ ſed huius habentis, ] ſcilicet coniuncti ſeu organi corporalis. Organi, dico, habentis illud, ſcilicet intelligere, & huiuſmodi, [ ſecundum quod illud habet. ] Vnde [ corrupto hoc, ] ſcilicet determinato organo, huiuſmodi operationis, quæ eſt amare, ſeu intelligere, non rememoratur, neque amat, ſcilicet anima. Cuius ratio eſt, quia huiuſmodi paſſiones non erant animæ tantum, [ ſed communis, ] ſcilicet coniuncti, quod eſt iam deſtructum & corruptum. Si ergo omnes huiuſmodi motus & operationes debilitantur non propter animam, ſed propter debilitatem corporis, ſeu organi, vt dictum eſt, manifeſtum eſt, quod non ſunt animæ tantum, ſed coniuncti, & per conſequens, quod anima non mouetur, ſed coniunctum, licet anima. Quia vero Ariſt. locutus eſt hic de intellectu, ſupponendo opiniones aliorum, ſicut iam patet, ne credatur, quod ipſe opinetur, intellectum ſic eſſe, vt ſuppoſuit, ideo remouet hoc, dicens, quod [ fortaſſis intellectus eſt aliquid diuinius & impaſſibile, ] id eſt, aliquid altius, & aliqua maior potentia, & per conſequens, operatio ipſius animæ, quam dicatur hic. Dicit autem [ fortaſſis, ] quia *Lect. 10.* nondum hoc determinauerat, ſed poſtea hoc in Tertio oſtendit. Vnde patet, quod ſupponendo loquitur. Conſequẽter concludit ex omnibus, dicens, quod manifeſtum eſt ex omnibus his, quæ dicta ſunt, quod non eſt poſſibile animam moueri: quod ſi non mouetur aliquo modo, manifeſtum eſt, quod non moueatur à ſeipſa huiuſmodi motibus, ſicut iſti ponebant.

### LECTIO XI.

a MVlto autem his, quæ dicta ſunt, irrationabiliſſimum dicere, animam eſſe numerum ſeipſum mouentem. Inſunt enim his impoſſibilia. Primo quidem ea, quæ ex eo accidunt, quod animam moueri aſſerunt. Propria autem, ex eo, quod dicunt, ipſam eſſe numerum. Quomodo enim oportet intelligere vnitatem motam, & à quo, & quomodo, impartibilem & indifferentem exiſtentem? Si namq; eſt mota & mobilis, differre oportet.

b Amplius, quoniam dicunt lineam motam planum facere, punctum autem lineam & vnitatum motus, lineæ erunt. Punctus autem vnitas eſt, poſitionem habens. Numerus autem animæ iam alicubi eſt, & poſitionem habet.

c Amplius autem à numero ſi auferat aliquis numerum aut vnitatem, relinquitur alius numerus. Plantæ autem & animalium multa diuiſa viuunt, & videntur eandem habere animam ſpecie.

### LECTIO XI.

*SEd multo magis, quam quæ dicta ſunt, à ratione diſtat, dicere animam numerum ſeipſum mouentem, adſunt enim his impoſsibilia. Primũ, quæ ex ipſo moueri accidunt: deinde peculiaria quædam, ex eo ſcilicet, quod dicant, eam eſſe numerum. Quomodo enim oportet intelligere vnitatem, quæ moueatur, & à quo,* B *& quomodo, cum impartibilis ſit, & nullam habeat differentiam? Nam ſi eſt motiua & mobilis, differre eam oportet.*

*Item, quia dicunt, motam lineam planum facere, punctũ vero lineam, & vnitatum etiam motus erunt lineæ, punctum enim vnitas eſt poſitionem habens, numerus vero animæ alicubi tandem eſt, & poſitionem habet.*

C *Item, ſi à numero quiſpiam numerum vel vnitatem auferat, relinquitur alius numerus: at vero plantæ, & pleraq; animalium, ſi ſecentur, viuunt, & eandem ſpecie habere animam videntur.*

### LECTIO XI.

a POſtquam Philoſophus improbauit opinionem illorum, qui dixerunt ſimpliciter, animam moueri. Hic cõſequenter arguit contra opinionem Xenocratis, qui ſupra motum addit aliquid aliud, ſcilicet quod anima eſſet numerus mouens ſeipſum. Et hæc opinio eſt multum irrationabilior opinionibus aliorum Philoſophorum, quæ dicta ſunt. Nam his, qui dicunt, animam eſſe numerum mouentem ſeipſum, multa impoſſibilia inſunt. Et primo quidem ea, quæ A accidunt [ eo, quod eſt moueri, id eſt, ex motu, quæ etiam accidunt omnibus, dicentibus animam moueri. Accidunt etiam ſic dicentibus & inconuenienientia propria, ex hoc ſcilicet, quod dicunt, animam eſſe numerum. Et propter hoc Philoſophus improbat diffinitionem hanc Xenocratis de anima, & non tãtum eſt diſputans ad nomen, ſed ad ipſam intentionem diffinientis. Circa hoc autem duo facit. Primo oſtendit, hanc diffinitionem eſſe inconuenientem, quãtum ad ipſam animam, vel ſubſtantiam animæ. Secundo vero, quantum ad eius accidentia, ibi, [ Complectentibus igitur in vnum, &c.] Circa primum duo facit. Primo enim deſtruit diffinitionem prædictam de anima per rationes. Secundo vero oſtendit, quod ad hanc diffinitionẽ ſequuntur omnia inconuenientia, quæ ſequũtur ad opiniones aliorum Philoſophorum, ibi, [ Accidit autẽ, ſicut diximus, &c. ] Quod autem prædicta diffinitio ſit incongrua, probat ſex rationibus. Quarum prima talis eſt: Tu dicis, animam eſſe numerum mouentem ſeipſum: numerus autem conſtat ex vnitatibus: ergo dicis animam eſſe vnitates. Si autem dicis, animam eſſe numerum mouentem ſeipſum: ergo & animam vnitates mouentes ſeipſas: ſed omne mouens ſeipſum habet duas partes, vt probat in 8. Phyſ. quarum vna eſt mouens, & alia mota. ergo oportebit dicere, quod vnitas ſeu punctum diuidatur in duas partes, quarum vna ſit mouens, & altera mota. *T. com. 40. & 42.* Hoc autem eſt impoſſibile. ergo impoſſibile eſt, quod anima ſit numerus mouens ſeipſum. Quod autem ſit impoſſibile, vnitatem ha- D bere vnam partem mouentem, & aliam motam, probat, quia nullo modo illud, quod eſt omnino impartibile, & indifferens, poteſt intelligi, quod moueatur per ſe, ita quod habeat partem mouentem vnam, & aliam motam. Nam in nullo poſſunt hæc duo, ſcilicet vis motiua vel mota, & mobilis vel mota eſſe, niſi differant. cum ergo vnitas ſit impartibilis & indifferens, non poteſt huiuſmodi partes habere, & ſic nec moueri. ergo anima non eſt numerus mouens ſeipſum. Secundam rationem ponit, cum dicit.

b ¶ Quæ talis eſt: Tu dicis, animam eſſe numerum. ergo & vnitates, vt dictum eſt. Inter vnitatem autem & punctum nulla differẽtia eſt, niſi quod punctus habet poſitionem, eſt enim punctum vnitas poſitionem habens. Sed ſi anima eſt numerus, oportet quod alicubi ſit huiuſmodi numerus animæ, & poſitionem habens. ergo anima erit vnitas poſitionẽ habens. Huiuſmodi autem ſunt puncta. ergo erit puncta: ſed ſecundum quod dicũt Platonici, motus puncti facit lineam, E linea autem mota facit ſuperficiem, ſuperficies vero corpus: ſed eſt anima numerus mouens ſeipſum: ergo eodem modo & vnitas, & per conſequens eſt punctum mouens ſeipſum, punctum autem motum non facit niſi lineam. ergo motus animæ nõ facit niſi lineam. Et ſic anima motu ſuo nõ cauſat vitam, ſed lineam, quod eſt falſum. Non eſt igitur anima numerus mouens ſeipſum. Tertiam rationem ponit, cum dicit.

c ¶ Quæ talis eſt: Si anima eſt numerus, vt tu dicis, oportet, quod conſequatur paſſiones & naturam numeri, ſed cõſtat, quod ſi aliquis auferat à numero vnitatem aliquam, ſeu addat, mutat ſpeciem. Nam ſi huic numero, ſcil. tria addas vnitatem, mutat ſpeciem. Alia enim ſpecies eſt huius numeri quatuor, & alia eius, quod eſt tria. Si vero ab eodem auferas vnitatem, efficitur duo, & mutat ſimiliter ſpeciem. Conſtat autem, quod animalia ſumũt ſpeciem ab anima, cum vnum-

quodq; conſequatur per formam ſpeciem ſuam : ergo ſi anima eſt numerus, ex ſubtractione vel additione alicuius ab anima, relinquitur alia anima ſpecie, & hoc eſt falſum. Videmus enim in deciſionibus plantarum & animalium annuloſorum, quod diuiſa ſeu deciſa viuunt, & eandem ſpeciem habent. Nō ergo anima
eſt numerus mouens
ſeipſum. Quartā ra-
tionē ponit, cū dicit.
T. com. 69. d ¶ Quæ talis eſt: Tu
dicis animā eſſe nu-
merum, &, ſicut di-
ctum eſt, ſequitur, ꝙ
anima ſit vnitates
poſitionem habētes,
& per conſequens, ꝙ
ſit puncta, ſecundum
hoc autem, ſi recte
conſideremus, vide-
bitur vtique, ꝙ nihil
differt dicere, quod
anima ſit corpora
parua, & indiuiſibi-
lia, ſicut dixit Demo-
critus, aut dicere, qđ
ſit vnitates poſitionē
T.com.45. habentes. Vnū enim
poſitionem habens,
quantitas eſt, & in-
diuiſibilis. Ex hoc er-
T. com. 70. go ſic arguo: Anima,
ſecundum poſitionē
tuā, eſt numerus mo-
uens ſeipſum, & per
conſequens vnitates
& puncta mouentia
ſeipſa : ponamus au-
tem, ꝙ corpora indi-
uiſibilia, quæ poſuit
Democritus, ſint pū-
cta, quia non differt,
ſicut dictū eſt, & ſint
quanta, quod neceſ-
ſe eſt, quia proprie
non mouetur, niſi
T.com.71. quantū, huiuſmodi
autē puncta mouent
ſeipſa, quia anima eſt
numerꝰ ſeipſum mo-
uens. Sed in mouen-
te ſeipſum, ſicut di-
ctum eſt, duo ſunt:
ergo erit in ipſo pū-
cto, vnum ꝙ eſt mo-
uēs, & aliud quod eſt
motum. Nec eſt cu-
randum, vtrum ſint
magna ſeu parua,
dummodo ſint quā-
ta, quia in quolibet
continuo mouente
ſeipſum, hoc accidit,
ſc. quod ſint duo ibi,
vnum vt mouens, &
T.com.72. aliud vt motū. Et ſic
neceſſe eſt, ꝙ ſit ali-
quid motiuum vni-
tatū. In animali aūt,
illud, ꝙ mouet ani-
mal, eſt anima. ergo
& in numero, illud,
quod mouet nume-
rum, erit anima. ergo
anima non eſt id, qđ
mouetur, ſed illud, quod mouet. Et ſic mala eſt diffinitio animæ, ꝙ ſit numerus mouens ſeipſum ſed potius, ꝙ ſit numerus mouens numerū motum. Quintā rationē ponit, cum dicit.
e ¶ Quæ talis eſt : Secundum opinionem Xenocratis contingit, hanc ſcil. animam eſſe vnitatem, ſed ex hoc contingit ipſam eſſe puncta, quia ſi anima eſt vnitas, oportet ꝙ differat ab aliis vnitatibus: non poterit autem differre ab eis, niſi per poſitionem, quæ enim eſt differentia [ puncti ſolitarij, ] id eſt, vnitatis intellectæ, niſi poſitio ? nulla vnitas autem, niſi poſitionem habens, eſt punctum: ergo anima non eſt vnitas,
F ſed puncta. Sed anima eſt in corpore, & quodlibet corpus habet puncta ſua per ſe. quæro ergo, vtrum puncta, quæ ſunt anima, ſint eadem cum punctis corporis, aut alia. Siquidem ſunt altera, ergo in qualibet parte corporis ſit anima, in qualibet parte corporis erunt puncta animæ, & ſic erūt duo
puncta animæ in eo-
dem loco ſimul. Et ſi
duo, propter quid nō
plura, aut etiam infi-
nita animæ? Nam il-
la, quorum locus eſt * a.l.ipſis.
indiuiſibilis, & ipſa
indiuiſibilia ſunt, vn-
de non indiget am-
pliori loco. Vnde ſi
ponantur duo eſſe in
loco indiuiſibili, per
conſequens poſſunt
in eodem loco eſſe
infinita. Si vero di-
cas, quod ſunt eadē
puncta, quæ ſunt in
corpore cū his pun-
ctis, quę ſunt anima,
ſequitur, ꝙ cū omne
corpus habeat pun-
cta, ꝙ omne corpus
habeat animam : ſed
hoc eſt falſum : non
ergo anima eſt nu-
merus mouens ſei-
pſum. Sextam ratio-
nem ponit, cū dicit.
f ¶ Et ſumitur ex p̄-
cedenti, quę talis eſt:
Sicut dictum eſt, ſe-
quitur ex poſitione
Xenocratis, ꝙ anima
ſit puncta: ſed nos vi-
demus, quod puncta
non ſeparantur, nec
abſoluuntur a cor-
poribus. Nam lineæ
non diuiduntur à ſu-
perficiebus, nec pun-
cta à lineis. Anima
vero ſeparatur & ab-
ſoluitur à corpore.
ergo non eſt puncta,
neq; numerus : patet
ergo, ꝙ diffinitio Xe-
nocratis de anima eſt
incongrua, quantum
ad ea, quę in diffini-
tione ponūtur. Con-
ſequenter cum dicit.
g ¶ Dicit, diffinitio-
nem prædictam eſſe
incōgruam, quantū
ad inconueniētiam.
Nam ex huiuſmodi
diffinitione de ani-
ma, ſequūtur omnia
inconuenientia, quæ
ſequūtur ex opinio-
nibus omnium Phi-
loſophorum de ani-
ma. Quidā enim er-
rauerūt circa animā,
& dixerūt, ipſam eſſe
corpus ſubtiliſſima-
rum partium. Ex quo
ſequebatur, ꝙ cum
anima ſit vbicunque,
eſt ſenſus in corpore, & ſenſus ſit vbiq; per corpus, quod ſi anima eſt corpus, quod duo corpora ſint ſimul. Et hoc idem ſequitur, ſi anima eſt puncta, ſicut dictum eſt, ſcil. quod duo ſint ſimul, & etiam infinita, & hoc ſi puncta animæ ſint alia à punctis corporis. Sed ſi non [ſiat differens] punctorū animę, id eſt, ſi non differant puncta animæ à punctis, quæ ſunt in corpore, ſequitur, quod in quolibet corpore ſit anima. In quolibet enim corpore eſt inuenire puncta. Quidam vero, ſicut Democritus errauit, dicēs, animā moueri, & corpus ex motu animæ : & cū ipſe diceret, cōponi animā ex indiuiſibi-
libus

d Videbitur autem vtiq; nihil differre, dicere vnitates, aut corpora parua. Et namq; ex Democriti ſphæris ſi fiant puncta, ſolum autem maneat quantitas, erit aliquid in ipſo, hoc quidem mouens, illud autē, quod mouetur, ſicut in magnitudine. Non enim propter hoc, quod eſt magnitudine differre, aut paruitate, accidit, quod dictum eſt, ſed quia quantum. Vnde neceſſe eſt, aliquid eſſe motiuum vnitatum. Si autem in animali quod mouens, anima eſt & in numero, quare non mouens. & quod mouetur, eſt anima, ſed mouens ſolum.

e Contingit autem quodāmodo vnitatem hæc eſſe. Oportet enim ipſi ineſſe quandam differentiam ad alias. Puncti autem ſolitarii, quę vtiq; differētia erit, niſi poſitio ? Siquidē igitur ſunt alteræ in corpore vnitates, & puncta, in eodē erunt vnitates: obtinebit enim locum puncti, tamen quid prohibet in eodem eſſe, ſi duæ ſunt, & infinitas? Quorum enim locus eſt indiuiſibilis, & ipſa. Si autem ea, quæ ſunt in corpore, pūcta ſunt numerus animæ, aut ſi eorum, quæ in corpore ſunt punctorum numerus, eſt anima, quare non omnia habent animam corpora? Puncta enim in omnibus videntur eſſe, & infinita.

f Amplius autē quomodo poſſibile eſt ſeparari puncta, & abſolui à corporibus, ſiquidem nō diuidantur lineæ in puncta.

g Accidit autem, ſicut diximus, partem quidem, idem dicere, corpus quoddā ſubtilium partium ipſam ponentibus, partim autem, ſicut Democritus dicit, ab anima moueri, proprium inconueniens. Si enim eſt anima in omni eo, quod ſentit, corpore, neceſſe eſt, duo in eodem eſſe corpora, ſi corpus aliquod anima. Numerum autem dicentibus, in vno puncto puncta multa, aut omne corpus animam habere, niſi quidā numerus differens fiat, & alius ab his

*Nihil autem referre videatur, ſiue vnitates, ſiue parua corpuſcula dicātur, etenim ex Democriti ſphærulis ſi fiant puncta, modo ſola maneat quantitas, erit in ipſa * quidpiam, quod moueat, & quidpiam, quod moueatur, quemadmodum in magnitudine, neq; enim quod magnitudine differant, aut paruitate, quod dictum eſt, euenit, ſed quia* G *quantum ſunt, itaq; neceſſarium eſt adeſſe aliquid, quod ſit moturum vnitates, quod ſi in animali id, quod mouet, anima eſt, etiam in numero. Quare non quod mouet, & quod mouetur, anima eſt, ſed id duntaxat, quod mouet.*

*Iam vero, qui fieri poteſt, vt ea ſit vnitas? oportet enim aliquam eius eſſe differentiam ab alijs, at puncti monadici, quænam fuerit differentia, niſi poſitio? Si igitur vnitates, ſiue puncta, quæ ſunt in corpore, di-* H *uerſa ſunt, in eodem erunt vnitates, occupabit enim locum puncti. Atqui ſi duo in eodem ſunt, quid obſtabit, cur non etiam infinita ſint? Quorum enim locus eſt indiuiſibilis, & ipſa itidem. Quod ſi puncta ea, quæ ſunt in corpore, ſunt numerus is, qui anima eſt, vel ſi numerus conſtans ex punctis ijs, quæ in corpore ſunt, anima eſt, cur non omnia habent animam corpora? in omnibus enim puncta eſſe videntur, eaq; infinita.*

I *Præterea, qui fieri poteſt, vt puncta ſeparentur ac ſoluantur à corporibus, ſiquidem non diuiduntur lineæ in puncta.*

*Accidit autem, quemadmodum diximus, vt partim idem dicāt, quod ij, qui corpus quoddam ſubtilium partium ipſam ſtatuunt, partim, vt Democritus, ab anima dicit moueri, peculiare abſurdum. Nam ſi anima eſt in quaq; parte eius, quod ſentit, neceſſe eſt in eodem duo eſſe corpora, ſi anima corpus aliquod eſt. Iis au-* K *tem, qui numerum dicunt, in vno puncto, multa eſſe puncta, aut omne corpus animam habere, ſi non aliquis differens numerus accedit, atque diuerſus à punctis ijs, quæ in corpore ſunt. Accidit etiam,*

libus ſphæris, & ex motu ipſarum moueri corpus, ſequebatur quod corpus moueretur ex corporibus
Te.com.73. indiuiſibilib. Et hoc idem inconueniens, ſequitur ex diffinitione iſtorum, ſcil. animal moueri ex numero, & per conſequens à punctis, & nō eſt differentia, di-
Te.com.74. cere ſphæras paruas, & vnitates magnas, aut quaſcunque vnitates moueri. Nam (vtrobique) id eſt in ſphæricis corporibus & vnitatibus, neceſſe eſt, quod animal moueatur, eo quod ipſa, ſc. corpora ſphærica & puncta ſeu vnitates mouentur. Cōſequenter cum dicit. *b* ¶ Oſtendit inſufficientiā prædictæ diffinitionis ex parte accidentium. Dicit ergo quod quādocunque diffinitio ſufficienter aſſignatur, non ſolum debet ducere in cognitionem ſubſtantiæ rei diffinitæ, ſed etiam acciden-
Te.com.75. tium. Sed ſi complicemus in vnum iſta duo quæ poſita ſunt in diffinitione animæ, ſc. numerum, & motum, non ſolum accidunt nobis inconuenientia quę di-
Te.com.76. cta ſunt circa ſubſtātiā ipſius animæ, ſed etiā multa alia, quia hæc duo non ſolum eſt impoſſibile eſſe diffinitionem, id eſt ſubſtantiam animæ, verum etiam eſt impoſſibile ꝙ ipſa, ſ. numerus, & motus ſint accidentia animę ſeu ducant in cognitionem accidentiū. Non igitur eſt congrua
Te.com.77. diffinitio, cum non ducat in cognitionē accidētium. Et quod non ducat in cognitionem accidentium animæ, manifeſtum eſt ſi quis ex huiuſmodi diffinitione conabitur paſſiones & operationes animæ aſſignare, puta ratiocinationes, delectationem, triſtitiam, & huiuſmodi. Ex ipſis enim ſcil. ex numero, & motu, non ſolum non erit facile deuenire in cognitionem accidentium & operationum animæ, ſed nec diuinare poterimus ex eis aliquid de ipſis paſſionibus, & operationibus animæ.

quæ in corpore ſunt punctis. Accidit autem animal moueri à numero, ſicut & Democritum dixit, ipſum mouere. Quid enim eſt differt dicere ſphæras paruas, aut vnitates magnas, aut omnino vnitates ferri? Vtrobique enim neceſſe eſt mouere animal, in eo quod mouentur ipſæ.

*b* Complectentibus igitur in vnum, numerum & motum, & hæc accidunt, & multa alia huiuſmodi. Non enim ſolum diffinitionem animæ impoſſibile eſt huiuſmodi eſſe, ſed & accidens. Manifeſtum eſt autem, ſi quis conatus fuerit ex ratione hac, paſſiones & opera animæ reddere, vt cogitationes, ſenſus, lætitias, triſtitias, & quæcunque alia huiuſmodi. Sicut enim diximus prius, neque diuinare eſt facile ex ipſis.

## LECTIO XII.

*a* TRibus autem modis traditis ſecundum quos diffiniunt animam, alii quidem maxime motiuam enuntiauerunt, in mouēdo ſeipſam. Alii autem corpus ſubtiliſſimum, aut incorporaliſſimum aliorum. Hæc autem quas dubitationes & contrarietates habēt, prætermiſimus fere. Relinquitur autem cōſiderare quomodo dicitur ex elementis ipſam eſſe. Dicunt enim quatenus ſentiat ea quæ ſunt, & vnumquodq; cognoſcat. Neceſſarium autē eſt accidere multa & impoſſibilia rationi. Ponūt enim cognoſcere ſimile ſimili, tanquā ſi animam res ipſas eſſe ponant. Nō ſunt autem hæc ſola, multa vero & alia. Magis autem fortaſſis infinita numero quę ſunt ex his. Ex quibus igitur eſt vnumquodq; horū, eſto cognoſcere animam & ſentire, ſed cōpoſitum quo cognoſcet, aut ſentiet? vt quid Deus aut homo aut caro, aut os? ſimiliter autem quodlibet aliud compoſitorū? Non enim quolibet modo ſe habentia elementa horū vnumquodq;, ſed ratione quadam & compoſitione ſicut Empe. dicit os. Terra autem adamibilis, in amplius receptaculis, duas ex octo partib. ſortita eſt aquæ luminis, & quatuor autē Vulcani, oſſa aūt alba facta ſunt: nulla igitur vtilitas eſt, elemēta in anima eſſe. niſi & rationes inerunt & compoſitio. Cognoſcet enim vnumquodq; ſimile. Os autē aut hominem nihil, niſi & hæc ine.

A *vt animal moueatur à numero, vt etiam Democritum diximus illud mouere. Quid enim intereſt, ſiue paruæ ſphæræ dicantur, ſiue vnitates magnæ, aut denique vnitates quæ ferantur? Nam vtroque modo, neceſſe eſt moueant animal eo quod ipſæ moueantur.*

*Ac iis quidem ſui ſimul connexuerunt numerum & motum, & hæc, & pleraq; id genus alia contingunt, neq; enim ſolum fieri poteſt vt ali-*
B *qua animæ definitio eiuſmodi ſit; verum ne quidem accidens. Quod perſpicuuum fuerit, ſi quis ex ratione hac affectus, & munera animæ aggrediatur deſcribere, vt cogitationes, ſenſus, voluptates, dolores, cæteraque generis eiuſdem, vt enim ſuperius diximus, ne diuinare quidem ex ipſis facile eſt.*

## LECTIO XII.

C *CVm autem tres modi tradantur quibus definiunt Animam, partim illorum maxime motiuum aſſeruerunt, eo quod ſe ipſa moueat, partim corpus tenuiſſimarum partium, aut quod maxime inter cætera incorporeū eſt, quæ quas dubitationes repugnātiaſq; habeant fere perſecuti ſumus. Reſtat conſiderandum, quomodo dicitur ex elementis eam conſtare, dicunt enim vt ſentiat ea quæ ſunt, & vnumquodq; cognoſcat. Cui quidem ſententiæ multa eaque impoſſibilia accidant neceſſe eſt. Po-*
D *nunt enim cogoſcere ſimile ſimili, quaſi animam res ipſas ponentes. Atqui certe non hæc ſola ſunt, ſed pleraque etiam alia, imo in numero fortaſſe, quæ ex eis conſtant. Ea igitur ex quibus eſt horum vnumquodque, eſto, cognoſcat anima, & ſentiat, at compoſitum quo cognoſcet, aut ſentiet? vt quid Deus, aut homo, aut caro, aut os? ſimiliter etiam quiduis aliud compoſitorum? neque enim eorum vnumquodq; eſt elementa quouis modo ſe habentia, ſed ratione quadam & compoſitione, quemadmodum Empedocles dicit os?*

E ,, *Aſt partes liquidi ſplendoris Dædala tellus,*
,, *Ex octo geminas, patulis fornacibus hauſit.*
,, *Bis geminaſq; ignis, ſunt oſſa hinc alba creata.*

*Nihil igitur prodeſt elementa eſſe in anima, niſi & rationes inſint, & compoſitio, nam vnumquodque cognoſcet ſui ſimile, os autem vel hominem nihil, niſi & hæc inſint, quod fieri non poſſe, nihil attinet dicere. Quis n. ambigat, an inſit in anima*

*LECTIO XII.*

*a* POſtquam Philoſophus oſtendit ſupra quomodo antiqui, naturales in cognitionem animæ venerunt per tria, ſcil. per motum & cognitionem, & per eſſe incorporaliſſimū, & diſputauit contra illos qui venerunt in cognitionem animæ per motum, & contra illos qui dixerunt animam eſſe quid incorporaliſſimum & maxime ſimplex, hic conſequenter diſputat contra illos qui dicebant animam omnia cognoſcere, quia compoſita erat ex omnibus, quorum poſitio fuit quod anima cognoſceret res omnes, quia cognitio fit per aſſimilationem quaſi hoc à longe diuinantes, dicebant animam ad hoc quod omnia cognoſceret, eſſe compoſitam ex omnibus quod ſimilitudo rerum omnium eſſet in anima ſecundum proprium modum eſſendi, ſcil. corporalem. Vnde cum res conſtent ex elementis, dicebat quod anima erat compoſita ex omnibus elementis, vt ſentiat & cognoſcat omnia q̄ ſunt. Et quia principalis in hac poſitione fuit Emped. cum poneret animā compoſitam ex pluribus elementis quam aliquis aliorum, ideo Philoſ. principaliter hic reprobat opinionem ſuam & diſputat cōtra eam. Et circa hoc duo facit. Primo enim improbat opinionem Empedo. ſecundo vero quandam aliam: ibi, [ In toto autem quidem ipſam, & cęt.] Improbat autem opinionē Emped. decem rationibus, quarum prima talis eſt. Empe. dicit quod quia cognitio fit per ſimilitudinem, cum anima cognoſcat omnia, oportet animam cōpoſitam eſſe ex omnibus. Sed patet quod huic rationi eſt neceſſariū accidere multa incōuenientia, & impoſſibilia. conſtat enim ꝙ in qualibet re nō ſunt hæc ſola, ſc. elementa, ſed multa alia ab elementis, ſicut eſt

runt. Hoc autē quod impoſſibile ſit, nihil oportet dicere. Quis enim dubitabit, an inſit in anima lapis aut homo, ſimiliter autem & bonum, & non bonum, eodem modo & de aliis.

*b* Amplius autem cum multipliciter dicatur id quod eſt, ſignificat enim aliud quidem hoc aliquid, aliud autem quātitatem aut qualitatem, aut & quoddam aliud diuiſorum prędicamentorum, vtrum ex omnib. erit anima, an non? Sed non videntur communia omniū eſſe elementa. Num igitur quæcunq; ſubſtantiarum ſunt, ex his ſolum? Quomodo igitur cognoſcet, & aliorum vnumquodq;? An dicent vniuſcuiuſq; generis eſſe elementa & principia propria, ex quibus animam conſtare? Erit ergo qualitas & quātitas, & ſubſtantia. Sed impoſſibile eſt ex quantitatis elementis eſſe ſubſtantiā, & non quantitatem. Dicentibus itaq; ex omnibus, hæc & huiuſmodi alia accidunt.

*c* Inconueniens autem eſt dicere quidem impaſſibile eſſe ſimile à ſimili, ſentire autem ſimile ſimili, & cognoſcere ſimile ſimili. Sentire autem pati aliquid & moueri ponunt, ſimiliter autem cognoſcere & intelligere.

*d* Multas autem dubitationes, & difficultates habente ipſo dicere, ſicut Empe. ꝙ corporeis elemētis ſingula cognoſcuntur, & ad ſimile, teſtatur ꝙ nunc dictum eſt. Quæcunq; n. inſunt in animalium corporibus ſimpliciter terræ, vt oſſa, nerui, pili, nihil ſentire videntur, quare neque ſimilia & tamen conueniret.

*e* Amplius autem vnumquodq; principiorum ignorantia plusquam intelligentia exiſtet. Cognoſcet quidem enim vnumquodlibet, multa autem ignorabit, omnia enim alia.

*f* Accidet autem & Emped. inſipientiſſimum eſſe Deum. Solus enim elementorum vnum non cognoſcet, diſcordiam. Mortalia autem, omnia. Ex omnibus enim vnumquodq; eſt.

*lapis aut homo? itemque bonum & non bonum, ſic etiam in aliis.*

*Præterea vero cum ens multifariam dicatur (ſignificat enim partim hoc aliquid, partim quantum, aut*
G *quale, aut aliud quippiam explicatorum prædicamentorum) vtrum ex omnib. erit anima, an non? atqui non videntur communia omnium eſſe elementa, num igitur ex his conſtat ſolis, quæ ſubſtantiarum ſunt? quonam ergo pacto cæterorum vnumquodque cognoſcit? An dicent cuiuſque generis eſſe elementa, & principia propria, atq; ex eis animā conſtare? erit ergo & quantū, & quale, & ſubſtantia: atqui fieri non poteſt, vt ex quātitatis elementis ſubſtantia ſit, & non quantitas. His i-*
H *gitur qui dicunt ex omnibus, hæc, & huiuſmodi alia accidunt.*

*Abſurdum eſt etiam dicere ſimile quidem non pati à ſimili, ſimile vero ſentire ſimile, & cognoſcere ſimile ſimili, & tamen illud ſentire, pati quoddam & moueri ſtatutum, itemque intelligere & cognoſcere.*

*Cur autem multæ dubitationes ac difficultates oriantur, ſi quis vt Em-*
I *pedocles, dicat corporeis elementis ſingula cognoſci, & ad ſimile, fidem facit quod nunc dictum eſt, quæcunque enim inſunt in animalium corporibus; quæ ſimpliciter terræ ſunt, vt oſſa, vt nerui, vt pili, nihil videntur ſentire, quamobrem nec ſimilia, & tamen oporteret.*

*Præterea vnicuique principiorum plus ignorationis, quam cognitionis inerit. Vnumquodq; enim vnum cognoſcet, pleraq; vero ignorabit, ſiquidem cætera omnia.*

K *Accidit etiam Empedocli Deum eſſe inſipientiſſimum, ſolus enim hoc vnum elementorum non cognoſcet, nempe diſcordiam, mortalia vero res; omnibus enim conſtat vnumquodq;.*

proportio commixtionis, & ratio vniuſcuiuſq;, & forte ſunt infinita numero, quæ accidunt rebus compoſitis ex his ſcil. elementis, ſicut patet in oſſe. Nam nō ſolum oportet cognoſcere illa ex quibus componitur os, ſed etiam proportionem quæ eſt inter illa ex quibus cōponitur, & rationem oſſis, quia omnia quæ ſunt cōpoſita, non cōſiſtunt, quocunque modo ſe habeant elemēta, ſed quadam ratione & compoſitione, ſc. ſint proportionata adinuicem. Nam os cum habeat octo partes, ſecūdum quod dicit Emped. vnumquodque compoſitū os habere 8. partes quæ nō æqualiter attribuuntur omnibus elementis, ſed terra habet ibi duas partes. Aer habet ibi vnam, aqua ſimiliter vnam, ſed ignis quatuor, & ideo ex maiori participatione ignis dicit oſſa eſſe facta alba, & ex terra ſicca. Si ergo in rebus compoſitis nō ſolum ſunt ipſa elementa, ſed proportio & ratio vniuſcuiuſq;. Inde ſic. Aut ergo iſtæ proportiones ſunt in anima cum elementis, aut non: ſi ſunt in anima, ergo in anima ſunt oſſa, & carnes & huiuſmodi, & per conſequens homo & lapis, & corpora, & contraria. Vnde nullus dubitat quod hæc non ſunt in anima. Si vero dicas quod non ſunt ibi huiuſmodi proportiones & rationes, ſed ſolum elementa, tunc anima non cognoſcet proportiones rerum, nec ipſa compoſita: quomodo enim poterit cognoſcere, Deū, ſcil. totum cœlum, aut hominem, aut lapidē ſeu os? nullo modo cognoſcet, ſed elementa tantum. Secūdam rationem ponit cum dicit.

*b* ¶ Quæ talis eſt. Tu dicis quod anima eſt compoſita ex principiis: ſed diuerſorum generum diuerſa ſunt principia. cum ergo id quod eſt, dicatur multipliciter, id eſt ſecundum diuerſa genera, ſicut ſubſtantię, qualitatis, quantitatis, & aliorum prædicamentorum. ergo erūt diuerſa principia. Quæro ergo, vtrum anima ſit compoſita tātum ex principiis ſubſtantiæ, aut ex principiis omniū generum: ſi tantū ex principiis ſubſtantiæ, tunc anima non cognoſcet niſi ſubſtantias, & ipſi ponunt eam cognoſcere omnia. Si vero componitur ex principiis omnium generum, tunc cum quicquid eſt ex principiis ſubſtantiæ ſit ſubſtantia, & ex principiis quantitatis ſit quantitas, & ſic de ſingulis, anima erit ſubſtantia, quantitas, qualitas, relatio, & huiuſmodi. Poſſet autē reſponderi contra
F hanc rationem Ariſtot. quod principia ſubſtantiæ ſunt etiam quantitatis & qualitatis & aliorum, cum omnia fundentur ſupra ſubſtantiam, & ideo non oportet ꝙ ſint in anima aliqua alia principia, quam principia ſubſtantiæ, & nihilominus cognoſcet omnia. Ad hoc dicendum ꝙ quælibet res habet principia proxima & remota, & cognitio oportet ꝙ ſit per principia proxima. Principia autem ſubſtantię licet ſint principia aliorum, ſunt tamen remota & non proxima: & ideo per ea nō poteſt haberi cognitio niſi de ſubſtantia. Tertiam rationem ponit cum dicit.

*c* ¶ Quę talis eſt. Ratio quare anima ſit compoſita ex omnibus elementis, eſt, quia anima cognoſcit omnia, & cognitio eſt per ſimilitudinē: contra. Conſtat enim ꝙ ſentire & cognoſcere, eſt pati aliquid: ſed inconueniens eſt dicere ꝙ ſimile patiatur à ſimili, ſed a contrario, ergo inconueniens eſt dicere quod ſentire ſeu cognoſcere, ſit ſimile ſimili. Quartam rationem ponit cum dicit.

*d* ¶ Quæ talis eſt. Ex hoc ꝙ dictum eſt ſuperius, teſtatur ꝙ dictum Empe. ſc. ꝙ ſimile ſimili cognoſcatur, habet multas dubitationes & difficultates. Sed adhuc etiā magis apparet difficile & improprie dictū. Nam ſi anima cognoſceret ſimile ſimili, ſicut Empe. dicit, tunc ſequitur quod elementū aeris cognoſcat aera, & ſic de aliis: ſed nos videmus ꝙ multæ partes terrę ſunt in animali, quæ nihil ſentiūt ſicut pili, & oſſa, & nerui, & tamē cōueniret ꝙ ſentirent ſecundū poſitionem eorū, ergo nō cognoſcitur ſimile ſimili, vel etiam non eſt compoſita ex omnibus elementis. Quintam rationem ponit cum dicit.

*e* ¶ Quæ talis eſt. Adhuc ex poſitione Emped. ꝙ ſimile cognoſcatur ſimili, ſequitur aliud inconueniens, ſ. ꝙ principium habet plus de ignorantia ꝗ de intelligentia. Si n. cognitio eſt per ſimile tantum, & principium quodlibet ſit ſimplex, & non habet alicuius ſimilitudinem in ſe niſi ſuam, non cognoſceret niſi ſeipſum & ignorabit multa, omnia ſc. quæ ſunt alia ab eo. Sextam rationem ponit cum dicit.

*f* ¶ Quæ talis eſt. Adhuc etiam ex dicta poſitione, ſc. quod ſimile cognoſcatur ſimili, accidet aliud incōueniens Emp. hoc videlicet, quod Deus ſit inſipientiſſimus omnium animaliū. Quod ex hoc ſequitur. Sciendum enim quod ſicut dictū eſt,

Emped.

Emped. poſuit iſta omnia inferiora cõpoſita eſſe ex quatuor elementis, & ex lite & amicitia, & quod generatio & corruptio prouenit in rebus ex iſtis duobus, ſcil. lite & amicitia. Cœlum vero dixit eſſe Deum, & dixit quod erat compoſitũ ex quatuor elementis, & amicitia, ſed non ex lite, & ideo eſt incorruptibile. Si ergo ſimile cognoſcitur ſimili, cum Deus non ſit compoſitus ex lite, non cognoſcet litem, & ſic erit ſimpliciter inſipientior cæteris animalibus, quæ cognoſcunt litẽ, cum ſint cõpoſita ex ea. Septimam rationem ponit cum dicit.

Te.com. 82. g ¶ Quæ talis eſt. Si anima eſt compoſita ex omnibus elementis, ſequitur quod omnia quæ ſunt, habent animam: omne enim ꝙ eſt, aut eſt ex omnibus elementis, aut ex aliquibus: ſed omne quod eſt compoſitum ex elemẽtis aut ex elementatis, eſt corpus, ergo omnia corpora habẽt animã, & omnia quæ ſunt, quod falſum eſt.

Te.com. 83. Octauam rationem ponit cum dicit.

h ¶ Quæ talis eſt. Elementa ſunt plura, & contraria: vbicunq; autem aliqua contraria conueniunt & cõponuntur, oportet quod ſit aliquid aliud quod contineat, & faciat ipſa vnum. Si ergo anima eſt compoſita ex omnibus elementis, oportet ꝙ ſit aliud continens illa. Sed hoc eſt valde dubium quid ſit, quia ſic eſſet nobilius & prius anima, quod eſt impoſſibile, & ad

Te.com. 84. minus de intellectu, quia valde rationabile eſt quod intellectus ſit nobiliſſimus omnium & diuinus ſecundum naturam. Itẽ ſequeretur quod illud eſſet prius quã elementa, quod eſt falſum, quia Empe. & alii dicunt elementa eſſe prima inter omnia entia. Nõ eſt ergo anima compoſita

Te.com. 85. ex elementis. Nonam rationem ponit cum dicit.

i ¶ Et oſtendit defectum, & inſufficientiã poſitionis Empe. & aliorum omniũ qui conſiderant animam ex motu ſeu ſenſu, quæ talis eſt. Apparet etiam quod omnes, & quicunq; dixerunt animam eſſe aliquid motiuum ſecundũ locum, inſufficienter dixerint. Nam multa animata ſunt quæ non mouentur ſecundum locum, ſed manent, ſicut plantæ & alia huiuſmodi. Similiter autem & illi qui dixerunt animam eſſe quid intellectiuũ & ſenſitiuum, inſufficiẽter dixerunt. Nã multa ſunt animata, q̄ neq; ſentiunt, neq; intelligunt. Si vero aliquis hoc ſegregauerit, ſc. intellectiuũ, ſenſitiuũ, & motiuũ, & dicat intellectiuum vnã partẽ animæ, & ſimiliter ſenſitiuũ,

g Omnino autem, propter quã cauſam non omnia habent animam, quæ ſunt, quoniã omnia, aut elementum, aut ex elemento, aut vno, aut pluribus aut omnibus? Neceſſe enim eſt, vnũ aliquod cognoſcere, aut quædam, aut omnia.

h Dubitabit autem vtiq; aliquis, & quid eſt vnum faciens ipſa. Materiæ enim comparantur elementa. Maxime autem propriũ eſt illud continens, quodcumq; eſt. Anima autem aliquid eſſe melius, & quid principatum obtineat impoſſibile eſt. Impoſſibilius autem adhuc, intellectu. Rationabiliſſimum autem eſſe hunc antiquiſſimum, nobiliſſimum, & diuinum ſecundum naturam. Elementa autem dicunt eſſe prima entium.

i Omnes autem, & qui ex eo ꝙ cognoſcit & ſentit anima, ea quæ ſunt, ex elementis dicunt ipſam, & qui maxime motiuum, non de omni dicunt anima. Neque enim ſenſitiua omnia motiua. Videntur enim eſſe quædam animalium, manentia in loco, & tamen videtur hoc ſolo motu mouere anima animal. Similiter autem & quicunq; intellectum, & ſenſitiuũ ex elementis faciunt. Videntur enim plantæ viuere, non participantes loci mutatione, neque ſenſu, & animalium multa intelligentiam non habere. Si autem aliquis, & hæc ſegregauerit, poſueritque intellectum partem aliquam animæ, ſimiliter autem & ſenſitiuum, neq; vtiq; ſic dicent de omni anima, neq; de tota, neque de vna. Hoc autem ſuſtinuit, & quæ eſt in Orphicis carminibus, ratio. Dicit enim animam ex toto ingredi, reſpirantibus à ventis. Non poſſibile itaque plantis hoc accidere, neque animalium quibuſdam, ſiquidem non omnia reſpirant. Hoc autem latuit ſic opinantes.

k Si vero elementis animam facere oportet, nihil oportet ex omnibus. Sufficiens enim eſt altera pars contrarietatis, ſeipſam

*Denique, cur non omnia quæ ſunt habent animã, cum quodq; aut elementum ſit, aut ex elemẽto vno, aut pluribus, aut omnibus? Neceſſe eſt enim vnumquidpiam cognoſcere, aut nonnulla, aut omnia.*

B *Quæret præterea quiſpiam, quid nam ſit quod ea vnum efficiat? materiæ enim ſimilia ſunt elementa; Potiſſimum enim eſt id quod continet, quicquid id tãdem ſit: at anima aliquid eſſe potius aut dominans, impoſſibile eſt: longe etiam impoſſibilius intellectu. Maxime enim rationi conſentaneum eſt eum lõgiſſime antecedere, & natura eſſe priorem, & tamen elementa dicunt prima entium eſſe.*

C *Omnes autem, tum ii qui eo quod cognoſcat & ſentiat ea quæ ſunt, ex elementis eam conſtare dicunt: tum qui maxime motiuum eam eſſe cenſent, non de omni loquuntur anima. Neq; enim in omnibus iis quæ ſentiunt, motus eſt. Apparet enim eſſe nõnulla animalia, quæ in eodem loco ſemper manent. Atqui hoc ſolo motu anima mouere animal videtur. Similiter etiam quicunq; intellectum & ſenſitiuum ex elementis faciunt: nam & plantæ videntur viuere, cum tamen nec lationis, nec ſenſus participes ſint: nec non animalium complura rationem non habere. Quod ſi*

D *quis hæc quoq; conceſſerit, poſueritq; intellectum partem aliquam animæ, itemq; ſenſitiuum, ne ſic quidem dicent vniuerſi de omni anima: imo ne de vna quidem tota. Hoc etiã ipſum accidit ei ſententiæ, quæ circumfertur in Orphicis carminibus. Dicit enim animam ex vniuerſo ingredi, cum ſpiritu trahimus delatam à ventis, quæ res nec plantis, nec animalium quibuſdam cõtingere poteſt, ſiquidem non omnia ſpirant: Quod tamen fugit eos, qui ita exiſtimant.*

E

*Cæterum, ſi ex elementis animam facere oportet, non eſt opus ex omnibus, ſufficit enim altera pars contrarietatis, ad ſeipſam diiudicãdam, &*

A non tamen propter hoc dicet de omni anima, cũ non omnes animæ ſint intellectiuæ. Neq; de tota, cũ intellectiuum & ſenſitiuum ſint partes animę. Neq; de vna, quia ſic nõ diceret, omnes proprietates animæ cuiuſcunq;, cum in anima ſint aliæ proprietates, q̄ ſint intelligere & ſentire. Et quia quidam Philoſophus, qui vocatus eſt Orpheus defectiue etiam de anima locutus eſt, quaſi in ſimilem defectum incidit. Ideo hic adiungit eius defectum. Sciendum eſt autem, ꝙ Orpheus iſte fuit vnus de primis Philoſophis qui erant quaſi poetæ theologi, loquentes metrice de Philoſophia, & de Deo, & fuerunt tantum tres, Samius, Orpheus, & quidam alius. Et iſte Orpheus primo induxit homines ad habitandum ſimul, & fuit pulcherrimus concionator, ita quod homines beſtiales, & ſolitarios reduceret ad ciuilitatem. Et propter hoc dicitur de eo ꝙ fuit optimus Citharœdus in tantum ꝙ fecit vel faceret lapides ſaltare, id eſt ita fuit pulcher concionator, ꝙ homines lapideos emolliuit. Poſt hos vero tres, fuerunt 7. ſapientes, quorum vnus fuit Thales. Hic ergo Orpheus volebat quod totus aer animatus eſſet & anima quædam: & quod anima corporum viuentium nihil aliud eſſet, niſi illud quod attrahit animal de aere animato per reſpirationem, & hoc dicebat metrice. Et ideo dicit Philoſophus quod ratio Orphei quæ eſt in metricis carminibus de anima, ſuſtinuit eundem defectum quem ſuſtinuerũt rationes præcedentiũ, q̄a ſicut dictum eſt, ipſe voluit ꝙ illud eſſet anima, ꝙ attrahitur per reſpirationem animaliũ. Sed hoc inſufficienter dictũ eſt, quia multa animaliũ ſunt q̄ non reſpirant, hoc aũt ſc. quod animalia multa non reſpirant, latuit illos qui fuerũt prædictæ opinionis. Et ſic patet quod iſti reprehẽduntur de inſufficientia. Decimam rationem ponit cum dicit.

k ¶ Et arguit eos de ſuperfluitate, quæ talis eſt. Dicunt enim iſti quod ad hoc ꝙ anima cognoſcat, oportet quod ſit cõpoſita ex elemẽtis: ſed cum nos videamus quod cognitio omnis rei poſſit haberi per pauciora, ergo & ſi concedatur animam componi ex elementis, non tamen debet dici compoſita ex elementis omnibus, ſed ad plus, ex duobus. Et quod cognitio habeatur per pauciora, patet, quia cum compoſitum conſtet ex aliquo perfecto & imperfecto, ratio cognoſcendi

ſcendi imperfectum eſt perfectum : & cum contraria reducantur in priuationem & habitum, ſufficiens eſt altera pars, ſcil. illa quæ ſe habet per modum habitus & perfecti, ad cognoſcendum ſeipſam & alteram partem, quæ eſt per modum priuationis & imperfecti. Nam per rectum diiudicamus & cognoſcimus ipſum rectum, & etiam obliquum. (Canon enim) id eſt regula eſt illud per quod habetur iudicium de vtroque. Per obliquum vero, nec ipſum cognoſcimus nec rectum. Nō ergo fuit neceſſe animam facere, id eſt eā cōponere ex omnib. elementis, ſed ex duobus tantum, ſcil. ex igne & terra, & per hoc Te.com.86. cognoſceret, & ſeipſam & contraria, ſicut per ignem cognoſceret calida & frigida, & per terram, ſicca & humida.

diiudicare & oppoſitam. Recto enim & ipſum & obliquum cognoſcimus. Iudex enim vtrorūque canon eſt. Obliquum autem neq; ſuiipſius, neque recti.

*oppoſitā, recto enim tum hoc ipſum, tum obliquum cognoſcimus, norma enim vtriuſq; iudex eſt, obliquum vero, nec recti.*

## LECTIO XIII.

a ET in toto autem quidam ipſam miſtam eſſe dicunt. Vnde fortaſſis, & Thales opinatus eſt omnia eſſe plena Diis.

b Hoc autem habet quaſdā dubitationes; propter quam enim cauſam, in aere aut in igne anima cum ſit, non facit animal, in miſtis autem facit? & hæc in his melior eſſe putatur? Quęret enim vtiq; aliquis, quam ob cauſam quæ in aere anima, ea quæ in animalibus melior & immortalior? Accidit autem vtrobiq; inconueniens irrationabile. Et namque dicere, animal ignem aut aerem magis irrationabiliū eſt, & non dicere animalia, cum anima inſit; inconueniens eſt.

c Opinari autem videntur animam eſſe in his, quoniam totum partibus ſimilis ſpeciei, quare, neceſſarium ipſis dicere, & animam ſimilis ſpeciei partibus eſſe, ſi intercipi aliquid continentis in animalibus, animata animalia fiunt.

d Si autem aer quidem diſcerptus, ſimilis ſpeciei eſt, anima autem diſſimilis partis, hæc quidē ipſius exiſtet, aliud autē non exiſtet. Neceſſe eſt igitur ipſam aut ſimilium partiū eſſe, aut non eſſe in qualibet parte omnis.

e Manifeſtum igitur ex dictis eſt, quod neq; cognoſcere ineſt animæ, propter id quod eſt ex elementis, neq; moueri ipſam, bene, neq; vere dicitur.

## LECTIO XIII.

G *SVnt etiā qui in vniuerſo mixtam eſſe eam dicant, quocirca forte etiam Thales cuncta eſſe plena deorum putauit.*

*De quo quæſtiones oriuntur nonnullæ. Cur enim in Aere, aut in Igne ſi ineſt anima, non facit Animal, ſed in mixtis? idque cum præſtantior in eis eſſe videatur. Quærat præterea quiſpiam, cur anima quæ eſt in aere, ea quæ eſt in animalibus præſtantior eſt, & immortalior? Accidit autem vtrinq; abſurdum quiddam, & alienum à ratione, etenim dicere ignem* H *vel aërem eſſe animal, à ratione diſcrepat, nec dicere animalia, cum anima inſit, abſurdum eſt.*

*Exiſtimaſſe autem videntur animam his ineſſe, quoniam totum, atq; partes eiuſdem ſunt ſpeciei, quare fateri compelluntur animam, ac partes eiuſdem eſſe ſpeciei, ſi eo quod in animalibus intercipiatur aliquid ambientis animata animalia fiant.*

I

*Quod ſi aer quidem diſcerptus eiuſdem eſt ſpeciei, anima autem diſsimilarium partium, pars quædam eius inerit ſcilicet, quædam non inerit. Neceſſe ergo eſt ipſam, aut ſimilarium eſſe partium, aut non ineſſe in qualibet totius parte.*

*Perſpicuum igitur ex dictis eſt, cognoſcere, non ideo ineſſe animæ, quod conſtet ex elementis, nec eam moueri recte, ac vere dici.*

## LECTIO XIII.

a POſtquam Philoſophus poſuit opiniones ponentium animam eſſe ex elementis & rationes ipſorum, & improbauit eas, hic ex incidēti ponit opinionē quorundam dicentiū animā eſſe in elementis. Et circa hoc duo facit. Primo n. ponit opinionem. Secundo vero rationē opinionis: ibi, [ Opinari autē.] Circa primū duo facit. Primo ponit opinionem. Secundo improbat eam : ibi, [Hoc autem, &c.] Dicit ergo, quod ſunt quidā qui dicunt animam miſceri in toto vniuerſo, ponentes eā tam in elementis quam in elementatis. Vnde quidā Philoſophus nomine Thales fortaſſis motus ab hac opinione, opinatus eſt omnia plena eſſe Diis. Volebat n. quod totū vniuerſum eſſet animatum, & eius anima eſſet Deus. Vnde ſicut anima eſt in qualibet parte animalis, & tota, ita volebat quod in qualibet parte vniuerſi eſſet Deus, & ſic omnia eſſent plena diis, & forte ex hoc prouenit idolatria. Conſequenter cum dicit.

b ¶ Improbat hanc opinionem dicens, quod hoc ſc. quod anima ſit in elementis & in elementatis, habet quaſdam dubitationes & oppoſitiones, quarū vna eſt, quia ſi anima eſt in aere & in igne: [ In iſtis enim duobus dicebant maxime eam eſſe ] difficile erit eis dicere propter quam cauſam anima in eis nō facit animal, id eſt quare iſta non ſunt animalia, cum in mixtis anima faciat animal, id eſt mixta animata ſint animalia, præcipue, cum putandum ſit quod hæc ſcil. anima ſit melior in elementis ſimplicibus, quam in elementatis. Alia dubitatio eſt, quia quæret aliquis ex his vtiq; motus, quare anima quæ ſecundum ipſos eſt in elementis, eſt melior, & immortalior, quam anima quæ eſt in elementatis, cur hæc quæ eſt in elementatis cōſtituat animal, & cognoſcens & ſentiens: illa vero quæ eſt in elementis, non conſtituat. Ex his autem dubitatio- F nibus, quæcunq; ponatur, accidit inconueniens & irrationabile, quia dicere quod ignis ſiue aer ſit animal, vt primo dubitatur, eſt maxime inconueniens, & ad ſenſum apparet falſum, & eſt dictum non habentium rationem. Et non dicere ea in quibus eſt anima, eſſe animalia, valde inconueniens eſt. Nam ſecundum hoc in nullo differt, inter eſſe animam in aliquo corpore, & non eſſe. Conſequenter cum dicit.

c ¶ Ponit rationem præmiſſæ opinionis. Et circa hoc duo facit. Primo ponit rationem & improbat eam. Secundo concludit quid manifeſtum ſit ex omnibus quæ dicta ſunt: ibi, [ Manifeſtum igitur &c.] Circa primū duo facit. Primo enim ponit rationem opinionis dicēs, quod ratio quare dicti Philoſophi opinari videntur animam eſſe in his, id eſt in omnib. elementis, eſt, quia ipſi volebant quod totum & partes in elementis cum ſint ſimplicia, quod eſſent ſimilis ſpeciei. vnde cum viderent & opinarentur quod pars continentis, id eſt aeris intercepta in corporibus animalium per inſpirationem, & reſpirationē, ſit cauſa quare animalia fiant animata, & ſit anima; neceſſe erat eis dicere [animam eſſe ſimilis ſpeciei partibus ] id eſt totum continens eſſe animatum. Secundo vero cū dicit.

d ¶ Improbat dictam rationem dicēs, quod quia aer diſcerptus & attractus eſt ſimilis ſpeciei toti aeri, ſequetur quod anima animalis ſit ſimilis partis animæ totius aeris. Sed cōſtat quod anima animalis cuiuslibet eſt diſſimilis partis animæ aeris, quia vna ipſius, ſc. anima aeris [ exiſtet ] id eſt immortalis eſt ſecundum eos, vtpote quæ ſemper viuificauit omnia viua. [Aliud autem ] ſc. anima huius, vel illius animalis [ non exiſtet,] id eſt mortalis ſecundum eos. Neceſſe eſt ergo alterum duorum K inconuenientium ſequi ex hoc, videlicet quod ſi aer ſit ſimilis partis, ſc. ille qui eſt intra & ille qui eſt extra, & anima etiam, quod improbatum eſt. Aut ſi ipſa anima eſt diſſimilis partis, & aer ſimilium, tūnc ſequitur quod anima non ſit in qualibet parte [ omnis, ] id eſt totius aeris, quod eſt contra eos, qui totum aerem animatum ponebant. Conſequenter cum dicit.

e ¶ Concludit ex omnibus quæ dicta ſunt de opinionibus antiquorum, quod neutrum illorum quod ipſi attribuebant animæ, ſit verum, nec bene dictum, eo modo quo ipſi dixerunt, ſc. quod neque cognoſcere ineſt animę ex eo quod eſt ex elementis, ſicut ipſi ponebant. Neque etiam motus ſeu moueri, ineſt ei, ex hoc quod ex dictis elementis conſtabat ſecundum eos, & hoc ſatis aperte & clare patet inſpicienti ad ſupradicta.

## LECTIO XIV.

a QVoniã autem cognoſcere animæ eſt, & ſentire & opinari, adhuc autem concupiſcere, & deliberare, & omnino appetitiones. Fit autem & ſecundum locum motus ab anima in animalibus. Adhuc autem & augmentum, & ſtatus, & decremẽtum, vtrum toti animæ vnumquodque horum inſit, & tota anima intelligamus, & ſentiamus, & aliorum vnumquodq; faciamus, & patiamur, aut partibus alteris altera. Et viuere igitur vtrum in aliquo horum ſit vno, aut pluribus, aut in omnibus, an & alia aliqua cauſa.

b Dicunt itaque quidam partibilem ipſam, & alio autem intelligere, alio quidem concupiſcere.

c Quid igitur continet animã, ſi partibilis eſt ſuapte natura? Nõ enim vtique corpus. Videtur enim contrarium magis anima corpus cõtinere. Nam ea egreſſa, expirat corpus & marceſcit. Si igitur alterum aliquid, vnam ipſam facit, illud maxime vtiq; erit anima. Oportebit autem iterum, & illud quærere, vtrum vnum aut multarum partium ſit. Si enim vnum eſt, propter quid non mox & animam vnum eſſe dicimus? Si vero diuiſibile, iterum ratio quæret, quid eſt continens illud, & ſic vtiq; procedet in infinitum.

d Dubitabit autem aliquis, & de ipſius partibus quam potentiam habeat vnaquæque in corpore. Si enim tota anima omne corpus continet, conuenit & partium vnamquamque continere

## LECTIO XIV.

*QVoniam autem animæ eſt cognoſcere, & ſentire, & opinari, ad hæc cupere, & deliberare, & omnino appetitus: fitque præterea motus loci animalibus ab anima, itemque auctio, & ſtatus & diminutio: vtrũ toti animæ horum vnumquodq; ineſt, & tota ipſa intelligimus, & ſentimus, & aliorum vnumquodque agimus & patimur, an partibus aliis alia? Iam vero viuere vtrũ in aliquo horum eſt, an in pluribus, an in omnibus? an etiam alia quædam cauſa eſt?*

*Equidem ſunt qui eam aſſerant eſſe partibilem, atque alia parte intelligere, alia cupere.*

*Ergo quid tandẽ eſt quod animam contineat, ſi partibilis eſt? profecto non corpus, videtur enim contra potius anima corpus continere, egreſſa enim ea, euaneſcit putreſcitque. Si ergo aliud quippiam vnam eam faciat, illud maxime fuerit anima, ſed rurſus oportebit illud etiam quærere, vtrum vnum, an multarum ſit partium, nam ſi vnum, cur non protinus animam quoq; vnum eſſe cenſendum eſt? ſin partibile, rurſus ratio quæret quid ſit quod illud contineat, atq; ita demum procedet in infinitum.*

*Quin etiam de eius partibus quærat quiſpiam, quam quæq; habeat in corpore potentiam: ſi enim tota anima totum corpus continet, conuenit etiam vt pars quæq; partem aliquã corporis contineat, quod ſimile eſt*

## LECTIO XIV.

a POſitis opinionibus antiquorũ de anima, & improbatis, conſequenter Philoſophus mouet quaſdã dubitationes. Et circa hoc duo facit. Primo enim mouet ipſas quæſtiones. Secundo vero ſoluit eas: ibi, [ Dicũt itaq;, &c. ] Sciendum eſt autem, quod operationes animæ, ſc. ſentire, intelligere, appetere, moueri ſecundum locum & augeri, poſſunt dupliciter accipi, quia vel ſecundũ modũ operandi, & ſic ſunt tres potentiæ animæ, & his attribuuntur huiuſmodi actiones, potentiæ videlicet vegetabili, ſenſibili, & intellectuali. quæ quidẽ differunt. Nam nutritiua ſiue vegetabilis agit mediantibus qualitatibus actiuis, & paſſiuis, vt calidum, frigidum, & huiuſmodi. Senſitiua vero ſeu ſenſus, licet nõ indigeat qualitatib. ſenſibilib. ad ſentiendũ, indiget tamen organo corporali. Intellectus vero neutro iſtorũ indiget, quia nec qualitatibus, nec per organum corporale aliquid intelligit, ſed perficitur in operatione ſua abſque aliquo organo. Si autẽ accipiamus huiuſmodi actiones ſecundũ genera actionum, ſic ſunt quinq; potentię, ſcil. nutritiuum, ſenſitiuum, motiuum ſecundum locum, appetitiuum, & intellectiuum, & actiones horum ſunt, ſentire, nutriri, mouere, appetere & intelligere. Et ideo cum Philoſophus de anima ſecundum ſuam totalitatẽ ſecundum opiniones antiquorũ ſupra tractaſſet, & reprobaſſet eas, hic inquirit de partibus & operationibus ipſarum partium, & mouet duas quæſtiones, quarum prima talis eſt. Vtrum operationes animæ quæ ſunt cognoſcere & ſentire quantũ ad ſenſum, & opinari quantum ad intellectum, adhuc concupiſcere quantum ad concupiſcibilem, deliberare quantum ad rationalem, & etiã appetitus qui eſt in plus, quia concludit cum his duobus iraſcibilem, & moueri ſecundum locũ & augeri, & ſtare & diminui, conueniant, vt toti animæ, vt ſcil. vnumquodque eorum ſit in omni parte animę, id eſt ſecundum quamlibet partẽ animę intelligamus, ſentiamus, moueamur, appetamus, & nutriamur. Aut ſingulum iſtorum habeat ſingulam partem animæ determinatam, vt ſc. alio intelligamus & alio ſentiamus, & ſic de aliis. Secunda quæſtio eſt, quia dato quod quælibet operatio animæ habeat ſpecialem partem, item erit quæſtio, vtrum hoc quod eſt viuere conueniat alicui partium, ita quod ſit in aliquo vno, aut in pluribus partibus, aut in omnibus. Et ſi non in his, vtrum ſit in aliquo alio? Conſequenter cum dicit.

*Te.com. 85. Te.com. 90. Te.com. 91. Te.com. 92.*

b ¶ Reſpondet ad quæſtiones poſitas. Et primo ad primam, A Secundo vero ad ſecundam: ibi, [Videtur autem & quæ &c.] Reſpondens autem primæ quæſtioni, Primo ponit opinionẽ quorundam Philoſophorum ad hoc. Secundo improbat eam: ibi, [Quid igitur continet, &c.] Quidam enim dicunt quod huiuſmodi operationes non conueniunt toti animæ, ſed partibus. Dicunt enim animã eſſe partibilem, & alio intelligit & alio concupiſcit, ſicut qui ponebãt ſenſitiuam in cerebro, viuificatiuam in corde, & huiuſmodi. Sed huiuſmodi opinio eſt quodãmodo vera, & quodammodo falſa, quia ſi in anima intelligas diuerſas partes potentiales, ſic eſt verum ꝙ anima habet diuerſas partes & vires, & alia intelligit, & alia ſentit. Anima enim eſt quoddam totum potentiale, & pars accipitur ibi potentialis reſpectu totius poteſtatiui. Si vero intelligatur quod anima ſit quædam magnitudo ſeu quantitas, & diuidatur in diuerſas partes quantitatiuas, ſic eſt falſa. Iſti vero Philoſophi intelligebant animã eſſe partibilem ſecundũ hunc modum. Et addebant plus, ꝙ huiuſmodi potẽtiæ animę erant diuerſæ animæ. Cõſequẽter cũ dicit.

c ¶ Improbat Philoſophus opinionẽ prędictam per tres rationes, quarum prima talis eſt. Diuerſa non poſſunt vni conuenire, niſi ab aliquo vniantur. Si igitur ſunt diuerſæ animæ in corpore, oportet, quod ab aliquo contineantur, & vniantur: ſed nihil eſt ꝙ vniat eas & cõtineat, ergo non ſunt diuerſæ. Et quod nihil ſit continens, & vniens animam, ſic patet. Quia aut eſt corpus in quo eſt, aut aliquid aliud; ſed corpus non vnit eam & continet, imo magis anima continet corpus. Videmus enim ꝙ egrediente animã à corpore, corpus deficit & marceſcit. Si autem aliquid aliud continet eam, tunc illud erit maxime anima, quia animæ eſt continere & regere. Et ſi illud erit anima, tunc iterum oportebit quærere vtrum ſit vna, aut multipartium. Et ſi dicatur, quod multipartiũ eſt, iterum erit quæſtio quid vniat illud, & ſic in infinitum. Si vero dicatur quod eſt vnum [ quare non dicunt mox ] id eſt ab ipſo principio, quod anima ſit vnum? Non igitur anima eſt diuiſibilis in partes quantitatiuas, ſicut ipſi dicunt. Secundam rationem ponit cum dicit.

d ¶ Quia ſi diuerſæ partes animæ ſunt in diuerſis partib. corporis, ſequitur quod cuilibet operationi animæ ſit determinata pars corporis, ſeu organum corporale. Sed hoc eſt impoſſibile, quia intellectus non habet determinatam partem, ſeu organum in corpore. Non igitur anima habet diuerſas partes, ſicut ipſi dicunt. Tertiam rationem ponit cum dicit.

e ¶ Quia

aliquid corporis. Hoc autem aſſimilatur impoſſibili. Qualem enim partem aut quomodo intellectus continebit, graue eſt & fingere.

*e* Dicuntur autem & plantæ viuere diuiſæ, & animalium quædam inciſorum, tanquam eandem habentia animam ſpecie, & ſi non numero. Vnaquæque quidem enim partium ſenſum habet & mouetur ſecundum locum in quoddam tempus. Si autem non permanent, nullum inconueniens eſt. Inſtrumenta enim non habent quibus ſaluant naturam, ſed nihil minus in vtraque partium omnes inexiſtunt partes animæ, & ſimilis ſpeciei ſunt adinuicem, & toti. Adinuicem quidem, ſicut quę non ſeparabiles ſunt. Toti autem animæ, tanquam indiuiſibili exiſtente.

*f* Videtur autem, & quæ in plantis eſt principium, anima quædam eſſe. Hanc enim ſolam cõmunem habent cum animalibus plantæ. Et ipſa quidem ſeparatur à ſenſitiuo principio, ſenſum autem nihil ſine hac habet.

*impoſſibili. Quam namque partem vel quomodo intellectus continebit, vel fingere difficile eſt.*

G *Videntur etiam plantæ, ſi ſecentur viuere, & animalium nonnulla inſectorum, vtpote quæ eandem ſpecie animam habeant, tametſi non numero. Vtraq; enim partium ſenſum habet, & aliquandiu loco mouetur: Quod ſi non perſeuerant, nullum abſurdum eſt; non enim habent organa, quibus conſeruent naturam; Sed nihilominus in vtraque partium omnes inſunt partes animæ, ac eiuſdem ſpeciei inter ſe ſunt, & cum tota: inter ſe quidem, vtpote non ſeparabiles: cum tota vero anima, vt quæ diuiſibilis eſt.*

H

*Videtur etiam principium quod ineſt in plantis, anima eſſe quædam, hæc enim ſola plantarum, & animalium communis eſt. Atq; ea quidem ſeparatur à ſenſitiuo principio: at vero ſine ea, nihil eſt quod ſenſum habeat.*

*e* ¶ Quia ſi diuerſæ operationes animæ ſunt in diuerſis partibus, tunc non erit inuenire partem in qua ſint plures operationes ſimul, nec erant partes animalis ſimilis ſpeciei: ſed nos inuenimus partes aliorum animatorum, quę habent plures operationes, & quorum anima eſt eiuſdem ſpeciei in toto & in partibus, ſicut eſt in plantis & in quibuſdam animalibus quæ deciſa viuunt, ſicut eſt in animalib. anuloſis, quorum quælibet pars deciſa ſentit, & mouetur in quoddam tempus. Et ſi dicatur quod nõ diu viuunt, non refert, quia non habent inſtrumenta quibus ſaluent ſuam ipſorum naturã: nihilominus tamen exiſtunt in partibus diuerſis plures operationes animæ, & ſunt ſimilis ſpeciei adinuicem, & etiam toti. Non ergo ſunt diuerſę partes animę in diuerſis partibus corporis. Ratio autem quare deciſa viuunt eſt, quia quanto anima eſt perfectior, tãto exercet plures perfectas operationes, & diuerſas. Et ideo ad exercendum huiuſmodi operationes, neceſſaria ſunt ei plura, & diuerſa organa, vel inſtrumenta corporalia in corpore in quo eſt. Quia vero anima rationalis, quanto nobilior & perfectior eſt, tanto exigit maiorem diuerſitatem organorum, anima autem quæ eſt in animalibus anuloſis & in plantis, quia parum ha- F bet de perfectione, nec exercet diuerſas operationes; ideo requirit corpus magis ſimile & vniforme, & ſaluatur in qualibet parte. Conſequenter cum dicit.

*f* ¶ Soluit ſecundam quæſtionem. Circa quod ſciendum quod viuere, proprie eſt eorũ quæ habent motum, & operationem ex ſeipſis, ſine hoc, quod moueantur ab aliis. Vnde & viuere dupliciter accipitur. Vno modo accipitur viuere, quod eſt eſſe viuentis, ſicut dicit Philoſophus, quod viuere eſt eſſe viuentibus. Alio modo viuere eſt operatio. Dicendum ergo, quod anima quæ eſt in plantis, ſcilicet vegetabilis, videtur eſſe quaſi quoddam principium: quod manifeſtat vitam in rebus inferioribus, quia ſine hac nihil viuit, & in hac ſola communicant omnia quæ viuunt, in aliis autem non omnia. Animalia enim & plantæ in vegetabili conueniunt ſolummodo. Item vegetabile poteſt eſſe ſine ſenſibili & intelligibili, ſed hæc non poſſunt eſſe ſine vegetabili. Nullum enim animal habet ſenſum, ſeu intellectum [ſine hac] ſcilicet vegetabili ergo ſic viuere attribuitur iſti principio, ſcilicet vegetabili, ſicut ſentire tactui. Non tamen quod animal per ſolam vegetabilem viuat, ſed quia eſt primum principium, in quo manifeſtatur vita.

*Finis Primi libri de Anima: cum expoſitione D. Tho. Aquinatis.*

ARISTO-

# ARISTOTELIS DE ANIMA LIBER SECVNDVS.

*Cum D. Thomæ Aquinatis præclariſſimis Commentariis.*

## LECTIO PRIMA.

### LECTIO I.

a Qvæ igitur à prioribus tradita de anima ſint, prius diximus. Iterum autem nunc tanquam ex principio redeamus, conantes determinare quid ſit anima, & quæ ſit communiſſima ratio ipſius. b Dicimus itaq; vnum quoddam genus eorum quæ ſunt, ſubſtantiam. Huius autẽ aliud quidem ſicut materiam quæ ſecundũ ſe quidẽ non eſt hoc aliquid: aliud autẽ ſicut formam, & ſpeciem, ſecundum quã dicitur iã hoc aliquid, & tertiam quæ ex his. Eſt autem materia quidẽ potentia, ſpecies autem entelechia. Et hoc dupliciter, hoc quidẽ ſicut ſciẽtia, illud autẽ, ſicut conſiderare. c Subſtantiæ autem maxime eſſe

### LECTIO I.

*Qvæ igitur à ſuperioribus de anima tradita ſunt, dicta ſint. Rurſus autẽ tanquam ab initio reuertamur, conantes explicare quid ſit anima, & quænam fuerit communiſſima ratio eius.*

B *Dicimus ergo vnum quoddam genus eorum quæ ſunt, ſubſtantiam, huiuſq; aliud vt materiam, quod ex ſe quidem non eſt hoc aliquid, aliud formam & ſpeciem, ex qua demum dicitur hoc aliquid, & tertium, quod ex eis conſtat. Eſt autem materia quidem potentia, ſpecies vero entelechia, & hoc bifariam, aliud vt ſcientia, aliud vt contemplari.*

*Porro autem corpora potiſſimum*

Poſtquam Ariſtotel. poſuit opinionem aliorum de anima in Primo libro, in ſecundo accedit ad determinandum de anima ſecundum propriam opinionem, & veritatem. Et circa hoc duo facit. Primo dicit de quo eſt intentio ſua, continuans ſe ad præcedentia. Secundo proſequitur ſuam intentionẽ: ibi, [Dicimus itaq; vnum quoddã, &c.] *Te.com. 1.* Dicit ergo primo ꝙ in primo libro dicta ſunt ea q̃ tradita ſunt à priorib. de anima. Sed oportet iterum quaſi redeũdo, à principio determinare veritatẽ. Quod quidem ꝓpter ſuam *Te.com. 2.* difficultatem magis oportet tentare, quã ſecuritatem de veritate inuenienda præſumere. Et cum ſupra in procemio quæſitum fuerit, vtrũ prius de anima ipſa determinandum ſit, aut de partibus eius, quaſi hanc queſtionem determinans dicit quod in principio dicendum eſt quid eſt anima, in quo notificatur ipſa animæ eſſentia. Poſtea autem determinabitur de partib. ſiue potentiis ipſius. Et quaſi huiuſmodi rationem aſſignans *Te.com. 3.* ſubiungit [& quæ vtique erit cõmuniſſima ratio ipſius.] Cum enim oſtenditur quid eſt anima, traditur id quod eſt commune. Cum autem determinatur de vnaquaq; partium, aut potentiarum ipſius, traditur id quod eſt ſpeciale circa animam. Hic eſt autem ordo doctrinæ, vt à communibus ad minus communia procedatur, ſicut oſtendit Philoſophus in principio Phyſicorum. Deinde cum dicit.

b ¶ Proſequitur ſuam intentionem quam propoſuerat. Et diuiditur in partes duas. In prima oſtendit quid eſt anima. In ſecunda determinat de partibus ſiue potentiis eius: ibi, [Potentiarũ autẽ animæ, &c.] Prima diuiditur in duas. In prima ponit diffinitionem animæ q̃ eſt quaſi demonſtrationis concluſio. In ſecunda ponit diffinitionem animæ quæ eſt quaſi *Tex. 1. & 4.* demonſtrationis principium: ibi, [Quoniam autem ex certis quidem, &c.] Sciendum eſt enim quod ſicut dicitur in Primo poſterior. omnis diffinitio aut eſt concluſio demonſtrationis, ſicut hæc, tonitruum eſt continuus ſonus in nubibus, aut eſt demonſtrationis principium, ſicut hæc, tonitruum eſt extinctio ignis in nube, aut eſt demonſtratio, poſitione, id eſt ordine differens, ſicut hæc, tonitruum eſt continuus ſonus in nubibus propter extinctionem ignis in nube. In hac enim ponitur & demonſtrationis concluſio, & principium, & non ſecundum ordinem ſyllogiſmi. Prima autem pars diuiditur in duas. In prima ponit diffinitionem primam animæ. In ſecũda manifeſtat eam: ibi, [Vniuerſaliter igitur dictum, &c.] Prima diuiditur in duas. In prima præmittit quaſdam diuiſiones, ex quibus habetur via ad inueſtigandum diffinitionẽ animę. In ſecunda inueſtigat animæ diffinitionem: ibi, [Quare omne corpus, &c.] Sciendum autem eſt, quod (ſicut docet *Te.com. 4.* Philoſophus in ſeptimo Metaph.) hæc eſt differentia inter *Te.com. 18.* diffinitionem ſubſtantiæ & accidentis, quod in diffinitione ſubſtantiæ nihil ponitur, quod ſit extra ſubſtantiam diffiniti, diffinitur enim vnaquæque ſubſtantia per ſua principia materialia vel formalia. In diffinitione autẽ accidentis ponitur aliquid quod eſt extra eſſentiam diffiniti, ſc. ſubiectum: oportet enim ſubiectum poni in diffinitione accidentis. Sicut cum dicitur, ſimitas eſt curuitas naſi. Et hoc ideo eſt, quia diffinitio ſignificat quod quid eſt res, ſubſtantia autem eſt quid completum in ſuo eſſe, & in ſua ſpecie, accidens autem non habet eſſe completum, ſed dependens à ſubſtantia. Similiter etiam nulla forma eſt quid completum in ſpecie, ſed complementum ſpeciei cõpetit ſubſtantiæ compoſitæ. Vnde ſubſtantia compoſita ſic diffinitur, quod in eius diffinitione non ponitur aliquid, ꝙ ſit extra eſſentiam eius. In omni autem diffinitione formę ponitur aliquid, ꝙ eſt extra eſſentiam formæ, ſcil. proprium ſubiectum eius, ſiue materia. Vnde cum anima ſit forma, oportet quod in diffinitione eius ponatur materia, ſiue ſubiectum eius. Et ideo in prima parte ponit duas diuiſiones, quarum prima neceſſaria eſt ad inueſtigandum id ꝙ in diffinitione animę ponitur, ad exprimẽdam eſſentiã eius: C Alia quæ eſt neceſſaria ad inueſtigandum id quod ponitur in diffinitione animæ ad exprimendum ſubiectum ipſius: ibi, [Subſtantiæ autem maxime, &c.] Circa primum innuit tres diuiſiones, quarum prima eſt ſecundum quod ens diuiditur in decem prædicamenta. Et hoc innuit per hoc quod dicit, quod ſubſtantia dicitur eſſe vnum genus entium. Secunda diuiſio eſt ſecundum quod ſubſtantia diuiditur in materiam & formam & compoſitum. Materia quidem eſt, quæ ſecundum ſe non eſt hoc aliquid, ſed in potentia tantum, vt ſit hoc aliquid. Forma autem eſt, ſecundum quam iam eſt hoc aliquid in actu. Subſtantia vero compoſita eſt, quæ eſt hoc aliquid. Dicitur enim eſſe hoc aliquid, id eſt aliquid demonſtratum quod eſt completum in eſſe & ſpecie, & hoc cõuenit ſoli ſubſtantiæ compoſitæ in rebus materialibus. Nam ſubſtantiæ ſeparatæ quamuis non ſint compoſitæ ex materia & forma, ſunt tamen hoc aliquid, cum ſint ſubſiſtentes in actu & completæ in natura ſua. Anima autem rationalis, quantum ad D aliquid, poteſt dici hoc aliquid ſecundum hoc quod poteſt eſſe per ſe ſubſiſtens. Sed quia nõ habet ſpeciem completam, ſed magis eſt pars ſpeciei, non omnino conuenit ei, quod ſit hoc aliquid. Eſt ergo differentia inter materiã & formã. quod materia eſt ens in potentia, forma autem eſt entelechia, id eſt actus, quo ſc. materia fit actu, vnde ipſum compoſitum eſt ens actu. Tertia diuiſio eſt, quod actus dicitur dupliciter. Vno modo ſicut ſcientia eſt actus. Et differentia horum actuum ex potentiis perpendi poteſt. Dicitur enim aliquis in potentia grammaticus, antequam acquirat habitum grammaticæ, diſcendo vel inueniendo, quæ quidem potentia in actum reducitur, quando iam aliquis habet habitum ſcientiæ. Sed tunc eſt iterum in potentia ad vſum habitus, cum nõ conſiderat in actu, & hæc potentia in actum reducitur, cum E actu conſiderat. Sic igitur & ſcientia eſt actus, & conſideratio eſt actus. Deinde cum dicit.

c ¶ Ponit diuiſiones ex quibus inueſtigatur id ꝙ ponitur in diffinitione animæ, pertinens ad eius ſubiectũ. Et innuit tres diuiſiones. Quarũ prima eſt, ꝙ ſubſtantiarũ q̃dam ſunt corpora, & quædam non ſunt corpora. Inter quas ſubſtantias,

videntur corpora, & horum phyſica, hęc enim aliorum principia. Phyſicorum autem alia quidem habent vitá, alia autem non habent. Vitam autem habere dicimus id quod per ſeipſum, alimentum, & augmentum, & decrementum habet.

*d* Quare, omne corpus phyſicũ participans vita, ſubſtantia erit. Subſtantia autem ſit ſicut compoſita. Quoniam autem corpus eſt tale, nempe vitam habens, non vtique erit corpus, anima. Non enim eorum quæ in ſubiecto ſunt, corpus. Magis autem ſicut ſubiectum, & materia eſt. Neceſſe eſt ergo, animam ſubſtantiam eſſe, ſicut ſpeciem corporis phyſici potẽtia vitam habentis. Subſtãtia autẽ actus, huiuſmodi igitur corporis actus.

*e* Hic autem dicitur dupliciter. Alius quidẽ ſicut ſcientia, alius autem ſicut conſiderare. Manifeſtum ergo, quod ſicut ſcientia. Nã exiſtente in corpore anima

maxime ſunt manifeſtæ corporales ſubſtantiæ. Nã ſubſtantiæ incorporeæ quęcunq; ſint, immanifeſtæ ſunt, eo quod ſunt à ſenſib. remotæ & ſola ratione inueſtigabiles. Hoc eſt ergo ꝙ dicit, ꝙ [corpora maxime videntur eſſe ſubſtantiæ.] Secunda diuiſio eſt, ꝙ corporũ quædã ſunt corpora phyſica, id eſt naturalia, quædam non naturalia, ſed artificialia. Homo n. & lignũ. & lapis ſunt naturalia corpora, domus & ſecuris ſunt artificialia. Magis autẽ videntur ſubſtantiæ corpora naturalia q̃ artificialia, quia corpora naturalia ſunt

Te.com.44. principia artificialiũ. Ars enim operatur ex materia quã natura miniſtrat, forma autẽ quæ per artem inducitur, eſt forma accidentalis, ſicut figura vel aliquid huiuſmodi. Vnde corpora artificialia non ſunt in genere ſubſtantiæ per ſuam formã, ſed ſolum per ſuam materiã quæ eſt naturalis. Habẽt ergo à corporibus naturalib. quod ſint ſubſtantiæ. Vnde corpora naturalia ſunt magis ſubſtãtiæ,

Te.com.5. quam corpora artificialia. ſunt enim ſubſtantiæ non ſolum ex parte materiæ, ſed etiam ex parte formæ. Tertia diuiſio eſt, quod corporum naturalium, quædam habent vitam, & quædam non habent. Illud autem dicitur habere vitam, quod per ſeipſum habet alimentum, augmentum, & decrementum. Sciendum autem eſt ꝙ hæc explanatio magis eſt per modum exempli, quam per modum diffinitionis. Non enim ex hoc ſolo quod aliquid habet augmentum & decrementum, viuit, ſed etiam ex hoc ꝙ ſentit & intelligit, & alia opera vitæ exercere poteſt. Vnde in

Lib.12. Te.com.40. ſubſtãtiis ſeparatis eſt vita, ex hoc quod habent intellectum & voluntatem, vt patet in 12. Meta. licet nõ ſit in eis augmentum & alimentũ. Sed quia in iſtis generabilib. & corruptibilibus, anima quæ eſt in plantis, ad quam pertinent alimentũ & augmentum, vt in fine Primi dictum eſt, principium eſt vitæ, ideo hic quaſi exemplariter expoſuit, habens vitã, id quod habet alimentum & augmentum. Propria autem ratio vitę eſt ex hoc, quod aliquid eſt natum mouere ſeipſum, large accipiendo motum, prout etiam intellectualis operatio, motus quidam dicitur. Ea enim ſine vita eſſe dicimus, quæ ab exteriori tantum principio moueri poſſunt. Deinde cum dicit.

*d* ¶ Inueſtigat animæ diffinitionem, ſuppoſitis præmiſſis diuiſionibus. Et circa hoc tria facit. Primo inueſtigat partes diffinitionis. Secundo ponit diffinitionem: ibi, [Si autem aliquod commune, &c.] Tertio ex diffinitione data, excludit quãdam dubitationem: ibi, [Vnde non oportet quærere, &c.] Circa primum duo facit. Primo inueſtigat particulas diffinitionis quæ pertinent ad eſſentiã animæ. Secundo, ea quæ pertinent ad eſſentiam ſubiecti: ibi, [Tale autẽ quodcunq; organicũ.] Circa primum duo facit. Primo inueſtigat hanc particulam, ꝙ anima eſt actus. Secundo hanc, quod eſt actus primus: ibi, [Hic autẽ dicitur dupliciter.] Concludit ergo primo ex prædictis, ꝙ cum corpora phyſica maxime videantur eſſe ſubſtãtiæ, & omne corpus habens vitã, ſit corpus phyſicum, neceſſe eſt dicere ꝙ omne corpus habẽs vitam ſit ſubſtantia. Et cũ ſit ens actu, neceſſe eſt ꝙ ſit ſubſtantia cõpoſita. Quia vero cum dico, corpus habens vitã, duo dico, ſc. ꝙ eſt corpus, & ꝙ eſt huiuſmodi corpus, ſc. habens vitam, nõ poteſt dici quod illa pars corporis habentis vitã, quę dicitur corpus, ſit anima. Per animã enim intelligimus in quo habens vitam viuit. vnde oportet, quod intelligatur ſicut aliquid in ſubiecto exiſtens, vt accipiatur hic large ſubiectum, nõ ſolum prout ſubiectũ dicitur aliquid ens actu, per quem modũ accidens dicitur eſſe in ſubiecto, ſed etiã ſecundum ꝙ materia prima, quæ eſt ens in potentia, dicitur ſubiectũ. Corpus autem ꝙ recipit vitam, magis eſt ſicut ſubiectũ, & materia, q̃ ſicut aliqd in ſubiecto exiſtens. Sic igitur cum ſit triplex ſubſtantia, ſc. compoſitum, materia,

*eſſe ſubſtantiæ videntur, & ex his, ea quæ naturalia ſunt, hæc enim cæterorum ſunt principia. Naturalium autem, alia habent vitam, alia non habent, vitam vero dicimus nutritionem quæ per ſeipſam fit, & auctionem, & diminutionem.*

G *Itaq; omne corpus naturale vitæ particeps ſubſtantia fuerit, & ita ſubſtantia, vt compoſita. Quoniam autem corpus eſt tale, nempe vitam habens, equidem non fuerit corpus anima, non enim eorum quæ ſunt de ſubiecto corpus eſt, ſed potius vt ſubiectum & materia, neceſſe eſt ergo animam eſſe ſubſtantiã, vt ſpeciem corporis naturalis vitam habentis. Hæc vero ſubſtantia eſt actus, ergo talis corporis eſt actus.*

H *Hic autẽ bifariam dicitur, partim vt ſcientia, partim vt contẽplari, cõſtat ergo eam eſſe vt ſcientiã, ex eo enim quod eſt anima, & ſomnus, & vigilia eſt, proportione autẽ reſpon-*

F & forma, & anima non eſt ipſum compoſitũ, ꝙ eſt corpus habens vitam, neq; eſt materia, q̃ eſt corpus ſubiectũ vitæ, relinquitur, p locũ à diuiſione, ꝙ anima ſit ſubſtãtia ſicut forma, vel ſpecies talis corporis, ſc. corporis phyſici habentis in potentia vitã. Dixit aũt [habentis vitam potentia.] & non ſimpliciter habentis vitã. Nã corpus habens vitã intelligitur ſubſtãtia compoſita viuens: cõpoſitum autẽ non ponitur in diffinitione formæ, ſed materia. Materia autẽ corporis viui eſt id quod comparatur ad vitã, ſicut potẽtia ad actũ, & hoc eſt anima, actus ſecundum quem corpus viuit. Sicut ſi dicerẽ ꝙ figura eſt actus, non quidẽ corporis figurati in actu, hoc n. eſt cõpoſitum ex figura & corpore, ſed corporis ꝙ eſt ſubiectum figuræ, quod cõparatur ad figuram ſicut potẽtia ad actũ. Et ne aliquis crederet, quod anima ſic eſſet actus, ſicut aliqua forma accidentalis actus eſt, ad hoc remouendum, ſubdit quod anima eſt ſic actus, ſicut ſubſtantia eſt actus, id eſt ſicut forma. Et quia omnis forma eſt in determinata materia, ſequitur, quod ſit forma talis corporis quale dictũ eſt. Secundũ autem eſt, quod hæc eſt differentia formæ ſubſtantialis ad formam accidentalem, ꝙ forma accidentalis non facit ens actu ſimpliciter, ſed ens actu tale vel tantũ vt puta magnũ vel albũ vel aliquid aliud huiuſmodi. Forma aũt ſubſtantialis facit eſſe actu ſimpliciter. Vnde forma accidentalis aduenit ſubiecto iam præexiſtenti actu. Forma aũt ſubſtantialis nõ aduenit ſubiecto à præexiſtẽti in actu, ſed exiſtẽti in potentia tantum, ſc. materiæ primæ. Ex quo patet, quod impoſſibile eſt vnius rei eſſe plures formas ſubſtantiales, quia prima faceret ens actu ſimpliciter, & omnes aliæ aduenirent

I ſubiecto iam exiſtenti in actu, vnde accidentaliter aduenirent ſubiecto iã exiſtenti in actu, non n. faceret ens actu ſimpliciter, ſed ſecundũ quid. Per ꝙ tollitur poſitio Auicebron in libro fontis vitę, qui poſuit quod ſecundũ ordinem generum & ſpecierum eſt ordo plurium formarum ſubſtantialium in vna & eadem re, vt puta quod in hoc indiuiduo hominis eſt vna forma, per quam eſt ſubſtantia, & alia per quam eſt corpus, & tertia per quam eſt animatum corpus, & ſic de aliis. Oportet enim ſecundum præmiſſa dicere ꝙ vna & eadem forma ſubſtantialis ſit, per quam hoc indiuiduum eſt hoc aliquid ſiue ſubſtantia, & per quam eſt corpus, & animatum corpus, & ſic de aliis. Forma enim perfectior dat materiæ hoc, ꝙ dat forma minus perfecta, & ad huc amplius. Vnde anima non ſolum facit eſſe ſubſtantiam & corpus, quod etiam facit forma lapidis, ſed etiam facit eſſe animatum corpus. Non ergo ſic eſt intelligendum quod anima ſit actus corporis, & quod corpus ſit eius materia, & ſubiectum quaſi corpus ſit conſtitutum per vnam formam, quæ faciat ipſum eſſe corpus, & ſuperueniat ei anima faciens ipſum eſſe corpus vnum, ſed quia ab anima eſt,

K & quod ſit, & ꝙ corpus ſit, & ꝙ ſit corpus viuum. Sed hoc quod eſt eſſe corpus, quod eſt imperfectius, eſt quid materiale reſpectu vitæ. Et inde eſt quod recedente anima, non remanet idem corpus ſpecie, nam oculus & caro in mortuo, nõ dicuntur niſi æquiuoce, vt patet p Philoſophũ in ſeptimo Metaphy. Lect.10. Te.com.53. Recedente enim anima, ſuccedit alia forma ſubſtantialis quæ dat aliud eſſe ſpecificum, cum corruptio vnius non ſit ſine generatione alterius. Deinde cum dicit.

*e* ¶ Venatur ſecundã particulã diffinitionis, & dicit ꝙ actus dicitur dupliciter, alius ſicut ſciẽtia, & alius ſicut cõſiderare, vt ſupra expoſitũ eſt. Et manifeſtum eſt, ꝙ anima eſt actus ſicut ſciẽtia, quia in hoc ꝙ anima ineſt, ineſt animali, & ſomnus, & vigilia. Et vigilia quidẽ aſſimilatur conſiderationi, qa, ſicut cõſideratio eſt vſus ſciẽtiæ, ita vigilia eſt vſus ſenſuũ, ſed ſomnus aſſimilatur habitui ſciẽtię, qñ aliquis ſecundũ ipſum nõ operatur,

operatur, in ſomno enim quieſcunt virtutes animales. Horum aūt duorum actuum, ſcientia eſt prior generatione, in eodem. Comparatur enim conſideratio ad ſcientiā, ſicut actus ad potentiam. Actus autem vt habetur in nono Metaphy. natura eſt
Tex. c. 13. prior potentia. Eſt enim finis & complementum potentiæ. Sed ordine generationis & temporis, vniuerſaliter loquēdo actus eſt prior potentia. Nā id quod eſt in potentia, reducitur in actū per aliquid ens actu. Sed in vno & eodem,
Tex.com.6. potētia eſt prior actu. Nam aliquid eſt primo in potentia, & poſtea actus fit. Et propter hoc dicit, quod [ ſcientia eſt prior generatione, in eodem, quam conſideratio: ] Vnde cōcludit quod cum anima ſit actus ſicut ſciētia, quod ſit actus primus corporis phyſici, potentia
Te.com. 7. vitam habentis. Sciendum autē quod Philoſophus dicit animā eſſe actum primum, non ſolum vt diſtinguat animam ab actu qui eſt operatio, ſed etiam vt diſtinguat eam à formis elementorū, quæ ſemper habent ſuam actionem niſi impediantur. Deinde cum dicit.

*f* ¶ Venatur particulam quæ eſt ex parte ſubiecti, & quia dixe
Tex. cō. 8. rat, quod anima eſt actus corporis phyſici habentis vitam in potentia, etiam dicit quod tale eſt omne corpus organicum. Et dicitur corpus organicum, quod habet diuerſitatem organorum. Diuerſitas autem organorum neceſſaria eſt in corpore ſuſcipiente vitam propter diuerſas operationes animæ. Anima enim cum ſit forma perfectiſſima inter formas rerum corporalium, eſt principiū diuerſarū operationum, & ideo requirit diuerſitatem organorum in ſuo perfectibili. Formę vero rerum inanimatarum, propter ſui imperfectionem ſunt principia paucarum operationum, vnde nō exigūt diuerſitatem organorum in ſuis perfectionibus. Inter animas aūt anima plantarum imperfectior inuenitur, vnde in plantis minor eſt diuerſitas organorum quam in animalibus. Et ideo ad oſtendendum quod omne corp⁹ ſuſcipiens vitam eſt organicum, accipit argumentum ex plantis, in quib. eſt minor diuerſitas organorum. Et hoc eſt quod dicit, quod etiam plantarum partes ſunt diuerſa organa. Sed partes plantarum ſunt penitus ſimplices, id eſt conſimiles, non enim eſt in eis tanta diuerſitas, ſicut in partibus animalium. Pes enim animalis ex diuerſis partibus compoſitus eſt, ſcilicet carne, neruo, oſſe, & huiuſmodi. Sed partes organicæ plantarum non habent talem diuerſitatem partium ex quibus componantur. Et quod partes plantarum ſint organicæ, manifeſtat per hoc quod diuerſæ partes ſunt ad diuerſas operationes. Sicut folium eſt ad cooperimentum corticis vel fructiferi, id eſt illius partis in qua fructus naſcitur. Cortex autem vel fructiferum, ad cooperimentum fructus. Radices autem in plantis ſunt proportionabiles ori animalium, quia vtraque attrahunt alimentum, ſcilicet radix in plantis, & os in animalibus. Deinde cum dicit.

Lect.10. Te. com.53. *g* ¶ Colligit ex omnibus prædictis diffinitionē animæ, & dicit ꝙ ſi aliqua diffinitio cōis debeat aſſignari, quæ conueniat omni animæ, erit hæc. [ Anima eſt actus primus corporis phyſici, organici. ] Nō aūt oportet addere, potētia vitā habentis. Loco n. huius ponitur organicū, vt ex dictis patet. Deinde cū dicit.

*h* ¶ Ex diffinitione data, ſoluit quandam dubitationem. Fuit n. à multis dubitatū, quomodo ex anima & corpore fieret vnū. Et quidā ponebāt aliqua media eſſe quib. anima corpori vniretur, & quodāmodo colligaretur. Sed hæc dubitatio iā locū non habet, cum oſtēſum ſit, quod anima ſit forma corporis: Et

A hoc eſt quod dicit, quod nō oportet quęrere ſi ex anima & corpore ſit vnum, ſicut nec dubitatur circa ceram & figuram, neque omnino circa aliquam materiam & formā cui⁹ eſt materia. Oſtenſum eſt enim in 8. Metaph. quod forma per ſe vnitur materiæ, ſicut actus eius, & idem eſt materiam vniri formæ, Lect. 1. Te. com. 6.
quod materiā eſſe in actu. Et hoc eſt etiam quod hic dicit, quod cum vnum & ens multipliciter dicatur, ſcilicet de ente in potentia, & de ente in actu, id quod proprie eſt ens & vnum, eſt actus. Nam ſicut ens in potentia non eſt ens ſimpliciter, ſed ſecundum quid, ita non eſt vnum ſimpliciter, ſed ſecundum quid. ſic enim dicitur aliquid vnum, ſicut & ens. Et ideo ſicut corpus habet eſſe per animam, ſicut per formam, ita & vnitur animæ immediate inquantum anima eſt forma corporis. Sed inquantum eſt motor, nihil prohibet aliquid eſſe medium, prout vna pars mouetur ab anima, mediante alia.

ipſa, & ſomnus & vigilia eſt. Proportionale autem vigilantia quidem ipſi cōſiderare, ſomnus autem, ipſi habere, & non operari. Prior autem generatione, in eodem, ſcientia eſt. Vnde anima eſt actus primus corporis phyſici, potentia vitam habentis.

*f* Tale autem quod ſit organicū. B Organa aūt, & plantarum partes ſunt, ſed penitus ſimplices, vt folium, fructiferi, cooperimentum. Fructiferum autem, fructus, Radices vero ori ſimiles ſunt, vtraque enim trahunt alimentum.

*g* Si autem aliquid commune de omni anima oportet dicere, erit vtique primus actus corporis phyſici, organici.

*h* Vnde non oportet quęrere: an vnum ſint, anima & corpus, ſicut neque ceram, & figuram: ne C que omnino vniuſcuiuſque materiæ, & id cuius materia. Vnum n. & eſſe cum multipliciter dicātur, quod proprie eſt, actus eſt.

*det vigilia quidem ipſi contemplari; ſomnus autem ipſi habere & non operari. Prior autem generationē in eadem ſcientia eſt; quapropter anima eſt actus primus corporis naturalis, potentia vitam habentis.*

*Cuiuſmodi eſt quodcunque fuerit organicum; ſunt porro plantarum quoque partes organa, ſed plane ſimplicia; vt folium integumentum eſt pulpæ, quæ ſemen complectitur; pulpa autem ſeminis; radices vero ori proportione reſpondent, vtraq; enim attrahunt alimentum.*

*Ergo ſi quid commune de omni anima ſit dicendum, ea fuerit actus primus corporis naturalis organici.*

*Idcirco non oportet quærere, an vnum ſit anima & corpus, quemadmodum neque ceram & figuram, nec denique vniuſcuiuſque materiam, & id cuius eſt materia; vnum enim & eſſe cum multifariam dicatur, quod proprie eſt, actus eſt.*

## LECTIO II.

*a* VNiuerſaliter igitur dictū eſt quid ſit anima. Subſtantia n. eſt quæ ſecundum rationē.

## LECTIO II.

*VNiuerſe igitur dictum eſt quid ſit anima; nempe ſubſtantia ea quæ in ratione conſiſtit; quod quidem*

## LECTIO II.

*a* POſita diffinitione animę, Philoſophus hic eam manifeſtat. Et circa hoc duo facit. Primo manifeſtat diffinitionem præmiſſam. Secundo ex diffinitione manifeſtata quandā veritatem concludit, ibi, [ Quod quidem igitur non ſit anima, &c. ] Circa primum duo facit. Primo manifeſtat diffinitionem animæ, quantum ad id quod in diffinitione prædicta ponitur ex D parte ipſius animæ. Secundo quantum ad id quod ibi ponitur ex parte ſubiecti, ibi, [ Eſt aūt non abiiciens animam &c. ] Circa primum duo facit. Primo manifeſtat diffinitionem animæ ex ſimilitudine rerum artificialium. Secundo ex partibus eius, ibi, [ Conſiderare autem in partibus oportet &c. ] Quia enim formę artificiales accidentia ſunt, quę ſunt magis nota quo ad nos quā formę ſubſtantiales, vtpote ſenſui propinquiora, ideo conuenienter rationem animæ quę eſt forma ſubſtantialis per comparationem ad formas accidentales manifeſtat. Similiter etiam partes animæ ſiue potentiæ eius manifeſtiores ſunt quo ad nos, quam ipſa anima: procedimus n. in cognitione animæ, ab obiectis in actus, ab actibus in potentias per quas anima ipſa nobis innoteſcit: vnde cōuenienter etiam per partes ratio animæ manifeſtatur. Dicit ergo primo, quod dictum eſt in vniuerſali quid ſit anima, cum prædicta diffinitio omni animæ conueniat. Dictum eſt enim, quod anima eſt ſubſtantia, quæ eſt forma à qua accipitur ratio rei. Eſt autē differentia inter formā quę eſt ſubſtantia, & formam quæ non eſt ſubſtātia. E Nam forma accidentalis quæ non eſt in genere ſubſtantiæ, nō pertinet ad eſſentiam ſiue quidditatē ſubiecti, nō n. albedo eſt de eſſentia corporis albi, ſed forma ſubſtātialis eſt de eſſentia ſiue de quidditate ſubiecti. Sic igitur anima dicitur forma ſubſtantialis, quia eſt de eſſentia, ſiue de quidditate corporis animati. Et hoc eſt ꝙ ſubdit. [ Hec aūt ] ſ. ſubſtātia q̄ eſt ſecūdū rationē [ eſt ꝙ quid erat eſſe huic corpori ] id eſt corpori conſtituto in ſpecie per talē formam. Ipſa n. forma pertinet ad eſſentiā rei, quæ ſignificatur ꝑ diffinitionē ſignificātē de re quid eſt. Et quia formæ ſubſtantiales cuiuſmodi ſunt formę corporum naturalium, ſunt latentes, manifeſtat hoc per formas artificiales, quæ ſunt accidentales. Et hoc eſt quod ſubdit [ ſicut ſi aliquid organorum ] id eſt artificialium inſtrumentorum, vt puta dolabra [ eſſet corpus phyſicum ] id eſt naturale, forma ſua hoc modo ſe haberet ad ipſum, ſicut dictū eſt. Et ideo ſubdit. [ Erat quidem dolabrę eſſe ſubſtantia ipſius ] id eſt forma

dolabræ (ſecundum quam accipitur ratio dolabræ, quã quidem rationẽ nominat eſſe dolabræ, eo quod ſecundum eam dolabra dicitur eſſe dolabra) hæc inquam forma, eſſet ſubſtãtia dolabræ. Et hoc ideo dicit, quia formæ corporũ naturaliũ ſunt in genere ſubſtantiæ. Et vlterius ſi dolabra non eſſet ſolũ corpus phyſicum, ſed etiam corpus animatum, forma dolabræ eſſet anima, & ea ſeparata non eſſet amplius dolabra, niſi æquiuoce, ſicut ſeparata anima, nõ eſt caro aut oculus, niſi æquiuoce. Nunc autẽ quia dolabra non eſt corpus naturale, nec eius forma eſt quod quid erat eſſe tali corpori, remota forma dolabrę, adhuc eſt dolabra, id eſt ſubſtãtia
Tex. cõ. 9. dolabræ. Subſtantia n. corporum artificialium eſt materia eorum, quæ remanet ſublata forma artificiali, licet non remaneat ipſum corpus artificiale in actu. Et quia dixerat ꝙ aliter nunc eſt in dolabra, & aliter eſſet ſi eſſet corpus phyſicum animatũ, aſſignat rationem huius dicens, qđ hoc ideo eſt qa [anima nõ eſt quod quid eſt eſſe & ratio.] id eſt forma hmõi corpo-
Tex. cõ. 10. ris, ſc. artificialis [ſed corporis phyſici huiuſcemodi] ſc. habentis vitam. Et vt manifeſtet quid ſit eſſe phyſicum corpus, ſubiũgit [habentis in ſeipſo principium motus & ſtatus.] Naturalia n. ſunt, quæ in ſeipſis principium motus & ſtatus habent. Huiuſmodi n. principium, natura dicitur. Vt habes li. phyſi. 2. Deinde cum dicit.
Tex. c. 11. *b* ¶ Manifeſtat diffinitionem animæ ex partibus dicens, quod id quod dictũ eſt de tota anima, & de toto corpore viuẽte oportet conſiderare in partib. vtriuſq;, quia ſi oculus eſſet animal, oporteret quod viſus eſſet anima eius, quia viſus eſt ſubſtantialis forma oculi, & oculus eſt materia viſus, ſicut corpus organicum, materia animæ. Deficiente autem viſu nõ remanet oculus niſi æquiuoce, ſicut oculus lapideus, aut depictus, ęquiuoce dicitur oculus. Et hoc ideo eſt, quia ęquiuoca ſunt, quorum nomen ſolum cõmune eſt & ratio ſubſtantiæ diuerſa: & ideo ſublata forma, à qua eſt ratio ſubſtantiæ oculi, non remanet niſi nomẽ oculi æquiuoce dictũ. Quod ergo inuenitur in parte viuentis corporis, oportet accipere in toto viuente corpore, ſc. quod ſicut viſus eſt forma ſubſtantialis oculi, & eo remoto nõ remanet oculus niſi ęquiuoce, ita anima eſt forma ſubſtantialis viuentis corporis, & ea remota non remanet corpus viuum niſi æquiuoce. Sicut n. ſe habet vna pars animæ ſenſitiuæ ad vnam partem corporis ſenſitiui, ſic ſe habet totus ſenſus ad totum corpus ſenſitiuum inquantum hmõi. Deinde cum dicit.

Hæc autem eſt quid eſt eſſe, huiuſmodi corporis, ſicut ſi aliquid organorum, phyſicum eſſet corpus, vt dolabra. Erat enim dolabræ eſſe, ſubſtantia ipſius, & anima, hoc. Separata autem hac non vtiq, amplius dolabra eſſet, niſi æquiuoce, nũc autem eſt dolabra. Non enim huiuſcemodi corporis quod quid eſt eſſe & ratio, anima, ſed phyſici talis habentis in ſeipſo principium motus & ſtatus.

*b* Conſiderare aũt in partibus oportet, quod dictum eſt. Si enim eſſet oculus, animal, anima vtique ipſius viſus eſſet. Hic n. ſubſtãtia eſt oculi, quæ eſt ſecundũ rationem. Oculus autẽ materia viſus eſt, quo deficiente, non eſt adhuc oculus niſi æquiuoce, ſicut lapideus, aut depictus. Oportet igitur accipere quod eſt in parte, in toto viuente corpore. Proportionaliter namq; habet ſicut pars ad partem, totus ſenſus ad totũ corpus ſenſitiuum, ſecundum quod huiuſmodi.

*c* Eſt autem non abiiciens animam potentia ens, vt viuat, ſed quod habens, ſemen autem & fructus, potentia tale corpus eſt. Sicut igitur inciſio & viſio, ſic & vigilantia, actus. Vt autem viſus & potentia organi anima. Corpus autẽ quod potentia eſt. Sed ſicut oculus eſt pupilla & viſus, & ibi anima & corpus, animal.

*d* Quod quidem igitur non ſit anima ſeparabilis à corpore, aut partes quædam ipſius, ſi partibilis naturaliter eſt, non immanifeſtum eſt. Quarundam enim actus partium eſt ipſarum. At vero ſecundum quoſdam nihil prohibet, propter id quod nullius corporis ſunt actus. Amplius autem immanifeſtum, ſi ſit corporis actus anima, ſicut nauta nauis. Figuraliter quidem igitur hæc definita de anima ſint, atque deſcripta.

F *eſt quid erat eſſe tali corpori, veluti ſi quod inſtrumentum eſſet naturale corpus, Verbi cauſa ſecuris: eſſet enim ſecuri eſſe ſubſtantia eius & anima hoc: ea enim ſeparata, non amplius eſſet ſecuris, niſi æquiuoce: nunc vero eſt ſecuris: non enim eiuſmodi corporis quid erat eſſe & ratio eſt anima, ſed naturalis, talis*
G *ſcilicet quod in ſe motus ſtatuſue principium habeat.*

*Hoc vero quod diximus in partibus etiam conſideraſſe non ab re fuerit: nam ſi oculus eſſet animal, profecto anima eius eſſet viſus: is enim eſt oculi ſubſtantia quæ in ratione conſiſtit. oculus autem materia eſt viſus, quo deficiente non eſt amplius oculus, niſi æquiuoce, quemadmodum lapideus & pictus. Ergo quod parti ali-*
H *cui conuenit, in totum viuens corpus eſt transferendum; proportione namque reſpondet, vt pars ad partem, ſic totus ſenſus ad totum corpus ſenſitiuum, quatenus eiuſmodi eſt.*

*Cæterum quod amiſit animam non eſt id quod potentia eſt ad videndum, ſed quod habet: ſemen vero & fructus id ſane eſt quod potentia eſt tale corpus. ergo vt ſectio & viſio, ſic vigilia eſt actus: vt vero viſus & potentia organi, ſic anima eſt: corpus autem eſt quod potentia eſt: verum*
I *vt pupilla & viſus eſt oculus, ita etiam illic, anima & corpus eſt animal.*

*Animam igitur non eſſe ſeparabilem corpore aut partes quaſdam eius ſi partibilis eſt, non eſt obſcurum: quarundam enim actus partium eſt ipſorum: nihil tamen obſtat quominus aliquæ ſint, propterea quod nullius ſunt corporis actus, incertum autem adhuc eſt, an anima ita ſit actus corporis: veluti nauta nauigii. Ac de anima quidem adumbratione quadã ſic explicatum deſcriptumque ſit.*

K

*c* ¶ Exponit præmiſſam diffinitionem de anima quantum ad hoc quod dixerat quod eſt actus corporis habentis vitam in potentia. Dicitur enim aliquid eſſe in potentia dupliciter. Vno modo, cum non habet principium operationis. Alio modo cum habet quidem, ſed non operatur ſecundum ipſum. Corpus autẽ, cuius actus eſt anima, eſt habens vitam in potentia, non quidẽ primo modo, ſed ſecundo. Et hoc eſt quod dicit, quod corpus [potentia ens vt viuat] id eſt habens vitam in potentia, cuius eſt actus anima, non ſic dicitur eſſe in potentia ad vitam, quod [ſit abiiciens animam] id eſt carẽs principio vitæ quod eſt anima, ſed quod eſt habens huiuſmodi principiũm. Sed verum eſt quod ſemen, & fructus in quo conſeruatur ſemen plantæ, eſt in potentia ad huiuſmodi corpus viuum quod habet animam: nondum enim ſemen habet animam. Vnde ſic eſt in potentia, ſicut abiiciens animam. Et vt oſtendat quomodo eſt in potentia ad vitã corpus, cuius actus eſt anima, ſubiungit quod ita vigilantia eſt actus animæ ſenſitiuæ ſicut inciſio eſt actus cultelli, & viſio eſt actus oculi. Quodlibet n. iſtorũ eſt operatio & vſus principii habiti. Sed anima eſt actus primus, ſicut viſus & quæcumq; potentia organi, quodlibet enim horum eſt principium operationis. Sed corpus quod eſt perfectum per animam, eſt potentia habens quidem actum primum, ſed aliquãdo carens actu ſecundo. Sed ſicut oculus eſt aliquid compoſitum ex pupilla, ſicut materia, & viſu, ſicut forma, ita animal eſt compoſitum ex anima, ſicut forma, & ex corpore, ſicut materia. Deinde cum dicit.
*d* ¶ Concludit quandam veritatẽ ex præmiſſis, quia enim oſtenſum eſt quod anima eſt actus totius corporis, & partes ſunt actus partiũ, act⁹ autem & forma non ſeparantur ab eo, cuius eſt actus vel forma, manifeſtum eſt quod anima nõ poteſt ſeparari à corpore, vel ipſa tota, vel aliquę partes eius, ſi nata eſt aliquo modo habere partes. Manifeſtum eſt n. quod aliquæ partes animæ ſunt actus aliquarum partiũ corporis, ſicut dictum eſt quod viſus eſt actus oculi. Sed ſecundum quaſdam partes nihil prohibet animam ſeparari, quia quædã partes animæ nullius corporis actus ſunt, ſicut infra probabitur de his quæ ſunt circa intellectum. Et quia Plato ponebat ꝙ anima eſt actus corporis non ſicut forma, ſed ſicut motor, ſubiungit ꝙ hoc nondũ eſt manifeſtũ, ſi anima ſic ſit actus corporis ſicut nauta eſt actus nauis, ſcilic. vt motor tantum. Deinde epilogando colligit quę dicta ſunt,

A ſunt, & dicit quod ſecundum prædicta determinatum eſt de anima, & poſita eſt animæ deſcriptio figuraliter quaſi extrinſece & ſuperficialiter & incomplete. Complebitur enim determinatio de anima, quando pertinget vſque ad intima, vt determinetur natura vniuſcuiuſque partis ipſius animæ.

B

*LECTIO III.*

a QVoniam autem ex incertis quidem, ſed tamen manifeſtioribus, certum fit id quod ſecundum rationem notius, tentandum eſt iterum ſic aggredi de ipſa.

b Non enim ſolum quod ſit, oportet diffinitiuam rationem oſtendere, ſicut plures terminorum dicunt, ſed cauſam ineſſe, & apparere. Nunc autem ſicut cõcluſiones rationes terminorum ſunt: vt quid eſt tetragoniſmus? æquale altera parte longiori, orthogonium eſſe ęquilaterale. Talis autem terminus, ratio concluſionis. Dicens autem, quod tetragoniſmus eſt mediæ inuentio, rei cauſam dicit. C

c Dicamus igitur, principium accipientes intentionis rei, determinari animatum ab inani-

LECTIO III.

*QVoniam autem ex obſcuris quidem, ſed manifeſtioribus, naſcitur id quod manifeſtum & ratione notius eſt, hoc eodem pacto rurſus de ea diſſerere conandum eſt.*

*Neque enim ſolum ipſum quod definitiuam rationem aperire oportet, vt plurimæ definitiones explicant, verum etiam cauſam ineſſe & apparere alioqui, quaſi concluſiones * orationes definitionum ſunt: vt quid eſt quadratio? æquale ei quod altera parte eſt longius, rectangulum fieri æquilaterum, quæ ſane definitio, ratio eſt concluſionis, at vero quæ quadrationem dicit eſſe mediæ inuentionem, ea rei cauſam dicit.*

* aliter rationes terminorum.

*Dicamus igitur initio conſiderationis accepto, animatum diſtinctum eſſe ab inanimato ipſo viuere: cum aũt*

*LECTIO III.*

a POſtquam Philoſophus poſuit diffinitionem animę, hic intendit demonſtrare ipſam. Et primo dicit de quo eſt intentio. Secundo proſequitur intentum ibi, [Dicamus igitur principium, &c.] Circa primum duo facit. Primo determinat modum demonſtrationis quo vti intendit in demonſtrando. Secundo manifeſtat quomodo quædam diffinitiones ſunt demonſtrabiles, ibi, [Non enim ſolum quodque &c.] Circa primum ſciendum eſt, quod cum ex notis oporteat in cognitionem ignotorum deuenire, omnis autem demonſtratio adducitur cauſa notificandi aliud, neceſſe eſt, quod omnis demonſtratio procedat ex notiorib. quo ad nos, quibus per demonſtrationem fit aliquid notum. (Text. cõ. 12.) In quibuſdam autem eadẽ ſunt notiora quo ad nos, & ſecundum naturã, ſicut in mathematicis, quæ ſunt à materia abſtracta, & in his demonſtratio procedit ex notioribus ſimpliciter, & notioribus ſecundum naturam, ſcilicet ex cauſis in effectus, vnde dicitur demõſtratio propter quid. In quibuſdam vero non ſunt eadem magis nota ſimpliciter, & quo ad nos, ſcilicet in naturalibus, in quibus plerunque effect⁹ ſenſibiles ſunt magis noti ſuis cauſis: & ideo vt in naturalibus, in pluribus proceditur ab his, q̃ ſunt minus nota ſecundum naturam, & magis nota quo ad nos, vt dicitur in primo Phyſic. (Tex. c. 13.) (Lectio 1.) Et hoc modo demonſtrationis intendit hic vti. Et hoc eſt quod dicit, quod quia illud quod eſt certum ſecundum naturam, & quod eſt ſecundum rationem notius, fit certius quo ad nos ex his quæ ſunt incerta ſecundum naturã, certiora autem quo ad nos, per iſtum modum tentandum eſt iterum aggredi de anima, demonſtrando diffinitionem eius ſupra poſitam. Deinde cum dicit. D

b ¶ Aſſignat rationem prædictæ intentionis, oſtendendo quod aliquæ diffinitiones ſunt demonſtrabiles. Et hoc eſt quod dicit, quod ideo oportet iterum aggredi de anima, quia oportet quod ratio diffinitiua non ſolum dicat hoc quod eſt quia, ſicut plures terminorum, id eſt diffinitionem dicunt, ſed oportet etiam quod in diffinitione tangatur cauſa, & quod per diffinitionem dicentem propter quid, demonſtretur diffinitio quæ dicit ſolum quia. Inueniuntur autem multæ rationes terminorum, id eſt diffinitiones quæ ſunt ſicut concluſiones. Et ponit exemplum in geometricalibus. Ad cuius intelligentiam ſciendum eſt, quod figurarum quadrilaterarum, quædam habent omnes angulos rectos, & vocantur Orthogonia; id eſt ſuperficies rectorum angulorum, quædam autem non habent angulos rectos, & vocantur Rhomboydes. Sciendum eſt autem, quod orthogoniorum quoddam conſiſtit ex omnibus lateribus æqualibus & vocatur quadratũ ſiue tetragoniſmus, quoddam aũt non habet omnia latera æqualia, in quo tamen q̃libet duo latera ſibi oppoſita, ſunt æqualia & vocatur hmõi Orthogoniũ altera parte lõgius, ſicut patet in ſequẽtib. figuris E










Item ſciendum eſt, q̃ in qualibet ſuperficie rectorum angulorum duæ rectę lineæ, quæ angulum rectum concludunt, dicuntur totam ſuperficiem continere, quia cum alia duo latera ſint æqualia eis, vnumquodq; ſuo oppoſito, neceſſe eſt, quod vna prędictarum linearum, rectum angulum concludentium, menſuret longitudinẽ ſuperficiei rectangulæ, & alia latitudinem, vnde tota ſuperficies rectangulà cõſurgit ex ductu vnius in aliam. Vnde ſi imaginaremur, q̃ vna earũ moueretur p aliã, conſurgeret talis ſupficies. Item ſciendum eſt, quod cum in orthogonio quod eſt altera parte lõgius, duæ lineæ continentes ipſum, ſint inæquales, ſi accipiatur inter eas linea media in proportione, & ducatur in ſe ipſam, fiet quadratũ æquale altera parte longiori Et quia hæc demõſtrationib geometricis diffuſum eſſet oſtẽdere, ſufficiat hoc ad præſens manifeſtare in numeris. Sit igitur orthogonium altera parte longius, cuius maius latus ſit nouem palmorum, minus vero quatuor. Accipiatur autem linea media in proportione inter ea, quæ ſcil. ſunt ſex palmorum. Quia ſicut ſe habent ſex ad nouem, ita quatuor ad ſex. Quadratum autem huius lineæ, erit æquale prædicto orthogonio altera parte longiori. quod etiã in numeris patet. Nam quater nouem ſunt triginta ſex Similiter etiam ſexies ſex ſunt triginta ſex. Hoc eſt ergo quod dicit, quod ſi quæratur quid eſt tetragoniſmus, id eſt quadratum, quod eſt æquale altera parte longiori, aſſignabitur talis diffinitio, vt dicatur [eſſe orthogonium] id eſt ſuperficies rectorum angulorum [æquilaterale] id eſt habens omnia latera æqualia &c. [Talis autem terminus] id eſt talis diffinitio eſt [ratio concluſionis] id eſt per demonſtrationem concluſa. Si autem aliquis ſic diffiniat, dicens, quod [quadratũ eſt inuentio mediæ] ſcilicet lineæ mediæ in proportione inter duo latera inæqualia orthogonii, altera longioris, id eſt orthogonium conſtitutum ex tali linea inuenta, qui inquam ſic diffinit [dicit cauſam rei.] Attendendum eſt autem quod hoc exemplum, quod hic inducitur, eſt ſimile ei quod intendit circa animam, quantum ad aliquid, ſcilicet quantum ad hoc quod demonſtretur diffinitio animæ, non autem quantum ad hoc quod demonſtretur demonſtratione dicente propter quid. Deinde cum dicit.

c ¶ Incipit demonſtrare diffinitionem animæ ſuperius poſitã modo prędicto, ſcilicet per effectum. Et vtitur tali demonſtratione. Illud quod eſt primum principium viuendi, eſt viuentium corporum actus & forma. Sed anima eſt primum principium viuendi, his quæ viuunt, ergo eſt corporis viuẽtis actus, & forma. Manifeſtum eſt autem, quod hæc demõſtratio eſt ex poſteriori. Ex eo enim, quod anima eſt forma corporis viuentis, eſt principium operum vitæ, & non econuerſo. Circa hoc ergo duo facit. Primo oſtendit, quod anima eſt principium viuendi. Secundo q̃ primum principiũ viuendi eſt forma corporis viuentis, ibi, [Quoniam autem quo viuimus, & ſentimus.]

Circa primum tria facit. Primo diſtinguit modos viuentiũ. Secundo oſtendit, quod anima eſt viuendi principium, ibi, [Vnde & vegetabilia oĩa, &c.] Tertio manifeſtat quomodo ſe habeãt partes animę adinuicem, ſecũdum quas eſt principium operũ vitæ, ibi, [Vtrum autem vnumquodque horũ.] Dicit ergo primo, quod ad proſequendum noſtrã intentionem, qua intendimus demonſtrare diffinitionem animę, oportet hoc quaſi principium accipere, quod animatum diſtinguitur ab inanimato in viuendo. Animata enim viuunt, ſed inanimata

Te.com.14. non viuunt. Sed cum multiplex ſit modus viuendi, ſi vnus tantũ eorum inſit alicui, dicitur illud viuens, & animatum. Ponit autem quatuor modos viuendi, quorũ vnus eſt per intellectum, ſecundus per ſenſum, tertius per motum, & ſtatum localem, quartus per motum alimenti, & decrementi, & augmenti. Ideo autem quatuor tantum modos ponit viuendi, cum

Te.com. 15. ſupra quinq; genera operationum animæ poſuerit, quia hic in-

Te.com. 16. tẽdit diſtinguere modos viuendi, ſecundũ gradus viuentium, q distinguuntur ſecundum hæc quatuor. In quibuſdam enim viuentium inueniũtur tantum alimentum, augmentum, & decrementum, ſ. in plantis. In quibuſdam autem, cum his inuenitur ſenſus ſine motu locali, ſicut in animalibus imperfectis, ſicut ſunt oſtreæ. In q buſdam autem, vlterius inuenitur motus ſecundum locum, ſicut in animalib. perfectis, quæ mouentur

Te.com.17. motu progreſſiuo, vt bos, & equus. In quibuſdam autem, cum his vlterius inuenitur intellectus, ſcilicet in hominibus. Appetitiuum autem quod eſt quintum præter hæc quatuor, non facit aliquam diuerſitatem in gradibus viuentium.

mato, in viuendo. Multipliciter autem ipſo viuere dicto, & ſi vnum aliquod horum inſit ſolum, viuere ipſum dicimus, vt intellectus & ſenſus, motus & ſtatus ſecundum locum. Adhuc autem motus & ſtatus ſecundum alimentum, & decrementum & augmentum.

G

*d* Vnde & vegetabilia omnia videntur viuere. Videntur autem in ſeipſis habentia potentiam, & principiũ huiuſmodi, per quod augmentum & decrementum ſuſcipiunt, ſecundum cõtrarios locos. Non enim ſurſum quidem augentur, deorſum autem non, ſed ſimiliter ad vtraque & in omnes partes continue aluntur, & viuunt, quouſq; poſſunt accipere alimentum.

H

*e* Separari autem hoc ab aliis poſſibile eſt, alia autem ab hoc, impoſſibile eſt in rebus mortalibus. Manifeſtum eſt autem in his, quæ vegetantur. Neque enim vna ineſt ipſis potentia alia animæ. Viuere igitur, propter hoc principium ineſt omnibus viuentibus.

*f* Animal autẽ propter ſenſum, primum. Et namque quæ non mouentur, neque mutant locũ, habent autem ſenſum, animalia dicimus, & non viuere ſolum. Videntur autem & huiuſmodi multa eſſe animalium, manentia autem cum ſint natura, habent ſolum ſenſum.

I

*g* Senſum autem, primo ineſt omnibus tactus. Sicut autem vegetatiuum poteſt ſeparari à tactu, & omni ſenſu, ſic & tactus ab aliis ſenſibus. Vegetatiuum autem dicimus huiuſmodi partem animæ, qua & vegetabilia participant. Animalia autem omnia videntur tangendi ſenſum habentia.

K

*pluribus modis viuere dicatur, ſi vel vnum duntaxat horum inſit, viuere ipſum dicimus: vt intellectus, & ſenſus, & motus & ſtatus loci: motuſque item alimenti, & diminutio & auctio,*

*Quamobrem & quæ terra gignit omnia videntur viuere, apparet enim ea in ſe ipſis eiuſmodi habere potentiam & principium, quo auctionem & diminutionem contrariis capiant locis; neque enim ſurſum verſus augentur: deorſum, non item: ſed peræque in vtramque partem & vndique ſemper nutriuntur ac pergunt viuere, dum poſſunt capere alimentum.*

*Atque id quidem ab aliis ſeparari poteſt: cætera vero ab hoc non poſſunt in mortalibus. quod perſpicuum eſt in iis quæ ex terra oriuntur: nulla enim alia ineſt eis animæ potentia. Ac viuere quidem ob hoc principium adeſt omnibus viuentibus.*

*Animal autem eſt ob ſenſum primo. etenim quæ non mouentur, neque mutant locum, ſenſum tamen habent, ζῶα, id eſt animalia dicimus, & non ζῆν, id eſt viuere.*

*Ex ſenſibus autem primo ineſt omnibus tactus, atque vt nutrimentũ poteſt ſeparari à tactu & omni ſenſu, ſic tactus à cæteris ſenſibus, nutritiuum vero eam partem animæ dicimus, cuius etiam plantæ participes ſunt, animalia autem omnia videntur tangendi ſenſum habere.*

Nam vbicunque eſt ſenſus, ibi eſt & appetitus. Deinde cum dicit.

*d* ¶ Manifeſtat, quod anima eſt principium viuendi ſecundum oẽs modos prædictos. Et circa hoc tria facit. Primo oſtendit, quomodo aĩa eſt principiũ viuendi in plantis. Secundo in animalibus, ibi, [Animal aũt propter ſenſum, &c.] Propter q̃ autẽ cauſam &c. Circa primum duo facit. Primo oſtendit ꝙ anima eſt principium viuendi in plantis, & dicit quod cum dictũ ſit, quod quibuſcunq; ineſt vnum quatuor prędictorum modorũ viuentiũ dicuntur viuere, ſequitur ꝙ omnia vegetabilia viuãt. Omnia enim in ſe ipſis habent potentiam quandam, & principium, quo ſuſcipiunt motum augmenti & decrementi. Et qđ hoc principium non ſit natura, ſed anima, manifeſtũ eſt. Nam

F natura non mouet ad contraria loca, motus aũt augmenti & decrementi eſt ſecundum contraria loca. Augentur enim vegetabilia omnia, non ſolum ſurſum & deorſum, ſed vtroque modo. Manifeſtum eſt ergo, quod principium horum motuũ non eſt natura, ſed anima. Nec ſolum vegetabilia viuunt, dum augentur, & decreſcunt, ſed quęcunque nutriuntur, tamdiu viuunt, quamdiu poſſunt accipere nutrimẽtum, per quod ſit augmentũ. Secundo ibi.

*e* ¶ Oſtendit, quod prędictum viuendi principium, eſt primum, & ſeparabile ab aliis. Et dicit, quod hoc ſcilicet principiũ augmenti & alimenti poteſt ſeparari ab aliis principiis viuẽdi, ſed alia non poſſunt ſeparari ab eo in rebus mortalibus. Quod ideo dicit, quia in rebus immortalibus, ſicut ſunt ſubſtantiæ ſeparatæ, & corpora cœleſtia, ſi tamẽ ſunt animata, inuenitur intellectiuum ſine nutritiuo. Quod autem hoc principium ſit ſeparabile ab aliis, manifeſtũ eſt in his quæ vegetantur, id eſt in plantis, in quibus nulla alia potentia animæ ineſt, niſi huiuſmodi. Ex quo manifeſtum eſt, quod illud propter quod primũ inuenitur vita in rebus mortalibus, eſt principium augmenti, & alimenti, quod vocatur anima vegetabilis. Deinde cũ dicit.

*f* ¶ Manifeſtat quomodo anima eſt principium viuẽdi in animalibus. Et circa hoc duo facit. Primo dicit quod primum dicitur aliqđ eſſe animal propter ſenſum, licet animalia quædam & ſentiant, & moueantur. Ea enim dicimus eſſe animalia, & non ſolũ viuere, quæ licet non mutent locum, tamẽ habent ſenſum. Sunt enim multa animaliũ talia, quæ naturaliter manent in eodem loco, & tamen habent ſenſũ, ſicut oſtreæ, q̃ nõ mouẽtur motu ꝓgreſſiuo. Secundo ibi.

*g* ¶ Oſtendit, quod inter alios ſenſus, primo ineſt tactus animalibus. Quod probat ex hoc, quod ſicut vegetatiuum poteſt ſeparari à tactu, & ab omni ſenſu, ſic tactus poteſt ſeparari ab aliis ſenſibus. Multa enim ſunt animalia, quæ ſolũ ſenſum tactus habent, ſicut animalia imperfecta. Omnia autẽ animalia habẽt ſenſum tactus. Vegetatiuum autem principium dicim⁹ illam partem animæ, qua etiã vegetabilia, id eſt plantę participant. Sic igitur ex prædictis patent tres gradus viuentiũ, primus eſt plãtarum, ſecundus animalium imperfectorũ immobilium, quæ habent ſolũ ſenſum tactus, tertius eſt animalium perfectorũ, quę mouentur motu progreſſiuo, quæ etiam habent alios ſenſus. Manifeſtum eſt autem, ꝙ quartus gradus eſt eorum quę habent cum his etiã intellectũ. Deinde cum dicit,

*h* ¶ Oſtendit

b ¶ Oſtendit quid dictum ſit, & quid reſtat dicendum Et dicit quod poſterius dicendum eſt, propter quam cauſam vtrumq; horum accidat, ſcilicet quod vegetatiuum poteſt eſſe ſine ſenſu & quod tactus ſine aliis ſenſibus Hoc enim dicet in fine libri. Nunc autem ſufficiat, intantum dictum eſſe, quod anima eſt principium viuendi

Te.com. 18 ſecundũ prædictos modos, & quod diſtincta eſt iſtis quatuor, ſcilicet vegetatiuo, quod eſt in plantis, & in omnibus viuentibus, & ſenſitiuo, quod eſt in omnibus animalibus, & intellectiuo, quod eſt in omnibus hominibus, & motu progreſ-

Te.com. 19. ſiuo, qui eſt in omnibus animalibus perfectis ſenſu vel intellectu.

b Propter quam autem cauſam vtrumque horum accidit, poſterius dicemus. Nunc autem intantum dictum ſit ſolum, quod eſt anima, horum quæ dicta ſunt, principium, & his determinata eſt vegetatiuo, ſenſitiuo, intellectiuo & motu.

*Cauſam autem cur vtrumque horum eueniat, poſt dicemus, nunc hoc tantum dictum ſit, Animam eſſe principium eorum quæ diximus, & his definitam eſſe, nutritiuo, ſenſitiuo, dianoetico, motu.*

*LECTIO IIII.*

a Vtrum autem vnumquodque horũ ſit anima, an pars animæ, & ſi pars, vtrum ſic, vt ſit ſeparabilis ratione ſolum, an etiam & loco.

b De quibuſdam quidem horũ, non eſt difficile videre, quædam autem dubitationem habẽt. Sicut enim in plantis, quædam diuiſa videntur viuere ſeparata ab inuicem, tamquam exiſtente in his anima actu quidem vna, in vnaquaque planta, potentia autem pluribus: ſic videmus, & circa alteras differentias animæ accidere, vt in entomis deciſis. Etenim ſenſum vtraque partiũ habet & motum ſecundum locum. Si autem ſenſum, & phantaſiam, & appetitum. Vbi quidẽ enim ſenſus eſt, & triſtitia & lætitia eſt. Vbi autem hæc ſunt, ex neceſſitate & deſiderium eſt.

c De intellectu autem & perſpectiua potentia, nihil adhuc manifeſtum eſt, ſed videtur genus alterum animæ eſſe, & hoc ſolũ contingit ſeparari, ſicut æternũ à corruptibili. Reliquæ autem partes animæ, manifeſtum ex his, quod non ſeparabiles ſunt, ſicut quidam dicunt.

LECTIO IIII.

*Vtrum autem vnumquodque horum ſit anima, an pars animæ, & ſi pars, vtrum ita, vt ſit ſeparabilis ratione ſolum, an etiam loco.*

*De nonnullis non eſt videre difficile, de aliquibus eſt quæſtio. Vt enim in plantis ſunt quæ cum ſecantur, & pars alia ab alia ſeparatur, videantur viuere, vtpote, cum anima quæ in eis eſt vna in vnaquaque planta ſit, potentia vero plures, ſic etiam in aliis animæ differentiis videmus fieri, vt in iis inſectis quæ inciduntur, etenim ſenſum vtraque partium habet & motum loci. quod ſi ſenſum, & phantaſiam etiam & appetitum, vbi enim ſenſus eſt, & dolor & voluptas conſequitur, vbi autem hæc ſunt, neceſſario etiam cupiditas.*

*De intellectu vero & contemplatiua potentia nondum quicquam eſt manifeſtum, ſed videtur animæ genus diuerſum eſſe, idque ſolum * poſſe ſeparari quemadmodum æternum à corruptibili. Cæteras autem partes animæ ex his perſpicuum eſt non eſſe ſeparabiles, vt nonnulli dicunt.*

*al. poteſt.*

*LECTIO IIII.*

Te.com.20. a Oſtendit ſuperius Philoſoph. ꝙ anima eſt principiũ viuendi, ſecundum diuerſa genera vitæ. Et ideo nũc inquirit qualiter principia viuendi, ſecundum diuerſa genera vitæ ſe habeant ad animam, & adinuicem. Et circa hoc duo facit. Primo mouet quæſtiones duas. Quarũ prima eſt. Cum anima, quæ eſt principiũ viuendi, ſit determinata vegetatiuo, ſenſitiuo, motiuo ſecũdum locum, & intellectiuo, vtrum quodlibet eorum ſit anima per ſe, aut ſit pars animæ.

Te.com.21. Et manifeſtum eſt, quod in his quæ tantum augentur, & nutriuntur, ſicut in plantis; vegetatiuum eſt anima. In his autem, quæ vegetantur, & ſentiunt; eſt pars animæ, & ſimiliter eſt

Te.com.22. de aliis. Secunda quęſtio eſt. Si vnũquodque prædictorum eſt pars animæ, puta, cũ omnia inueniantur in vna anima, ſicut in humana, vtrum hoc modo ſint partes, quod ſeparentur abinuicem ſolum ſecundũ rationem, vt ſcilicet ſint diuerſæ potentiæ, aut etiã ſeparentur loco, & ſubiecto, vtpote quod in vna parte corporis ſit ſenſitiuum, in alia appetitiuum, in alia motiuum, & ſic de aliis, ſicut quibuſdam viſum fuit. Secundo cum dicit.

b ¶ Soluit propoſitas quæſtiones. Et primo ſecundã. Secundo primam, ibi, [Quod aũt quibuſdam animalium.] Circa primũ duo facit. Primo ſoluit ſecundã quęſtionem, quantũ ad ſecundam partẽ, oſtendens, vtrum partes animæ ſint ſeparabiles loco. Secundo, quantum ad primam, vtrũ ſcilicet ſint ſeparabiles rõne, ibi, [Ratione autem ꝙ alteræ &c.] Dicit ergo primo, ꝙ de quibuſdam partib. animæ, non eſt difficile videre, vtrum ſint ſeparabiles loco, id eſt ſubiecto, ſed de quibuſdã dubiũ eſt. Et ad oſtendendum, ꝙ in quibuſdã hoc facile eſt videre, præmittit ſimilitudinem de plantis, ibi [Sicut n. in plantis.] Dicens, ꝙ quædam partes diuiſæ ab eis, & ſeparatę ab aliis partib. videntur viuere. Et hoc manifeſtatur ꝑ hoc, quod ramuſculi abſciſi inſeruntur, vel plantãtur, & coaleſcunt, quod non eſſet niſi remaneret in eis vita, & per conſequens aĩa, quę eſt principiũ viuendi, ꝙ contingit tamquam in vnaquaque planta, anima ſit vna in actu, & multiplex in potentia. Sicut n. accidere videtur in formis corporum naturalium inanimatorum, ita in eis, quę propter ſui imperfectionem non requirunt diuerſitatẽ in partib. quod in aliquo vno toto anima eſt in actu vna, & plures in potentia, ſicut & ipſum corpus eſt vnũ in actu & plura in potẽtia. Poteſt n. diuidi vnumquodque eorum in diuerſas partes ſimiles ſpecie, ſicut patet in aere, aqua, & in corporibus mineralibus. Vnde oportet, quod ſi partes ſunt ſimiles ſpecie adinuicẽ & toti, quod forma ſpecifica poſt diuiſionem ſit in vtraque partium. Et eadem ratione, quia anima plantę imperfecta eſt in ordine animarum, non requirit magnam diuerſitatẽ in partibus: vnde anima totius poteſt ſaluari in aliqua partium. Et ſic etiam videmus in aliis differentiis animę, ſicut in entomis deciſis, id eſt in animalib. quæ deciſa viuunt, quia vtraque partiũ habet ſenſum. Quod patet ex hoc, quod retrahit ſe ſi pungitur. Et etiam habet motum ſecundum locum, vt ad ſenſum apparet. Sic ergo in vna, & eadẽ parte apparet, & ſenſitiuũ, & motiuum principium. Et ſi eſt ibi ſenſus neceſſe eſt ꝙ ſit ibi phantaſia. Phantaſia autem nihil aliud eſt, quam motus factus à ſenſu ſecundum actũ vt infra dicetur. Et ſimiliter ſi habet ſenſũ pars deciſa, neceſſe ẽ, ꝙ habeat appetitum. *Lib. 3. Tex. c. 162.* Ad ſenſum n. de neceſſitate ſequitur lętitia & triſtitia, ſiue delectatio & dolor. Neceſſe eſt enim ſi ſenſibile perceptũ, eſt conueniens, ꝙ ſit delectabile: ſi autem eſt nociuum, quod ſit doloroſum. Vbi autẽ eſt dolor & delectatio, oportet ꝙ ſit deſideriũ & appetitus, vnde neceſſe eſt, ꝙ ſi pars deciſa ſentit, ꝙ etiam habeat appetitum. Sic ergo manifeſtum eſt, ꝙ vegetatiuum, ſenſitiuum, appetitiuũ, & motiuũ inueniũtur in vna parte deciſa, ex quo patet, ꝙ nõ diſtinguũtur loco in corpore animalis. Sed de quibuſdã potẽtiis particularibus, manifeſtum eſt ꝙ diſtinguũtur loco. Viſus n. manifeſte nõ eſt niſi in oculo, auditus in aure, olfactus in naribus, guſtus in lingua & palato. Sed primus ſenſus, qui eſt tactus, & neceſſarius animali, eſt in toto. Sed quod dicit ꝙ phantaſia eſt in parte deciſa, videtur eſſe dubium. Nam à quibuſdã, phantaſiæ attribuitur determinatũ organum in corpore. Sed ſciendũ eſt, ꝙ phantaſia inuenitur indeterminata in animalib. imperfectis, in animalib. vero perfectis determinata, ſicut infra in 3. dicetur. Organum ergo aliquod determinatum phantaſiæ attribuitur ad maiorem perfectionem & determinationem ſui actus, ſine quo phantaſiæ actus nullo modo eſſe poſſet, ſicut actus viſus nullo modo poteſt eſſe ſine oculo. *Tex. c. 136. Lectio. 5.* Sic igitur manifeſtauit, quod in quibuſdam potentiis animæ, non eſt difficile videre, vtrum ſint ſeparabiles loco. Deinde cum dicit.

c ¶ Oſtendit in qua parte animæ circa hoc poſſit eſſe dubium. Et dicit, quod de intellectu, quocunque nomine vocetur, perſpectiua potentia, id eſt ſpeculatiua, nihil eſt adhuc manifeſtũ. Nondum n. per ea quæ dicta ſunt apparet vtrum habeat aliquod organum in corpore, diſtinctũ loco ab aliis organis, vel nõ diſtinctũ. Sed tamen quantũ in ſuperficie apparet, videtur

quod ſit alterum genus animæ ab aliis partibus animæ, id eſt F alterius naturæ & alio modo ſe habens, & quod hoc ſolum genus animæ poſſit ſeparari ab aliis partibus animæ, vel etiam quod ſit ſeparatum ab organo corporeo, ſicut perpetuum à corruptibili. Sed quod reliquæ partes animæ non ſint ſeparabiles loco abinuicem manifeſtum eſt ex prædictis.

*d* Ratione autem, ꝙ alteræ, manifeſtum eſt. Senſitiuo n. eſſe & opinatiuo alterum. Si quidem & ſentire ab ipſo opinari. Similiter autem & aliorum vnumquodque quæ dicta ſunt.

*e* Ad hæc quibuſdam animaliũ omnia inſunt hæc, quibuſdam vero quędam horum, alteris aũt G vnum ſolum. Hoc aũt facit differentias animalium. Propter q̃ aũt cauſam ſit factum, poſterius intendẽdum eſt. Similiter aũt & circa ſenſus accidit. Alia n. habent omnes, alia vero quoſdam, quædam vero vnum, maxime neceſſarium, tactum.

*f* Qm̃ aũt quo viuimus, & ſentimus dupliciter, ſicut quo ſcim⁹, dicimus aũt hoc quidem ſcientiam, illud aũt animam, vtroque n. horum dicimus ſcire. Similiter autẽ, & quo ſanamur, aliud H quidem ſanitas eſt, aliud autem pars quædam corporis, aut etiã totum. Horum aũt ſcientia quidem & ſanitas, forma eſt & ſpecies quędam, & ratio vt actus ſuſceptiuorum, hæc quidem eius quod ſcientiæ capax eſt, illa vero ſanabilis. Videtur n. in patiẽte & diſpoſito, actiuorum ineſſe actio. Anima aũt hæc quo viuimus, & ſentimus, & mouemur, & intelligimus primo. Quare rõ quædam vtique erit, & ſpecies, ſed nõ vt materia, & vt ſubiectũ. Tripliciter n. dicta ſubſtãtia ſicut diximus, hęc quidem ſpecies, I illud vero vt materia, aliud autẽ ex vtriſque. Horum autem materia quidem potentia, ſpecies autem actus, poſtea quod ex vtriſque, animatum, neque corpus eſt actus animæ, ſed ipſa corporis cuiuſdam.

*d* ¶ Oſtendit quod ſint ſeparabiles ratione. Cuiuslibet enim potentiæ ratio eſt, ſecundum ordinem ad *Te.com.23.* actum, vnde neceſſe eſt ſi actus ſint diuerſi ſecundum ſpeciem, quod potẽtiæ habeãt diuerſam rationem ſpeciei. Et hoc eſt, quod dicit, quod alterum eſt eſſe ſenſitiuo, & opinatiuo, id eſt intellectiuo, id eſt altera eſt ratio vtriuſque potentiæ, ſi ſentire *Text.cõ.24.* eſt alterum ab opinari, & ſimiliter eſt de prædictis aliis potentiis. Deinde cũ dicit.

*e* ¶ Soluit primam quæſtionem, & dicit, quod hoc facit differentiam in animalib. quod quibuſdam animalium inſunt omnia prædicta, quibuſdam vero quædã horum, aliis vero vnum ſolum. Quibuſcumque autem ineſt vnum ſolum prædictorũ, oportet quod illud ſit anima. In quibus vero inſunt plura, quodlibet eſt pars animæ, ſed illa anima denominatur à principaliori, vel ſenſitiua, vel intellectiua. Quare autem hoc ſit, quod quędam *Te.com. 25* habẽt vnum, quædã plura, quædam omnia, poſterius dice*Lib.3. Tex. c.131.*tur. Et ſicut accidit circa potẽtias animę, ita accidit circa ſenſus. Quædam enim habent omnes ſenſus, ſicut animalia perfecta, quædam vero habent quoſdam ſenſus, ſed non oẽs, vt talpa, quædam vero habent vnum maxime neceſſarium, ſ. tactum, vt animalia imperfecta. Poteſt aũt & hæc particula ad alium ſenſum referri vt dicatur, quod quia ſuperius oſtenderat Philoſophus, quod partes animæ non ſunt ſeparabiles abinuicem, loco vel ſubiecto, in animali in quo ſunt, quod propter hoc etiam non ſeparentur in diuerſis animalibus, ſed cuicumq; ineſt vnum, ineſſent omnia. Et ideo K remouet hoc in hac particula. Deinde cum dicit.

*f* ¶ Oſtenſo, quod anima eſt primum viuendi principium, cõcludit ex hoc, diffinitionẽ prius aſſignatã. Et circa hoc duo facit. Primo demonſtrat propoſitũ. Secundo ex veritate demonſtrata, quaſdam cõcluſiones vlterius inducit, ibi, [Propter hoc bene opinantur &c.] Circa primum ponit talẽ demonſtrationẽ. Duorum, quorum vtroq; dicimur eſſe aliquid, aut operari, vnum, ſ. ꝙ primum eſt, eſt quaſi forma; & aliud quaſi materia. Sed anima eſt primũ quo viuimus, cũ tamen viuamus anima, & corpore, ergo anima eſt forma corporis viuentis. Et hæc eſt diffinitio ſuperi⁹ de aĩa poſita, ꝙ anima eſt actus primus phyſici corporis, potentia vitam habentis. Manifeſtum eſt autẽ ꝙ medium huius demonſtrationis eſt quædam diffinitio aĩæ, ſ. anima eſt quo viuimus primum. Circa hanc autem demõſtrationem 4. facit. Primo ponit maiorem dicens, ꝙ quo viuimus & ſentimus dicitur dupliciter, ſcil. altero, ſicut forma, & altero, ſicut materia. Sicut & quo ſcimus dicitur dupliciter, duob⁹. n. dicimur ſcire, quorum vnum eſt ſcientia, & aliud eſt aĩa. Et ſimiliter quo ſanamur, dicitur de duobus, quorum vnũ eſt ſanitas & aliud eſt aliqua pars corporis, vel etiam totum corpus.

*Quas tamen diuerſas eſſe ratione perſpicuum eſt, ſenſitiuo enim eſſe, & opinatiuo, diuerſum eſt, ſiquidem ſentire & opinari, itemque cæterorum quæ diximus vnumquodque.*

*Præterea vero nonnullis animalibus hæ adſunt omnes, in quibuſdam nonnullæ, in aliis vna dumtaxat, quæ G res facit differentiam animalium, de cauſa vero poſt conſiderabimus, ſimile quiddam in ſenſibus euenit, quædam enim habent omnes, quædam * nonnullos, quædam vnum qui maxime neceſſarius eſt, tactum.*

** al paucio- res.*

*Quoniam autem id quo viuimus & ſentimus, duob. modis dicitur, quẽadmodum id quo ſcimus, horum autem vnum dicimus ſcientiam, alterum animam, nam vtroque eorũ ſcire dicimus, ſimiliter etiam id quo ſa-* H *ni ſumus tum ſanitate, tum parte aliqua corporis, vel etiam toto, horum autem ſcientia quidem & ſanitas forma eſt & ſpecies quædam, & ratio, & veluti actus receptiuorum, illa quidẽ eius quod ſcire, hæc vero eius quod ſanari poteſt: videtur enim in eo quod patitur, atque afficitur effectiuorum ineſſe actus. Anima vero id eſt quo viuimus & ſentimus &* διανοούμεθα *primo, profecto anima ratio quædam erit & ſpecies, non autem vt materia & ſubiectum. Cum enim tribus modis ſubſtãtia dicatur, vt diximus, quorum aliud eſt ſpecies, aliud materia,* I *aliud id quod ex vtriſque conſtat, atque horum quidem materia eſt potentia, ſpecies autem actus, cum id quod ex ambobus conſtat animatum ſit, profecto corpus non eſt actus animæ, ſed ipſa corporis cuiuſdam.*

Vtrobique autem vnũ eſt quaſi forma, & aliud quaſi materia. Nã ſcientia & ſanitas ſunt formæ, quaſi actus ſuſceptiuorum, ſcientiæ quidem forma ſcientifici, id eſt partis animæ in qua eſt ſcientia, ſanitas vero eſt forma corporis ſanabilis. Ideo autem dicit [ſanabile & ſcientificum] vt oſtendat aptitudinem in ſubiecto ad tales formas. Semper enim actiuorum actus, id eſt formæ quæ inducuntur ab agẽtibus in materia, videntur eſſe in patientia & diſpoſito, id eſt in eo, quod eſt natum pati actiones agentis à tali agente, & quod eſt diſpoſitum ad conſequendum finem paſſionis, ſcilicet formam ad quam patiendo perducitur. Secundo ibi, [Anima au- *Lec. 3.* tem hoc.] Ponit minorem propoſitionem & dicit, quod anima eſt primũ quo & viuimus & ſentimus, & mouemur, & intelligimus. Et referuntur hæc 4. ad quatuor genera vitæ, de quibus ſuperius fecerat mentionem. Viuere enim refert ad principium vegetatiuum, quia ſuperius dixerat quod viuere propter hoc principium ineſt omnibus viuentibus. Sciendum eſt autem, quod quamuis ſanitate & corpore dicamur eſſe ſani, tamen ſanitas eſt primum quo ſani dicimur eſſe. Non enim dicimur eſſe ſani corpore, niſi inquantum habet ſanitatem. Et ſimiliter ſcientia eſt primum, quo dicimur eſſe ſcientes, quia anima non dicimur eſſe ſcientes, niſi inquantum habet ſcientiam. Similiter etiam & corpore non dicimur eſſe viuentes, niſi inquantum habet animam, & propter hoc, hic dicitur quod [anima] eſt primũ quo viuimus, & ſentimus &c. Tertio, ibi, [Quare ratio quædam.] Ponit concluſionem, & pendet hucuſque conſtructio ab illo loco [quoniam autem quo viuimus &c.] Concludit ergo ex prædictis, quod anima ſe habet vt ratio & ſpecies, & non ſicut materia & ſubiectum. Quarto, ibi, [Tripliciter enim dicta ſubſtantia &c.] Oſtendit concluſionem ſequi ex præmiſſis. Non enim videbatur magis ſequi de anima, quod ſit forma, quam de corpore, cum vtroque viuere dicamur. Vnde ad perfectionem dictæ demonſtrationis ſubiungit, quod cum ſubſtantia dicatur tripliciter, vt ſupra dictum eſt, ſcilicet de materia, & forma, & compoſito ex vtriſque, quorum materia eſt potentia, & ſpecies, ſiue forma eſt actus, & compoſitum ex vtriſque eſt animatum, manifeſtum eſt quod corpus non eſt actus animæ, ſed magis anima eſt actus corporis alicuius, corpus enim eſt in potentia, reſpectu animæ. Et ideo cum conſequatur ex prædicta demonſtratione, quod vel corpus, vel anima ſit ſpecies, & corpus, vt dictum eſt, non ſit ſpecies animæ, ſequitur quod anima ſit ſpecies corporis. Deinde cum dicit.

g ¶ Inducit

g ¶ Inducit quaſdam concluſiones ex præmiſſis, quarum prima eſt, quod bene opinati ſunt, quibus viſum eſt, quod anima non ſit ſine corpore, neque ſit corpus. Non enim eſt corpus, quia nō eſt materia, ſed eſt aliquid corporis, quia eſt actus corporis. Et quia omnis actus eſt in eo, cuius eſt actus, infert conſequenter ibi.

h ¶ Secundam concluſionem ſcilicet, quod anima eſt in corpore, & tali corpore, ſcilicet phyſico organico, & hoc non eſt per motum quo priores phyſici loquebantur de anima, & vnione eius ad corpus, nihil determinantes in quo vel quali corpore eſſet, & vere hoc eſt, ſicut nunc dicimus, quod anima eſt in determinato corpore, cum non videatur anima accipere quodcumque corpus contingat, ſed determinatum. Et hoc rationabiliter accidit, quia vnuſquiſque actus natus eſt fieri in propria & determinata materia, vnde & anima oportet quod in determinato corpore recipiatur. Vltimo autem epilogando concludit, quod anima eſt actus quidam & ratio habentis eſſe huiuſmodi, ſcilicet potentia viuentis.

Te.com.26.

A

g Et propter hoc bene opinantur, quibus videtur neque ſine corpore eſſe, neq; corpus aliqđ anima. Corpus enim non eſt, corporis autem aliquid eſt.

h Et propter hoc, in corpore eſt, & in corpore tali, & non ſicut priores ad corpus aptabant ipſam, nihil diffinientes in quo & quali. quamuis non videatur, quoduis ſubiectum cuiuſuis formæ capax eſſe. Si autem ſit, & ſecundum rationem. Vniuſcuiuſq; n. actus in eo quod in potentia exiſtit, & in propria materia apte, naturaliterq; fit. Quod quidem igitur actus eſt quidam, & ratio potentiam habentis vt tale ſit, manifeſtum ex his eſt.

B

*Quamobrem probe cenſent ii quibus videtur neque ſine corpore eſſe, neque corpus aliquod anima, corpus enim non eſt, ſed corporis aliquid.*

*Et propterea eſt in corpore, & in corpore tali, & non quemadmodum ſuperiores in corpus eam conniciebant nulla præterea addita diſtinctione, in quonam illo, & quali, præſertim cum non videatur quodlibet recipere quodlibet, hoc autem pacto res ratione procedit, vniuſcuiuſque enim actus in eo quod eſt potentia, & in ſua ac idonea materia, natura comparatum eſt vt fiat. Animam ergo actum eſſe quendam, & rationem eius quod habet potentiam vt tale ſit, ex his perſpicuum eſt.*

## *LECTIO V.*

a POtentiarum autem animæ, quę dictæ ſunt, aliis quidem inſunt omnes, aliis vero quædam harum, quibuſdam vero vna ſola. Potentias autem dicimus vegetatiuum, ſenſitiuum, appetitiuum, motiuum ſecundum locum, intellectiuum.

Te.com.27.

C

## LECTIO V.

*POtentiæ porro animæ quas commemorauimus, in aliis inſunt omnes, in aliis nonnullæ earum, in aliquibus vna dumtaxat, potentias autem diximus, nutritiuum, ſenſitiuum, appetitiuum, motiuum motu loci dianoeticum.*

## *LECTIO. V.*

a POſtquam Ariſt. diffiniuit animam in communi, nunc accedit ad determinandum de partibus eius. Non autem hab t aliter anima partes, niſi ſecundum quod eius potentiæ, partes eius dicuntur, prout alicuius potentis multa, partes dici poſſunt, poteſtates ad ſingula Vnde determinare de partib. eius, eſt determinare de ſingulis potentiis eius. Diuiditur autem hæc pars in duas. In prima determinat de potentiis animæ in communi, diſtinguendo eas adinuicem. In ſecunda determinat de ſingulis earum, ibi, [Quare primum de alimento, & generatione &c.] Prima autem pars diuiditur in duas. In prima diſtinguit potentias animæ abinuicem. In ſecunda oſtendit quid de potentiis animæ, & quomodo, & quo ordine determinandum ſit, ibi, [Quare & ſecundum vnumquodque quærendum, &c.] Circa primum duo facit. Primo diſtinguit potentias animæ abinuicem. Secundo oſtendit quomodo ratio cōmunis animæ ſe habet ad partes prædictas, ibi, [Manifeſtum igitur eſt quoniam eodem &c.] Circa primum duo facit. Primo enumerat potentias animæ. Secundo oſtendit quomodo ſeinuicem conſequantur, ibi, [Ineſt autem plantis, &c.] Dicit ergo primo, quod de potentiis animæ, quæ ſupra nominatæ ſunt, quibuſdam inſunt omnes, ſicut hominibus, quibuſdam quædam harum, ſicut aliis animalibus, quibuſdam vna tantum, ſicut plantis. Et quia ſuperius non nominauerat eas potentias, ſed partes animę, ideo manifeſtat, quod per potentias idem intelligit, quod ſupra per partes. Quarum quidem ſunt quinque genera, ſcilicet vegetatiuum, ſenſitiuū, appetitiuum, motiuum ſecundum locum, intellectiuum. Oportet autem hæc duo videre. Primo quidem quare ponuntur hic quinq; genera potentiarum animæ, præcipue cum cōſuetum ſit dici triplicē eſſe animam, vegetabilem, ſenſibilem, & rationalem. Secundo conſiderare oportet, quare hic ponit 5. cum ſuperius poſuerit tantum quatuor. Sciendum autem circa primum, quod cum omnis potentia dicatur ad actū proprium, potentia operatiua dicitur ad actum qui eſt operatio. Potentiæ autem animæ ſunt operatiuæ: talis enim eſt potentia formæ. Vnde neceſſe eſt ſecundum diuerſas operationes animæ, accipi diuerſitatem potentiarum. Operatio autem animæ, eſt operatio rei viuentis, cum igitur vnicuiq; rei competat propria operatio, ſecundum

D

E

quod habet eſſe, eo quod vnumquodque operatur, inquantum eſt ens, oportet operationes animæ conſiderare, ſecundū quod inuenitur in viuentibus. Huiuſmodi autem viuentia inferiora, quorum actus eſt anima, de qua nunc agitur, habent duplex eſſe. Vnum quidem materiale, in quo conueniunt cum aliis rebus materialibus, aliud aūt immateriale, in quo communicant cum ſubſtantiis ſuperioribus aliqualiter. Eſt autē differentia inter vtrumque eſſe, quia ſecundum eſſe materiale, quod eſt per materiā cōtractum, vnaquæque res eſt hoc ſolum quod eſt, ſicut hic lapis nō eſt aliud quam hic lapis: ſecundum vero eſſe immateriale, quod eſt amplum, & quodam modo infinitum, inquantum nō eſt per materiam terminatum, res non ſolum eſt id quod eſt, ſed etiam eſt quodāmodo alia. Vnde in ſubſtantiis ſuperioribus immaterialibus, ſunt quodāmodo omnia ſicut in vniuerſalibus cauſis. Huiuſmodi autem immateriale eſſe, habet duos gradus in iſtis inferioribu. Nam quoddam eſt penitus immateriale ſcilicet eſſe intelligibile. In intellectu enim res habent eſſe, & ſine materia & ſine conditionibus materialibus indiuiduantibus, & etiam abſque organo corporali. Eſſe autem ſenſibile eſt medium inter vtrumque. Nam in ſenſu res habet eſſe ſine materia, non tamen abſque conditionibus materialibus indiuiduantibus, neq; abſque organo corporali. Eſt n. ſenſus particularium, intellectus vero vniuerſalium. Et quantum ad hoc, duplex eſſe dicit Philoſophus in tertio huius, ꝙ anima eſt quodammodo omnia. Operationes igitur, quæ competūt viuenti ſecundum eſſe materiale, ſunt operationes quæ attribuuntur animæ vegetabili, quę tamen licet ad id ordinētur, ad quod etiam ordinantur actiones in reb inanimatis, ſ. ad cōſequendum eſſe, & conſeruandum, tamē in viuentib. hoc ſit per altiorem, & nobiliorem modū. Corpora n. inanimata generātur & conſeruantur in eſſe à principio motiuo extrinſeco, animata vero generantur à principio intrinſeco, ꝙ eſt in ſemine, conſeruātur vero à principio nutritiuo intrinſeco. Hoc n. videtur eſſe viuentium proprium, ꝙ operentur tanquam ex ſeipſis mota. Operationes autem quæ attribuuntur reb. viuentibus, ſecundum eſſe penitus immateriale, pertinent ad partē animæ intellectiuā: quæ vero attribuuntur eis ſecundum eſſe mediū, pertinent ad partem animæ ſenſitiuam. Et ſecundum hoc triplex eſſe, diſtinguitur cōmuniter triplex anima, ſ. vegetabilis, ſenſibilis, & rationalis. Sed quia omne eſſe, eſt ſecundum aliquam formam, oportet ꝙ eſſe ſenſibile, ſit ſecundum formam ſenſibilem, & eſſe intelligibile, ſecundū formam intelligibilem. Ex vnaquaque autem forma ſequitur aliqua inclinatio, & ex inclinatione operatio, ſicut ex forma naturali ignis ſequitur inclinatio ad locū qui eſt ſurſum ſecundū q̃ ignis dicitur leuis, & ex hac inclinatione ſequitur operatio. ſ. motus qui eſt ſurſū. Ad formam igitur tam ſenſibilem q̃ intelligibilem ſequitur inclinatio quædam, quæ dicitur appetitus ſenſibilis, vel intellectualis, ſicut inclinatio cōſequens formam naturalē, dicitur appetitus naturalis. Ex appetitu aūt ſequitur operatio, quæ eſt motus localis. Hæc igitur ē ratio, quare oportet eſſe quinque genera potentiarū animæ, quod primo quærebatur. Circa ſecundum ſciendum eſt, ꝙ ſupra Ariſt intendens oſtēdere, ꝙ anima eſt principium viuendi in omnib. viuentibus, diſtinxit ipſum viuere ſecundum gradus viuentiū, & non ſecundū operationes vitæ ſecundum quas diſtinguūtur hęc genera potentiarū. Appetitiuum aūt non conſtituit aliquem diuerſum

Te.com.23. Lectio. 13.

gradum in viuentibus, quia omnia quæ habent ſenſum, ha- F bent appetitum, & ſic remanent tantum quatuor gradus viuentium, vt ſupra oſtenſum eſt. Deinde cum dicit.

b Ineſt autem plantis vegetatiuum ſolum, alterius autē & hoc & ſenſitiuum, ſi autem ſenſitiuum, & appetitiuum. Appetitus enim deſiderium eſt & ira, & voluntas. Animalia autem omnia habent vnum ſenſum tactum. Cui autem ſenſus ineſt, huic & lætitia, & triſtitia, & dulce, & triſte, quibus autem hæc, & concupiſcentia. Delectabilis enim rei appetitus eſt hæc.

*Ac plantis quidem adeſt tantummodo nutritiuum, aliis autem, tum hoc tum etiam ſenſitiuum, quod ſi ſenſitiuum, & appetitiuum etiam: appetitus enim cupiditas eſt, & ira, & voluntas, cuncta autem animalia vnum habent ex ſenſibus, tactum, cui autem ſenſus ineſt huic & voluptas & dolor & iucundum & moleſtum, in quibus autem hæc inſunt, &* G *cupiditas ineſt, hæc enim eſt appetitus iucundi.*

c Adhuc autem alimenti ſenſum habēt: tactus enim alimenti ſenſus. Siccis enim & humidis, & calidis & frigidis aluntur omnia viuentia, horum autem ſenſus eſt tactus, ſed aliis ſenſibilib. ſecundum accidens aluntur. Nihil n. ad alimētum confert ſonus, neque color neque odor. Humor autem vnum aliquod eſt tangibilium, eſuries autem, & ſitis eſt concupiſcentia: & eſuries quidē H calidi, & ſicci: ſitis autem frigidi, & humidi, ſapor vero, vt delectamentum horum eſt. Certificandum autem de his poſterius eſt. Nunc autem intantum dictum ſit, quod animalibus habentibus tactum & appetitus inſit. De phātaſia autem immanifeſtum eſt, poſterius autem intendendum eſt. Quibuſdam autem adhuc ineſt & ſecundum locum motiuum. Alterius autem, intellectiuum & intellectus, vt hominibus, & ſi aliquod alterum huiuſmodi eſt, aut etiam honorabilius. I

*Præterea vero ſenſum habent alimenti, nam tactus, ſenſus eſt alimenti, cuncta enim viuentia ſiccis aluntur & humidis, & calidis & frigidis, quorum ſenſus, tactus eſt: cæterorum autem ſenſibilium per accidens, nihil enim ad alimentum confert ſonus, nec color, nec odor: ſapor autem vnum quoddam eſt de tangibilibus, fames vero & ſitis cupiditas eſt, ac fames quidem calidi, & ſicci, ſitis vero frigidi & humidi, porro ſapor eſt veluti quoddam eorum condimentum. Sed de iis poſtea dilucidius agendum eſt, nunc hoc tantum dictum ſit, quod animalibus habentibus tactum, appetitus quoque ineſt, de phantaſia autem non patet, ſed poſt conſiderandum eſt, quibuſdam autem præter hæc, ineſt etiam motiuum motu loci, aliis autem & dianoeticum & intellectus, vt hominibus, & ſi quid extat eius generis aliud, vel etiam nobilius.*

d Manifeſtum igitur eſt, quod eodem modo vna vtique erit ratio animæ, & figuræ. Neq; enim

*Perſpicuum igitur eſt perinde vnam eſſe animæ rationem, atque figuræ, neque enim illic figura vlla eſt*

a Tex. 14. ad 17. Supra tex. 20. 23.

b ¶ Oſtēdit, quomodo prædictæ potentię conſequūtur ſe inuicem, manifeſtans quod ſupra dixerat, ꝙ potentiarum quibuſdam inſunt omnes, quibuſdam quędam, quibuſdam vna ſola. Vbi conſiderandū eſt quod ad hoc ꝙ vniuerſum ſit perfectū, nullus gradus perfectionis in rebus intermittitur, ſed paulatim natura de imperfectis ad perfecta, ꝓcedit. Propter quod etiā Ariſt. in 8. Meta. aſſimilat ſpecies rerū numeris, qui paulatim in augmentum proficiunt. Vnde in viuentibus quædā habent vnum tantū prædictorum ſcilicet plātæ, in quibus eſt ſolū vegetatiuū, quod neceſſe eſt in omnibus viuentibus materialibus eſſe, quia huic potētiæ attribuūtur operationes ꝑtinentes ad eſſe materiale. Aliis autem, ſcilicet animalibus ineſt vegetatiuum, & ſenſitiuum. Si autem eſt ibi ſenſitiuum, oportet quod adſit tertium, ſcilicet appetitiuum. Quod quidem diuiditur in tria, ſcilicet deſideriū quod eſt ſecundum vim concupiſcibilem & iram quæ eſt ſecūdum vim iraſcibilem, qui duo appetitus ꝑtinent ad partem ſenſitiuam, ſequuntur enim apprehenſionē ſenſus. Tertium autem eſt voluntas qđ eſt appetitus intellectiuus conſequens ſcilicet apprehenſionē intellectus. Quod autem appetitiuum inſit omnibus animalibus, probat duplici ratione. Quarū prima eſt, quod omnia aīalia habent ad minus vnum ſenſum, ſcilicet tactum: quibus autem ineſt ſenſus, ineſt lætitia & triſtitia, delectatio & dolor. Lætitia enim & triſtitia magis videntur ſequi apprehenſionem interiorem. Sed delectatio & dolor conſequuntur apprehenſionē ſenſus, & præcipue ſenſus tactus. Et ſi eſt lætitia, & triſtitia, neceſſe eſt quod ſit aliquid triſte & dulce, id eſt delectabile & doloroſum, oportet enim omne quod ſentitur ſecundum tactum eſ- K ſe vel conueniens, & ſic eſt delectabile, vel nociuum, & ſic eſt doloroſum. Quibuſcunque autem ineſt aliquid delectabile, & triſte, his ineſt & concupiſcentia, quæ eſt appetitus delectabilis: ergo de primo ad vltimum, omnibus animalibus quibus ineſt ſenſus tactus, ineſt appetitus. Secundam rationem ad idem oſtendendum ponit ibi.

Tex. cō. 10. Lec. 41.

Tex. cō. 28.

Te. com. 29.

c ¶ Quę talis eſt. Omnia animalia habent ſenſum, quo cognoſcunt ſuum alimentū ſcilicet ſenſum tactus, qui eſt ſenſus alimenti. Et quia neceſſarium eſt omnibus animalib. vti alimēto, vt dictum eſt, ideo neceſſarium eſt, ꝙ habeant ſenſum tactus, quo percipiant alimentum ſibi conueniens. Quod autē tactus ſit ſenſus alimenti, manifeſtum eſt, ſicuti n. corpora viuentia conſtāt ex calidis, & humidis, & frigidis, & ſiccis, ita ex his nutriūtur, tactus aūt ē ſenſus diſcretiuus horū. [Sed aliorū ſenſibilium] id eſt aliis ſenſibilib. nō nutriuntur viuētia, niſi ſecūdum accidens, inquantum videlicet, coniunguntur tangibilib. Sonus n. & odor, & color nihil cōferunt in alimentum, inquātum huiuſmodi, ſed ſolum inquantum contingit colorata, & odorata & ſonantia, eſſe calida, vel frigida, humida vel ſicca. humor autē, id eſt ſapor, eſt quoddam de numero tāgibilium qualitatum, ſicut, & guſtus eſt quiddam tactus. Sic igitur patet quod omnia animalia habent ſenſum alimenti, quibuſcunq; autem ineſt ſenſus alimēti, his ineſt eſuries & ſitis, quorum vtrunque eſt concupiſcentia alimēti: eſuries quidem eſt concupiſcentia calidi & ſicci, qđ habet rationem cibi, ſitis autem frigidi & humidi, quod habet rationē potus. Sapor autem eſt quoddam horum delectamētū ſapor enim delectabilis indicat cōuenientē proportionem calidi & frigidi, & humidi & ſicci in alimento. Vnde magis pertinet ad delectationē alimenti, quam ad neceſſitatem. Sic igitur, vbicunque eſt ſenſus tactus, eſt etiam appetitus. Quomodo autem phantaſia ſe habet ad appetitiuū & ſenſitiuum, poſterius dicetur. Quibuſdam autem animalibus, ſupra hęc tria ſcilicet vegetatiuum, ſenſitiuū, & appetitiuum, ineſt etiam motiuū ſecundum locum. Aliis vero ſupra hæc quatuor ineſt etiam intellectiuum, & intellectus ipſe ſcilicet hominib. & ſi aliquod aliud genus rerum eſt ſimile hominibus, aut etiam honorabilius hominibus, inuenitur autem aliquid honorabilius hominibus, qbus ineſt intellectus, eſt n. in ſubſtantiis ſeparatis, & in corporibus cœleſtibus, ſi tamen ſunt animata, licet in viuentibus mortalibus non eſt aliquod genus viuentium, habentium intellectum, niſi in ſpecie humana. Cum enim intellectus non habeat organum corporale, non poſſunt diuerſificari habentia intellectum ſecundum diuerſam complexionē organorum, ſicut diuerſificantur ſpecies ſenſitiuorum, ſecundum diuerſas complexiones, quibus diuerſimode ſe habent ad operationes ſenſus. Deinde cum dicit.

d ¶ Oſtendit, qualiter ſe habet prædicta diffinitio animæ ad partes enumeratas. Et ad huius intellectū, ſciendum, eſt quod Plato poſuit vniuerſalia eſſe ſeparata ſecūdum eſſe: tamē in illis, quæ ſe habent conſequenter, non poſuit vnam ideā cōmunem, ſicut in numeris, & figuris, non enim poſuit vnā ideā numeri, præter omnes numeros, ſicut poſuit vnam ideā hominis, præter omnes homines, eo ꝙ numerorū ſpecies naturali ordine conſequenter ſe habent. Et ſic prima earum, ſ. dualitas eſt cauſa omnium conſequentium. Vnde non oportet ponere aliquam ideam cōmunem numeri, ad cauſandum ſpeciē numerorū. Et ſimilis ratio eſt de figuris. Nam eius ſpecies cōſequenter ſe habent, ſicut & ſpecies numerorum, trigonum n. eſt ante tetragonum & tetragonum ante pentagonū. Dicit ergo manifeſtum eſſe, ꝙ eodem modo vna eſt ratio animæ, ſicut vna eſt ratio figuræ, ſicuti n. inter figuras non eſt aliqua figura, quæ ſit

ſit præter triangulũ, & alias ſpecies conſequentes, vt pote quæ ſit communis omnium figurarum, ita nec in propoſito eſt aliqua anima, quaſi ſeparata exiſtens præter omnes prædictas partes. Sed quamuis non ſit vna figura ſeparata in eſſe, præter omnes figuras etiam ſecundum Platonicos, qui ponunt ſpecies communes ſeparatas, tamen inuenitur vna ratio communis, quæ conuenit omnibus figuris, & non eſt propria alicuius earum, ita eſt & in animabus. Et ideo ridiculum eſt, quod homo quærat vnam rationem communem, tam in animabus, q̃ in aliis rebus, quæ nõ conueniant alicui animatum, quę ſunt in rerum natura particulariter. Neque etiam eſt conueniens quod homo quærat diffinitionem animæ, ſecundum vnamquamque ſpeciem animæ & dimittat diffinitionem communem omnib. animabus. Ergo neq; diffinitio communis animæ prætermittenda fuit, neque ſic eſt aſſignanda diffinitio communis animæ, ꝙ non conueniat ſingulis animabus. Et quia dixerat, quod eodem modo ſe habet ratio animæ, ſicut ratio figurę, oſtendit conuenientiam inter vtrũque, & dicit quod ſimiliter ſe habent figuræ & animæ adinuicem. in vtriſq; n. illud quod eſt prius, eſt in potentia in eo, quod eſt conſequenter. Manifeſtum eſt enim in figuris, quod trigonum, quod eſt prius, eſt potentia in tetragono. Poteſt enim tetragonum diuidi in duos trigonos. Et ſimiliter in anima ſenſitiua vegetatiuũ eſt, quaſi quædam potentia eius, & quaſi anima eſſe. Et ſimiliter eſt de aliis figuris, & aliis partibus animæ.

Tex. t. 32.

ibi figura eſt præter triangulum, & figuras, quę cõſequenter ſunt, neque hic anima præter prædictas eſt, fiet aũt vtiq; & in figuris ratio cõis, quæ conueniet quidẽ omnibus: propria autem nullius erit figuræ. Similiter aũt & in dictis animabus. Vnde ridiculum eſt quærere communem rationem, & in his & in alteris quæ nullius erit, eorũ quæ ſunt, propria ratio, neque ſecundũ propriam, & indiuiduam ſpeciem, tali definitione omiſſa. Similiter autem ſe habent ei, quod de figuris eſt, & quæ ſecundum animam ſunt. Semper enim in eo quod eſt conſequenter, eſt in potentia quod prius eſt, & in figuris, & in animatis, vt in tetragono quidem trigonum eſt: in ſenſitiuo autem vegetatiuum.

*LECTIO VI.*

a QVare & ſecundum vnumquodq; quęrendum quęnam ſit vniuſcuiuſque anima, aut quæ plantæ, & quæ hominis, aut beſtiæ.

b Propter quam autem cauſam conſequenter ſic ſe habent, cõſiderandum eſt. Sine enim vegetatiuo, ſenſitiuum non eſt. A ſenſitiuo autem ſeparatur vegetatiuum in plantis. Iterum autẽ, ſine eo quod poteſt tangere aliorum ſenſuum nullus eſt. Tactus autem ſine aliis eſt. Multa enim animalium, neq; viſum, neque auditum habent, neque odoratus ſenſum. Et ſenſitiuorũ aũt, alia quidẽ habẽt ſecundũ locum motiuum, alia vero non

QVADRATVM.




*LECTIO VI.*

a POſtquam Philoſophus enumerauit genera potentiatum animæ, & quomodo ſe habet diffinitio communis animę ſupra poſita, ad partes eius, hic oſtendit quid aliud modo determinandum ſit, & quo ordine. Et diuiditur in partes duas. In prima oſtendit quid determinandum reſtat de anima. Secundo oſtendit quo ordine determinare oporteat, ibi, [Neceſſarium autem eſt debentem.] Circa primum oſtendit duo reſtare ad determinandum, quorum vnum concludit ex prædictis. Dictum eſt ſupra, quod ſicut non eſt quærenda talis diffinitio communis animæ, quæ nulli animæ partium conueniat, ita non debemus eſſe contenti diffinitione communi, ſed oportet propriam diffinitionem cuiuslibet partis animæ inquirere, & ex hoc concludit, quod hoc ſecundum vnumquodque animatum quærendum eſt, quæ ſit vniuſcuiuſque anima, vt ſcilicet ſciatur quid eſt anima plantæ, & quid anima hominis, & quid anima beſtiæ, & hoc eſt ſcire de vnaquaq; parte animæ, quid ſit. Secundo ibi. Lect. 5.

b ¶ Ponit aliud quod reſtat ad determinandum. Dictum eſt enim ſupra, quod partes animæ cõſequenter ſe habent adinuicem, ſicut ſpecies figuræ. Sed conſiderandum eſt propter quam cauſam partes animæ hoc modo ſe habeant conſequenter. Huiuſmodi enim cauſam in fine libri aſſignabit. Exponit autem qualiter ſe habeant conſequenter; quia ſenſitiuum non poteſt eſſe ſine vegetatiuo, ſed vegetatiuum ſeparatur à ſenſitiuo in plantis. Nec eſt mirum, quia ſupra dictum eſt, quod operã vegetatiui ordinantur ad adipiſcendum, & conſeruandum eſſe naturale, quod ſubiacet quaſi fundamentum. Iterum etiam conſequentia quædã inuenitur in ipſis ſenſibus, quia ſine ſenſu tactus, nullus aliorum ſenſuum eſſe poteſt, tactus autem inuenitur ſine aliis ſenſibus. Multa enim animalium, neque viſum habent, neque auditum, neque ſenſum odoratus, ſed ſolum tactum. Et hoc etiam rationabiliter accidit. Nam tactus eſt ſenſus perceptiuus eorum, quæ pertinent ad conſiſtentiam animalis, ex quibus, ſcilicet animal conſtat, & nutritur. Alia vero ſenſibilia non conferunt ad hoc, niſi per accidens. Vnde alii ſenſus non ſunt de neceſſitate animalis, & propter hoc non inueniuntur in omnibus animalibus, ſed in perfectis. Eſt etiam conſideranda conſequentia ſenſitiui, & motiui. Nam motiuum non poteſt eſſe ſine ſenſitiuo, ſenſitiuum autem poteſt eſſe ſine motiuo, aliqua enim habentium ſenſum, habent etiam motum ſecundum locum, ſed aliqua nõ habent. Sed intelligendũ eſt de motu progreſſiuo animalium, ſecundum quod animalia mouentur de loco ad locum. Hic enim motus non ineſt omnibus animalibus. Sed quæ carent hoc motu, habent aliquem motum localem, ſcilicet dilatationis & conſtrictionis, ſicut apparet in oſtreis. Illud autẽ quod eſt vltimum inter omnes partes animæ & minimum, quia non diuiditur in diuerſa ſecundum ſpeciem, eſt quod habet rationem & intellectum, quia quibuſcumque de numero corruptibilium ineſt ratio, his inſunt & omnia alia prædicta. Hoc autem dicit, vt præſeruet ſe à ſubſtantiis ſeparatis, & à corporibus cœleſtibus, ſi ſunt animata, quia cũ ſint ſine generatione, & corruptione, non indigent vegetatiuo. Iterum eorum intellectus per ſe ſpeculatur ea, q̃ ſunt ſecũdũ ſe intelligibilia, vnde nõ indigẽt ſenſibus ad cognitionem intellectiuam conſequendã. Sed immortalib. habentibus intellectum, neceſſe eſt omnia alia pręexiſtere, ſicut quædã inſtrumenta

A *præter triangulum, & eas quæ deinceps ſunt, neque hic anima vlla præter eas quæ dictæ ſunt, fieri tamen poterit, & in figuris ratio communis, quæ omnibus quidem congruat, propria autem nullius ſit figuræ, ſimiliter etiã in dictis animabus. Idcirco ridiculum eſt, & in his & in cæteris communem quærere rationem, quæ nullius eorum quæ ſunt, erit propria ratio, neque ex*

B *propria & indiuidua ſpecie, hac tali prætermiſſa ratione. Quemadmodum autem in figuris, ſic etiam in anima res habet, ſemper enim in eo quod eſt deinceps, ineſt potentia id quod prius eſt, tum in figuris, tum in animatis, vt in quadrato triangulus, in ſenſitiuo nutritiuum.*

LECTIO VI.

C *QVare ſigillatim quærendum, quæ cuiuſque ſit anima, Verbi gratia: quæ plantæ, quæue hominis vel beſtiæ.*

*Cur autem deinceps ſic habeant, cõſiderandũ eſt, nam ſine nutritiuo, ſenſitiuum non eſt, à ſenſitiuo autem ſeparatur nutritiuum in plantis: rurſus ſine tactiuo nullus aliorum eſt ſenſuum, tactus vero ſine aliis eſt, pleraque enim animalia neque viſum neque auditum, nec odoris plane ſenſum ſortita ſunt. Inter ſenſitiua etiam ſunt quæ habeant motiuum motu loci, ſunt quæ non habeant, vltima autẽ*

D *& minima rationem & dianœam, in*

E


ſtrumenta

ſtrumenta & præparatoria ad intellectũ, qui eſt vltima perfectio intenta in operatione naturæ. Non autem omnib. quibus ineſt aliquod prædictorũ, ineſt & ratio. Et quia imaginatio videtur habere quandã affinitatem ad intellectũ, cum ſupra dictum ſit, ꝙ intellectus vel eſt phantaſia quędam, vel non ſine phãtaſia, addit de imaginatione, & dicit q̃d quibuſdam animalibus non ſolum non ineſt intellectus, ſed nec etiam imaginatio. *Lec. 4.* Videtur tamẽ hoc eſſe contrarium ei q̃d ſupra dixerat, quia ſi pars deciſa habet ſenſum & appetitum, habet etiam phantaſiã, ſi tamen phantaſia eſt idem cũ imaginatione, vt videtur. *Lect. 5. Tex. c. 156.* Dicendũ eſt igitur, quod animalia imperfecta *Te.com. 33.* (vt in Tertio dicetur) habent quidem phantaſiam, ſed indeterminatam, quia ſcilicet motus phantaſiæ nõ remanet in eis poſt apprehenſionem ſenſus: in animalibus autem perfectis remanet motus phantaſię, etiam abeuntib. ſenſibilib. Et ſecundum hoc dicitur hic quod imaginatio non eſt eadem omnibus animalib. Sed quædam animalia ſunt, quæ hac ſola viuunt, carẽtia ſcilicet intellectu & directa in ſuis operationibus per imaginationem, ſicut nos dirigimur per intellectum. Et licet non omnibus animalibus inſit imaginatio ſicut nec intellectus, tamẽ de intellectu ſpeculatiuo eſt alia ratio, quam de imaginatione. *Te.com. 34.* Differunt enim ad inuicem, vt infra patebit. *Lib. 3. Tex. 157.* Manifeſtũ eſt igitur quod de vnaquaque parte animæ propriiſſime dicitur hęc diffinitio, quæ aſſignata eſt de anima. Deinde cum dicit.

*c* ¶ Oſtendit quo ordine determinandum ſit de partibus animæ. Et aſſignat ordinem, quantum ad duo. Primo quantum ad hoc, quod ille qui debet de partibus animæ perſcrutari, primo debet accipere vnumquodque horum, quid eſt, & poſtea debet conſiderare de habitis, id eſt conſequentibus partibus, & de aliis quæ ſunt conſideranda circa partes animæ, & circa ipſa animata, ſicut de organis, & de aliis huiuſmodi. Et iſte ordo neceſſarius eſt, quia ſi ſimul de omnibus determinaretur, eſſet confuſa doctrina. Secundo tangit ibi.

*d* ¶ Dicens, quod ſi oportet de aliquã parte animæ dicere quid eſt, ſcilicet quid eſt intellectiuum, aut ſenſitiuũ, aut vegetatiuum, prius oportet dicere de actibus, ſcilicet quid ſit intelligere, & quid ſentire. Et hoc ideo, quia ſecundum rationem diffinitiuam, actus & operationes ſunt priores potentiis. Potentia enim ſecundum hoc ipſum quod eſt, importat habitudinem quandam ad actum, eſt enim principium quoddam agẽdi vel patiendi, vnde oportet quod actus ponantur in diffinitionibus potentiarum. Et ſi ita ſe habet circa ordinem actus & potentiæ, & actibus adhuc ſunt priora oppoſita, id eſt obiecta. Species n. actuum & operationum, ſumuntur ſecundum ordinem ad obiecta. Omnis n. animæ operatio, vel eſt actus potentiæ actiuę vel paſſiuę. Obiecta quidem potentiarum paſſiuarũ comparantur ad operationes earum, vt actiua, quia reducunt potentias in actum, ſicut viſibile viſum, & omne ſenſibile ſenſum. Obiecta vero potentiarum actiuarum comparantur ad operationes ipſarum, vt fines. Obiecta n. potentiarum actiuarum, ſunt operata ipſarũ. *Lect. 1.* Manifeſtum eſt autem, ꝙ in quibuſcumq; præter operationes, ſunt aliqua operata, ꝙ operata ſunt fines operationum, vt dicitur in Primo Eth. ſicut domus quæ ædificatur, eſt finis ædificationis. Manifeſtum eſt igitur, quod omne obiectum comparatur ad operationem animæ, vel vt actiuum, vel vt finis. Ex vtroque autem ſpecificatur operatio. Manifeſtum eſt enim quod diuerſa actiua ſecundum ſpeciem habent operationes ſpecie differentes, ſicut calefactio eſt à calore, & infrigidatio à frigore. Similiter etiã ex termino, & fine ſpecificatur operatio, ſicut ſanatio & ægrotatio differunt ſpecie, ſecundum differentiã ſanitatis, & ægritudinis. Sic igitur obiecta, ſunt priora operationibus animæ in via diffiniendi. Vnde & prius oportebit determinare de obiectis, quam de actibus, propter eandem cauſam, propter quam & de actibus prius determinatur, quam de potentiis. Obiecta autẽ ſunt, ſicut alimentum reſpectu vegetatiui, & ſenſibile reſpectu ſenſus, & intelligibile reſpectu intellectus. Sed ſciendum eſt, q̃d ex obiectis diuerſis non diuerſificãtur actus & potentiæ animæ, niſi quando fuerit differẽtia obiectorum, in quãtum ſunt obiecta, id eſt ſecundum rationem formalem obiecti, ſicut viſibile ab audibili. Si autem ſeruetur eadẽ ratio obiecti, quæcumque alia diuerſitas non inducit diuerſitatem actuum ſecundum ſpeciem, & potentiæ. Eiuſdem n. potentię eſt videre hominem coloratum & lapidem coloratum, quia hęc diuerſitas, per accidens ſe habet in obiecto, inquantum eſt obiectum. Sciendum eſt etiam, quod intellectus noſter poſſibilis eſt in potentia tantum, in ordine intelligibilium, fit autem actu per formam à phantaſmatibus abſtractã, nihil autem cognoſcitur niſi ſecundum quod eſt actu, vnde intellectus poſſibilis noſter cognoſcit ſeipſum per ſpeciem intelligibilem, vt in tertio habetur, non autem intuendo eſſentiam ſuam directe. Et ideo oportet quod in cognitionem animæ procedamus ab his quæ ſunt magis extrinſeca, à quibus abſtrahuntur ſpecies intelligibiles per quas intellectus intelligit ſeipſũ, vt ſcilicet per obiecta cognoſcamus actus & per actus potentias, & per potentias eſſentiam animæ. *Lect. 8. Tex. com. 8.* Si autem directe eſſentiã ſuam cognoſceret anima per ſeipſam, eſſet contrarius ordo ſeruandus in animæ cognitione, quia quanto aliquid eſſet propinquius eſſentiæ animæ, tanto prius cognoſceretur ab ea.

F

habent, vltimum autem, & minimum, rationem & intellectum, vt homo, aut huiuſmodi aliud. Quibus enim ineſt ratiocinatio, corruptibilium his & reliqua omnia. Quibus aũt illorum vnumquodque non omnibus ratiocinatio, ſed quibuſdam quidẽ neque imaginatio, alia autem hac ſola viuunt. De ſpeculatiuo autẽ intellectu, alia ratio eſt. Quod igitur de horum vnoquoque ratio hæc propriiſſima, & de anima ſit manifeſtum eſt.

G

*c* Neceſſarium autem eſt, debentem de his perſcrutationem facere, accipere vnumquodque eorum quid eſt. Poſtea ſic de habitis & de aliis inueſtigare.

*d* Si autem oportet dicere, quid vnumquodque ipſorum, vt quid intellectiuum, aut vegetatiuum, prius, adhuc dicendum, quid ſit intelligere, & quid ſentire. Priores enim potentiis, actus & operationes, & ſecundum rationem ſunt. Si autẽ ſic, adhuc his priora oppoſita oportet conſiderare de illis primum vtique oportebit determinare, propter eandem cauſam, vt de alimento, & ſenſibili, & intelligibili.

*quibus enim mortalium ineſt ratio, iis quoq; reliqua omnia inſunt, in quibus autem vnumquodque illorum, in iis non omnibus ineſt ratio: ſed quibuſdam ne phantaſia quidem, quædam, hac ſola viuunt. De contemplatiuo autem intellectu alia eſt ratio, ac diſputationem quidem de vnoquoque horum maxime etiam ad animam pertinere perſpicuum eſt.*

*Neceſſe autem eſt eum qui de his conſideraturus eſt, ſumere quid quodque eorum ſit, atque tunc demum de his, quæ proxima ab his ſunt, ac de reliquis exquirere.*

H

*Quod ſi oportet dicere quid quodque ipſorum ſit, vt quid intellectiuum aut ſenſitiuum, aut nutritiuum, multo ante dicendum eſt quid ſit intelligere, & quid ſentire, nam operationes, & actiones potentiis ratione ſunt priores, quod ſi ita eſt, ac obiecta etiam multo prius quam hæc oportet conſideraſſe, profecto de illis primum ob eandẽ cauſam differendum fuerit, vt de alimento & de ſenſibili, & de intelligibili.*

### LECTIO VII.

*a* QVare primũ de alimento, & generatione dicẽdũ eſt. Vegetatiua n. anima & aliis ineſt, & prima, & maxime cõmunis po

### LECTIO VII.

*QVare primum de alimento, & de generatione dicendum eſt, nam nutritiua anima, & cæteris ineſt, & prima & maxime communis eſt animæ potentia, ex qua*

I

K

### LECTIO VII.

*a* POSTQVAM Philoſophus diſtinxit potentias animæ ab inuicem, & oſtendit quid & quo ordine de eis tractãdum ſit, hic ſecundum i prætaxatum ordinem de eis determinat. Et diuiditur in partes duas. In prima determinat de ſingulis partibus animæ, quid ſit vnaquæque. In ſecunda aſſignat cauſam quare talem conſequentiam habent ad inuicẽ, ibi [ Vegetabilẽ igitur habent animam &c. In penultimo capitulo libri.] Prima diffiditur in partes quatuor. In prima determinat de vegetatiuo. In ſecunda de ſenſitiuo, ibi, [ Determinatis autem his dicamus cõmuniter de omni ſenſu &c.] In tertia de intelle-

ctiuo

ctiuo,ibi,[ De parte autē animæ qua cognoſcit &c. ]In quarta A de motiuo ſecundum locum,ibi,[ De mouente autem, ꝙ forte animæ ſit &c. ] De appetitiuo aūt non facit ſpecialem tractatum, quia appetitiuum non conſtituit aliquem ſpecialē gradū viuentiū, & quia ſimul cū motiuo de eo determinatur in Tertio. Prima autem pars diuiditur in duas. In prima præmittit quædam quæ ſunt neceſſaria ad cognitionē partis vegetatiuæ. In ſecunda determinat de parte vegetatiua, ibi, [ Quoniam autem eadem potentia animæ vegetatiuæ,& generatiuæ &c.] Prima diuiditur in duas. In prima dicit de quo eſt intentio. In ſecunda manifeſtat quædam quę præexiguntur ad cognitionem partis vegetatiuæ,ibi,[Naturaliſſimum enim operum &c. ] Concludit ergo primo ex prædictis, ꝙ cum dicendū ſit primo de obiectis & actibus, quam de potentiis,& primo de prima potentia, q̄ de cōſequentibus, ſequitur ꝙ primo dicendū eſt de alimento,quod eſt obiectum animæ vegetatiuæ, & de generatione, quæ eſt actus eius. Ideo primo dicendum eſt de obiecto & actu huiuſmodi partis,quam aliarum, quia iſta pars Te.com.36. eſt prima inter alias partes animæ,in ſubiectis in quibus inuenitur cum aliis, eſt enim quaſi fundamētum aliarum, ſicut eſſe naturale ad quod pertinent operationes eius, eſt fundamentum eſſe ſenſibilis,& intelligibilis. Et alia ratio eſt, quare prius de ea dicendum eſt, quia ipſa eſt communis omnibus viuentibus, ipſa enim ſeparatur ab aliis: ſed aliæ non ſeparantur ab ea, & de communibus prius eſt agendum. Huiuſmodi autem partis opera ſunt, generare,& D alimento vti: & ideo de iſtis primo agendum eſt. Deinde cum dicit.

b ¶ Determinat quędam quæ prǽexiguntur ad cognitionē partis vegetatiuæ. Et diuiditur in duas partes. In prima oſtendit ꝙ generare pertinet ad partē vegetatiuam, quod ideo neceſſariū fuit, quia ſupra huic parti non attribuit generationem: ſed ſolū augmentum & decrementū. In ſecunda oſtendit, ꝙ opera potentiæ vegetatiuæ ſint ab anima, ꝙ ideo neceſſariū fuit, quia cum his operib. deſeruiāt qualitates actiuæ vel paſſiuæ, poſſet alicui videri ꝙ eſſent à natura,& non ab anima,& pręcipue q̄a in plantis eſt vita occulta & latens, & hoc ibi, [ Eſt autē anima viuentis corporis &c.] Primū oſtēdit tali ratione. Omnis operatio q̄ naturaliter inuenitur in omnib. viuentibus, pertinet ad potentiam vegetatiuā ſecundum quam primo viuere ineſt omnib. vt dictū eſt: ſed generare naturaliter ineſt omnib. viuētibus, ergo pertinet ad potētiā vegetatiuā. Dicit ergo, ꝙ ideo generare ē op⁹ animæ vegetatiuæ, quia inter alia opera eſt magis E naturale omnibus viuentib. Et dicitur naturaliſſimū, quia in hoc cōuenit etiā cum aliis rebus inanimatis, quæ generationē hēat, licet alio modo: habēt n. inanimata generationem ab extrinſeco generante, ſed viuentia à principio intrinſeco, in quātū generātur ex ſemine quod proficit in rē viuā. Sed ab iſta generalitate viuētium excipiuntur tria, quib. hoc opus non cōpetit. Primo illa quę ſunt imperfecta, ſicut pueri nō generant. Quod n. pōt alterum facere tale quale ipſum ē, in vnoquoque genere perfectum eſt. Secundo excipit illa quę patiuntur aliquē defectum alicuius principii naturalis, ſicut ſunt ſpadones & frigidi. Tertio animalia & plantę quæ generātur ſine ſemine ex putrefactione. In his n. propter ſui imperfectionē ſufficit ad eorum productionem agens vniuerſale, ſ. virtus corporis cœleſtis &

tentia eſt aīæ, ſecundū quam ineſt viuere omnibus; cuius ſunt opera, generare, & alimento vti. b Naturaliſſimum enim operum viuentibus, quæcunque perfecta & non orbata, aut generationem ſpontaneam habent, facere alterum quale ipſum, animal quidem animal, planta autem plantam, quatenus ipſo ſemper, & diuino eſſe, & immortali par- B ticipent, ſecundum ꝙ poſſunt. Omnia illud appetunt, & illius cauſa agunt omnia, quæcunque agunt ſecundū naturam. Id aūt, cuius cauſa fit aliquid, dupliciter eſt, hoc quidem cuius, illud vero quo. Quoniam igitur communicare non poſſunt ipſo ſemper, & diuino, continuatione, propterea quod nihil contingit corruptibilium idem & vnum numero permanere, ſecundum ꝙ poteſt participare vnumquodque, ſic communicat, hoc qui- C dem magis, illud vero minus. Et permanet, non idem: ſed numero quidem non vnum, ſpecie autem vnum.

c Eſt autem anima, viuentis corporis cauſa & principium. Hæc aūt multipliciter dicuntur. Attamen anima ſecundum determinatos modos tres, cauſa dicitur.

*ineſt viuere in omnibus, cuius officia ſunt generare & alimento vti.*

*Hoc enim eſt maxime naturale inter omnia officia viuentium, quæ perfecta ſint & non mutila, aut ſponte ſua naſcantur, procreare aliud quale ipſum eſt, animal animal, planta plantam, vt æternitatem & diuinitatem participent quoad poſſunt: cuncta enim illud appetunt, & illius cauſa agunt, quæcunq; ſecundum naturam agunt. Id autem cuius cauſa res eſt, duplex eſt, vnum, Cuius: alterum, Cui. Ergo quia participare nequeunt æternitatem & diuinitatem continuatione, quia fieri non poteſt vt corruptibilium quicquā idem & vnū numero permaneat, quo ad eorum vnumquodque participare poteſt, eatenus participat, aliud magis aliud minus, & permanet non ipſum, ſed quale ipſum eſt, numero quidem non vnum, ſpecie vero vnum.*

*Eſt autem anima viuentis corporis cauſa & principium, hæc autem multifariam dicuntur. Anima item tribus illis expoſitis, modis cauſa dicitur, etenim vnde motus, & cuius cau-*

materia diſpoſita. In animalibus aūt perfectis plura requiruntur principia, nō n. agens vniuerſale ſufficit, ſed requiritur agēs proprium vniuocum. Dicit ergo ꝙ viuentia poſſunt facere alterum, quale ipſa ſunt [quæcumque ſunt perfecta] ad excludēdum pueros, [ & non orbata ] ad excludendum eunuchos,& 4. Metaphy. Te.com.19. habentes ſimiles defectus, [aut quęcunq; non habent generationem ſpontaneam] ad excludendum ea, quę generātur ex putrefactione, quæ dicuntur quaſi ſponte naſci, q̄a producuntur ex terra ſine ſemine, per illam ſimilitudinem qua dicitur aliquis ſponte facere illud, ad quod ab extrinſeco non inducitur. Sic autem intelligitur ꝙ res viua facit alterum, quale ipſum eſt, quia aīal facit animal, & planta plantā. Et vlterius ſecundum ſpeciem tale animal, facit tale aīal, vt homo generat hoīem, & oliua oliuā. Ideo aūt eſt naturale viuētib. facere alterum tale, quale ipſum ē[ vt ſemp participēt, ſecundum ꝙ poſſunt, diuino & immortali ] id eſt vt aſſimilentur ei ſecundū poſſe. Cōſiderandum eſt n. ꝙ ſicut ſunt diuerſi grad⁹ perfectionis ī aliquo vno & eodem, ꝙ exit de potentia in actum, ita etiam ſunt diuerſi gradus perfectionis ī diuerſis entibus, vnde quanto aliquid fuerit magis perfectum, tāto perfectioribus magis aſſimilatur. Sicut igitur vnumquodque quando fuerit exiens de potentia in actū, cum fuerit in potentia, ordinatur ad actum & appetit ipſum naturaliter, & cū fuerit in actu minus perfecto, deſiderat actum perfectiorem, ita vnumquodq; ꝙ eſt in inferiori gradu rerū, deſiderat aſſimilari ſuperiorib quātum pōt. Et hoc eſt quod ſubiungit, ꝙ [oīa appetunt illud] ſ. aſſimilari diuino & immortali, [ & illius cauſa agunt quæcumque naturaliter agunt. ]Sed intelligendum eſt ꝙ id cuius cauſa agitur, dicitur dupliciter. Vno mō id cuius cauſa agitur directe, ſicut ſanitatis cā agit medicus. Alio modo ſicut quo. Quod poteſt intelligi dupliciter, vno mō, vt intelligamus ꝙ finis dicitur & ſubiectum habens id, cuius cauſa agitur, vt ſi dicamus ꝙ finis medicinæ eſt nō tantū ſanitas, ſed ēt corpus habēs ſanitatem. Alio mō vt dicam⁹ ꝙ finis eſt, nō tantū principale intētū, ſed ēt illud quo illud adipiſcimur, vt dicamus ꝙ finis medicinæ eſt calefacere corpus, q̄a à colore habetur ęqualitas cōplexionis, quæ eſt ſanitas. Sic igitur & hic pōt dici, ꝙ ipſum eſſe perpetuū eſt id cuius cauſa agitur, vel res habēs perpetuitatē, cui naturalia intendunt aſſimilari per generationē, in quo ſ. eſt perpetuitas, vel ēt ipſa generatio, qua perpetuitatē adipiſcūtur. Quia igitur nō poſſunt cōicare inferiora viuētia ipſi ēe ſēpiterno & diuino, per modum continuationis, i. vt maneant eadem numero, propter hoc ꝙ nihil corruptibilium contigit vnum, & idem numero permanere ſemper, cum neceſſitas corruptionis ſit neceſſitas abſoluta, vtpote prouenīēs ex ipſa materia, nō ex fine, ſequitur quod vnūquodq; communicet perpetuitate ſecundum quod poteſt, hoc quidem magis, quod eſt diuturnius, illud vero minus, quod eſt minus diuturnum, & tamen permanet ſemper per generationem non idem ſimpliciter, [ ſed vt idem ]i. in ſimili ſecundum ſpeciem. Vnde exponens quod dixerat, ſubdit ꝙ nō permanet vnum numero, quod eſt eſſe vnum ſimpliciter, ſed permanet idem ſpecie, quia vnumquodque generat ſibi ſimile ſecundum ſpeciem. Deinde cum dicit.

c ¶ Oſtendit, quod opera quę attribuūtur potentię vegetatiuę ſunt ab aīa. Et circa hoc duo facit. Primo oſtendit veritatē. Secūdo excludit errorē, ibi, [ Empedocles aūt nō bene dixit, &c.]

Circa

Circa primum duo facit. Primo proponit ꝙ intendit, & dicit, F quod anima eſt principiũ & cauſa viuẽtis corporis. Et cũ principiũ & cauſa dicatur multipliciter, anima dicitur trib. modis principiũ & cauſa viuentis corporis. Vno modo, ſicut vnde eſt principium motus. Alio mõ, ſicut cuius cauſa, id eſt finis. Tertio, ſicut ſubſtantia, id eſt forma corporũ animatorũ. Secundo ibi.

Text. cõ. 37. d ¶ Probat quod ſuppoſuerat. Et primo ꝙ anima ſit cauſa viuentis corporis vt forma, & hoc duplici ratione, quarũ prima talis eſt. Illud eſt cauſa alicuius vt ſubſtantia, i. vt forma, quod eſt cã

Sup. tex. 35. eſſendi. Nam per formam vnumquodque eſt actu. Sed anima viuentib. eſt cauſa eſſendi. per animam n. viuunt, & ipſum viuere ẽ ẽe eorũ. ergo anima eſt cauſa viuentis corporis vt forma. Secundam rationem ponit ibi.

e ¶ Quæ talis eſt. Id qđ eſt actus alicuius, eſt ratio & forma ei⁹, quod eſt in potentia. Sed anima eſt actus corporis viuentis, vt

Tex. c. 6. ex ſuperioribus patet ergo anima eſt ratio & forma viuentis

Tex. c. 38. corporis. Secũdo ibi. f ¶ Oſtendit, quod anima eſt cã vt finis, & quod ſit cauſa vt finis viuentium corporum, ſic oſtẽdit. Sicut enim intellectus operatur propter finem, ita & natura vt proba

Te. com 79. tur in 2. Phy. Sed intellectus in his quæ fiunt per artem materiam ordinat & diſponit propter formã, ergo & natura. Cum igitur anima ſit forma viuentis corporis, ſequitur quod ſit finis eius. Et vlterius non ſolum anima eſt finis viuẽtium corporum, ſed etiã omnium naturalium coporum in iſtis inferioribus, ꝙ ſic probat. Videmus enim, ꝙ omnia naturalia corpora ſunt quaſi inſtrumenta animæ non ſolum in animalibus, ſed etiam in plantis. Videmus n. ꝙ homines vtũtur ad ſui vtilitatẽ animalibus & reb. inanimatis, animalia vero plantis, & reb. inanimatis, plantæ aũt reb inanimatis, inquantum ſ. alimentum & iuuamentũ ab eis accipiunt. Secundũ autem ꝙ agitur vnũquodque in rerũ natura, ita natũ eſt agi. Vnde videtur ꝙ oĩa corpora inanimata, ſint inſtrumẽta animatorũ, & ſint ꝑpter ipſa. Et etiã inanimata minus perfecta ſint propter animata magis pfecta. K Et cõſequẽter diſtinguit id cui⁹ cã eſt, ſicut & ſupra. Tertio ibi. g ¶ Oſtendit, quod anima eſt principium mobilis corporis, ſicut vnde motus, & vtitur quaſi tali ratione. Omnis forma corporis naturalis, eſt principium motus proprii illius corporis, ſicut forma ignis eſt principium motus eius. Sed quidã motus ſunt proprii rebus viuentibus, ſ. motus localis, quo animalia mouent ſeipſa motu proceſſiuo ſecundum locum, licet hoc nõ inſit omnibus viuentib. & ſimiliter ſentire eſt alteratio quædã, & hoc non ineſt, niſi habentib. animam. Itẽ motus augmẽti & decremẽti nõ ineſt, niſi illis q̃ aluntur, & nihil alitur, niſi habẽs animã. ergo oportet ꝙ anima ſit principiũ oĩum iſtorũ motuũ.

Etenim vnde motus, & cuius cauſa, & ſicut ſubſtantia animatorum corporũ, anima eſt cauſa. d Quod igitur ſit ſicut ſubſtãtia, manifeſtum eſt. Cauſa enim ipſius eſſe, omnibus ſubſtantia eſt. Viuere aũt viuentib. eſſe eſt. cauſa aũt & principium horum, aĩa. G e Amplius autem eius quod eſt in potentia, ratio actus eſt. f Manifeſtum autem eſt, ꝙ & cuius gratia, anima cauſa eſt. Sicut n. intellectus, gratia huius facit, eodem modo & natura, & hoc eſt ipſius finis. Tale eſt autem in animalibus anima ſecundũ naturam. Omnia n. phyſica corpora, animæ inſtrumenta ſunt, ſicut animalium, ſic & plantarum, tamquam gratia animæ exiſtentia. Dupliciter autẽ dicitur cuius gratia id, & cuius, & quo.

H g At vero & vnde principium qui ſecundum locum motus, anima eſt, non omnibus aũt viuentibus ineſt potentia hæc. Eſt aũt & alteratio & augmentũ ſecundum animam. Senſus n. quædam alteratio eſſe videtur. Nihil autem ſentit, quod non habet animam. Similiter aũt & de augmento & decremẽto ſe habet, nihil enim decrementum patitur, neque augmentum phyſice, niſi alatur, alitur aũt nihil, quod non communicet vita.

*LECTIO VIII.*

I a EMpedocles autẽ non bene dixit hic, addens augmentum accidere plantis, deorſum quidem radicem mittentibus, propterea ꝙ terra ſic fertur ſecundum naturam, ſurſum autem propter ignem ſimiliter. b Neque enim ſurſum & deorſum bene accipit. Non n. idem

*ſa, & vt ſubſtantia animatorum corporum anima cauſa eſt.*

*Conſtat igitur eam eſſe cauſam vt ſubſtantiam, cauſa enim omnibus cur ſint, ſubſtantia eſt. Viuere autem viuentibus eſſe eſt, quorum cauſa & principium eſt anima.*

*Præterea eius quod eſt potentia ratio eſt actus.*

*Conſtat item, vt id cuius gratia, animam cauſam eſſe, vt enim intellectus gratia alicuius facit; ſic etiam natura, & hoc eſt ei finis, eiuſmodi autem eſt in animalibus anima; & ſecundum naturam; cuncta enim naturalia corpora animæ ſunt inſtrumenta, vt animalium ſic etiam plantarum, vtpote quæ gratia animæ ſint. Biſariam autem dicitur id cuius gratia aliquid eſt, ſcilicet cuius & cui.*

*Quinetiam vnde primum eſt motus loci, anima eſt, verum hæc potentia non omnib. ineſt viuentibus. Præterea vero & alteratio & auctio ab anima eſt, videtur enim ſenſus alteratio eſſe quædam, nihil autem ſentit, quod non habeat animam. ſimiliter etiam de auctione, & diminutione res habet, nihil enim diminuitur, neque naturaliter augetur, niſi alatur, nihil autem alitur, quin ſit vitæ particeps.*

LECTIO VIII.

*EMpedocles autem non recte dixit hoc, addens auctionem fieri in plantis, deorſum quidem radices agentibus, propterea quod terra ſic feratur natura, ſurſum quæ itidem propter ignem.*

*Neque enim has differentias, videlicet ſurſum & deorſum, recte vſur-*

*LECTIO VIII.*

a SVperius oſtẽdit Philoſophus quod opera quæ attribuuntur potentiæ vegetatiuę, ſunt ab anima. Nunc excludit quoſdam errores, contra determinatum veritatem. Et diuiditur in partes duas, ſecundũ duos errores quos remouet. ſecunda pars incipit, ibi, [ Videtur aũt quibuſdã ] Circa primum duo facit. Primo ponit errorẽ. Secundo improbat ipſum, ibi, [Neque enim ſurſum & deorſum. ] Sciendum eſt igitur circa primum, quod ſicut Emp. alias vtilitates quæ in rebus viuentib. proueniunt, non dixit procedere ex intentione naturæ: ſed ex neceſſitate materiæ, puta ꝙ pedes animalium ſic ſunt diſpoſiti, non vt ſint vtiles ad greſſum: ſed quia ſic contigit materiam diſpoſitam fuiſſe circa pedes, ita etiam & augmentum viuentium non attribuit animę: ſed motui grauium & leuium. Videbat n. quod viuentia augentur in diuerſas partes, puta ſurſum & deorſum quod apparet manifeſte in plantis, quæ radices in deorſum mittũt, & rami in ſurſum eleuãtur. Dicebat igitur; quod augmẽtum plantarum in deorſum cauſatur ex motu terræ quę eſt in cõpoſitione plantæ, & naturaliter deorſum fertur propter ſui grauitatem. Augmentum autem in ſurſum cauſatur ex motu ignis, qui propter ſui leuitatem, naturaliter ſurſum fertur. Deinde cum dicit.

b ¶ Reprobat prædictam opinionem dupliciter. Et primo quidem per hoc quod non bene accipit ſurſum & deorſum. Ad cuius euidentiam ſciendum eſt quod ſurſum & deorſum, & aliæ poſitionum differentiæ, ſcilicet ante & retro, dextrum & ſiniſtrum, in quibuſdã quidem diſtinguuntur ſecundum naturam, in quibuſdam vero ſolum poſitione quo ad nos. In quibus n. ſunt determinatę partes, quę ſunt naturaliter principia aliquorũ motuum: in his diſtinguũtur prædictæ poſitionum differentię ſecundum naturam, ſicut in vniuerſo, ad cuius mediũ naturaliter feruntur grauia, ad circũferentiã ferũtur naturaliter leuia: vnde in vniuerſo ſurſum & deorſum naturaliter diſtinguuntur. Et ſurſum dicitur locus ad quẽ feruntur leuia, deorſum ſiue mediũ ad quẽ feruntur naturaliter grauia. In viuentib. etiã & mortalib. ſecundũ motum augmẽti & decrementi determinãtur ſurſũ & deorſũ. Nã ſurſũ dicitur illa pars vnde viuentia alimentũ accipiũt, deorſum aũt pars oppoſita, vnde ſuperfluitates emittũtur. Ante vero & retro determinantur in quibuſdam animalib. vel viuentib. ſecundũ ſenſum, dextrũ & ſiniſtrum ſecundum motum localem. In his vero in quibus nõ eſt aliqua determinata pars, principium, aut terminus alicuius motus, in eis nõ determinantur poſitionum differentiæ

differentiæ ſecundum naturā: ſed ſolum poſitione quo ad nos ſicut in rebus inanimatis. Vnde eadē columna dicitur ſiniſtra & dextra, ſecundum quod eſt homini dextra vel ſiniſtra. In quibuſdam autem viuentium in quibus determinatur ſurſum & deorſum ſecundum naturam, eodem modo determinantur ſicut in vniuerſo, vt in homine cuius ſuperior pars, id eſt caput eſt verſus ſurſum vniuerſi, inferior autem eſt verſus deorſum ipſius. In plantis autem eſt econuerſo, nam radices plantarū ſunt proportionabiles capiti, ad eundem enim actum ordinantur, nam ſicut anima- *Text.cō.39.* lia cibum accipiunt ore, quod eſt in capite, ita plantæ radicib. Inſtrumenta autem *Te.com.40.* dicuntur eadem & altera ſiue ſimilia & diſſimilia, ex operibus quæ ſunt fines eorū, vnde radices plantarum ſunt ſimiles capitib. animalium, & tamē ſunt verſus de- *Tex. c. 41.* orſum, vnde modo contrario ſe habet ſurſum, & deorſum in plantis, & in vniuerſo. In brutis autē animalibus non eodem modo ſe habet, quia eorum capita non ſe habent verſus ſurſum vniuerſi, neq; deorſum ipſius Hoc eſt ergo quod dicit, ꝙ ſurſum & deorſum non eſt idem omnibus, ſc. viuentibus & omni id eſt v- *Te.com.42.* niuerſo. Sed Emp. ſic accipit ſurſum & deorſum, ac ſi eodem modo eſſet in omnibus viuentibus & in vniuerſo Si n. motus augmenti, ſecundum quem determinatur ſurſum & deorſum in viuentibus, ſit ſecundum motum grauium, & leuium, ſecundum quem determinatur ſurſum & deorſum in vniuerſo, ſequetur quod eodē modo ſit ſurſum & deorſum in omnibus viuentibus, & in vniuerſo, Et ideo etiam ipſe in plantis augmentum radicum dicit eſſe deorſum. Secundo ibi.

*c* ¶ Reprobat prædictam poſitionem alio modo. Ad cuius euidentiam ſciendum eſt, quod cum elementa non ſint actu in mixto, ſed in virtute, non habet in elemētum ſeorſum proprium motum, ſed totum mixtum mouetur motu elementi prædominantis in ipſo. Si autem quodlibet elementum haberet proprium motum, vt Empe. ponere videbatur, cum naturalis motus elementorum ſit ad cōtraria loca, ſequeretur quod totaliter abinuicem ſepararentur, niſi eſſet aliquid continens elementa, quod non ſineret totaliter abſcedere elementa ab inuicem. Illud autem quod continet elementa, ne totaliter abinuicem ſegregentur, maxime videtur eſſe cauſa alimenti & augmenti, ſed augmentum ſecundum diuerſas partes contingit ex diuerſis motibus elementorum. Non enim poſſet imaginari qualiter eſſet augmentum, elementis in cōtraria motis, niſi per hoc quod manent ad inuicem coniuncta, quia ſi totaliter ſepararētur, eſſet diuiſio, non augmentū. Illud igitur principaliter eſt cauſa augmenti, ꝙ continet elementa, ne totaliter ab inuicem ſeparentur, hoc autem eſt anima in rebus viuentibus: anima igitur eſt principium augmenti. Deinde cum dicit.

*d* ¶ Ponit aliam poſitionem. Et circa hoc duo facit. Primo ponit eā. Secūdo improbat, ibi, [Hoc aūt concauſam &c.] Sciendum eſt autem, ꝙ hæc opinio differt in hoc à prima, qđ prima attribuebat cauſam augmenti & alimenti diuerſis elementis, ſcilicet igni & terræ, hæc autem attribuit eorū cauſam igni

A

omnibus ſurſum & deorſum, & omni: ſed ſicut caput animaliū, ſic radices plantarū ſunt, ſi cōgruit, inſtrumenta dicere altera & eadem, operibus. Nam quę ad idem opus accōmodantur, eadē inſtrumenta eſſe iudicamus.

*c* Adhuc aūt, quod eſt continens ea quæ in contraria feruntur, ignem & terram? Diſtrahentur enim, niſi aliquid ſit prohibens. B Si vero erit, hoc eſt anima & cauſa augmenti & alimenti.

*d* Videtur autem quibuſdam ignis natura, ſimpliciter cauſa augmenti, & alimenti eſſe. Etenim ignis ipſe videtur ſolū corpore & elementorum, quod alitur & augetur. Vnde & in animalibus putabit vtiq; quis hoc eſſe, quod operatur.

*e* Hoc autem concauſa quidem quodammodo eſt, non tamen ſimpliciter cauſa: ſed magis anima. Ignis enim augmentum in C infinitum eſt, quouſque fuerit combuſtibile. Natura autem conſtantiū omnium terminus eſt, & ratio magnitudinis & augmenti. Hoc autem eſt animæ: ſed non ignis, & rationis magis quam materiæ.

*LECTIO IX.*

*a* QVoniam eſt eadem potentia animæ vegetatiua & generatiua: de alimento neceſſarium eſt determinare primum. Separatur enim ab aliis potentiis, opere hoc.

D

*pat, non enim idem eſt ſurſum & deorſum omnibus, atque rerum vniuerſitati, ſed quam caput animalium eam obtinent rationem radices plantarum, ſiquidem inſtrumenta diuerſa & eadem ex eorum officiis dicere conuenit.*

*Ad hæc, quid eſt quod continet duū ad contrarias partes feruntur ignem, & terram? diſtrahentur enim niſi aliquid fuerit, quod ſit probibiturum, quod ſi erit, id ipſum eſt anima & cauſa cur res augeſcant & alantur.*

*Sunt autem qui cenſeant, ignis naturam ſimpliciter cauſam eſſe nutritionis & auctionis. is namque ſolus omnium corporum vel elementorum videtur ali & augeri, quamobrem & in plantis & in animalibus putauerit aliquis eum eſſe id quod operatur.*

*Verum is concauſa quodammodo eſt, non tamen ſimpliciter cauſa, ſed anima potius, ignis enim auctio in infinitum procedit, quamdiu ſubeſt res cremabilis. At omnium natura conſtantium terminus ſtatutus eſt, & ratio magnitudinis & auctionis, hæc autem animæ ſunt, & non ignis, & rationis potius quam materiæ.*

LECTIO IX.

*CVm autem eadem ſit animæ potentia nutritiua & generatiua, primum de nutrimento diſſerere neceſſe eſt, hoc enim officio ab aliis diſtinguitur potentiis.*

tantum. Et mouebantur ad hoc hac ratione. Quia illud videtur eſſe principium alicuius paſſionis, vel motus in aliquo, qđ ſecundum ſe habet illam paſſionem, vel motum, ſicut ignis qui ſecundum ſe calidus eſt, eſt cauſa caloris in rebus mixtis, & terra quæ ſecundum ſe eſt grauis, eſt cauſa grauitatis in eis. Inter aūt elementa videtur ſol⁹ ignis nutriri & augeri, ſi ſuperficialiter de nutrimēto & augmēto loquamur. Solus igitur ignis, videtur eſſe faciens augmentum & alimentū in plantis & animalibus. Vtrū vero ignis nutriatur & augeatur, inferi⁹ erit manifeſtū. Deinde cū dicit.

*e* ¶ Improbat prædictam poſitionem. Sciendum tamen eſt ꝙ prædicta poſitio aliquid habet veritatis. Neceſſe eſt n. omne alimentum decoqui, quod quidem fit per ignem, vnde ignis aliquo mō operatur ad alimentū, & per conſequens augmentū, non quidē ſicut agēs principale, hoc n. eſt aīæ, ſed ſicut agens ſecundariū & inſtrumētale. Et ideo dicere ꝙ ignis quodāmodo cōcauſa eſt augmenti & alimenti, ſicut inſtrumentū concauſa eſt principalis agentis. Non tamē eſt principaliter cā, vt principale agens, ſed hoc mō cauſa eſt anima, ꝙ ſic probat. Illud eſt principale in qualibet actione, à quo imponitur terminus & rō ei quod fit ſicut patet in artificialib. ꝙ terminus vel ratio arcæ, vel domui nō imponitur ab inſtrumentis, ſed ab ipſa arte. Nā inſtrumenta ſe habent indifferenter, vt cooperentur ad hanc formam, vel quantitatem, vel aliam. Serra enim quantum eſt de ſe, apta eſt ad ſecandum lignum ſecundum ꝙ competit & oſtio, & ſcamno, & domui, & in quacunq; quantitate, ſed quod ſic ſecetur lignum, quod ſit aptum ad talem formam, & ad talem quantitatem, eſt ex virtute artis. Manifeſtum eſt aūt, quod in omnibus quæ ſunt ſecundum naturā eſt certus terminus & determinata ratio magnitudinis & augmenti, ſicut n. cuilibet ſpeciei debentur aliqua accidentia propria, ita & propria quantitatis, licet cum aliqua latitudine propter diuerſitatem materiæ & alias cauſas indiuiduales, non n. omnes homines ſunt vnius quantitatis. Sed tamen eſt aliqua quantitas tam magna vltra quā ſpecies humana non porrigitur, & alia quantitas tam parua, vltra q̄ homo nō inuenitur. Illud igitur, quod eſt cauſa determinationis magnitudinis & augmenti, eſt principalis cauſa augmenti. E Hoc aūt non eſt ignis. Manifeſtū eſt n. quod ignis augmentū non eſt vſq; ad determinatam quantitatem, ſed in infinitū extenditur, ſi in infinitum materia combuſtibilis inueniatur. Manifeſtū eſt igitur, ꝙ ignis nō eſt principale agēs in augmēto, & alimēto, ſed magis anima. Et hoc rationabiliter accidit, quia determinatio quantitatis in rebus naturalibus eſt ex forma, quæ eſt principium ſpeciei, magis quam ex materia. Anima autem comparatur ad elementa quæ ſunt in corpore viuente, ſicut forma ad materiam. Magis igitur terminus & ratio magnitudinis & augmenti eſt ab anima, quam ab igne.

*LECTIO VIII.*

*a* POſtquā Philoſophus oſtendit ꝙ aīa eſt principiū operationū q̄ attribuūtur potētiæ vegetatiuę, hic intēdit de his determinare. Et circa hoc tria facit. Primo determinat de ob-

iecto

iecto ſecundum ſe, ſ. de alimento. Secundo determinat de eo ſecundũ ꝙ congruit operationib. aĩæ vegetatiuę, ibi, [Quoniã aũt nõ alitur.] Tertio potẽtias diffinit, quæ ſũt principia harũ operationũ, ibi, [Quare hmõi animę &c.] Circa primũ tria facit. Primo dicit de quo ẽ intentio. Scdo proponit id ꝙ primo aſpectu apparet de alimento, ibi, [Videtur aũt eſſe alimẽtũ &c.] Tertio mouet circa hoc dubitationẽ, ibi, [Dubitationem aũt habet.] Dicit ergo primo, ꝙ cũ vegetatiua, & generatiua ab eadẽ communi potentia animæ contineatur, licet vegetatiua, id eſt nutritiua ſit quædam ſpecialis potentia diſtincta à generatiua, oportet primũ determinare de alimento, quod eſt obiectum generatiuæ ſiue nutritiuæ. Hoc n. opere ſ. nutritione diſtinguitur hæc pars animæ ab alijs, ſcilicet intellectiuo, ſenſitiuo &c. Nam aliæ operationes huius partis id eſt animę hanc præſupponunt. Deinde cum dicit.

*b* ¶ Proponit illud quod primo aſpectu de alimento apparet & proponit tria, quorum primũ eſt, quod alimentum videtur eſſe contrarium ei qđ alitur, & hoc ideo qa nutrimentum conuertitur in id ꝙ nutritur, generationes aũt fiũt ex contrarijs. Secundum aũt eſt quod nõ videtur quodcunque contrarium ſufficere ad rationem alimẽti, ſed oportet ꝙ ſit de illis contrarijs quæ habẽt generationem ex ſe inuicem. Nutrimẽtum n. conuertitur in ſubſtãtiã nutriti, vnde quæcunq; contraria inſunt in ſubſtantia ſecundũ quę fiunt alterationes adinuicem & non generationes, non pertinent ad rationem alimenti. Non n. dicimus qđ infirmum ſit nutrimẽtum ſani, vel album nigri, aut aliquid huiuſmodi. Qũo aũt in ſubſtantiis ſit aliqua contrarietas, alia quęſtio eſt. Tertio oportet quod ſit de illis contrarijs quæ augmentum ſuſcipiunt ex inuicem, quia ad alimentũ videtur ſequi augmentũ. Vnde licet igne generetur aqua, ſicut econuerſo, non tamen dicitur ꝙ ex igne nutriatur ignis inquantum liquores humidi cedunt in ignis nutrimentum, quia ſ. dum ignis in aquam conuertitur, non apparet noua aquę generatio; ſed ignis præexiſtens, ad ſui conſeruationem & augmentum videtur in ſe humorem conuertere. Et ideo in elementis videtur ſolus ignis nutriri, & ſola aqua eſſe eius nutrimentum, ſecundum quod ad aquam pertinent omnes humores & liquores. Deinde cum dicit.

Tex. c. 44.

Sup tex. 45.

*c* ¶ Mouet quandam dubitationem circa prædeterminata. Et primo obiicit ad vtramque partem. Secundo ſoluit eam, ibi, [Vtrum autem ſit alimentum &c.] Oritur autẽ dubitatio circa hoc quod ſupra dictum eſt, quod alimentum oportet eſſe contrarium, quibuſdam aũt videtur qđ alimentũ oporteat eſſe ſimile eo ꝙ alitur. Alimentum n. eſt cauſa augmẽti, oportet aũt quod ſimile ſimili augeatur. Si n. aliquid diuerſum apponeretur alicui, non eſſet eiuſdem augmentũ, ſed naturę extraneæ adiunctio. Videtur igitur quod oporteat ſimile ſimili ali. Aliis aũt videtur qđ alimẽtum oportet eſſe cõtrarium ei quod alitur, ſecundum id quod ſupra dictũ eſt. Et ad hoc inducũtur duplici ratione, quarum prima eſt, quia alimentum in contrarium, aut medium, ſicut albũ, mutatur in nigrum aut pallidum. Mediũ aũt eſt quodã modo contrariũ. Pallidũ n. albo cõparatũ, eſt nigrũ: nigro vero cõparatum, ẽ album. eſt enim compoſitum ex vtroque. ergo nutrimentum eſt contrariũ ei quod alitur, & in quod mutatur. Secunda ratio eſt, quia agens eſt contrarium patienti, non enim ſimile à ſimili patitur. Alimẽtum autem patitur ab eo qđ alitur, alteratur enim ab eo, & digeritur. Id autem quod alitur, non patitur ab alimẽto. Sicut neque artifex patitur à materia: ſed econuerſo; materia enim mutatur, non autẽ artifex, niſi forte, per accidens, ſecundũ quod exit de potentia in actum. Videtur igitur qđ alimentum ſit cõtrariũ ei quod alitur. Prima igitur harũ rationũ ſumitur ex contrarietate, quam oportet eſſe inter terminos mutationis. Secunda vero ex contrarietate quam oportet eſſe inter agens & patiens, Id enim quod alitur, & agit in alimentum, eſt terminus, in quem alimentum mutatur. Deinde cum dicit. Te. com. 43.

*e* ¶ Soluit propoſitam dubitationem dicens, quod differt quantum ad propoſitam quæſtionem, vtrũ alimentum dicatur id quod vltimo aduenit, ſcilicet poſt decoctionẽ & digeſtionem, an illud quod primo aſſumitur, ſcilicet anteq̃ digeratur & decoquatur. Et ſi dici poſſit vtrumque horum alimentum, vnum horum quaſi alimentum decoctum, aliud vero quaſi non decoctum, ſecundum vtramque partem quæſtionis poterit iudicari de alimento. Quia inquantum alimentum dicitur non decoctum, ſic contrarium contrario alitur, hoc n. eſt quod patitur & mutatur. Inquantũ vero eſt coctũ, ſic alitur ſimile ſimili, agens n. aſſimilat ſibi patiens, vnde in fine paſſionis oportet paſſum eſſe ſimile agenti, & per hunc modum poteſt augere id quod alitur. Et ſic patet, quod vtrique prędictorum opinantium, aliquo modo dicunt recte & aliquo modo dicunt non recte. Deinde cum dicit.

*d* ¶ Determinat de alimento ſecundũ quod cõuenit operationib. animæ vegetatiuæ. Et primo ſecundum quod cõgruit nutritioni. Secũdo, ſecundũ qđ congruit augmento, ibi, [Eſt autem al-

F

*b* Videtur autem eſſe alimẽtum contrarium alito, non omne autem omni, ſed quæcumque contrariorum, non ſolum generationem habent ex ſeinuicem, ſed & augmentum. Fiunt n. multa ex inuicem, ſed non omnia augentur, vt ſanum ex laborante. Videtur autem neq; illa eodem modo ſibi inuicem eſſe alimentum, ſed aqua quidem igni alimentum eſt, ignis autem non alit aquam. In ſimplicibus igitur corporib. hęc eſſe videntur maxime, aliud quidem alimentum, aliud vero id quod alitur.

G

*c* Dubitationem autem habet. Dicunt enim, hi quidem ſimile ſimili ali, ſicut & augeri. Aliis autem ſicut diximus, econtrario videtur, ali contrarium contrario, tamquam impaſſibile ſit ſimile à ſimili, alimentum autem mutari, & decoqui. Mutatio autem omnibus contrarium eſt aut medium. Adhuc autem patitur aliquid alimentum ab eo quod alitur, ſed non hic ab alimento, ſicut nec faber à materia, ſed ab illo hæc, faber autem mutatur ſolum in actum ex ocio.

H

*d* Vtrum autem ſit alimentum quod vltimo aduenit, aut quod primo, habet differentiam. Si vero vtrunque, ſed hoc quidẽ non coctum, illud autem coctũ, certe vtroque modo continget alimentum dicere, quatenus enim non coctum, eatenus contrariũ contrario alitur, quatenus autẽ coctum, ſimile ſimili nutritur, Quare manifeſtum quod dicũt quodammodo vtrique & recte & non recte.

I

*e* Quoniam autem nihil alitur, non participans vitam, animatum vtiq; erit corpus, quod alitur, quatenus animatum, quare & alimentum ad animatum eſt, & non ſecundum accidens.

K

*Videtur igitur nutrimentum eſſe contrarium contrario, non tamen quoduis cuiuis; ſed quæcumque contrariorum non ſolum ex ſe mutuo generantur verum etiam augentur, ſiunt enim multa ex ſe mutuo; ſed non omnia * augentur, vt ſanum ex ægrotante, quinimmo ne illa quidem eodem modo videntur ſibi mutuo eſſe alimentum, ſed aqua quidem ignis eſt alimentum, ignis autem non alit aquam. Ac in ſimplicibus quidem corporibus hæc eſſe videntur maxime, vnum alimentum, alterum quod alitur.*

al. l. omnia quanta.

*Sed quæſtio exiſtit: ſunt enim qui dicant ſimile ali ſimili, quemadmodũ etiam augeri, contra aliis, vt diximus, contrarium videtur contrario, vt pote cum ſimile pati non poſſit à ſimili, alimentum vero mutetur, ac concoquatur, mutatio vero omnibus in oppoſitum fiat, aut in medium. Præterea alimentum patitur aliquid ab eo quod alitur: ſed non hoc ab alimento, quemadmodum neq; faber à materia; ſed ea ab illo, faber autem, ex ocio dunxatat ad negocium mutatur.*

*Vtrum autem ſit alimentum id quod vltimo adhibetur, an id quod primo, differentia eſt, quod ſi vtrumque, ſed alterum crudum, alterum concoctum, vtroque modo poſſimus alimentum dicere: nam quatenus crudum eſt, contrarium contrario alitur, quatenus concoctum, ſimile ſimili. itaque conſtat vtroſque quodammodo & recte, & non recte dicere.*

*Sed quia nihil alitur, niſi ſit vitæ particeps, id quod alitur animatum corpus fuerit quatenus animatum. Quare & alimentum ad animatum eſt, & non per accidens.*

tem alterũ alimento &c.] Tertio ſecundum quod congruit ge- A neratiōni, ibi, [Et generationis aũt factiuũ &c.] Dicit ergo primo, ꝙ nihil nutritur ꝗ nō participet vitã: omne aũt participans vitã eſt animatum, ſequitur ergo qđ corp⁹ ꝙ alitur, ſit animatum. Alimentum autem eſt in potẽtia ad id quod alitur: cōuertitur enim in ipſum. relinquitur ergo qđ alimentum inquantũ eſt nutritionis obiectum, ſit aliquid exiſtens in potẽtia ad animatũ per ſe, & non ſecundum accidens. Conſiderandum ẽ autem ꝙ nihil proprie nutritur niſi animatũ ignis autem videtur quidem per quandã ſimilitudinem nutriri, nō autem proopric nutritur, quod ſic patet. Id proprie nutriri dicimus, quod in ſeipſo aliquid recipit ad ſuiipſius conſeruatio-
Tex. t.48. nem: hoc aũt in igne videtur quidem accidere: ſed tamen nō accidit. Cum enim igni accenſo aliqua materia cōbuſtibilis additur, in illa materia cōbuſtibili nouus ignis generatur, non autem ita quod illud combuſtibile additum cedat in conſeruationem ignis in a-
Te.com.49. lia materia prius accenſi. Puta ſi aliquod lignum de nouo ignitur, per hanc ignitionem non cōſeruatur ignitio alterius ligni prius igniti, totus n. ignis qui eſt ex congregatione multorũ ignitorum nō ẽ vnus ſimpliciter: ſed videtur vnus aggregatione, ſicuti aceruus lapidum eſt vnus, & propter talem vnitatem, eſt ibi quædam ſimilitudo nutritionis. Sed corpora animata vere nutriuntur, quia per alimentum conſeruatur vita in illa parte D eadem quæ prius fuit. Et propter hoc etiam ſola animata vere augentur, quia quælibet pars eorum & nutritur, & augetur, quod non conuenit rebus inanimatis quæ videntur per additionem creſcere. Non n. creſcit id quod prius fuit, ſed ex additione alterius cōſtituitur quoddã aliud totum maius. Ideo aũt ſimilitudo augmẽti & nutrimenti pręcipue apparet in igne, qa ignis habet plus de forma, quam alia elemẽta, & eſt potentior in virtute actiua, vnde propter hoc quod manifeſte alia conuertit in ſe, videtur nutriri & augeri. Deinde cum dicit.

f ¶ Oſtendit quomodo alimentum congruit augmento. Et dicitur qđ licet idem ſit ſubiecto, quod eſt obiectũ nutritionis, prout dicitur alimẽtum, & quod eſt obiectum augmenti, prout dicitur augmentatiuum, tamen differt ratione. Dictum eſt n. quod alimentum eſt in potentia ad corpus animatum, corpus autem animatum, & eſt quoddam quantum, & eſt hoc aliquid & ſubſtantia. Secundum igitur quod eſt quoddam quãtum, ſecundum hoc, alimentum adueniens ei, (quod etiam & E ipſum quantũ eſt) facit augmentum, & dicitur augmentatiuũ. Inquantum aũt corp⁹ animatum, hoc aliquid & ſubſtantia eſt, ſic habet rationem alimenti. Hoc n. eſt de ratione alimenti, qđ conſeruat ſubſtantiam eius quod alitur. Quę quidem conſeruatio neceſſaria eſt propter continuam conſumptionem humidi à calido naturali, & ideo tandiu durat ſubſtantia eius quod nutritur, quandiu nutriatur. Deinde cum dicit.

g ¶ Oſtendit quomodo alimentũ congruat generationi. Et dicit, ꝙ etiam alimẽtum eſt factiuum generationis. Semen n. qđ eſt generationis principium, eſt ſuperfluum alimenti. Non tamen alimentum eſt principium generationis eius qđ alitur: ſed alterius ꝙ eſt tale ſecundum ſpeciẽ, quale eſt quod alitur, quia ſubſtantia quæ alitur, iã eſt, & ꝙ eſt, non generatur, & nihil generat ſeipſum, quia ꝙ generat, iam eſt, quod generatur nondũ eſt. Sed aliquid pōt agere ad ſui cōſeruationẽ. Deinde cũ dicit.

h ¶ Ex præmiſſis accipit diffinitionẽ potẽtiarum animæ vegetabilis Et primo potentiæ nutritiuæ. Sc̃do totius animæ vegetabilis, ibi, [Quoniam à fine &c. Circa primum primo ex pmiſſis cōcludit diffinitionem potentiæ nutritiuæ, & dicit, quod cũ dictum ſit ꝙ nutrimentum inquantum huiuſmodi, ſaluat nutritum, manifeſtum eſt quod hoc principium animæ, quod ſ. eſt principium nutritionis, nihil eſt aliud, ꝗ̃ potentia potens ſaluare ſuum ſuſceptiuũ inquantum huiuſmodi. Alimentum vero eſt quod præparat operationem huiuſmodi potentię, inquantũ talis potentia, mediãte alimẽto ſaluat ſuũ ſuſceptiuum. Et propter hoc illud quod priuatur alimento, nō poteſt conſeruari. Et quia dixerat ꝙ principium nutritionis eſt potentia animæ, cui⁹ principium eſt etiam alimentum, vt ex dictis patet. Ideo ſecundo ibi.

i ¶ Oſtendit quomodo differenter potentia animæ, & alimentum, ſunt principia nutritionis. Dicit ergo, quia in nutritionẽ ſunt tria, quod alitur, quo alitur, & alens primum. Primum quidem alens eſt prima anima, ſ. anima vegetabilis. Illud verò quod alitur eſt corp⁹ habens hanc animã: ſed illud quo alitur, eſt alimentum. Sic igitur potentia animæ eſt principium nutritionis vt agens principale, alimentum autem vt inſtrumentum. Deinde cum dicit.

k ¶ Diffinit ipſam primam animã, quę dicitur anima vegetabilis, quæ quidem in plantis eſt anima, in animalib. pars animæ. Et circa hoc duo facit. Primo diffinit huiuſmodi animã. Ad cuius diffinitionis intellectum ſciendum eſt, ꝙ inter tres operationes aĩæ vegetabilis, eſt quidam ordo. Nã prima eius operatio eſt nutritio, per quam ſaluatur aliquid vt eſt. Secunda autẽ perfectior eſt augmentum, quo aliquid ꝓficit in maiorẽ perfectionem, & ſecundum quantitatẽ, & ſecundum virtutẽ. Tertia autem perfectiſſima & finalis eſt generatio, per ꝗ̃ aliquid iam quaſi in ſeipſo perfectum exiſtens, alteri eſſe & perfectionem tradit. Tunc enim vnumquoque maxime perfectum eſt, (vt in quarto Meteororum dicitur) cum poteſt facere alterum tale, Te.com.19.
quale ipſum eſt. Quia igitur iuſtum eſt quod omnia diffiniantur & denominẽtur à fine, finis aũt operum animę vegetabilis eſt generare alterum tale, quale ipſum eſt, ſequitur quod ipſa ſit conueniens diffinitio primæ animæ, ſ. vegetabilis, vt ſit generatiua alterius ſimilis ſecundum ſpeciem. Et quia dixerat quod alimentum eſt inſtrumentum huius animæ, ne credatur quod non habeat aliud inſtrumentum: Ideo ſecundo ibi: Lec. 4.

l ¶ Oſtendit, quod habeat aliud inſtrumentum, & dicit quod duplex eſt inſtrumentum quo alitur, ſicut duplex eſt inſtrumentum gubernationis, gubernator enim gubernat manu & temone, manus enim eſt inſtrumentum coniunctum, cuius forma eſt anima: vnde temo eſt inſtrumentum mouens nauem & motum à manu: ſed manus non eſt inſtrumentum motum ab aliquo exteriori, ſed ſolum à principio intrinſeco: eſt enim pars hominis mouentis ſeipſum. Sic igitur & nutritionis inſtrumentum eſt duplex, & vt ſeparatum quidem, & cuius forma nondum eſt anima, eſt nutrimentum. Oportet autem, quod aliud ſit inſtrumentum nutritionis coniunctum,

f Eſt autem alterum, alimento, & actiuo, eſſe. Secundum enim quod quantum aliquod animatum, eſt actiuum, ſecundum autem quod hoc aliquid, & ſubſtantiam, & eo vſque hoc ſit, quouſque alatur.

g Et generationis autem factiuum, non eius quod alitur: ſed talis, quale id eſt quod alitur. Iam enim eſt ipſa ſubſtantia. Generat autem nihil ipſum ſeipſum: ſed ſaluat. B

h Quare tale animæ principium potentia eſt potens ſaluare ſuſcipiens ipſam, ſecundum quod eſt hmõi. Alimentum aũt præparat operationem, vnde priuatum alimento, non poteſt eſſe.

i Quoniam autem ſunt tria, quod alitur, & quo alitur, & alens, alens quidem eſt prima anima, quod vero alitur eſt habens hanc, corpus; quo vero alitur, alimentum. C

k Quoniam autem à fine appellari omnia iuſtum eſt. Finis autem eſt & generaſſe quale ipſum eſt, vtique prima anima, & generatiua talis quale eſt ipſum.

l Eſt autẽ id quo alitur, duplex, ſicut & quo gubernatur, & manus, & temo, hoc quidem mouens & motum, illud autem mo-

*Eſt autem aliud alimento & auctifico eſſe, nam quatenus quantum quoddam eſt, auctificum eſt, quatenus vero hoc aliquid & ſubſtantia, alimentum, conſeruat enim ſubſtantiam, & tandiu eſt, quandiu alitur.*

*Effectiuumque generationis eſt, non eius quod alitur, ſed cuiuſmodi eſt id quod alitur, iam enim eſt ipſa ſubſtantia, & nihil generat ſe ipſum, ſed conſeruat.*

*Quare tale animæ principium eiuſmodi eſt potentia, quæ conſeruet quod habet ipſam, quatenus tale eſt, alimentum autem ſubminiſtrat apparatum ad operandum, quapropter ſi priuetur alimento, eſſe non poteſt.*

*Cum autem tria ſint, quod nutritur, & quo nutritur, & quod nutrit, id quidem quod nutrit, eſt prima anima, quod vero nutritur, corpus quod eam habet, quo autem nutritur, alimentum.*

*Sed quia à fine appellare omnia par eſt, finis autem eſt generare quale ipſũ eſt, erit prima anima generatiuum talis, quale ipſum eſt.*

*Duplex porro eſt id quo nutrit, vt etiam id quo gubernat, ſcilicet manus & temo, aliud quod mouet & mouetur, aliud quod mouet tantummodo,*

ctum. Neceſſe eſt enim quod alimentum decoquatur: quod autem operatur decoctionem, eſt aliquid calidum. Sicut igitur gubernator mouet temonem manu, nauẽ autem temone, ita anima mouet calido alimentum, & alimento nutrit. Sic igitur calidum aliquod, eſt inſtrumentum coniunctum huius animæ, in quo ſcilicet radicaliter eſt calor naturalis digerens, & propter hoc, oportet quod omne animatum quod nutritur, habeat calorem naturalem, qui eſt digeſtionis principium. Si autem hæc anima non haberet inſtrumentum cõiunctum, non eſſet actus alicuius partis corporis, quod ſoli intellectui competit. (Te. com. 51.) Vltimo epilogans quod dixerat, concludit quod figuraliter, id eſt vniuerſaliter dictum eſt quid ſit alimentum, ſed poſterius certius tractandum eſt de alimento, in propriis rationibus. Fecit enim vnum ſpecialem librum de alimento, ſicut de generatione animalium, & de motu animalium.

LECTIO X.

(Tex. c. 52.) a Poſtquam determinauit Philoſophus de parte vegetatiua, hic incipit determinare de parte ſenſitiua. Et diuiditur in partes duas. In prima determinat de eo quod apparet in hac parte, ſc. de ſenſibus exterioribus. In ſecũda determinat de eo, ꝙ latet in parte ſenſitiua, ibi, [Quod autẽ non ſit ſenſus alter &c.] Prima diuiditur in partes duas. In prima oſtendit quomodo ſe habet ſenſus ad ſenſibile. In ſecunda determinat de ſenſibili & ſenſu, ibi, [Dicendum eſt autem ſecundum vnũ.] Circa primum duo facit. Primo reſumit quædam, quæ ſunt prius dicta. Secundo inueſtigat propoſitum, ibi, [Habet autem dubitationem &c.] Dicit ergo primo quod determinatis his quæ pertinent ad animam vegetatiuam dicendum eſt de his quæ pertinent ad ſenſum in communi. (Lectio 14. & inde.) De his enim quæ pertinent ad vnumquemque ſenſum ſpecialiter, poſtmodum dicet. (Lex.7.t.c. 37.) Duo autem reſumit dicta de ſenſu, (Le.9.t.c.44.) quorum vnum eſt, quod ſentire cõſiſtit in moueri & pati. Eſt enim ſenſus in actu, quædam alteratio, quod autem alteratur, patitur & mouetur. Aliud autem quod reſumit, eſt quod quidã dicunt ſimile à ſimili pati. Et propter hoc ſentire eſt pati, & quidam antiqui Philoſophi poſuerunt quod ſimile ſimili cognoſcitur & ſentitur, ſicut Empe. poſuit quod terra terra cognoſcitur, ignis igne, & ſic de aliis. Sed hoc quomodo eſſe poſſit vel non, ꝙ ſimile ſimili patiatur, dictum eſt in (Li.1.t.c.51.) vniuerſalib. rationib. de agere & pati, id eſt in libro de Generatione, vbi determinauit de actione & paſſione in communi. Dictum eſt n. ibi, quod id quod patitur à principio dũ patitur, eſt cõtrarium agenti, ſed in fine quando iam eſt paſſum, eſt ſimile. Agens n. agendo aſſimilat ſibi patiens. Deinde cum dicit.

F

...uens ſolum. Omne aũt alimentum, neceſſarium eſt tale eſſe, vt concoqui poſſit. Operatur autem decoctionem, calidum. Vnde omne animatum habet calorem. Figuraliter quidem igitur alimentum quid ſit, dictum eſt. Certificandum autem eſt poſterius de ipſo, in propriis rõnibus.

*omne autem alimentum neceſſe eſt concoqui poſſe, efficit autem concoctionem calidum, quamobrem omne animatum habet calorem. Ac alimẽtum quidem ſit, dictum eſt adumbratione quadam, de quo poſt idoneo loco apertius agemus.*

G

LECTIO X.

a Determinatis autem his, dicamus communiter de omni ſenſu. Senſus aũt in moueri aliquid, & pati accidit, ſicut dictum eſt, videtur enim quædam alteratio eſſe. Aiunt autem quidam & ſimile à ſimili pati. Hoc autem quomodo poſſibile, aut impoſſibile, dictum eſt in vniuerſalibus rationibus de agere & pati.

LECTIO X.

*His expoſitis, de omni ſenſu communiter diſputemus, ſenſus fit, dum aliquid mouetur, aut patitur, vt dictum eſt, videtur enim eſſe alteratio quædam; ſunt etiam qui dicant ſimile à ſimili pati; id vero quomodo poſſibile ſit aut impoſſibile, dictum eſt in vniuerſalibus ſermonibus de agendo & patiendo.*

H

b Habet autem dubitationem, propter quid ſenſuum ipſorum non ſit ſenſus, & quare ſine his quæ ſunt extra, non faciunt ſenſum in exiſtente igne, & terra, & aliis elemẽtis, quorum eſt ſenſus per ſe, aut per ea quæ accidunt ipſis. Manifeſtũ igitur eſt, quod ſenſitiuum non eſt actu, ſed potentia tantum, vnde non ſentit, ſicut cõbuſtibile non comburitur ipſum à ſeipſo, ſine combuſtiuo. Cõbureret n. ſeipſum neque indigeret igne actu exiſtẽte.

*Sed oritur quæſtio, cur non ſenſuum quoquo ipſorum non ſit ſenſus, & cur ſine iis quæ ſunt extra, non efficiunt ſenſum, cum inſit & ignis & terra, & reliqua elementa quorum eſt ſenſus per ſe, aut ea quæ ipſis accidunt; perſpicuum igitur eſt ſenſitiuum non eſſe actu, ſed potentia tantummodo, quapropter non ſentit, quemadmodũ res cremabilis non crematur ipſa per ſe, ſine eo quod vim habet cremandi, ſe enim ipſa cremaret, nec actu igne indigeret.*

I

c Quoniam autem ſentire dicimus dupliciter. Potentia enim audiens & videns, audire & videre dicimus etiam ſi forte dormiat, & quod iam operatur, dupliciter vtique dicetur & ſenſus, hic quidem ſicut potentia, ille vero ſicut actu. Similiter autem & ſentire, & quod potentia eſt, & quod actu.

*Sed cum ſentire bifariam dicatur, quod enim potentia audit, videt, id audire & videre dicimus, quamuis forte dormiat, & quod iam operatur, ſenſus quoque bifariam dicetur, partim vt potentia, partim vt actu, ſimiliter etiam ſentire, & quod potentia eſt, & quod actu.*

b ❡ Determinat veritatem circa propoſitum. Et circa hoc facit tria. Primo oſtẽdit, quod ſenſus ſit in potentia. Secundo, quod quandoq; eſt in actu, ibi, [Quoniam autem ſenſus &c.] Tertio oſtendit quomodo ſenſus reducatur de potentia in actum, ibi, [Dicendum autem &c.] Circa primum conſiderãdum eſt, quod Emp. & quicũque poſuerunt, ſimile ſimili cognoſci, poſuerunt ſenſum eſſe actu ipſa ſenſibilia. vt n. cognoſceret omnia ſenſibilia, poſuerunt animam ſenſitiuam eſſe compoſitam quodãmodo ex omnib. ſenſibilibus, in quantum conſtabat ſecundum eos ex elementis ſenſibilium. Duo ergo ad hanc poſitionem cõſequebantur, quorũ vnum eſt, quod ſenſus eſt ipſa ſenſibilia in actu, vtpote compoſitus ex eis, & cum ipſa ſenſibilia in actu ſentiri poſſint, ſequeretur quod ipſi ſenſus ſentiri poſſent. Secundum eſt, ꝙ cum ſenſus ſentire poſſit præſentibus ſenſibilibus, ſi ſenſibilia actu ſunt in ſenſu, vtpote ex eis compoſito, ſequitur ꝙ ſenſus poſſit ſentire ſine exterioribus ſenſibilibus. Vtrunq; aũt horũ eſt falſum. Et ideo hæc duo incõuenientia q̃ ſequũtur ad antiquorũ poſitionẽ, ſub q̃one propoſuit, tanquam quæ per antiquos ſolui nõ poſſint. Hoc eſt ergo q̃d dicit, quod [Dubitationem habet, propter quid non ſunt ſenſus ipſorum ſenſuum] id eſt, quare ipſi ſenſus non ſentiãtur: hoc enim videtur ſequi, ſi ſenſus ſint ſimiles ſenſibilibus. Item habet dubitationẽ, [quare nõ faciunt ſenſum] id eſt quare ſenſus non ſentiunt actu [ſine his q̃ ſunt extra] ſine exterioribus ſenſibilibus, cum tamẽ interius exiſtãt in ipſis ſenſib. (ſecundũ opinionem antiquorũ) ignis & terra & alia elementa, quæ ſunt ſenſibilia, aut ſecundum ſe, id eſt ſecundũ ſuam ſubſtantiam, ſecundum eos, qui non diſcernunt inter ſenſum & intellectum, intellectus n. eſt proprie cognoſcitiuus ſubſtantiæ, aut ſecundum accidentia propria ſcilicet calidum, & frigidum, & alia huiuſmodi, quæ ſunt per ſe ſenſibilia. Quia igitur hæ dubitationes per ſe ſolui non poſſunt, ſi ſenſus habet ſenſibilia in actu, vt antiqui poſuerunt, concludit tanquam manifeſtum, quod anima ſenſitiua non eſt actu ſenſibilis, ſed potentia tantum. Et propter hoc, ſenſus non ſentiunt ſine exterioribus ſenſibilibus, ſicut combuſtibile, quod eſt potentia tantum ignitum, non comburitur à ſeipſo, ſine exteriori combuſtiuo. Si enim eſſet actu ignitum, combureret ſeipſum, & non indigeret exteriori igne, ad hoc ꝙ combureretur. Deinde cũ dicit.

K

c ❡ Oſtendit, ꝙ etiam ſenſus eſt quandoque actu. Et circa hoc tria facit. Primo oſtẽdit ſenſum quandoq; eſſe in actu, per hoc ꝙ dupliciter dicimus aliquem ſentire, quandoque n. dicimus aliquem videre, & audire, qui audit & videt in potentia, puta cum aliquis eſt dormiens: quandoq; autem dicimus aliquem

videre

videre & audire, eo quod in ipſa operatione audiendi & videndi. A Ex quo patet quod ſenſus, & ſentire dicuntur dupliciter, ſcilicet in actu, & in potentia. Secundo ibi.

*d* ❡ Manifeſtat, quomodo intelligendum ſit quod dictum eſt, videbatur enim repugnare, quod ſentire dicitur in actu, ei qđ dictū eſt, quod ſentire eſt quodam pati, & moueri. Tex. cō. 54. Eſſe n. in actu videtur magis pertinere ad agere. Et ideo ad hoc exponendū dicit, qđ ita dicimus ſentire in actu, ac ſi dicamus quod pati & moueri ſint quoddam agere, i. quoddam eſſe in actu. Nam motus eſt quidam actus, ſed imperfectus, vt dictum eſt in 3. Phy. Te.com 6. Eſt enim actus exiſtentis in potentia ſ. mobilis. Sicut igitur motus eſt actus, Tex. cō. 55. Lec. 11. ita moueri & ſentire eſt quoddam agere, vel eſſe ſecūdū actum. Per hoc autem quod dicit, primum, ſignificat qđ quædam alia: poſtmodum ſubdit ad oſtendendum quomodo ſenſus fiat in actu. Tertio ibi.

*e* ❡ Oſtendit ſecundum prædicta, qūo Tex.com. 5. antiquorum poſitio non poſſit eſſe vera, ſcilicet quod ſimile ſimili ſentitur. Dicit ergo, quod omnia quæ ſunt in potentia, patiuntur & mouentur ab actiuo, & exiſtente in actu, quod ſ. dum facit eſſe in actu ea quæ patiuntur, aſſimilat ea ſibi: vnde quodammodo patitur aliquis aliquid à ſimili & quodammodo à diſſimili, vt dictū eſt quia à principio dū eſt in tranſmutari & pati, eſt diſſimile: in fine autem, dum eſt in tranſmutatum eſſe: & paſſum, eſt ſimile. Sic igitur ſenſus poſtquam factus eſt in actu à ſenſibili, eſt ſimilis, ſed ante non eſt ſimilis. Quod antiqui non diſtinguentes errauerunt.

*d* Primum igitur, tanquam ſit idem pati, & moueri, & agere, & mouere dicimus. Et namq; motus eſt actus quidā, imperfectus tamen, ſicut in aliis dictum eſt.

*e* Omnia autem patiuntur, & mouentur ab actiuo, & actu ente. Vnde eſt quidem tamquam à ſimili pati, eſt autem vt à diſſimili, ſicut diximus. Patitur enim quod diſſimile, paſſum autem ſimile eſt. B

*Ac primum tamquam idem ſit pati & moueri, operarique dicamus, etenim motus eſt actus quidam, ſed imperfectus, vt in aliis dictum eſt.*

*Omnia autem patiuntur & mouentur ab efficiente & eo quod actu eſt, iccirco partim à ſimili patiuntur, partim à diſſimili, quemadmodum diximus; patitur enim quod diſſimile eſt, vbi autem paſſum eſt, ſimile eſt.*

## LECTIO XI.

*a* Diſtinguendum eſt autem de potentia & actu. Nunc enim ſimpliciter dicimus de ipſis.

*b* Eſt enim ſicut ſciens aliquid, ſicut ſi dicamus hominem ſcientem eſſe, quoniam homo, ex eorum numero eſt, quæ ſcientiam habere poſſunt. Eſt autem, ſicut iam eſſe dicimus ſcientem, habentem grammaticam. C Vterque autem horum nō eodem modo potens eſt. Sed hic quidem, quoniam genus huiuſmodi & materia eſt; ille autem, quia volens, poteſt conſiderare, niſi aliquid prohibeat externū. Iam autem conſiderans actu eſt, & proprie ſciens hāc literam A.

*c* Ambo igitur primi, ſecundum potentiam ſcientes ſunt. Sed hic quidem per doctrinam alteratus eſt, & multoties ex contrario mutatus habitu, hic autem ex eo ꝙ habet ſenſum, aut grammaticam, D non agit autem ex ocio, ad agendum excitatur, verū alio modo, atque antea cum nondum habitum eſſet adeptus.

## LECTIO XI.

*Diſtinguendum etiam eſt de potentia & actu, nunc enim ſimpliciter de eis loquimur.*

*Partim enim ita ſciens quippiam eſt quaſi dicamus hominem ſcientem, quoniam eiuſmodi eſt humanum genus, vt ſciat & habeat ſcientiam, partim iam dicimus ſcientem, eum qui C habet grammaticam, vterque autem horum non eodem modo poteſt, ſed vnus quidem, quia genus ac materia talis eſt, alter vero, quia cum voluerit poteſt contemplari, niſi aliquid prohibeat externum. At vero qui iam ſpeculatur, actu eſt & proprie ſciens hoc A.*

*Ambo igitur priores illi, potentia quidem ſunt ſcientes, ſed alter quidem per diſciplinam alteratus, & ſæpius ex contrario mutatus habitu, alter vero ex eo quod habeat ſenſum vel D grammaticam, & non operetur, ad operandum alio modo.*

## LECTIO XI.

*a* Poſtquam Philoſophus oſtendit ſenſum eē in potentia, & actu, nunc intendit oſtendere quomodo educatur de potentia in actum. Et diuiditur in partes duas. In prima diſtinguit potentiam & actum, & oſtendit quomodo diuerſimode aliquid educatur de potentia in actum, vtens exemplo in intellectu. In ſecunda parte oſtendit propoſitum circa ſenſum, ibi, [Senſitiuū autem.] Circa primum tria facit. Primo dicit de quo eſt intentio: Secundo diſtinguit potentiam & actum circa intellectum, ibi, [Eſt quidem enim ſic ſciens &c.] Tertio oſtēdit quomodo educitur aliquid de vtraque potentia in actum, ibi, [Ambo quidem igitur &c.] Dicit ergo primo, quod dicendum eſt de potentia & actu, i. oſtendendum quot modis dicitur aliquid in potentia, & quot modis in actu, quod neceſſarium fuit, quia in ſuperioribus ſimpliciter, id eſt abſque diſtinctionē vſus eſt potentia & actu. Deinde cum dicit.

*b* ❡ Diſtinguit potentiam & actum circa intellectum. Et dicit ꝙ vno modo dicitur aliquid in potentia, puta homo ſciens, q͂a habet naturalem potentiam ad ſciendum, ſicut hō dicitur eſſe A de numero ſcientium, & habentium ſcientiam, inquātum hēt naturam ad ſciendum, & ad habendum habitum ſcientię. Secundo modo dicimus aliquem eſſe ſcientē, quod aliqua ſciat, ſicut dicimus habentem habitū alicuius ſcientiæ, puta grammaticæ, eſſe iam ſcientem. Manifeſtum eſt autem, ꝙ vterque horum dicitur ſciēs, ex eo quod aliquid poteſt, ſed non eodem modo vterque eſt potens ad ſciendum. Sed primus quidem dicitur potens, quia eſt genus huiuſmodi, & materia, ſ. quia habet naturalem potentiam ad ſciendum, per quam collocatur in tali genere, & quia eſt in potentia, puta ad ſcientiam, ſicut materia ad formam. Secundus autem, ſ. qui habet habitum ſcientiæ, dicitur potens, quia cum vult, poteſt conſiderare, niſi aliquid extrinſecum per accidēs impediat, puta vel occupatio exterior, vel aliqua indiſpoſitio ex parte corporis. Tertius autem, qui iam conſiderat, eſt in actu, & iſte eſt qui proprie & perfecte ſcit ea, quæ ſunt alicuius artis, puta hanc literam A. quę pertinet ad grammaticam, de qua ſupra fecit mentionem. Horum igitur trium vltimus eſt in actu tantum, primus in potentia tantum, ſecundus autem in actu reſpectu primi, & in potentia reſpectu ſecundi. Vnde manifeſtum eſt, quod eſſe in potentia dicitur dupliciter, ſcilicet de primo, & ſecundo, & eſſe in actu dicitur dupliciter, ſ. de ſecundo & tertio. Deinde cum dicit.

*c* ❡ Oſtendit, qūo de vtraque potentia aliquid reducitur in actum. Et circa hoc duo facit. Primo oſtēdit quomodo de vtraq; potentia aliquid in actum reducitur. Secundo oſtēdit, vtrū talis reductio ſit ſecundū aliquā paſſionem, ibi [Non eſt aūt ſimpliciter neq; pati &c.] Dicit ergo primo, quod cum ambo primi ſint ſcientes ſecundum potentiā, & id quod eſt in potentia reducatur in actum, alio modo reducitur in actum aliquid de potentia prima, & aliter de ſecunda. Nam quod eſt in potentia primo modo, reducitur in actū, quaſi alteratus per doctrinā, & motus ab aliquo alio exiſtente in actu, ſicut à magiſtro, & multoties talis mutatio eſt ex cōtrario habitu. Quod ideo dicit, quia cum aliquis reducitur de E potentia prima in actum, ex ignorante fit ſciens. Ignorans autem dicitur dupliciter, vno modo ſecundum ſimplicem negationem, quando nec veritatem cognoſcit, nec contrario errore detinetur, & qui ſic ignorans eſt, fit actu ſciens, nō quaſi mutatus de contrario habitu, ſed ſolum ſicut acquirens ſcientiam. Alio modo dicitur aliquis ignorans ſecundum prauam diſpoſitionem, vtpote quia detinetur errore contrario veritati, & hinc in actum ſcientiæ reducitur: quaſi de contrario habitu mutatus. Qui vero eſt in potentia ſecundo modo, vt ſcilicet iam habens habitum, tranſit ergo quod habet ſenſum, aut ſcientiam, & non agit ſecundum ea, in agere, quia ſcilicet fit agens ſecundum ſcientiam. Sed alio modo iſte fit actu, & alio modo primus. Deinde cum dicit.

d ¶Manifeſtat, vtrum ſecundum quod aliquid educitur de potentia in actum ſcientiæ primo modo, vel ſecundo, poſſit dici pati. Et circa hoc duo facit. Primo oſtendit quot modis dicitur pati. Secundo manifeſtat propoſitum, ibi, [ Speculans autem fit habens ſcientiam. Dicit ergo primo, quod ſicut potentia, & actus non dicuntur ſimpliciter, ſed multipliciter, ita & pati non vno modo, ſed multipliciter Dicit n. pati vno modo, ſecūdum quandam corruptionem quæ fit à contrario. Paſſio n. proprie dicta, videtur importare quoddam decrementum patientis, inquantum vincitur ab agente, decrementum autem patienti accidit ſecundum quod aliquid à patiēte abiicitur, quæ quidem abiectio, corruptio quædam eſt, vel ſimpliciter, ſicut quando abiicitur forma ſubſtantialis: vel ſecundum quid, ſicut quando abiicitur forma accidentalis. Huiuſmodi autem formæ abiectio, fit à contrario agente; abiicitur n. forma à materia vel ſubiecto, per introductionē cōtrariæ formę, & hoc eſt à contrario agente. Primo igitur modo proprie dicitur paſſio, ſecundum quod quædam corruptio fit à contrario. Alio modo paſſio cōmuniter dicitur, & minus proprie, ſecundum, ſ. quod importat quandam receptionem. Et quia quod eſt receptiuū alterius comparatur ad ipſum, ſicut potentia ad actum, actus autem eſt perfectio potentiæ, ideo hoc modo dicitur paſſio nō ſecundum quod fit quædam corruptio patientis, ſed magis ſecundum quod fit quædam ſalus, & perfectio eius quod eſt in potentia, ab eo quod eſt in actu: quod n. eſt in potentia, non perficitur, niſi per id quod eſt in actu. Quod autem in actu eſt, non eſt contrarium ei, quod eſt in potentia, inquantum huiuſmodi, ſed magis ſimile, nam potentia nihil aliud eſt quam quidam ordo ad actum: niſi autem eſſet aliqua ſimilitudo inter potentiam & actum, non eſſet neceſſariū quod proprius actus fieret in propria potentia. Potentia igitur ſic dicta non eſt à contrario, ſicut potentia primo modo dicta, ſed eſt à ſimili, eo modo quo potentia ſe habet ſecundum ſimilitudinem ad actum Deinde cum dicit.

e ¶Manifeſtat, vtrum quod educitur de potentia in actū ſcientiæ, patiatur. Et primo manifeſtat hoc circa id, quod educitur de ſecunda potētia in actum purum. Secundo autem manifeſtat hoc circa id, quod educitur de potētia prima in habitum, ibi, [Ex potentia autem &c. ] Dicit ergo primo, quod habens ſcientiam, id eſt habitualiter ſciens, fit actu ſpeculans. Sed hoc aut non eſt vere, & proprie alterari & pati, quia (vt dictum eſt) non eſt proprie paſſio & alteratio, cum de potentia procedit in actum, ſed cum aliquid de contrario mutatur in contrariū. Cum aūt habitualiter ſciens, fit ſpeculans actu, non mutatur de contrario in contrarium, ſed proficit in eo quod iam hēt. Et hoc eſt quod dicit, quod [ eſt additio in ipſum, & in actum.] Additur n. ei perfectio, ſecundum quod proficit in actum. Aut ſi dicatur alterari & pati, erit aliud genus alterationis & paſſionis non proprie dictæ. Et hoc manifeſtat per exemplū dicens, quod non bene ſe habet, dicere ſapientem habitualiter, cum ſapiat actu, alterari, ſicut neq; dicimus ædificatorem alterari, cum ædificat. Concludit autē vlterius quod cum ille qui tranſit de habitu in actum, non accipiat de nouo ſcientiam, ſed ꝓficiat, & perficiatur in eo quod hēt. doceri autem, ſcientiam eſt acquirere, manifeſtum eſt, ꝙ cum educitur aliquis de potentia in actū, ſecundum hoc ꝙ incipit facere cum intelligere actu & ſapere, non eſt iuſtum ꝙ talis exitus de potentia in actū hēat denominationem doctrinæ, ſed aliquam aliā pōt habere, quæ quidem forte non eſt poſita, ſed poteſt poni. Deinde cum dicit.

f ¶ Manifeſtat, vtrum cum aliquis exit de prima potentia in

Text. c.57.

d Non eſt autem ſimplex, neque ipſum pati, ſed aliud quidem corruptio quædam à contrario, aliud autem ſalus magis, eius quod potentia eſt ab eo, quod eſt actu & à ſimili, atque ita ſe habente, ſicut potētia ſe habet ad actum.

Tex. cō. 58.

e Speculans n. fit, habens ſcientiam quod certe, aut non eſt alterari (in ipſum enim additio eſt, & in actu) aut alterum genus alterationis eſt. Vnde non bene hēt, dicere ſapientē, cum ſapiat, alterari, ſicut nec ædificatorem, cum ædificat. In actū igitur ducens, ex potentia ente ſecūdum intelligere, & ſapere, nō doctrinam appellare, ſed alterā habere denominationem, iuſtum eſt.

f Ex potentia autem ente, addiſcens, & accipiens ſcientiam ab eo qui actu, & doctus eſt, & docet, aut neq; pati dicendum (ſicut dictum eſt) aut duos eſſe modos alterationis, & eam quæ in priuatiuas diſpoſitiones eſt, mutationem, & eam, quæ eſt in habitus & naturam.

*Pati quoque non eſt ſimplex, ſed aliud eſt corruptio quædam à contrario, aliud ſalus potius eius quod eſt potentia, ab eo quod eſt actu, & ſimili, quomodo potentia ſe habet ad actum*

*Contemplans enim fit quod habet ſcientiam, quod ſane aut non eſt alte-* G *rari, nam in ipſum fit acceſſio, & in actum, aut certe aliud eſt genus alterationis. Quamobrem non recte ſe habet dicere id quod ſcit, cum ſcit, alterari, quemadmodum nec ædificatorem cum ædificat. Quod igitur ad actum ducit, ex eo quod eſt potentia intelligens & ſciens, id non doctrinam, ſed aliam habere appellationem meretur.*

*Quod autē cum ſit potentia diſcit, & comparat ſcientiam ab eo quod eſt actu, & docet, id vel non eſſe dicendum pati, quemadmodum diximus;* H *aut certe duos eſſe alterationis modos, videlicet mutationem eam quæ ad priuatiuas fit diſpoſitiones, & eam quæ ad habitus & naturam.*

F actum ſcientiæ, alteretur & patiatur, & dicit, ꝙ cū aliquis prius ſciens in potentia tantum, fit addiſcens, & accipiens ſcientiam, ab eo qui eſt actu ſciens, & à magiſtro, vel non debet dici pati ſimpliciter, & alterari: aut dicendum eſt eſſe duos modos alterationis, quorum vnus alterationis eſt ſecundum [ mutationem in priuationis diſpoſitiones] i. in diſpoſitiones contrarias quib. priuantur, propter diſpoſitiones prius exiſtentes, quia vnum contrarium eſt priuatio alterius. Alter vero alterationis modus eſt ſecundum [mutationem in habitum, & naturam] id eſt ſecūdum quod recipiuntur aliqui habitus, & formæ, quæ ſunt perfectiones naturæ, abſque eo quod aliquid abiiciatur. Ille igitur qui addiſcit ſcientiam, non alteratur, neque patitur primo modo, ſed ſecundo. Videtur autē hoc eſſe contrarium eius, quod ſupra dixit, ꝙ, multoties qui addiſcit ſcientiam, mutatus eſt à contrario habitu, & ita videtur quod ſit alteratio ſecundum mutationem in priuatiuas diſpoſitiones. Sed dicendum quod cum aliquis ab errore reducitur ad ſcientiam veritatis, eſt ibi quædam ſimilitudo alterationis, quæ eſt de contrario ad contrarium, non tamen vere eſt ibi talis alteratio. Nam alterationi, quæ eſt de contrario in contrarium, vtrumque per ſe, & eſſentialiter competit, ſcilicet quod ſit à contrario, & quod ſit in contrarium. Sicut enim dealbatio non eſt niſi ad album, ita non eſt niſi nigro vel medio, quod reſpectu albi eſt quodammodo nigrum. Sed in acquiſitione ſcientiæ accidit quod ille qui acquirit ſcientiam veritatis, prius fuerit in errore, abſque hoc enim poteſt adduci ad ſcientiam veritatis, vnde non eſt vere alteratio de contrario in contrariū. I Item dubitatur de hoc quod dicit, quod ille qui accipit ſcientiam, ſit actu ſciens à ſciente in actu, & magiſtro. Hoc n. non ſemper fit, ſcientiam enim aliquis acquirit, non ſolum addiſcendo à magiſtro, ſed etiam per ſe inueniendo. Et ad hoc dicēdum eſt, quod ſemper cum aliquis eſt in potentia ſciens, ſi fiat actu habens ſcientiam, oportet quod hoc ſit ab eo quod eſt actu. Conſiderandum tamen eſt, quod aliquid aliquando reducitur de potentia in actum ab extrinſeco principio tantum, ſicut aer illuminatur ab eo, quod eſt actu lucidum, quandoq; autem & à principio intrinſeco, & à principio extrinſeco, ſicut homo ſanatur, & à natura, & à medico, vtrobiq; autem ſanatur à ſanitate in actu. Manifeſtum eſt enim quod in mente medici eſt ratio ſanitatis, ſecundum quam ſanat, oportet etiam in eo qui ſanatur ſecundum naturam eſſe aliquam partem ſanam, ſ. cor, cuius virtute aliæ partes ſanantur, & cum Medicus ſanat, hoc modo ſanat, ſicut natura ſanaret, ſ. calefaciendo, aut infrigidando, aut aliter tranſmutando, vnde Medicus nihil a- K liud facit, quam quod auxiliatur naturæ ad expellendū morbum, quo auxilio natura non egeret, ſi eſſet fortis. Eodem autem modo ſe habet in ſcientiæ acquiſitione, homo enim acquirit ſcientiam, & à principio intrinſeco dum inuenit, & à principio extrinſeco dum addiſcit. Vtrobique autem reducitur de potentia in actum, ab eo quod eſt actu. Homo n. per lumen intellectus agentis, ſtatim cognoſcit actu prima principia naturaliter cognita, & dum ex eis concluſiones elicit, per hoc quod actu ſcit, venit in actualem cognitionem eorum quę potentia ſciebat. Et eodem modo exterius docens ei auxiliatur ad ſciendum, ſ. ex principiis addiſcenti notis, deducens eum per demonſtrationem in concluſiones prius ignotas. Quod quidem auxilium exterius homini neceſſarium non eſſet, ſi adeo eſſet perſpicacis intellectus, quod per ſeipſum poſſet ex principiis notis concluſiones elicere, quę quidem perſpicacitas hominibus adeſt ſecundum plus & minus.

LE-

### LECTIO XII.

### LECTIO XII.

a SEnſitiui autem prima quidē mutatio fit à generante. Cum autem generatum eſt, habet iam ſicut ſcientiam. Et ſentire ſecundum actum, ſimiliter dicitur ipſi conſiderare.

b Differunt tamen, quia actiua ſenſitiuæ operationis, extra ſunt nēpe, viſibile, & audibile. Similiter autem, & reliqua ſenſibiliū. Cauſa autem eſt, quoniam ſingularium quidem, ſecundum actum ſenſus. Sciētia autem vniuerſalium. Hæc n. in ipſa quodā modo ſunt anima, vnde intelligere in ipſa eſt, cum velit. Sētire aūt non eſt in ipſa. Neceſſarium eſt n. ad eſſe ſenſibile. Similiter aūt & hoc ſe hēt, & in ſcientiis ſenſibilium, & pp eandē cauſam quia ſenſibilia ſingularia ſunt & extrema. Sed de his quidem certificare, tempus erit rurſum.

c Nunc aūt tantum ſit diffinitū quod cum nō ſimpliciter ſit id,

a POſtquam Philoſophus diſtinxit potentiam, & actum, & oſtendit quomodo aliquid de potētia in actum exeat circa intellectum, quod dixerat de intellectu adaptat ad ſenſum. Et circa hoc tria facit. Primo oſtendit quomodo circa ſenſum aliquid educitur de potentia in actum. (Te.com. 59.) Secundo oſtendit differentiam inter ſenſum & intellectum, ibi, [Differunt autem, quia huius quidem accidentia &c.] Tertio colligit epilogando, quæ dixerat de ſenſu, ibi, [Nunc autem intantum.] (Te.com. 60.) Conſiderandum eſt ergo circa primum, quod ſicut in ſcientia eſt duplex potentia, & duplex actus; ita eſt & circa ſenſum. Nam quod nondum habet ſenſum, & natum eſt habere, eſt in potentia ad ſenſum. Et qđ iam habet ſenſum, & nondum ſentit, eſt potentia ſentiens, ſicut circa ſcientiam dicebatur. Sicut autem de potentia prima aliquid mutatur in primum actum, dum acquirit ſcientiam per doctrinam, (Te.com. 61) ita de prima potentia ad ſenſum, aliquid mutatur in actum, vt ſ. habeat ſenſum per generationem. Senſus autem naturaliter ineſt animali. vnde ſicut per generationem acquirit propriam naturam & ſpeciem, ita acquirit ſenſum. Secus autem eſt de ſcientia; quæ non ineſt homini per naturam, ſed acquiritur per inuentionem, & diſciplinam. Hoc eſt ergo quod dicit, quod prima mutatio ſenſitiui fit à generante. Manifeſtat autem primam mutationem, quæ eſt de pura potentia in actum primum ducens. hæc autem mutatio fit à generante, nam per virtutem quæ eſt in ſemine, educitur anima ſenſitiua de potentia in actum cum omnibus ſuis potentiis. Cum autem animal iam generatum eſt, tunc hoc modo habet ſenſum, ſicut aliquis habet ſcientiam, quando iam didicit. Sed quando iam ſentit ſecundum actum, tunc ſe habet ſicut ille qui iam actu conſiderat. Deinde cum dicit.

b ¶ Quia poſuerat ſimilitudinem inter ſentire in actu, & conſiderare, vult oſtendere differentiam inter ea, cuius quidem differentiæ cām aſſignare incipit ex differentia obiectorum, ſ. ſenſibilium & intelligibilium, quæ ſentiuntur, & conſiderantur in actu. Senſibilia n. quæ ſunt actiua operationis ſenſitiuæ, ſc. viſibile, & audibile, & alia huiuſmodi, ſunt extra animam. Cuius cauſa eſt, quia ſenſus ſecundum actum ſunt ſingularium, quæ ſunt extra animam: ſed ſcientia eſt vniuerſalium quæ quodammodo ſunt in anima. Ex quo patet, quod ille qui iam habet ſcientiam, non oportet quod quærat extra, ſua obiecta, ſed habet ea in ſe, vnde poteſt conſiderare ea cum vult, niſi forte per accidens impediatur. Sed ſentire non poteſt aliquis cum vult, quia ſenſibilia non habet in ſe, ſed oportet, quod aſſint ei extra. Et ſicut eſt de operatione ſenſuum, ita eſt in ſcientiis ſenſibilium, quia etiam ſenſibilia ſunt de numero ſingularium, & eorum quæ ſunt extra animam. Vnde homo non poteſt conſiderare ſecundum ſcientiam, omnia ſenſibilia quæ vult, ſed illa tantum, quæ ſenſu percipit: Sed ſecundum certitudinem determinare de his iterum erit tempus, ſcilicet in 3. vbi agetur de intellectu, & de comparatione intellectus ad ſenſum. (Tex.60.1.& Inde.) Circa ea vero, quæ hic dicuntur, conſiderandum eſt, quare ſenſus ſit ſingularium, ſcientia vero vniuerſalium, & quomodo vniuerſalia ſint in anima. Sciendum eſt igitur circa primum, quod ſenſus eſt virtus in organo corporali, intellectus vero eſt virtus immaterialis, quæ non eſt actus alicuius organi corporalis. Vnumquodque autem recipitur in aliquo per modum ſui, cognitio autem omnis fit per hoc quod cognitum eſt aliquo mō in cognoſcente, ſ. ſecundum ſimilitudinem, nam cognoſcens in actu eſt ipſum cognitum in actu. oportet igitur quod ſenſus corporaliter & materialiter recipiat ſimilitudinē rei, quæ ſentitur. Intellectus aūt recipit ſimilitudinem eius, quod intelligitur incorporaliter & immaterialiter. Indiuiduatio autem naturæ communis in reb. corporalibus & materialibus, eſt ex materia corporali, ſub determinatis dimēſionibus contenta, vniuerſale autem per abſtractionem ab huiuſmodi materia, & materialibus conditionibus indiuiduantibus. Manifeſtum eſt igitur, quod ſimilitudo rei recepta in ſenſu repræſentat rem, ſecundum, quod eſt ſingularis: recepta autem in intellectu, repræſentat rem ſecundum rationem vniuerſalis naturæ, & inde eſt quod ſenſus cognoſcit ſingularia, intellectus vero vniuerſalia, & horum ſunt ſcientiæ. Circa ſecundum vero conſiderandum eſt, quod vniuerſale poteſt accipi dupliciter. Vno modo poteſt dici vniuerſale, ipſa natura communis prout ſubiacet intentioni vniuerſalitatis. Alio modo ſecundum ſe. Sicut & album poteſt accipi dupliciter, vel id cui accidit eſſe album vel ipſummet, ſecundum quod ſubeſt albedini. Iſta autem natura cui aduenit intentio vniuerſalitatis, puta natura hominis, habet duplex eſſe, vnum quidem materiale, ſecundum quod eſt in materia naturali, aliud autem immateriale, ſecundum quod eſt in intellectu. Secundum igitur quod habet eſſe in materia naturali, non poteſt aduenire intentio vniuerſalitatis, quia per materiam indiuiduatur. Aduenit igitur ei vniuerſalitatis intentio ſecundum quod abſtrahitur à materia indiuiduali. Non eſt autem poſſibile, quod abſtrahatur à materia indiuiduali realiter, ſicut Platonici poſuerunt. Non enim eſt homo naturalis, id eſt realis, niſi in his carnibus, & in his oſſibus, ſicut probat Philoſophus in 7 Metaph. Relinquitur igitur quod natura humana non habet eſſe præter principia indiuiduantia, niſi tantū in intellectu. Nec tamē intellectus eſt falſus dum apprehendit naturam communem præter principia indiuiduantia, ſine quibus eſſe non poteſt in rerū natura. (Lec. 7. Te.com. 28. Lege inferius li. 3. in te. 11. & 35.) Non n. apprehendit hoc intellectus ſcilicet quod natura communis ſit ſine principiis indiuiduantibus, ſed apprehendit naturam communem nō apprehendendo principia indiuiduantia, & hoc non eſt falſum. Primum autem eſſet falſum, ſicut ſi ab homine albo ſepararem albedinem hoc modo, quod intelligerē eum non eſſe album, eſſet n. tunc apprehenſio falſa: ſi autem ſic ſepararem albedinem ab homine, quod apprehenderem hominem, nihil apprehendendo de albedine eius, non eſſet apprehenſio falſa. Non enim exigitur ad veritatem apprehenſionis, vt qui apprehendit rem aliquā, apprehendat omnia quæ inſunt ei. Sic igitur intellectus abſque falſitate abſtrahit genus à ſpeciebus, inquantum intelligit naturam generis non intelligendo differentias. Et ſimiliter abſtrahit ſpeciem ab indiuiduis inquantum intelligit naturam ſpeciei, non intelligendo indiuidualia principia. Sic igitur patet, quod naturæ communi non poteſt attribui intentio vniuerſalitatis, niſi ſecundum eſſe quod habet in intellectu, ſic n. ſolum eſt vnum de multis, prout intelligitur præter principia, quib. vnum in multa diuiditur, vnde relinquitur quod vniuerſalia ſecundum quod ſunt vniuerſalia, non ſunt niſi in anima. Ipſæ aūt naturæ quibus accidit intentio vniuerſalitatis, ſunt in rebus. Et propter hoc nomina communia ſignificantia naturas ipſas, prædicantur de indiuiduis, non autem nomina ſignificantia intentiones. Socrates enim eſt homo, ſed non eſt ſpecies, quamuis homo ſit ſpecies. Deinde cum dicit.

### LECTIO XII.

*SEnſitiui autem prima quidem mutatio fit ab eo quod generat; cum autem generatum eſt, habet iam tamquam ſcientiam, & ſentire, quin etiam quod actu eſt, perinde dicitur atque contemplari.*

*Differentia tamen eſt, quod ea quæ actu ſenſum efficiunt, extra ſunt, viſibile ſcilicet, & audibile, cætera quæ itidem ſenſibilium. Cuius rei cauſa eſt, quia ſenſus qui actu eſt, ſingularium eſt, ſcientia vero vniuerſalium, hæc autem in ipſa quodammodo ſunt anima, iccirco intelligere quidem eſt in ipſo cum voluerit, ſentire autem non eſt in ipſo; neceſſe enim eſt adeſſe ſenſibile, ſimiliter etiam res ſe habet in ſcientiis ſenſibilium, & ob eandem cauſam; quia ſenſibilia ſingularia & extra ſunt, ſed de his apertius diſſerendi erit occaſio, etiam alias.*

*Verum hoc tantum in præſentia ſit diſtinctū, cum non ſimplex ſit id,*

c ¶ Recolligit quod dictum eſt de ſenſu. Et dicit, quod nunc tantum ſit diffinitum, quod non ſimpliciter dicitur id, quod in potentia, ſed multipliciter. Vno modo dicimus puerum poſſe militare, ſecundum potentiam remotam. Alio modo poſſe dicimus militare, quoniam iam eſt in ætate perfecta, & ſecundum potentiam propinquam. Et ſimiliter ſe habet in ſenſitiuo. Dupliciter enim eſt aliquis in poten-

tia ad ſentiendum aliquid, vt iã dictum eſt. Et licet nõ ſint nomina poſita, in quibus harum differentia potentiarum oſtendatur, tamẽ determinatum eſt, quod iſtæ potentiæ ſunt alteræ abinuicem, & quomodo ſint alteræ. Et licet alterari & pati nõ proprie dicatur aliquid, ſecundũ quod exit de potentia ſecunda in actum, prout habens ſenſum fit actu ſentiens, tamen neceſſe eſt vti hoc ipſo, ꝙ eſt pati & alterari, ac ſi eſſent nomina propria, & conueniẽtia, quia ſenſitiuũ in potentia, eſt tale, quale eſt in actu ſenſibile. Et propter hoc ſequitur, quod ſecundum quod patitur à principio, non eſt ſimilis ſenſus ſentienti, ſed ſecundum quod iam eſt paſſum, eſt aſſimilatum ſenſibili, & eſt tale, quale eſt illud. Quod quia diſtinguere neſcierũt antiqui Philoſophi, poſuerunt ſenſum eſſe compoſitum ex ſenſibilibus.

Tex. cõ. 62.

quod potentia dicitur, ſed aliud quidem, ſicut ſi dicamus puerũ poſſe militare, aliud autem, ſicut in ætate exiſtentem, ſic habet & ſenſitiuum. Quoniam autem innominata eſt ipſorum differentia, determinatũ eſt autem de his, quod altera ſunt, & quomodo altera, vti neceſſe eſt ipſo pati, & alterari tamquã propriis G nominibus. Senſitiuum autem, potentia tale eſt, quale iam actu eſt ſenſibile, ſicut dictum eſt. Patitur igitur non ſimile exiſtens, paſſum autem aſſimilatum eſt, & eſt tale, quale illud.

*quod potẽtia dicitur, ſed partim, quaſi dicamus puerum poſſe ducem eſſe, partim, vt eum qui per ætatem idoneus ſit, ſic ſe habet ſenſitiuum. Sed quia nomine caret eorum differentia, explicatumq; eſt ea eſſe diuerſa, & quonam pacto diuerſa, neceſſe eſt nominibus his, pati, ſcil. & alterari, vti tamquam propriis, ſenſitiuum autem potentia eſt tale, quale iam ſenſibile actu, quemadmodum dictum eſt. patitur igitur cum non eſt ſimile, vbi autem paſſum fuerit, ſimile factum eſt, & tale eſt quale illud.*

## *LECTIO XIII.*

a DIcendum autem eſt ſecũdum vnumquemq; ſenſum, de ſenſibilibus primo. Dicitur autem ſenſibile tripliciter, quorum duo quidem dicimus per ſe ſentiri, vnum autem per accidens. Duorum autem, aliud quidem proprium eſt vniuſcuiuſq; ſenſus, alius autem commune omnium. H

b Dico autem proprium quidem, quod non contingit altero ſenſu ſentiri, & circa quod non contingit errare, vt viſus coloris, & auditus ſoni, & guſtus ſaporis. Tactus autem plures habet differentias. Sed vnuſquiſque ſenſus iudicat de his, & non decipitur, neq; viſus, quoniam color, neq; auditus quoniam ſonus ſit, ſed quid eſt coloratum, aut vbi, aut q̃d ſonans. Hmõi igitur dicuntur propria vniuſcuiuſque ſenſus obiecta. I

c Communia autẽ ſunt motus, quies, numerus, figura, magnitudo: hmõi enim nullius ſenſus ſunt propria, ſed communia omnib. Tactu enim motus aliq̃s ſenſibilis eſt, & viſu. Per ſe igitur ſunt ſenſibilia hæc. K

d Secundum accidens autem dicitur ſenſibile, vt ſi album ſit Diari filius. Secundum accidens

## LECTIO XIII.

*IGitur in vnoquoque ſenſu primum de ſenſibilibus dicendum eſt. Senſitiuum tribus modis dicitur, quorum duo quidem per ſe, vnum vero per accidens ſentiri dicimus, duorum autem illorum vnum eſt proprium cuiuſque ſenſus, alterum commune omnium.*

*Id autem intelligo proprium, quod non poteſt alio ſenſu ſentiri, & in quo non poteſt fieri error, vt viſus coloris, & auditus ſoni, & guſtus ſaporis, tactus autem plures habet differentias, ſed vnuſquiſque iudicat de eis, neque decipitur quod color ſit, vel quod ſonus, ſed quid ſit id quod coloratum eſt, aut vbi: aut quid ſit id quod ſonat, aut vbi. Hæc igitur dicuntur propria cuiuſque.*

*Communia autem, motus, quies, numerus, figura, magnitudo; hæc enim nullius ſunt propria, ſed omnium communia, etenim & tactu motus quidam ſenſibilis eſt, & viſu. Atque hæc quidem per ſe ſenſibilia ſunt.*

*Per accidens autem ſenſibile dicitur, verbi cauſa ſi album ſit Diari filius, per accidens enim hoc ſentimus,*

*LECTIO XIII.*

a POſtquam oſtendit Philoſophus quõ ſe habet ſenſus ad ſenſibilia, incipit determinare de ſenſibili, & ſenſu. Et diuiditur in partes duas. In prima parte determinat de ſenſibilibus. In ſecunda de ſenſu, ibi, [Quod autem vniuerſaliter de omni ſenſu &c.] Prima diuiditur in duas partes. In prima diſtinguit ſenſibilia propria ab aliis modis ſenſibilium. In ſecunda determinat de ſenſibilib. propriis ſecundum vnumquemque ſenſum ibi, [cuius quidem eſt viſus &c.] Circa primum duo facit. Primo ponit diuiſionem ſenſibilium. Secundo exponit membra diuiſionis, ibi, [Dico autem propriũ quidem &c.] Dicit ergo primo, ꝙ antequã determinetur de ſẽſu quidnam ſit, oportet primo dicere de ſenſibilib. ſecundum vnũquemque ſenſum, q̃a obiecta ſunt præuia potentiis. Senſibilia vero tribus modis dicuntur. Vno quidem modo per accidens, & duobus modis per ſe, quorũ vno dicũtur ſenſibilia illa, quæ propria ſunt ſingulis ſenſibus, alio modo dicuntur ſenſibilia illa, quæ communiter ſentiuntur ab omnibus quæ ſentiunt. Deinde cum dicit.

Tex. com. 63.

Te. com. 64.

Tex. c. 65.

b ¶ Exponit mẽbra diuiſionis. Et primo exponit q̃ ſunt ſenſibilia propria. Et dicit ꝙ ſenſibile proprium eſt, ꝙ ita ſentitur vno ſenſu, ꝙ non põt alio ſenſu ſentiri, & circa quod non põt errare ſenſus, ſicut viſus proprie eſt cognoſcitiuus coloris, & auditus ſoni, & guſtus humoris, i. ſaporis, ſed tactus habet plures differentias appropriatas ſibi: cognoſcit n. calidum & humidũ, frigidum & ſiccum, graue & leue, & hmõi multa. Vnuſquiſque autẽ horum ſenſuum iudicat de propriis ſenſibilib. & nõ deci- F pitur in eis, ſicut viſus non decipitur ꝙ ſit talis color, neq; auditus decipitur de ſono. Sed circa ſenſibilia per accidens, vel cõia, decipiuntur ſenſus, ſicut decipitur viſus, ſi velit iudicare hõ per ipſum, quid eſt coloratum, aut vbi ſit. Et ſimiliter decipitur quis, ſi velit iudicare per auditum quid eſt, ꝙ ſonat. Hæc igitur ſunt propria ſenſibilia vniuſcuiuſque ſenſus. Secundo ibi.

c ¶ Exponit ſecundum membrum diuiſionis dicens, quod cõia ſenſibilia ſunt iſta quinque, motus, quies, numerus, figura, & magnitudo. Hęc enim nullius ſenſus vnius ſunt propria; ſed ſunt communia omnibus. Quod non eſt ſic intelligendum, quaſi omnia iſta ſint omnibus communia, ſed quædam horum, ſ. numerus, motus, & quies, ſunt communia omnibus ſenſibus. Tactus vero, & viſus percipiunt omnia quinque. ſic igitur manifeſtum eſt quæ ſint ſenſibilia per ſe. Tertio ibi.

d ¶ Exponit tertium mẽbrum diuiſionis, & dicit quod ſecundum accidens ſenſibile dicitur, vt ſi dicam[a] quod Diarius, vel Socrates eſt ſenſibile per accidens, quia accidit ei eſſe album. Hoc enim ſentitur per accidens, quod accidit ei, quod ſentitur per ſe: accidit autem albo, quod eſt ſenſibile per ſe, quod ſit Diarius; vnde Diarius eſt ſenſibile per accidẽs. Vnde nihil patitur ſenſus ab hoc, inquãtum huiuſmodi. Quãuis autem ſenſibilia communia, & ſenſibilia propria ſint per ſe ſenſibilia, tamẽ propria ſenſibilia ſunt proprie per ſe ſenſibilia, quia ſubſtantia vniuſcuiuſque ſenſus, & eius diffinitio eſt in hoc, quod eſt aptum natum pati à tali ſenſibili. Ratio autem vniuſcuiuſque potẽtię conſiſtit in habitudine ad propriũ obiectum. Dubitatur aũt hic de diſtinctione ſenſibilium communium, à ſenſibilib. per accidens. Sicut enim ſenſibilia per accidens non apprehenduntur, niſi inquantum ſenſibilia propria apprehenduntur, ita nec ſenſibilia cõmunia apprehendũtur, niſi apprehẽdãtur ſenſibilia propria: nũquã n. viſus apprehẽdit magnitudinẽ, aut figurã, niſi inquantũ apprehẽdit coloratũ: videtur ergo ꝙ ſenſibilia cõia ſint ẽt ſenſibilia per accidẽs. Dicunt igitur q̃dã ꝙ hmõi cõia ſenſibilia nõ ſunt ſenſibilia per accidens, propter duas rõnes. Primo quidem quia hmõi ſenſibilia cõia ſunt propria ſenſui cõi, ſicut ſenſibilia propria ſunt propria ſingulis ſenſib. Secundo, quia ſenſibilia propria non poſſunt eſſe ſine ſenſibilibus omnibus, poſſunt autem eſſe ſine ſenſibilib. per accidens. Vtraq; autem reſponſio incompetens eſt.

eſt. Prima quidem, quia falſum eſt, quod iſta ſenſibilia communia ſint propria obiecta ſenſus communis. Senſus n. cõmunis eſt quædã potentia, ad quam terminantur immutationes omniũ ſenſuũ vt infra patebit. (Lib. 3. Tex. c. 134.) Vnde impoſſibile eſt, ꝙ ſenſus cõmunis habeat aliquod proprium obiectum, ꝙ non ſit obiectum ſenſus proprii.

etenim hic ſentitur, quoniam album eſſe, huic accidit, quod ſentitur, vnde ſenſus nihil patitur à ſenſibili, quatenus tale eſt. Senſibilium autem ſecundum ſe ea proprie propria ſenſibilia ſunt, & ad quæ ſubſtantia vniuſcuiuſque ſenſus eſt naturaliter accommodata.

B

*LECTIO XIV.*

a CVius quidem eſt viſus, hoc eſt viſibile. Viſibile aũt eſt color quidẽ, & id, quod oratione quidem dicere poſſumus, innominatum autem eſt. Manifeſtum autem erit, quod dicimus vbi longius erimus progreſſi.

b Viſibile n. eſt color, hic autem eſt, de quo viſibile per ſe prædicatur, ſecundum ſe autem, non ratione, ſed quoniam in ſeipſo habet cauſam eſſendi viſibile, C

*quia accidit albo id quod ſentimus, quocirca nihil quatenus tale eſt à ſenſibili patitur, eorum autem quæ per ſe ſunt ſenſibilia, ea proprie ſenſibilia ſunt, quæ propria ſunt, & ad quæ nata, atque apta eſt cuiuſque ſenſus ſubſtantia.*

LECTIO XIV.

*ERgo cuius eſt viſus, id eſt viſibile, viſibile autem eſt color, & quod oratione quidem exprimi poteſt, nomine autem caret, verum in orationis progreſſu maxime perſpicuum fiet quod dicimus.*

*Quippe viſibile eſt color, qui demum eſt id quod in eo eſt, quod eſt per ſe viſibile, per ſe autem non ratione, ſed quoniam in ſe habet cauſam cur* C *ſit viſibile. Omnis autẽ color motiuus*

Sed circa immutationes ipſas ſenſuũ propriorum à ſuis obiectis, habet ſenſus cõis aliquas operationes proprias, quas ſenſus proprii habere non poſſunt, ſicut quod percipit ipſas immutationes ſenſuum & diſcernit inter ſenſibilia diuerſorum ſenſuum. Senſu n. cõmuni percipimus nos videre, & diſcernimus inter ſenſibilia diuerſorum ſenſuum, ſ. album & dulce. Præterea (Tex. cõ. 66.) Dato quod ſenſibilia cõmunia eſſent propria obiecta ſenſus cõis, non excluderetur quin eſſent per accidens ſenſibilia, reſpectu ſenſuum propriorum. Sic n. agitur de ſenſibilibus, ſecundum quod habẽt habitudinem ad ſenſus proprios, nam potentia ſenſus communis, nondum eſt declarata. Quod autem eſt obiectum proprium alicuius interioris potentiæ, contingit eſſe per accidens ſenſibile, vt poſtea dicetur. (Lib. 3. Tex. c. 134.) Nec eſt mirum, quia hoc quod eſt per ſe ſenſibile vni ſenſuum exteriorum, eſt per accidens ſenſibile reſpectu alterius, ſicut dulce eſt per accidens viſibile. Secunda etiam ratio non eſt competens. Non enim refert ad id, quod eſſe ſenſibile per accidens, vtrum id quod eſt ſubiectum ſenſibilis qualitatis, ſit per ſe ſubiectum eius, vel non per ſe. Nullus enim diceret ignẽ, qui eſt propriũ ſubiectum caloris, eſſe per ſe ſenſibile tactus. Et ideo aliter dicendum, quod ſentire conſiſtit in quodam pati, (Tex. cõ. 37.) & alterari, vt ſupra dictum eſt. Quicquid igitur facit differentiam in ipſa paſſione, vel alteratione ſenſus, habet per ſe habitudinem ad ſenſum, & dicitur ſenſibile per ſe. Quod autem nullam facit differentiam circa immutationem ſenſus, dicitur ſenſibile per accidẽs. Vnde & in litera dicit Philoſophus, quod à ſenſibili per accidens, nihil patitur ſenſus, ſecundum quod D huiuſmodi. Differentiam autem circa immutationem ſenſus, poteſt aliquid facere dupliciter. Vno modo quantum ad ipſam ſpeciẽ agentem, & ſic faciunt differentiam circa immutationẽ ſenſus, ſenſibilia per ſe, ſecundum quod hoc eſt color, illud autem eſt ſonus, hoc autem eſt album, illud vero nigrum. Ipſæ enim ſpecies actiuorum in ſenſu actu, ſunt ſenſibilia propria ad quæ habet naturalem aptitudinem potentia ſenſitiua, & propter hoc ſecundum aliquam differentiam horum ſenſibilium diuerſificantur ſenſus. Quædam vero alia faciunt differentiam in tranſmutatione ſenſuum, non quantum ad ſpeciẽ agentis, ſed quantum ad modum actionis. Qualitates n. ſenſibiles mouent ſenſum corporaliter, & ſitualiter. Vnde aliter mouent ſecundum quod ſunt in maiori vel minori corpore, & ſecundũ quod ſunt in diuerſo ſitu, ſ. vel propinquo, vel remoto, vel eodem vel diuerſo. Et hoc modo faciunt circa immutationem ſenſuum differentiam ſenſibilia communia. Mani- E feſtum eſt enim quod ſecundum omnia hæc quinque diuerſificatur magnitudo, vel ſitus. Et quia non habent habitudinem ad ſenſum, vt ſpecies actiuorum, ideo ſecundum ea nõ diuerſificantur potentiæ ſenſitiuæ, ſed remanent communia plurib. ſenſibus. Viſo igitur quomodo dicantur per ſe ſenſibilia, & cõmunia, & propria, reſtat vidẽdum, qua ratione dicatur aliquid ſenſibile per accidens. Sciendum eſt igitur, quod ad hoc quod aliquid ſit ſenſibile per accidens, primo requiritur quod accidat ei, quod per ſe eſt ſenſibile, ſicut accidit albo, eſſe hominẽ, & accidit ei eſſe dulce. Secundo requiritur, quod ſit apprehenſum à ſentiente: ſi enim accideret ſenſibili, quod lateret ſentientem, non diceretur per accidens ſentiri. Oportet igitur quod per ſe cognoſcatur ab aliqua alia potentia cognoſcitiua ſentientis. Et hoc quidem vel eſt alius ſenſus, vel eſt intellectus, vel vis cogitatiua, aut vis æſtimatiua. Dico autem quod eſt alius ſenſus, ſicut ſi dicamus, ꝙ dulce eſt viſibile per accidens,

A inquantum dulce accidit albo, quod apprehenditur viſu, & ipſum dulce per ſe cognoſcitur ab alio ſenſu, ſ. à guſtu. Sed vt proprie loquamur, hoc non eſt vniuerſaliter ſenſibile per accidens, ſed per accidens viſibile, ſenſibile aũt per ſe. Quod ergo ſenſu proprio non cognoſcitur, ſi ſit aliquid vniuerſale, apprehenditur intellectu, non tamen omne ꝙ intellectu apprehendi poteſt in re ſenſibili, poteſt dici ſenſibile per accidens, ſed ſtatim qđ ad occurſum rei ſenſatæ apprehenditur intellectu. Sicut ſtatim cum video aliquem loquentem, vel mouere ſeipſum, apprehendo per intellectum, vitam eius, vnde poſſum dicere qđ video eum viuere. Si vero apprehendatur in ſingulari, vtputa cũ video coloratum, percipio hunc hominem vel hoc animal, hmõi quidem apprehenſio in homine fit per vim cogitatiuam, quæ dicitur etiam ratio particularis, eo ꝙ eſt collatiua intẽtionum indiuidualium, ſicut ratio vniuerſalis eſt collatiua rationum vniuerſalium. Nihilominus tamen, hæc vis eſt in parte ſenſitiua, quia vis ſenſitiua in ſui ſupremo, participat aliquid de vi intellectiua in homine, in quo ſenſus intellectui coniungitur. In animali vero irrationali fit apprehenſio intentionis indiuidualis per æſtimatiuam naturalem, ſecundum quod ouis per auditum vel viſum cognoſcit filium, vel aliquid huiuſmodi. Differenter tamen circa hoc ſe habet cogitatiua, & æſtimatiua. Nam cogitatiua apprehendit indiuiduum, vt exiſtens ſub natura communi, quod contingit ei, inquantũ vnitur intellectiuæ, in eodem ſubiecto, vnde cognoſcit hunc hominem, prout eſt hic homo, & hoc lignum, prout eſt hoc lignum. Æſtimatiua autem non apprehendit aliquod indiuiduum, ſecundum quod eſt ſub natura communi, ſed ſolum ſecundum ꝙ eſt terminus, aut principiũ alicuius actionis vel paſſionis, ſicut ouis cognoſcit hunc agnum, non inquantum eſt hic agnus, ſed in- D quãtum eſt ab ea lactabilis, & hanc herbã, inquantum eſt eius cibus. Vnde alia indiuidua ad quæ ſe nõ extendit eius actio vel paſſio, nullo modo apprehendit ſua æſtimatiua naturali. Naturalis n. æſtimatiua datur animalibus, vt per eam ordinentur in actiones ꝓprias, vel paſſiones, proſequendas, vel fugiendas.

*LECTIO XIV.*

a POſtquam Philoſophus diſtinxit propria ſenſibilia à communibus ſenſibilibus, & à ſenſibilib. ſecundum accidens, hic determinat de propriis ſenſibilib. ſecundum vnumquemque ſenſum. Et primo de proprio ſenſibili viſus. Secundo de proprio ſenſibili auditus, ibi, [ Nunc autem primum de ſono, &c. ] Tertio de proprio ſenſibili olfactus, ibi, [ De odore autem &c. ] Quarto de proprio ſenſibili guſtus, ibi, [ Guſtabile autem eſt &c. ] Quinto de proprio ſenſibili tactus. ibi, [ De tangibili aũt & tactu &c ] Circa primum duo facit. Primo determinat E de viſibili. Secundo dicit, quomodo viſibile videatur, ibi, [ Nũc aũt in tantum &c. ] Circa primũ duo facit. Primo determinat quid eſt viſibile diſtinguens viſibile in duo. Secundo determinat de vtroque viſibili, ibi, [ Viſibile n. eſt color &c. ] Dicit ergo primo, quod cum dictum ſit, ꝙ propria ſenſibilia ſunt, q̃ vnuſquiſque ſenſus proprie percipit, illud ſenſibile cuius proprie perceptiuus eſt viſus, hoc eſt viſibile. Sub viſibili autem cõprehenduntur duo. Nam viſibile eſt color, & eſt quoddam aliud, quod ratione quidem deſignari põt, ſed nõ hẽt proprium nomen ſibi impoſitum, quod quidem viſibile competit his, quæ vidẽtur de nocte, ſicut ſunt noctilucæ, & putredines quercuũ, & huiuſmodi, de quib. erit manifeſtum in proceſſu huius tractatus, poſtquã ingreſſi fuerimus in cognitionem viſibilis, ex cognitione coloris, ꝙ eſt manifeſtius viſibile. Deinde cũ dicit.

b ¶ Determinat de vtroq; viſibili. Et primo de colore. Secundo de eo, quod dixit eſſe innominatum, ibi, [ Non autẽ oĩa viſibilia &c. ] Circa primũ duo facit. Primo oſtendit quomodo color

ſe habet ad hoc, quod ſit viſibilis. Secundo determinat de his, quæ requiruntur ad hoc, quod color videatur, ibi, [ Eſt igitur aliquid diaphanum &c.] Dicit ergo primo, quod cum color ſit quoddam viſibile, eſſe viſibile conuenit ei ſecundum ſe, nam color in eo quod eſt color, eſt viſibilis per ſe. Per ſe autem dupliciter dicitur. Vno

*Tex. cō. 67.* modo dicitur propoſitio per ſe cuius prædicatum cadit in diffinitione ſubiecti, ſicut iſta, Homo eſt animal, animal n. cadit in diffinitione hominis: & q a id quod eſt in diffinitione alicuius, eſt aliquo modo cauſa eius, in his

*Tex. cō. 68.* quę ſunt per ſe, dicuntur prædicata eſſe cauſa ſubiecti. Alio modo dicitur propoſitio per ſe, cuius econtrario ſubiectum ponitur in diffinitione prædicati, ſicut ſi dicatur naſus eſt ſimus, vel numerus eſt par, ſimum enim nihil aliud eſt, quā naſus curuus, & par nihil aliud eſt, quam numerus medietatem habens,

*Tex. c. 69.* & in iſtis ſubiectū eſt cauſa prædicati. Intelligendum eſt ergo, quod color eſt viſibilis per ſe, hoc ſecundo modo, & non primo. Nam viſibilitas eſt quædam paſſio, ſicut ſimum eſt paſſio naſi. Et hoc eſt quod dicit, quod color ſecundum ſe eſt viſibile, (non ratione) i. nō ita q᷑ viſibile ponatur in ei⁹ diffinitione, ſed quia in ſeipſo habet cauſam, vt ſit viſibile, ſicut ſubiectū in ſe ipſo habet cauſam propriæ paſſiōis. Quod probat per hoc, quod oīs color eſt motiuus diaphani

*Te. com. 70.* ſecundū actum. Diaphanum autem, eſt idem quod tranſparens, vt aer vel aqua, & hoc habet color de natura, quod poſſit mouere diaphanum in actu. Et hoc autem quod mouet diaphanum in actu, eſt viſibile, vnde ſequitur quod color ſecundum ſuam naturam eſt viſibilis. Et quia diaphanum non fit in actu, niſi per lumen, ſequitur quod color non ſit viſibilis ſine lumine. Et ideo antequam oſtendatur qualiter color videatur, dicendum eſt de lumine. Deinde cum dicit.

*c* ¶ Determinat de his ſine quibus color videri non poteſt, ſcilicet diaphano, & lumine. Et diuiditur in partes tres. Primo oſtendit quid ſit diaphanum. Secundo determinat de lumine, quod eſt actus eius, ibi, [ Lumen autem eſt huius actus &c.] Tertio oſtēdit quomodo diaphanum eſt ſuſceptiuum coloris, ibi, [ Eſt aūt coloris &c.] Dicit ergo primo, q᷑ cū color ſit motiuus ſecūdum ſuam naturam diaphani, neceſſe eſt quod diaphanum ſit aliquid. Eſt autem diaphanum, quod non habet propriū colorem, vt ſecundum ipſum videri poſſit, ſed eſt ſuſceptiuum extranei coloris, ſecundum quem aliquo modo eſt viſibile. Huiuſmodi autem diaphanum eſt, ſicut aer & aqua, & multa copora ſolida, vt lapides quidā, & vitrum. Licet aūt alia accidentia quę conueniunt elemētis & elementatis, cōueniant eis ſecundū naturam elementorū, ſicut calidū, & frigidū, graue & leue, & alia huiuſmodi, tamen diaphanū non cōuenit prædictis ex natura aeris, aut aquæ, ſecundū quod huiuſmodi, ſed conſequitur quandam naturam cōem non ſolum aeri & aquæ quę ſunt corpora corruptibilia, ſed conuenit ēt cœleſti corpori, quod eſt perpetuum & incorruptibile. Manifeſtum eſt enim

F aliqua cœleſtia corpora eſſe diaphana. Non enim poſſem⁹ videre ſtellas fixas, q̃ ſunt in octaua ſphæra, niſi inferiores ſphæræ planetarum eſſent tranſparētes vel diaphanæ. Sic ergo manifeſtum eſt, q᷑ diaphanum non eſt proprietas cōſequens naturam aeris aut aquæ, ſed aliquam communiorem naturā, ex cuius proprietate ōportet cauſam diaphanitatis aſſignare, vt poſtea apparebit. Deinde cum dicit.

*d* ¶ Oſtendit quid ſit lumen, & primo manifeſtat veritatem. Secundo excludit errorem, ibi, [ Quod quidem igitur &c.] Dicit ego primo, quod lumen eſt actus diaphani, ſecundum quod eſt diaphanum. Manifeſtum eſt enim, quod neq; aer, neque aqua, neque aliquid hmōi, eſt actu tranſparens, niſi fuerit illuminatum. Ipſum autem diaphanum ſecundum ſe, eſt in potentia reſpectu luminis; & reſpectu tenebræ, quod eſt priuatio luminis, ſicut materia prima eſt vt potentia reſpectu formæ & priuationis. Lumen autem comparatur ad diaphanum, ſicut color ad corpus terminatum, quia vtrumque eſt actus & forma ſui ſuſceptiui. Et propter hoc dicit, q᷑ lumen eſt quaſi quidā color diaphani, ſecundum quod diaphanum eſt actu factum diaphanum ab aliquo corpore lucente, ſiue illud ſit ignis, aut aliquid aliud hmōi, ſiue aliquod corpus cęleſte. Eſſe enim lucens actu & illuminatiuum, commune eſt igni & corpori cœleſti, ſicut eſſe diaphanum eſt commune aeri, & aquæ, & corpori cœleſti. Deinde cum dicit.

*e* ¶ Excludit falſam opinionem de lumine. Et circa hoc duo facit. Primo oſtendit quod lumen non eſt corpus. Secundo improbat quandam ſolutionem ad rationem quandam, per quam poteſt probari lumen non eſſe corpus, ibi, [ Et non recte Emp.] Circa primum tria facit. Primo ponit intentum &

K dicit, quod cum dictum ſit quid eſt diaphanum, & quid lumen, manifeſtum eſt quod lumen, neque eſt ignis, vt quidam dicebant, ponentes tres ſpecies ignis, carbonem, flammam, & lumen, neque eſt aliquod corpus omnino, neque aliquod defluens ab aliquo corpore, ſicut poſuit Democritus, lumen eſſe quaſdam deciſiones defluentes à corporibus lucidis, ſ. atomos quoſdam. Si eſſent aliqua defluētia à corpore, ſequeretur quod eſſent corpora vel aliquod corpus, & ſic nihil aliud eſſet lumen quam præſentia ignis, aut alicuius huiuſmodi corporis in diaphano: nihil ergo differt dicere quod lumen eſt corpus aut quod eſt defluxus corporis. Secundo ibi.

*f* ¶ Probat quod propoſuerat, tali ratione. Impoſſibile eſt duo corpora eſſe ſimul. ſi ergo lumen eſt corpus, impoſſibile eſt quod lumen ſit ſimul cum corpore diaphano, hoc autem eſt falſum. ergo lumen non eſt corpus. Tertio ibi.

*g* ¶ Probat, quod lumen ſit ſimul cum diaphano. Contrariorū enim eſt idem ſubiectum, lumen autem, & tenebræ ſunt contraria, ſecundum modū quo priuatio & habitus eſt quædā cōtrarietas, vt dicitur in decimo Metaphy. Manifeſtum eſt autem q᷑ tenebræ ſunt quædam priuatio huius habitus, ſ. luminis *Tex. 7. c. 15.*

in

Omnis enim color motiuus eſt eius quod ſecundum actum eſt diaphani, & hæc eſt ipſius natura. Vnde nihil eſt viſibile ſine lumine, ſed omnino vnuſquiſque color per lumē viſibilis eſt. Quapropter de lumine primo dicendum eſt, quid ſit.

*c* Eſt igitur aliquid diaphanum. Diaphanū aūt dico, q᷑ eſt quidē viſibile, nō aūt ſecūdū ſe viſibile (vt ſimpliciter eſt dicere) ſed ꝑ extraneum colorem. Hmōi autē eſt aer, & aqua, & multa ſolidorum. Non n. ſecundum q᷑ aqua neque ſecundum quod aer, diaphanum eſt, ſed quoniam eſt natura eadem in his vtriſque, & in perpetuo ſuperno corpore. G

*d* Lumen autem actus eſt hmōi diaphani, ſecūdum quod eſt diaphanum. Potentia autem, in quo hoc eſt & tenebra. Lumen autē, H vt color eſt diaphani, ſecundum quod actu diaphanum ab igne, aut huiuſmodi, vt quod ſurſum eſt corpus. Etenim huic aliquid ineſt vnum & idem.

*e* Quid quidem igitur diaphanum, & quid lumen, dictum eſt, quod neque ignis eſt, neque omnino corpus, neque defluxus corporis vllius. Eſſet enim vtique aliquod corpus & ſic, aut ignis, aut huiuſmodi alicuius præſentia in diaphano.

*f* Neque enim poſſibile eſt, duo corpora ſimul in eodem eſſe. I

*g* Videtur autem lumen, contrariorum eſſe tenebræ. Eſt aūt tenebra, priuatio huius habitus ex diaphano. Quare palam eſt, quod & huius præſentia lumen eſt.

*eſt eius quod eſt actu perlucidum, atque id eſt ipſius natura. Iccirco non eſt viſibile ſine lumine, ſed omnis color rei cuiuſque in lumine videtur, quamobrem, de lumine prius quid ſit, dicendum eſt.*

G *Eſt ergo aliquid perlucidum. Id autem appello perlucidum, quod eſt quidem viſibile, ſed vt vno verbo dicam, non per ſe, ſed propter alienum colorem viſibile, cuiuſmodi ſunt aer, & aqua, & complura ſolidorum, non enim quatenus aqua, nec quatenus aer, perlucidum eſt, ſed quia eadem ineſt natura in vtroque eorum, & in æterno illo ſupero corpore.*

*Lumen vero eſt eius actus, nempe perlucidi quatenus perlucidum eſt, in quo autem hoc ineſt potentia, in eodem* H *tenebræ etiam inſunt. Lumen autem veluti color eſt perlucidi quando actu fit perlucidum ab igne, aut eius generis aliquo, cuiuſmodi eſt ſuperum corpus.*

*Quid igitur ſit perlucidum & quid lumen, diximus, nimirum quod nec ignis eſt, nec omnino corpus, neq; effluxio corporis vllius: eſſet enim vel ſic corpus aliquod, ſed ignis aut alicuius eiuſmodi præſentia in perlucido.*

I *Neque enim duo corpora ſimul in eodem eſſe poſſunt.*

*Videtur etiam lumen eſſe contrarium tenebris, ſunt vero tenebræ priuatio talis habitus à perlucido. Itaque perſpicuum eſt eius præſentiam eſſe lumen.*

in diaphano,& ſic ſubiectum tenebræ eſt diaphanum,ergo,& præſentia dicti habitus ſcilicet lucis,eſt lumen,ergo lumen eſt ſimul cum diaphano. Deinde cum dicit.

*b* Et non recte Empedocles,neque ſi aliquis alius ſic dixit,quod feratur lumen , & extendatur in medio terræ & continentis, nos autem lateat. Hoc n. eſt & extra eam , quæ in ratione, veritatem, & extra ea;quæ videntur. In paruo enim ſpatio latere nos poſſet. Ab oriente autem in occidens latere, magna admodum quæſtio eſt.

*b* ¶ Reprobat quandam reſponſionem ad rationem quandam quæ poteſt fieri contra ponentes lumen eſſe corpus. Poteſt n. contra eos ſic argui. Si lumen eſt corpus, oportet ꝙ illuminatio ſit motus localis luminis , deueniens in diaphanum. Nullus autem motus localis cuiuſcumque corporis , poteſt eſſe ſubitus, ſiue in inſtanti. ergo , illuminatio non eſt ſubito , ſed ſucceſſiue. Cuius contrarium videmus quia in eodem inſtanti , in quo corpus lucidum præſentatur, B illuminatur diaphanũ totum ſimul,& non pars eius poſt partẽ. Non autem recte Emped. neque quicunque alius dixit, quod ſ. lumen feratur motu locali , tanquam corpus, & extendatur ſucceſſiue in ſpatio, quod eſt mediũ inter terram & continens, ſcilicet cœlum , & quod iſta ſucceſſio nos lateat , ſed videatur nobis quod totum illuminetur ſimul & ſubito. Hoc enim dictum eſt contra veritatem,quæ poteſt ratione percipi,quia; ad illuminationem diaphani nihil requiritur , niſi directa oppoſitio abſque obſtaculo medio corporis illuminantis ad illuminabile. Iterum autem eſt contra id quod apparet. Poſſet enim dici,quod ſucceſſio motus localis paruo ſpatio lateat nos: ſed ꝙ lateat nos ſucceſſio in motu luminis , ab oriente, vſque ad occidentem horizontis noſtri;hoc habet magnam quęſtionem , tamquam difficile aut omnino impoſſibile. Quia vero hic agitur de natura luminis, & diaphani , & neceſſitate luminis ad videndum, de his tribus conſiderandum eſt. Circa naturam igitur luminis,diuerſimode opinati ſunt : quidam enim C opinati ſunt lumen eſſe corpus , vt in litera dicitur. Ad quod dicendum,moti ſunt ex quibuſdam locutionibus, quibus vtimur,loquentes de lumine. Conſueuimus n.dicere quod radius tranſit per aerem;quod reuerberatur, quod radii ſe interſecãt, quæ omnia videntur eſſe corporis. Quæ quidem opinio ſtare non poteſt propter rõnes. quas Ariſ. in litera adducit,& plures alias facile eſſet adducere. Non n. facile eſſet aſſignare,quomõ huiuſmodi corpus per totum hemiſphęriũ ſubito multiplicaretur,aut generaretur,vel corrumperetur;quomodo etiam ſola oppoſitio corporis opaci eſſet cauſa corruptionis huius corporis,in parte diaphani aliqua. Quod aũt dicitur de motu luminis,aut reuerberatione ipſius,metaphorice dictũ eſt,ſicut ẽt poſſumus dicere,quod calor procedit dum aliqua de nouo caleſiunt,vel reuerberatur cum hẽt obſtaculum. Quidam vero alii dixerunt, ꝙ lux eſt quædam natura ſpiritualis argumentũ ſumẽtes,quod in reb. intellectualib. nomine luminis, vtimur, dicimus n. in ſubſtantiis intellectualib. eſſe quoddam lumen D intelligibile. Sed hoc ẽt eſt impoſſibile. Impoſſibile eſt enim ꝙ aliqua natura ſpiritualis & intelligibilis cadat in apprehẽſione ſenſus, qui cum ſit virtus corporea,non poteſt eſſe cognoſcitiuus, niſi rerum corporalium. Si quis autem dicat quod aliud eſt lumen ſpirituale, ab eo quod ſenſus percipit, non erit cum eo contendendum,dũmodo hic habeat quod lumen quod viſus percipit,non eſt natura ſpiritualis. Nihil enim prohibet vnum nomen imponi rebus quantumcunq; diuerſis. Quod aũt lumine, & his quæ ad viſum pertinent, vtamur in reb. intellectualib. contingit ex nobilitate ſenſus viſus qui eſt ſpiritualior & ſubtilior inter omnes ſenſus. Quod patet ex duobus. Primo quidem ex ſuo obiecto. Nam aliqua cadunt ſub viſu ſecundũ proprietates,in quib. communicant inferiora corpora cũ cœleſtibus, tactus autem eſt perceptiuus proprietatum,quę ſunt proprię elementis, ſ. calidi,& frigidi, & ſimilium:guſtus autẽ, & olfactus, proprietatum, quæ competunt corporibus mixtis ſecũdũ diuerſã rõnem commixtionis calidi, & frigidi, humidi, E & ſicci. Son⁹ aũt cauſatur ex motu locali, qui etiã cõis eſt corporib. cœleſtib & inferiorib. licet ſpẽs mot⁹, quæ cauſat ſonũ, non competat corporibus cœleſtib. ſecundũ ſententiam Ariſ. Vnde ex ipſa natura obiecti apparet, ꝙ viſus eſt altior inter ſẽſus,& auditus ꝓpinqor ei, & alii ſenſus magis remoti. Secũdo apparet ꝙ ſenſus viſus eſt ſpiritualior ex mõ immutationis. Nã in quolibet alio ſenſu nõ eſt immutatio ſpiritualis,ſine naturali. Dico aũt immutationẽ naturalẽ, prout qualitas recipitur in patiẽte ſecundum eſſe naturæ, ſicut cũ aliquid infrigidatur vel caleſit,aut mouetur ſecundũ locũ. Immutatio vero ſpiritualis

Lec. 7. c. 15.

eſt ſecundum ꝙ ſpẽs recipitur in organo ſenſus , aut in medio per modum intentionis & non per modũ naturalis formæ. Nõ n. ſic recipitur ſpẽs in ſenſu ſecũdum illud eſſe ꝙ hẽt in re ſen-

A ſibili. Patet aũt quod in tactu, & guſtu, qui eſt tactus quidam, fit alteratio naturalis, caleſit n. & infrigidatur aliquid per contactum calidi & frigidi, & non fit immutatio ſpiritualis tantũ. Similiter autem immutatio odoris fit cũ quadam fumali euaporatione. Immutatio autem ſoni, cum motu locali. Sed in immutatione viſus eſt ſola immutatio ſpiritualis , vnde patet ꝙ viſus inter omnes ſenſus eſt ſpiritualior , & poſt hunc auditus, & propter hoc hi duo ſenſus ſunt maxime ſpirituales, & ſoli diſciplinabiles : & his quæ ad eos pertinent, vtimur in intellectualibus & præcipue his, quæ pertinẽt ad viſum.

*Neque recte Empedocles , aut ſi quis alius perinde locutus eſt , ac ſi lumẽ feratur, ac demum extendatur inter terram, & cœlum ambiens, nos vero lateat: hoc enim eſt præter veritatem quæ in ratione poſita eſt ; & præter eã quæ apparent; in paruo namque interuallo forte nos lateret , latere vero ab ortu ad occaſum ; magnum admodum poſtulatum eſt.*

B Qudam vero dixerunt, quod lumen non eſt niſi euidentia coloris. Sed hoc apparet eſſe falſum in his , quæ lucent de nocte, & tamen eorum color occultatur. Alii vero dixerunt, quod lux eſt forma ſubſtantialis , & lumen defluens à luce, habet eſſe intentionale , ſicut ſpecies colorum in aere. Vtrumq; autem horum eſt falſum. Primum quidem, quia nulla forma ſubſtantialis eſt per ſe ſenſibilis , ſed ſolo intellectu cõprehenſibilis. Et ſi dicatur quod id quod videtur in ſole, non eſt lux, ſed ſplendor, non erit contendendum de nomine , dũmodo hoc ꝙ dicimus lucem, ſ. quod ex viſu apprehenditur, nõ ſit forma ſubſtãtialis. Secundum ẽt falſum eſt, quia quæ habẽt ſolum eſſe intentionale, non faciunt trãſmutationem naturalem; radii autem corporum cœ ęſtium tranſmutant totam naturam inferiorem. Vnde dicimus, quod ſicut corpora elementaria habent qualitates actiuas , per quas agunt , ita lux eſt qualitas actiua corporis cœleſtis, per quam agit, & eſt in tertia ſpecie qualitatis, ſicut & calor. Sed in hoc differt a calore, quia C lux ex qualitas primi corporis alterãtis, quod non hẽt contrarium , vnde nec lux contrariũ habet , calori autem eſt aliquid contrariu. Et quia luci nihil eſt contrariũ, in ſuo ſuſceptibili nõ poteſt habere contrariam diſpoſitionem, & propter hoc ſuum paſſiuum, ſc. diaphanum ſemper eſt in vltima diſpoſitione ad formam, & propter hoc ſtatim illuminatur, non aũt calefactibile ſtatim caleſit. Ipſa igitur participatio vel affectus lucis in diaphano, vocatur lumen. Et ſi ſit ſecundum rectam lineam ad corpus lucidum vocatur radius. Si autem cauſetur ex reuerberatione radii ad corpus lucidum, vocatur ſplendor. Lumen aũt commune eſt ad omnem effectum lucis in diaphano. His igitur viſis circa naturam luminis , de facili apparet ratio , quare quædam corpora ſunt lucida actu, quædam diaphana, quędam opaca. Nam cũ lux ſit qualitas primi alterantis quod eſt maxime perfectum & formale in corporib. illa corpora q̃ ſunt maxime formalia & nobiliora, ſunt lucida actu: quę aũt ꝓpinqua his ſunt receptiua luminis , ſunt diaphana : quæ aut ſunt D maxime materialia, neq; habent lumen in ſui natura neq; ſũt luminis receptiua, ſunt opaca. Quod patet in ipſis elementis. Nam ignis habet lucem in ſui natura, licet ei⁹ lux nõ appareat nobis, niſi in natura aliena propter denſitatẽ. Aer aũt, & aqua quæ ſunt minus formalia, ſunt diaphana, terra autem quæ eſt maxime materialis, eſt opaca. Circa tertium vero, ſciendũ eſt, quod quidam dixerunt, quod lumen neceſſarium eſt ad vidẽdum ex parte ipſius coloris. Dicunt enim quod color non hẽt virtutem, vt moueat diaphanũ, niſi per lumen. Et huius ſignũ dicunt, quia ille qui eſt in obſcuro , videt ea quæ ſunt in lumine, ſed non econuerſo. Rõnem ẽt ad hoc adducunt, quia oportet quod cum viſus ſit vnus , quod viſibile non ſit niſi per rõnẽ vnam, quod non eſſet, ſi color eſſet per ſe viſibilis, non per virtutem luminis , & item lumen eſſet per ſe viſibile. Sed hoc eſt manifeſte contra id ꝙ Ariſtoteles hic dicit , [ & quod habet in ſe cauſam eſſendi viſibile ] Vnde ſecundum ſententiã Ariſt. dicendum eſt; quod lumen neceſſarium eſt ad videndum, non ex E parte coloris, eo quod faciat colores eſſe actu , quos quidam tantum dicunt eſſe in potentia , cum ſunt in tenebris , ſed ex parte diaphani, in quantum facit ipſum eſſe in actu, vt in litera dicitur. Et ad huius euidentiam, conſiderãdum eſt, quod omnis forma in quãtum huiuſmodi, eſt principium agendi ſibi ſimile, vnde cum color ſit quædam forma, ex ſe habet ꝙ cauſet ſui ſimilitudinem in medio. Sed tamen ſciendum eſt ꝙ differentia eſt inter virtutem perfectam, & imperfectam. Nam forma quę eſt perfectę virtutis in agendo, non ſolum põt inducere ſuam ſimilitudinem in ſuo ſuſceptibili, ſed põt ẽt diſponere patiens, vt ſit proprium eius ſuſceptiuum, quod quidem non poteſt facere, cum fuerit imperfectæ virtutis. Dicendum eſt igitur quod virtus coloris in agendo eſt imperfecta reſpectu virtutis luminis. Nam color nihil aliud eſt, quam lux quędam

quodãmodo obſcurata ex admixtione corporis opaci. Vnde nõ habet virtutem, vt faciat medium in illa diſpoſitione, qua ſit ſuſceptiuum coloris, quod tamen poteſt facere lux pura. Ex quo etiam patet, quod cum lux ſit quodammodo ſubſtantia coloris, ad eandem naturam reducitur omne viſibile, nec oportet quod color per lumen extrinſecũ fiat actu viſibile. Qđ autem colores illuminati, ab eo qui eſt in obſcuro, videãtur, contingit ex eo, quod etiam medium illuminatur, quantum
Te.com.71. ſufficit ad immutationem ipſius.

*LECTIO XV.*

a POſtquam Philoſophus oſtendit ſuperius, quid eſt color, & quid diaphanum, & quid lumen. Hic autem oſtendit quomodo diaphanũ ſe habeat ad colores. Manifeſtum eſt autẽ
Te.com.72. ex præmiſſis, quod diaphanum eſt ſuſceptiuum coloris, eſt enim color, motiuus diaphani, vt ſupra dictum eſt. Quod autem eſt ſuſceptiuum coloris, oportet eſſe ſine colore ſicut qđ eſt ſuſceptiuum ſoni, oportet eſſe ſine ſono, nihil enim recipit, quod iam habet, & ſic patet quod diaphanum oportet eſſe ſine colore. Cum autem corpora ſint viſibilia per ſuos colo-
Te.com.73. res, ſequitur quod diaphanum ſecundum ſeipſum ſit inuiſibile. Quia vero eadem eſt potentia cognoſcitiua oppoſitorũ, ſequitur quod viſus, qui cognoſcit lucem, cognoſcat & tenebras. Licet igitur diaphanum ſecundum ſe careat colore & lumine, quorum eſt ſuſceptiuum, & ſic ſecundum ſe viſibile non ſit, eo modo quo ſunt viſibilia, lucida & colorata, tamen poteſt dici viſibile, ſicut videtur tenebroſum quod vix vi-
Te.com.74. detur. Diaphanum igitur eſt huiuſmodi, id eſt tenebroſum cum non eſt actu diaphanum, ſed in potentia tantum. Eadem enim natura eſt ſubiectum, quandoque quidem tenebrarum, quandoque autem luminis. Et ſic diaphanum carens lumine, quod ei accidit, dum eſt potentia diaphanum, oportet quod ſit tenebroſum. Deinde cum dicit.

b ¶ Quia iam determinatum eſt de colore, quod videtur in lumine, determinat de alio viſibili, quod ſupra dixit eſſe innominatum. Et dicit quod non omnia ſunt viſibilia in lumine, ſed ſolum proprius color vniuſcuiuſque corporis in lumine, viſibilis eſt, quædam enim non videntur in lumine, ſed in tenebris, ſicut animalia quæ in tenebris videntur ignita, & lucentia, & hæc ſunt multa, ſed non habent vnum nomen commune, ſicut putredines quercuum, & aliquod cornu alicuius animalis, & capita quorundam piſcium, & ſquamæ, & oculi quorundam animalium. Sed licet iſta videantur in tenebris, nullius tamen horum proprius color in tenebris videtur. Videntur ergo iſta in tenebris, & in lumine, ſed in tenebris, vt lucentia, in lumine autẽ, vt colorata. Sed propter quam cauſam

## LECTIO XV.

a EST autem coloris ſuſceptiuum, quod ſine colore, ſoni autem, abſonum. Sine colore autem diaphanum, & inuiſibile, aut quod vix videtur, vt quod tenebroſum eſt. Huiuſmodi autem diaphanum quidem eſt, nõ cum ſit actu diaphanum, ſed cum potentia. Eadem enim natura, quandoque quidem tenebra, quandoq; autem lumen eſt.

b Non omnia autem viſibilia ſunt in lumine, ſed ſolum vniuſcuiuſque proprius color. Quædam enim in lumine quidẽ non videntur, in tenebris autem faciunt ſenſum, vt quæ ignea vidẽtur, & lucentia. Non aũt nominata ſunt hæc vno nomine, vt quercus putridæ, cornu, capita piſciũ, & ſquamæ, & oculi. Sed nullius horum videtur proprius color. Propter quam igitur cauſam hæc videntur, alia ratio.

c Nunc autem in tantum manifeſtum eſt, quoniam ꝙ quidem in lumine videtur colorem eſſe, vnde non videtur ſine lumine; hoc n. erat ipſi colori eſſe, motiuum eſſe, ſecundum actum diaphani, actus autem diaphani, lumen eſt. Signum autem huius, manifeſtum. Siquis enim ponat habens colorem ſuper ipſum viſum non videbitur. Sed color mouet diaphanum, puta aerem. Ab hoc autem iam continuo exiſtente, mouetur quod ſenſitiuum eſt.

d Non enim bene hoc dicit Democritus opinatus, ſi eſſet vacuũ medium, perſpici vtiq; exacte, & ſi formica in cœlo eſſet. Hoc enim impoſſibile eſt. Patiente n. aliquid ſenſitiuo, fit ipſum videre. Ab ipſo igitur, qui videtur,

## LECTIO XV.

*EST autem coloris quidem receptiuum quod colore vacat, ſoni autem quod ſono, vacat autem colore, perlucidum & inuiſibile, & quod vix cernitur, cuiuſmodi videtur eſſe tenebroſum, tale autem perlucidum eſt, non tamen quando actu, ſed quando potentia eſt perlucidum, eadem enim*
G *natura modo eſt tenebra, modo lumen.*

*Neque vero omnia cerni poſſunt in lumine, ſed ſuus cuiuſque dumtaxat color, ſunt enim nonnulla quæ in lumine quidem non cernuntur, in tenebris autem faciunt ſenſum, veluti quæ ignea apparent, atque ſplendent, vacant autem vno nomine, vt fungus, vt cornu, vt piſcium capita, & ſquamæ, & oculi, verum nullius horum color cernitur ſuus, cauſa autem quamobrem cernantur, ad aliam pertinet diſ-*
H *putationem.*

*Nunc hoc tantum conſtat; colorem id eſſe quod in lumine cernitur, quãobrem ſine lumine non cernitur, hoc enim erat ipſi eſſe colori, motiuo eſſe eius quod eſt actu perlucidum, actus autem perlucidi lumen eſt, cuius euidens indicium eſt, nam ſiquis rem colore præditam apponat viſui, non videbit, ſed color quidem mouet perlucidum, Verbi cauſa, aerem, ab eo autem vtpote continuo, mouetur ſenſus*
I *inſtrumentum.*

*Enimuero non recte hoc dicit Democritus, putans ſi aeris interuallum fiat vacuum, cerni poſſe exquiſite, ſi vel formica in cœlo fuerit, nam hoc fieri nequit, viſio enim fit ſenſitiuo aliquid patiente, vt igitur ab ipſo colore qui cernitur, fieri nõ põt: reſtat ergo*

F ſic videantur in tenebris lucentia, alia ratio eſt. Non n. hic inducitur hoc, niſi quaſi per accidens ad oſtendendum comparationem viſibilis ad lumẽ. Videtur autem viſibilitatis eorum in tenebris hęc eſſe ratio, quia huiuſmodi ex ſua compoſitione habent aliquid lucis, inquantum lucidum ignis & diaphanum aeris, & aquæ, non eſt totaliter in eis cõprehenſum per opacum terræ. Sed quia modicum habent de luce, eorum lux ad præſentiam maioris luminis occultatur. Vnde in lumine non videntur vt lucentia, ſed vt colorata tantum. Lux autem eorũ propter ſui debilitatem, non poteſt diaphanũ perfecte reducere in actũ ſecundum ꝙ natum eſt moueri à colore; vnde ſub eorũ luce, nec eorum color, nec aliorum videtur, ſed ſolum lux ipſorum. Lux n. cum ſit efficacior ad mouendum diaphanũ, quam color, & magis viſibilis, cum minori immutatione diaphani videri poteſt. Deinde cum dicit.

c ¶ Oſtendit quomodo color peruenit ad viſum. Et circa hoc duo facit. Primo oſtendit quid eſt neceſſarium ad hoc ꝙ viſus moueatur à colore. Secundo oſtendit aliquid ſimile, ꝙ eſt neceſſarium in aliis ſenſibilib. ibi, [Eadem autem ratio.] Circa primum duo facit. Primo determinat veritatem. Secundo excludit errorem, ibi, [Non enim bene hoc.] Dicit ergo primo, quod per ſupra dicta, intantum manifeſtum ſit ꝙ illud, quod videtur in lumine, eſt color, & quod ſine lumine videri nõ poteſt, quia vt ſupra dictum eſt, hoc eſt de ratione coloris, quod ſit motiuum diaphani, quod quidem fit per lumen, quod eſt actus diaphani: & ideo ſine lumine color videri non poteſt. Cuius ſignum eſt, quia ſi aliquis ponat corpus coloratum ſuper organum viſus, non videbitur, quia non eſt ibi diaphanum in actu, quod moueatur à colore. Nam & ſi pupilla ſit quoddam diaphanum, non tamen erit diaphanum in actu, ſi ſuperponatur ſibi corpus coloratum. Oportet autem, quod color moueat diaphanum in actu, puta aerem vel aliquid huiuſmodi, & ab hoc mouetur ſenſitiuum, id eſt organum viſus, ſicut à corpore ſibi continuato. Corpora enim non ſe immutant, niſi ſe tangant. Deinde cum dicit.

Inf. tex. 75. & lib. 3. te. 63. 65. 66.

K

d ¶ Excludit errorem dicens, quod non bene dixit Democritus qui opinatus fuit, quod ſi medium, quod eſt inter rem viſam & oculum, eſſet vacuum, quod poſſet aliquid quantumcunque, paruum videri per quantamcunque diſtantiam, puta ſi formica eſſet in cœlo. Sed hoc eſt impoſſibile, oportet enim, ad hoc quod aliquid videatur, quod organum viſus patiatur à viſibili. Oſtenſum eſt autem, quod non patitur ab ipſo viſibili immediate, quia viſibile ſuperpoſitum oculo non videtur. Relinquitur ergo, quod oporteat organum viſus pati à viſibili per aliquod medium: neceſſe eſt ergo eſſe aliquod medium inter

inter viſibile & viſum. Si autem eſt vacuum, nihil eſt medium, quod poſſet immutare, & immutari. Relinquitur ergo ꝙ ſi eſſet vacuum, omnino nihil videretur. Incidit aũt in hanc opinionẽ Democritus, quia putabat quod cauſa quare diſtãtia impedit viſionem alicuius rei, ſit per medium, qđ reſiſtit immutationi viſibilis, hoc aũtem eſt falſum. Non n. diaphanum habet contrarietatem ad lumen vel colorem, ſed eſt in vltima diſpoſitiõe ad eorum receptionẽ, cuius ſignum eſt ꝙ ſubito immutatur à lumine, vel colore. Cauſa autem, quare diſtantia impediat viſum, eſt, quia omne corpus videatur ſub quodam angulo cuiuſdam trianguli, vel magis pyramidis, cuius baſis eſt in re vi-
Text.cõ.75. ſa, & angulus eſt in oculo videntis. Neq; differt quantum ad hoc, vtrum viſus fiat extra mittẽdo, ita qđ lineæ concludentes triangulum, vel pyramidem, ſint lineæ viſuales progredientes à viſu ad rem viſam, vel econuerſo fiat, dummodo viſus ſit ſub prædicta figura trianguli, vel pyramidis. Quod ideo neceſſe eſt, quia cum res viſa ſit maior quantitate, quã pupilla, oportet quod ꝓportionaliter diminuendo, ꝓueniat immutatio viſibilis vſq; ad viſum. Manifeſtum eſt autẽ, quod quãto latera triãguli vel pyramidis sũt lõgiora, dummodo ſit eadem baſis, tanto angulus eſt minor: & ideo quanto à remotiori videtur, minus videtur, & tãta poteſt eſſe diſtantia quod omnino non videtur. Deinde cum dicit.

e ¶ Oſtendit quõ videatur ignis, & lucida corpora, & dicit: qđ videntur non ſolum
Te.cõm.77. in lumine, ſicut colorata, ſed etiam in tenebris, ſicut illa de quibus ſupra dixit. Et hoc ex neceſſitate contingit, quia ignis habet tantum de lumine, quod poteſt diaphanum omnino facere in actu, ita vt ipſum, & alia videantur. Nec eſt tantum debile lumen eius ꝙ ad præſentiam maioris luminis obumbretur, ſicut accidit in his, quæ ſunt dicta ſupra. Deinde cum dicit.

f ¶ Oſtendit, quod ſimiliter ſe habet in aliis ſenſib. ſicut in viſu, & dicit, ꝙ eadem ratio eſt de ſono, & odore, ſicut & de colore. Nullum enim eorum ſentitur, ſi tangit organum ſenſus, ſed ab odore & ſono mouentur media, à medio autem vtrumque organorũ, auditus, ſ. & olfactus. Sed cũ aliquis ponit corpus odorans aut ſonans, ſuper organum ſenſus, non ſentitur. Et ſimiliter eſt in tactu & guſtu; licet non videatur, propter cauſam, quæ inferius dicetur. Deinde cum dicit.

g ¶ Oſtendit quid ſit medium in his ſenſibus, & dicit ꝙ illud quod mouetur à ſono eſt aer, mediũ aũ ꝙ mouetur ab odore eſt aliquid cõe aeri, & aquæ, ſicut & vtrumque eorum eſt medium, quod mouetur à colore, ſed à colore mouetur vtrumq; horum ſecundum ꝙ diaphanum. Paſſio autem communis

A aeris, & aquæ, ſecundũ quã mouẽtur ab odore, eſt innominata, non n. mouẽtur ab odore ſecundum ꝙ ſunt diaphana. Et ꝙ vtrunque horũ moueatur ab odore, manifeſtat per hoc quod animalia aquatica habent ſenſũ odoris, ex quo manifeſtũ eſt, ꝙ aquæ mouentur ab odore. Homo autem & animalia greſſibilia & reſpirantia, non odorant niſi reſpirando. Et ſic manifeſtum eſt, quod aer eſt medi⁹ in odoratu. Horum autem cauſã poſterius dicetur.

colore impoſſibile eſt. Relinquitur autem quod à medio. Quare neceſſe eſt aliquod eſſe medium. Vacuo autem facto, non aliquid certe: ſed omnino nihil videbitur Propter quam igitur cauſam, colorem neceſſe eſt in lumine videri, dictum eſt.

B

e Ignis autem in vtriſque videtur, & in tenebris; & in lumine, & hoc ex neceſſitate. Diaphanũ enim ab hoc diaphanum fit.

f Eadem autem ratio eſt, & de ſono, & de odore. Nihil enim ipſorum tãgens ſenſorium, facit ſenſum. Sed ab odore quidem & ſono medium mouetur, ab hoc autem ſenſitiuorum vtrunque. Cum autem ſuper ipſum ſenſitiuum aliquis apponit olens, aut ſonans, nullum ſenſum faciet. De tactu autem, & guſtu habet ſe ſimiliter, non autem videtur: Propter quam autem cauſam: poſterius erit manifeſtum.

C

g Medium autem ſoni quidem aer eſt. Odoris autem, innominatum eſt. Communis n. quædã paſſio eſt aeri, & aquæ, ſicut diaphanum colori, ſic eſt hñti odorem, alia quædam paſſio eſt communis vtriſq; his. Videntur n. animalia aquatica habere odoris ſenſum. Sed homo & pedibus ambulantia quæcunque reſpirant, impoſſibilia ſunt odorare, niſi reſpirantia. Cauſa autem de his poſterius dicetur.

D

### LECTIO XVI.

a NVnc autem primum de ſono & auditu determinemus. Eſt autem duplex ſonus. Hic quidem enim actu, quidam autem potentia. Alia enim

E

*vt ab intermedio: quamobrem neceſſe eſt aliquid eſſe intermedium, quod ſi vacuum fiat non modo non exquiſite, ſed prorſus, nihil videbitur. cauſa igitur cur neceſſe ſit colorem in lumine videri dicta eſt.*

*Ignis autem in vtroque cernitur, & in tenebris, & in lumine, idque neceſſario, nam perlucidum ab eo ſit perlucidum.*

*Eadem de ſono, & odore ratio eſt; nihil n. eorum tangendo ſenſorium, efficit ſenſum; ſed ab odore quidem, & ſono mouetur intermedium, ab eo autem inſtrumentum vtrunque. ſin autem aliquis ipſi inſtrumentorum appoſuerit olentem, aut ſonantem, nullum ſenſum faciet; De tactu etiam, & guſtatu pari quidem modo res habet, ſed non apparet: cauſa autem poſt declarabitur.*

*Intermedium autem ſonorum quidem, eſt aer; odoris autẽ vacat nomine. nam in aere, & in aqua communis eſt quædam ſic affectio, vt res perlucida colori, ſic colore prædito, id quod in vtriſque his ineſt; nam & aquatilia animalia habere ſenſum odoris vidẽtur; ſed homo quidem & inter pedeſtria quæ ſpirant, niſi ſpiritum trahant, olfacere nequeunt; quorum etium cauſam poſt reddemus.*

### LECTIO XVI.

*NVnc de ſono primum, & auditu diſſeramus. Duplex eſt ſonus, vnus actu, alter potentia; quædam enim non habere ſonum dicimus, vt ſpongiam, lanam: quædam*

*LECTIO XVI.*

a POſtquam Philoſophus determinauit de viſibili, hic determinat de audibili, id eſt de ſono. Et diuiditur in duas partes. In prima determinat de ſono in communi. In ſecunda determinat de quadam ſpecie ſoni, ſcilicet voce, ibi, [Vox autem.] Prima in duas partes diuiditur. In prima determinat de ſono. In ſecunda de differentiis ſonorum, ibi, [Differentiæ autem ſonorum.] Prima diuiditur in duas. In prima determinat de ſono. In ſecunda mouet quandam dubitationem circa prædeterminata, ibi, [Vtrum autem ſonat.] Prima diuiditur in duas. In prima determinat de generatione ſoni. In ſecunda de immutatione auditus à ſono, ibi, [Vacuum autem.] Si autem quæratur, quare determinat hic de generatione ſoni, cum ſupra non determinauerit de generatione coloris, ſed ſolum de immutatione ſenſus, & medii à colore: Dicendum eſt, quod color, & odor, & ſapor, & qualitates tangibiles, habent eſſe permanens, & fixum in ſuo ſubiecto. Vnde eſt alia conſideratio ipſarum qualitatum ſecundum ſe, & ſecundum quod immutant ſenſum, & propter hoc alterius eſt conſiderationis vtrunque. Vnde Philoſophus de generatione coloris, & ſaporis & odoris, determinat in libro de Senſu, & ſenſato. De qualitatib. aũt tangibilib. in Libro de generatione, & quantũ ad aliqua in lib. Met. In hoc aũt libro nõ intẽdit determinare de Senſibilib. niſi inquantum ſunt immutatiua ſenſus. Sonus aũt cauſatur ex motu & non hẽt eſſe fixum, & quieſcens in ſubiecto, ſed in quadam immutatione conſiſtit, vnde ſimul determinatur de eo, ſecundum ꝙ generatur in ſua ſpecie, & ſecundũ ꝙ immutat ſenſum. Prima aũt pars diuiditur in duas. In prima determinat de prima generatione ſoni. In ſecunda de ſecunda ſoni generatione, quæ ſit per reflexionẽ, ibi, [Echo aũt fit.] Circa primũ duo facit. Primo oſtẽdit, ꝙ ſonus quãdoq; eſt in actu, quãdoq; eſt in potentia. Secũdo oſtendit quõ fit ſonus in actu, ibi, [Fit aũt ſecundum actum.] Dicit ergo primo, ꝙ anteq̃ determinetur de tactu, & de guſtu, dicendũ ẽ de ſono & olfactu: ſed primo de ſono, quia ſpiritualior eſt, vt ſupra oſtenſũ eſt. Sonus

non dicimus habere ſonum, vt ſpongiam, lanam, pilos. Quædã autem habent, vt æs, & quæcunque plana, & lenia ſunt, quoniã poſſunt ſonare. Hoc autem eſt, ipſius medii, & auditus facere ſonum actu.

*habere, vt æs, & quæcunq; ſolida ſunt & læuia, quia poſſunt ſonum edere, id eſt inter ſe & auditum actu ſonum efficere.*

G b Fit autem qui ſecundum actũ ſonus, ſemp alicuius ad aliquid, & in aliquo. Percuſſio enim eſt faciens. Vnde impoſſibile eſt, cũ ſit vnum fieri ſonum. Alterũ n. eſt verberans, & ꝙ verberatur. Quare ſonans ad aliquid ſonat. Tangit enim aliquid. Cum autẽ ictu tangitur, ſonat Ictus autem non fit ſine motu.

*Fit autem actu ſonus ſemper alicuius ad aliquid & in aliquo; ictus n. eſt qui efficit: itaque fieri non poteſt, vt ſi vnum ſit ſonus fiat: aliud n. eſt quod verberat, aliud quod verberatur. quare id quod ſonat, ad aliquid ſonat: ictus autem non fit ſine latione.*

H c Sicut aũt diximus, non quorũlibet ictus ſonus eſt, nullum n. faciũt ſonum pili, etſi percutiantur, ſed æs, & quæcunque lenia, & concaua ſunt. Æs quidẽ, quoniam lene eſt. Concaua autẽ ex repercuſſione faciunt multos ictus poſt primum in potẽti exire, quod motum eſt.

*Verum, vt diximus, non quorumuis ictus, ſonus eſt, nullum enim ſonũ edit lana ſi percutiatur, ſed æs, & quæcumque lenia & concaua ſunt. æs quidem quia lene eſt, concaua autem refractione multos poſt primum ictus efficiunt, dum quod motum eſt exire non poteſt.*

I d Amplius auditur in aere, & in aqua, ſed minus in aqua. Nõ eſt autem ſoni proprius aer, nec aqua. Sed oportet ſolidorũ percuſſionem fieri ad ſeinuicem & ad aera. Hoc autem fit, cum permaneat percuſſus aer, & nõ diſſoluatur, vnde ſi velociter, & fortiter percutiatur, ſonat. Oportet enim præoccupare motum ferientis, fracturam aeris, ſicut ſi congregationem, aut cumulum lapillorum percutiat aliquis latum velociter.

*Præterea & in aere auditur & in aqua, ſed minus. Neque vero penes aerem ſoni poteſtas eſt, nec penes aquã; ſed oportet ſolidorum inter ſe & cũ aere conſtrictionem ictumque fieri: quod tum contingit, cum percuſſus aer perſtiterit, nec diſſipatus fuerit. itaque ſi celeriter & vehementer percutiatur, ſonũ edit. oportet enim vt motus ferientis anticipet diſſipationem aeris, non ſecus ac ſiquis arenæ cumulum, aut certe arenam perpetuo lapſu præcipitantem celeriter diuerberet.*

autem cauſatur ex motu, & nõ habet eſſe fixum, & quieſcens in ſubiecto, ſed in quadam immutatione conſiſtit, vnde ſimul determinatur de eo, ſecundum quod generatur in ſua ſpecie, & ſecundum quod immutat ſenſum. Prima autem pars diuiditur in duas. In prima determinat de prima generatione ſoni. In ſecunda de ſecunda ſoni generatione, q̃ fit per reflexionem, ibi, [Echo autem fit.] Circa primum duo facit. Primo oſtendit, qđ ſonus quandoque eſt in actu, quandoq; in potentia. Secundo oſtendit, quomodo fit ſonus in actu, ibi,

Tex. c. 78. [Fit autem ſecũdum actum.] Dicit ergo primo, quod antequã determinetur de tactu, & de guſtu, dicendum eſt de ſono, & olfactu, ſed primo de ſono, quia ſpiritualior eſt, vt ſupra oſtenſum eſt. Sonus autem dupliciter dicitur, dicitur n ſonus in actu, & ſonus in potentia. Dicimus autem aliquã rem habere ſonum, & quando actu ſonat, & quando habet potentiam ſonandi, ſicut dicim⁹, hæc campana bene ſonat, q̃uis non ſonet in actu. Et ſecundum hunc modum dicimus, quod

Te. com. 79. quædam non habent ſonum, quia non habent potentiam ſonandi, ſicut ſpongia, & huiuſmodi mollia. Quædã autem dicuntur habere ſonum, quia poſſunt ſonare, ſicut æs, & alia huiuſmodi plana, & lenia. Sic ergo patet, quod ſonus quandoque dicitur ſecundum potentiam, quandoq; ſecundum actum. Sed quod fiat ſonus in actu, hoc pertinet, & ad medium, & ad auditum. Omne n. ſenſi

Tex. c. 80. bile, dupliciter dicitur eſſe in actu. Vno modo quando actu ſentitur, hoc eſt dum ſpecies eius eſt in ſenſu, & ſic ſonus eſt actu, ſecundum quod eſt in auditu. Alio modo ſecundum qđ habet propriam ſpeciem, per quam ſentiri poteſt, prout eſt in ſuo ſubiecto, & ſic alia ſenſibilia fiunt in actu, prout ſunt in corporibus ſenſibilibus, ſicut color prout eſt in corpore colorato, & odor, & ſapor, prout ſunt in corpore odorifero, & ſaporoſo. Sic autem non eſt de ſono. Nam in corpore ſonante, non eſt ſonus, niſi in potentia. In medio autem, quod mouetur ex percuſſione corporis ſonantis, fit ſonus in actu. Et propter hoc dicitur quod ſonus in actu eſt medii, & auditus, non autem ſubiecti ſonabilis. Deinde cum dicit. K

b ¶ Oſtendit qũo ſonus fiat in actu. Et circa hoc duo facit. Primo oſtendit, quot concurrunt ad hoc, quod ſonus cõſtituatur in actu. Secundo oſtendit, qualia eſſe oporteat, ibi, [Sicut aũt diximus] Dicit ergo primo, qđ ad hoc, qđ ſonus fiat in actu, oportet tria concurrere. Fit n. ſemper alicuius, & ad aliquid, & in alio, & ideo ſi ſit vnum tantum, nõ poteſt ſonum facere. Et huius ratio eſt, ſiue ſignum, quia percuſſio eſt cã ſoni, oportet igitur eſſe aliquid, i. percutiẽs, & aliquid percuſſum. Et pp hoc dicit, quod [ſonus eſt alicuius ad aliquid] id eſt percutientis ad percuſſum. Oportet n. quod illud, quod facit ſonum, tangat aliquid, & cum tetigerit ſuo ictu, generetur tunc ſonus. Ict⁹ aũt percutientis, non fit ſine motu locali, motus autem localis nõ eſt ſine medio. Vnde relinquitur, quod oportet eſſe mediũ, ad hoc quod fiat ſonus in actu. Et hoc eſt quod dictum eſt, quod

F oportet eſſe ſonum, non ſolum alicuius, & ad aliquid, ſed etiam in aliquo. Deinde cum dicit.

c ¶ Oſtendit qualia oportet eſſe ea, q̃ requiruntur ad ſoni generationem. Et primo oſtendit, qualia oportet eſſe percutiens, & percuſſum. Secundo quale oportet eſſe mediũ, ibi, [Amplius autem.] Dicit ergo primo, qđ ſicut prędictum eſt: ſonus non fit ex ꝑcuſſione quorumcunque corporũ. Dictum eſt n. ſupra quod pili, & ſpongia, & hmõi mollia non habent potentiam ſonandi. vnde nullum ſonum faciunt, etiã ſi percutiantur. Cuius rõ eſt, quia mollia cedũt percutienti, vnde ex percuſſione, nõ extruditur aer, vt ſic in eo poſſit formari ſonus ex ictu percutientis, & reſiſtentia percuſſi. Sed ſi huiuſmodi mollia comprimãtur, vt aliquam duritiem habeant, & reſiſtant percutienti, ſequitur ſonus, licet ſonus ſurdus Sed æs, & corpora lenia & concaua, ſua percuſſione faciunt ſonum. Neceſſe eſt n. quod illa, ex quorum percuſſione ſon⁹ redditur, ſint dura, vt aer extrudatur, quæ quidem extruſio eſt cauſa generationis ſoni. Requiritur etiam quod ſint lenia, vt ſit aer vnus, ſicut infra dicetur. Concaua aũt etiam percuſſa bene reddũt ſonum, quia in eis intus aer cõcluditur. Et cum illud, quod primo motum eſt, non poſſit ſtatim exire, ꝑcutit alium aerem, & ſic ex repercuſſione fiunt multi actus, & multiplicatur ſonus. Et propter hoc etiam illa, quæ in ſui compoſitione habent aerem bene diſpoſitum, ſunt bene ſonora, ſicut æs, & argentum. In quorum autem compoſitione aer non bene ſe habet, non ſunt bene ſonora, ſicut plumbum, & alia huiuſmodi, quæ ſunt magis feculenta, & terreſtria. Deinde cum dicit.

d ¶ Oſtendit quale ſit medium in quo generatur ſonus, & dicit quod medium in quo ſonus auditur eſt aer & aqua, ſed minus auditur in aqua, q̃ in aere, vnde ꝓpriiſſimũ medium tam in generatione ſoni, q̃ in auditu, eſt aer. Et quia mediũ in quolibet ſenſu, qualitatib. ſenſibilib. ſecundum illũ ſenſũ caret, vt poſſit oẽs recipere, manifeſtũ eſt qđ neq; aer, neq; aqua habent proprium ſonum, ſed neceſſarium eſt ad ſoni generationẽ in aere vel aqua qđ aliqua corpora firma, vel ſolida & dura percutiãt ſeinuicẽ, & percutiat aere. Quod aũt ſimul fiat percuſſio ſolidorũ adinuicẽ & per cõſequens ſon⁹ & ad aera, cõtingit cũ aer in ſua integritate manet, vt poſſit percuti, & nõ diuiditur ante percuſſionem. Et ꝓpter hoc videmus, ꝙ ſi aliquid tardo motu tãgat alterum, nõ facit ſonũ, quia prius recedit aer, & diſſoluitur, q̃ contactus ſolidorũ corporũ fiat. Sed ſi percuſſio ſit velox & fortis, tũc fit ſonus, quia ad hoc ꝙ fiat ſonus, oportet ꝙ motus percutiẽtis ꝑueniat diuiſionẽ aeris, vt aer adhuc adunatus, ſiue collectus ꝑcuti poſſit & in eo ſonus generari. Et eſt veroſimile, ſicut cũ aliquid velociter fertur, percutere põt aceruum lapidũ antequã diſſoluatur, quod nõ contingit ſi tarde moueatur. Et propter hoc etiã, quando aliquid velociter fertur in ipſo aere facit ſonum ex ſuo motu, quia ipſe aer adhuc adunatus, ſe habet in rõne percuſſi, & non ſolum medii. Deinde cum dicit.

e ¶ De-

e ¶ Determinat de ſecunda generatione ſoni, quæ fit per reuerberationem, qui quidem ſonus vocatur Echo. Primo ergo determinat quomodo generetur. Secundo oſtendit quomodo diuerſificetur in ſui generatione, ibi, [Videtur autem.] Conſiderandum eſt aũt circa primum, quod generatio ſoni in aere, conſequitur motum aeris, vt dictum eſt. Sic autem contingit de immutatione aeris apud generationẽ ſoni, ſicut de immutatione aquæ, cum aliquid in aquã proiicitur. Manifeſtum eſt enim, quod fiunt quędam regyrationes in circuitu aquę percuſſæ. Quæ quidem circa locũ percuſſionis ſunt paruæ, & motus eſt fortis. In remotis autẽ gyrationes ſunt magnæ, & motus debilior. Tandem mot⁹ totaliter euaneſcit & gyrationes ceſſant. Si aũt antequam motus ceſſet, gyrõnes illæ aliquod obſtaculum inueniant, fit motus gyrationis in contrarium, & tanto vehementius, quãto ꝓpinquius fiunt primæ percuſſioni. Sic igitur intelligendum eſt, ꝙ ad percuſſionem corporum ſonantium, aer in gyrum mouetur, & ſonus vndique diffunditur. Et in vicino quidem gyrationes ſunt minores, ſed motus fortior, vnde & ſonus fortius percipitur. In remotis autẽ gyrõnes ſunt maiores, & motus debilior, & ſonus obſcurius auditur. Tandem autem deficit totum. Si autem antequã hmõi gyrationes deficiant, fiat reuerberatio aeris ſic moti, & ſonũ deferentis ad aliquod corpus, gyrationes reuertentur in contrarium, & ſic auditur ſonus quaſi ex aduerſo. Et hæc vocatur Echo. Quod præcipue fit, quando illud obſtans ad quod repercutitur aer motus, eſt aliquod corpus concauum, quaſi quoddam vas determinans, & concludens aerem in ſua vnitate, & ideo prohibens ipſum diuidi. Tunc enim ille aer ſic vnitus & commotus, quia non poteſt vlterius motum protendere propter corpus obſtans, percutit iterum aerem, à quo percutiebatur, & fit motus in contrarium. Sicut accidit cum aliquis proiicit pilam, quæ hic ſphęra dicitur, & inueniens obſtaculum retro reſilit. Deinde cum dicit.

Te. com. 81.

Tex. c. 82.

f ¶ Oſtendit quomodo diuerſimode fit Echo. Et dicit quod videtur ſemper fieri Echo, ſed non ſemper fit certa, i. manifeſte perceptibilis. Et hoc oſtendit per ſimile. Dicit enim quod accidit in ſono, ſicut in lumine. Lumen enim ſemper repercutitur, ſed quandoque quidem eſt manifeſta repercuſſio luminis, quandoque autem non. Manifeſta quidem eſt repercuſſio luminis, quãdo repercutitur ab aliquo corpore fulgido, ita quod cum quadã claritate fit luminis repercuſſio, ſimili modo primæ luminis emiſſioni. Immanifeſta autem eſt repercuſſio luminis quando repercutitur ab aliquo corpore opaco, quia huiuſmodi repercuſſio fit ſine claritate, & radiorum emiſſione. Niſi enim à corporibus opacis fieret repercuſſio radiorum ſolis, non fieret lumen penitus, i. in qualibet parte aeris ſuperioris hemiſphęrii, ſed vbiq; eſſet tenebra extra ſolem, i. extra loca, ad quæ directe perueniunt radii ſolares. Non tamen ſic repercutitur lumen à corporib. opacis, ſicut ab aqua vel aere, aut aliquo de numero lenium corporũ, & terſorum, à quib. fit repercuſſio, cum claritate & radiorum emiſſione. Et ideo quia repercuſsio, quæ fit à corporib. opacis, non eſt ſimilis repercuſſioni, quæ fit à corporib. fulgidis, repercuſsio quæ fit à corporibus opacis facit tenebram, id eſt vmbram ex illa parte, vbi determinatur lumen manifeſtum quod eſt ex directa emiſsione radiorum ſolarium. Similiter autem quãdo repercuſsio ſoni fit ad corpus concauum, in quo natus eſt multiplicari ſonus, fit Echo certa, i. manifeſte comprehenſibilis. Quando autem ad alia corpora fit reuerberatio ſoni, quæ non ſunt nata multiplicare ſonum, non fit Echo manifeſta.

e Echo autem fit, cum ab aere vno facto propter vas determinans, & prohibens diffundi, iterum aer repellitur, ſicut ſphæra. f Videtur autem ſemper fieri Echo, ſed non certa, quia accidit in ſono, ſicut & in lumine. Etenim lumen ſemper repercutitur, neque enim fieret penitus lumen, ſed tenebra extra locum à ſole illuminatum. Sed non ſic repercutitur ſicut ab aqua, aut aere, aut & ab aliquo alio lenium vt vmbram faciat, qua lumen determinamus.

*Echo autẽ fit cum ab aere, qui propter vas quod eũ terminauit friarique prohibuit vnus efficitur, retro aer veluti pila pulſus fuerit.*

*Videtur autem ſemper Echo fieri, ſed non clara quandoquidem, vt in lumine, ſic vſu venit in ſono: etenim ſemper lumen refringitur, alioqui non fieret vbique lumen, ſed tenebræ, extra locum à ſole illuſtratum, ſed non ita refringitur, vt ab aqua vel aere, vel quouis alio læuium, vt vmbram efficiat, qua lumen terminamus.*

## LECTIO XVII.

a VAcuum autem recte dicitur proprium audiendi. Videtur enim eſſe vacuum aer. Hic autem eſt faciens audire, cũ moueatur continuus, & vnus. Sed propter id quod fragilis eſt nõ ſonat, niſi lene ſit quod percutitur, tunc autem vnus fit. Simul enim propter planum, vnũ enim eſt lenis planum. Sonatiuũ eſt igitur id, quod motiuum eſt vnius aeris continuitate vſque ad auditum.

b Auditus autem connaturalis eſt aeri, propter id autẽ quod in aere eſt, moto exteriori, & qui intus eſt, mouetur. Propter quod non vbique audit animal, neq; vbique pertranſit aer. Non enim vbiq; habet aerem mouenda pars, & animatum, ſicut pupilla humidum.

## LECTIO XVII.

*PEnes vacuum autem recte dicitur eſſe audiendi poteſtas, nam aer videtur eſſe vacuum, is autem eſt qui audire facit, cum mouetur continuus, & vnus, verum quia friabilis eſt, non perſonat, niſi res percuſſa ſit leuis, tunc autem vnus fit ſimul propter planum, nunc enim eſt leuis planum. Sonatiuum igitur eſt, quod continuatione vnum aerem, vſque ad auditum mouere poteſt.*

*Porro autẽ in auditu ineſt aer quidam natiuus, ſed quoniam in aere eſt moto externo, mouetur internum, quamobrem animal qualibet ſui parte non audit, neque quouis permeat aer, neque enim vbique habet aerem pars mouenda & animata.*

## LECTIO XVII.

a POſtquam Philoſophus determinauit de generatione ſoni, hic determinat de immutatione ſenſus à ſono. Et primo quantum ad immutationem medii. Secundo, quantum ad immutationem inſtrumenti, ibi, [Auditus autem.] Dicit ergo primo, quod medium in ſono eſt aer, recte dicitur à quibuſdam, quod vacuum eſt proprium ſenſui auditus, quia videtur eis quod vacuum ſit aer. Aer autem facit audire ſonum, cum moueatur, exiſtens vnus, & continuus, vt in eo poſsit formari ſonus. Et quia ad hoc quod formetur ſonus, neceſſaria eſt vnitas, & continuitas aeris, ideo nõ fit ſonus, niſi ſonabile quod percutitur, ſit lene. Lene enim eſt, cuius vna pars non ſupereminet alteri. Aſperum autem, cuius vna pars alicui ſupereminet. Vnde manifeſtũ eſt, ꝙ ſuperficies lenis corporis eſt ſimpliciter vna. Et propter hoc aer ꝓpter vnitatẽ plani, id eſt ſuperficiei fit vn⁹, & ſimul exiſtens. Si autem corpus non ſit lene, ſed aſperum, tunc ſuperficies nõ eſt vna. Et quia aer eſt frangibilis, id eſt facile diuiſibilis, ſequitur quod etiã aer non ſit vnus, & continuus, vnde non poteſt in eo formari ſonus. Sic igitur patet, quod illud eſt ſonans tantum, id eſt faciens ſonum, quod mouet aerem vnum, continuum exiſtentem à ſe vſque ad auditum. Sic ergo patet, quod illi qui dicunt, quod vacuum eſt proprium ſenſui auditus, dicunt aliquid recte, quia eſſe proprium auditus, competit aeri, quem vacuum eſſe dicunt. Non autem dicunt recte quantum ad hoc, quod plenum aere dicunt eſſe vacuum. Deinde cum dicit.

b ¶ Determinat de immutatione auditus à ſono, quantum ad ipſum organum ſenſus auditus. Et circa hoc tria facit. Primo oſtendit, quod aer appropriatur organo auditus. Secundo oſtendit, qualis ſit aer, qui competit organo auditus, ibi, [Per ſe quidẽ igitur.] Tertio oſtendit, quomodo auditus impeditur, vel nõ impeditur ex impedimẽto organi, ibi, [Propter hoc aũt & aqua. Dicit ergo primo, quod auditus connaturalis eſt aeri, ita quod ſicut humidum aqueum cõuenit inſtrumento viſus, ita aer conuenit inſtrumento auditus. Et hoc ideo, quia ſi attribuatur aer inſtrumento auditus, ſequitur quod eadem paſsio ſoni erit in aere exterius moto, & in aere qui mouetur intus, & eſt inſtrumentum auditus. Et ideo animal non audit in qualibet parte ſui corporis, neque aer ſonans generat ſonũ, ſiue penetrat quamcunque partem corporis animati, quia animatum non habet in qualibet ſui parte aerem, vt quælibet pars eius poſsit eſſe mouenda à ſono, ſicut etiam animatum habet humidum aqueum, non vbique, ſed in quadam parte determinata, ſcilicet pupilla. Deinde cum dicit.

*c* Per ſe igitur inſonabilis aer, propter id, quod facile frangibilis eſt, accedit. Cum vero prohibeatur diffluere, huiuſmodi motus ſonus eſt. Hic autem eſt in auribus ædificatus, in hoc vt immobilis ſit, quatenus exacte ſentiat omnes differentias motus.

*Aer igitur ipſe ſoni expers eſt: propterea quod eſt friatu facilis; cum autem prohibetur friari, tunc motus eius eſt ſonus, is porro qui in auribus eſt ſitus, propterea intus eſt conditus, vt ſit immobilis, nimirum vt exquiſite ſentiat omnes motus differentias.*

*d* Propter hoc autem & in aqua audimus. quoniam non ingreditur ad ipſum connaturalem aerem, ſed neq; in aurem, ꝑpter reflexiones ipſius. Cum autem hoc accidat, non audit, neque ſi meninga laboret, ſicuti neq; tum videmus, cum ea pellis, quæ pupillam tegit, morbo quopiam laborat.

G *Quo fit vt etiam in aqua audiamus. quoniam non penetrat in ipſum natiuum aerem, ſed ne in aurem quidem propter anfractus, quod cum contigerit, non audit, neque etiam ſi membrana ægrotauerit: quemadmodum pellis ea qua pupilla obenditur, cum ægrotauerit.*

*e* Sed ſignum eſt audiendi, aut non, ſonare ſemper aurem, ſicut cornu. Semper enim quodam proprio motu aer mouetur in auribus, ſed ſonus extraneus, & non proprius. Et propter hoc dicunt nos audire vacuo, & ſonanti, quia audimus habente determinatum aerem.

H *Quinetiam ſignum audiendi vel non audiendi eſt, ſi auris ſemper ſonet vt cornu, ſemper enim aer in auribus conditus motu quodam mouetur ſuo; ac ſonus alienus eſt, & non proprius; & propterea dicunt nos audire vacuo & ſonante, quia eo audimus quod definitum habet aerem.*

*f* Vtrum autem ſonet verberans, an quod verberatur? an vtrumque, modo autem altero. Eſt n. ſonus motus poſſibilis moueri hoc modo, quo quidem ſaltantia à lenibus cum aliquis ea traxerit. Non igitur, ſicut dictum eſt, omne ſonat, quod verberatur, & verberans, vt ſi obiiciatur acus acui, ſed oportet quod percutitur, planum lene, regulare eſſe, vt aer ſubito diſſiliat, & moueatur.

I *Vtrum autem ſonat id, quod verberat, an quod verberatur? An & vtrumque, modo tamen diuerſo, eſt enim ſonus motus eius quod poteſt moueri, veluti quæ reſiliunt à læuibus, cum quis percuſſerit. nam vt diximus, non quiduis ſonat dum percutitur & percutit: Verbi cauſa, ſi acus acum feriat. ſed oportet vt id quod percutitur planum ſit, ita vt aer confertim reſiliat, & quatiatur.*

*g* Differentiæ autem ſonantium, in ſono ſecundum actum oſtenduntur. Sicut enim non videntur colores ſine lumine, ſic neque ſine ſono, acutum & graue.

*Differentiæ autem ſonantium in ſono qui actu eſt, pateſiunt, vt enim colores ſine lumine non cernuntur, ſic nec acutum & graue ſine ſono.*

*h* Hæc autem dicuntur ſecundum metaphoram ab illis quæ tanguntur.

*Hæc autem per translationem dicuntur à tactilibus.*

F *e* ¶ Oſtendit qualis ſit aer, qui appropriatur inſtrumento auditus. Et dicit, quod cū omne habens ſonum ſit aptum natum reſiſtere percutienti, manifeſtum eſt ꝙ aer ꝑ ſe non hēt ſonum eo quod de ſe non eſt natum reſiſtere percutienti, ſed facilime cedit. Prohibetur enim ceſſio ei⁹, ſiue diffluxus ab aliquo corpore ſolido, & iō cum hoc accidit, motus aeris reddit ſonum. Text.cō.83. Dictum eſt enim, ꝙ ad generationem ſoni, oportet fieri percuſſionem duorum ſolidorum adinuicē & ad aerem. Sed aer qui eſt connaturalis auditui [eſt ædificatus] id ē firmiter diſpoſitus in auribus, cū hac proprietate ꝙ ſit immobilis, ad hoc ꝙ animal poſſit ſentire per certitudinem oēs differentias motus. Sicut enim humidum aqueum, ꝙ eſt in pupilla, caret omni colore, vt poſſit cognoſcere omnes colorum differentias, Te.com.84. ita oportet quod aer qui eſt intra tympanū auris, careat omni motu, ad hoc ꝙ poſſit diſcernere omnes ſonorum differentias. Deinde cum dicit.

*d* ¶ Oſtēdit quomodo impediatur auditus ex impedimento organi. Te.com.85. Ponit aūt duo impedimenta, ſecundum duo quæ dixit eſſe neceſſaria ad organum audit⁹. Quorum primū eſt, quod ſit ibi aer. Secundum eſt, qđ ille aer ſit immobilis. Primum ergo impedimentū eſt ex hoc quod ipſe aer corrūpitur. Et ideo ex prædictis manifeſtum eſt, quod in aqua auditus fit, Te.com.86 ita dumtaxat quod aqua non ingrediatur ad ipſū connaturalem aerē, quem dixit ædificatum eſſe in auribus, ſed neq; ēt in aurem ingrediatur, ꝙ impoſſibile eſt propter reflexiones, quę prohibent introitum aquæ in aurem. Sed cum hoc accidit, ꝙ aqua ſcilicet ingrediatur ad naturalem aerem, non audit animal propter corruptionem aeris, qui eſt neceſſarius ad audiendum, ſicut etiam, ſi K corrumpatur humidum pupillę, ex immiſſione alicuius extranei, impeditur viſio. Et non ſolum ex corruptione aeris impeditur auditus, ſed etiam [ſi meninga] id eſt pellis circundans aerem, aut aliqua pars coniuncta [lab‍oret] id eſt infirmetur, ſicut etiam viſio impeditur, ſi impediatur pellis pupillæ, quæ continet humorem aqueum pupillæ. Quidam autem libri habent quod in aqua non audimus. Quod eſt contra illud quod dictum eſt, quod audimus in aere & in aqua, & cōtra illud quod Li.4.c.8. Philoſophus dicit in Lib. de Hiſt. animalium, quod animalia audiunt in aqua. Licet enim aqua non ingrediatur ad interiorem aerem, tamen poteſt eum commouere, & ſic imprimere in ipſum ſpeciem ſoni. Secundum autem impedimentum auditus, ponit ibi.

*e* ¶ Et hoc impedimentū prouenit ex hoc, quod aer, qui eſt in auribus, non eſt immobilis, vnde dicit ꝙ ſignum ꝑ quod pōt diſcerni, vtrum aliquis ſit boni auditus, vel non, eſt quod ſemper audiat tinnitum in auribus, & ſonum, ſicut auditur cū apponitur cornu ad aures, propter motum aeris in cornu. Cum n. hoc accidit, homo non eſt boni auditus, quia aer in aurib. ſic audientis tinnitum, ſemper mouetur quodam proprio motu. Sed ab inſtrumento auditus, ſonus debet eſſe extraneus, & nō proprius, ſicut inſtrumentum viſus recipit extraneum colorem, & non habet proprium. Si autem haberet proprium, impediretur viſio. Et ſimiliter ſi aer, qui eſt in auribus, habeat proprium motum, & ſonum, impeditur auditus. Quia igitur auditus fit per aerem, propter hoc aliqui credentes aerem eſſe vacuum, dicunt nos audire vacuo, & ſonanti, quia ſcilicet pars qua audimus, habet aerē determinatū i. immobilē, & diſtinctum ab aere exteriori. Deinde cum dicit.

*f* ¶ Mouet quæſtionem circa generationē ſoni, vtrum cauſa actiua ſoni ſit verberans, aut quod verberatur. Et determinat quod vtrumque eſt cauſa, ſed alio, & alio modo: quia enim conſequitur ſonus motum, neceſſe eſt quod ſicut aliquid eſt cauſa actiua motus, ita aliquid eſt cauſa actiua ſoni. Generatur autem ſonus ex motu, quo aliquid percutiens, propter reſiſtentiam percuſſi reſilit, eo ſ. modo quo [ſaltantia], i. reſilientia mouentur à lenibus, & duris, cum aliquid [ea traxerit], i. fortiter impulerit. Manifeſtum eſt igitur, quod primum percutiens mouet, & iterū percuſſum, inquantum facit reſilire percutiens, & ſic vtrumque eſt cauſa actiua motus. Et quia in generatione ſoni neceſſe eſt quod quædā reſilitio fiat ex reſiſtentia percuſſi, nō omne quod verberat & verberatur ſonat, ſicut dictum eſt prius, puta ſi obiciatur acus acui, nō fit ſonus. Sed ad hoc quod generetur ſonus, oportet hoc quod percutitur eſſe regulare, id eſt eſſe ſic diſpoſitum, vt aer ſubito diſſiliat ex eius reſiſtentia, & moueatur, & ex tali motu generetur ſonus. Deinde cum dicit.

*g* ¶ Determinat de differentiis ſonorum. Et circa hoc duo facit. Primo oſtendit quomodo percipiantur. [Secundo quomodo nominentur, ibi, [Hæc autem dicuntur.] Dicit ergo primo, ꝙ diuerſæ res ſonantes faciunt diuerſos ſonos. Sed huiuſmodi differentiæ ſonantium, ſecundum quod natæ ſunt facere diuerſos ſonos, non manifeſtantur, quando ſonus eſt in potentia, ſed ſolum quando ſonus eſt in actu. Sicut n. non videntur colores ſine lumine, ſic non percipiuntur acutum & graue in rebus ſonatiuis, niſi fiat ſonus in actu. Deinde cum dicit.

*h* ¶ Oſtēdit qūo differentiæ ſonorū nominentur. Et circa hoc quatuor facit. Primo oſtēdit vnde ſumantur nomina ſonorū, & dicit quod ſumuntur ſecundum metaphoram à qualitatib. tangibilib. Manifeſtum eſt n. quod acutum & graue inter qualitates tangibiles computantur. Secundo ibi.

*i* ¶ Ponit rationes nominum. Et dicit quod ille ſonus acut⁹ eſt, qui multum mouet ſenſum auditus in pauco tempore, grauis autem ſonus eſt, qui multo tempore mouet parum. Tertio ibi. A

*k* ¶ Quia prædictæ rationes videntur eſſe velocis, & tardi, velox n. eſt quod in paruo tempore multum mouetur, tardũ aũt quod in multo tempore, parum. Oſtendit qualiter ſe habet acutum, & graue in ſonis, ac velox & tardum in motibus: & dicit quod velox non eſt idem quod acutũ, nec graue in ſonis eſt idem quod tardum, ſicut nec ſonus (cuius differentiæ ſunt graue & acutum) eſt idẽ quod motus, cuius differentię ſunt velox & tardum. Sed ſicut motus eſt cauſa boni, ita velocitas mot⁹ eſt cauſa ſoni acuti, & tarditas motus eſt cauſa ſoni grauis. Sed hoc intelligẽdum eſt, cum ſonus cauſatur ab vno motu: cum autem cauſatur ex pluribus motibus, frequentia motuũ ẽ cauſa acuti ſoni, & tarditas eſt cauſa grauis, vt dicit Boetius in Muſica. *Te.com.87.* Vnde & chorda magis tenſa acuti⁹ ſonat, quia ex vna percuſſione frequentius mouetur. Quarto ibi.

*l* ¶ Aſſimilat differentias ſonorum qualitatibus tangibilibus, à quibus nominãtur, & dicit, ꝙ ea quę ſunt circa tactum, habent ſimilitudinem cum acuto, & hebeti in ſonis: quia acutus ſonus quaſi pũgit auditum, eo ꝙ in pauco tempore mouet ipſum: hebes autem quaſi pellit, quia in multo tẽpore mouet. Vnde vnum eorum accidit cum velocitate motus, aliud cum tarditate. *Te.com.88.* Vltimo concludit quod ſic de ſono determinatum ſit.

*i* Acutum enim mouet ſenſum in pauco tempore multum. Graue autem in multo, paucum.

*k* Neque tamen velox eſt acutum, graue autem tardum. Sed fit illius quidem propter velocitatem talis motus, huius autem propter tarditatem.

*l* Et videntur ſimilitudinem habere circa tactum cum acuto, & hebeti. Acutum enim quaſi pungit, hebes quaſi pellit, propter id quod mouet, hoc quidem in pauco, illud autem in multo. quare accidit, hoc quidem velox, illud autem, tardum eſſe. De ſono igitur ſic determinatum ſit. B

*LECTIO XVIII.*

*a* VOx autem, ſonus quidam eſt animati. Inanimatorum enim nullum vocat, ſed ſecundum ſimilitudinem dicuntur vocare, vt tibia, & lyra, & quæcunque alia inanimatorum, extenſionem habent, & melos, & locutionem. Aſſimilantur enim, quia & vox hæc habet. C

*b* Multa autem animalium, vocem non habent, vt quę ſunt ſine ſanguine, & ſanguinem habentium, piſces. Et hoc rationabiliter, ſiquidem motus, ſonus eſt. Sed qui dicuntur vocem habere vt qui in Acheloo, ſonant branchiis, aut quodam altero huiuſmodi. D

*c* Vox autẽ ſonus animalis eſt, & non qualibet parte. Sed quoniam omne ſonat, verberante aliquo, & aliqui d, & in aliquo, hoc autẽ

*Acutum enim mouet ſenſum breui tempore, multum; graue longo tempore, parum.*

*Neque vero acutum velox eſt neque graue tardum. ſed motus vnius ſit talis propter velocitatem; alterius, propter tarditatem.*

*a. l. ſic demum acutũ velox eſt, & graue tardum.*

*Atque videntur proportione reſpondere ei acuto & obtuſo quod in tactu conſiſtit; acutum enim quaſi pungit: obtuſum, quaſi pellit: propterea quod vnum in multo, alterum in pauco mouet tempore; itaque accidit, vt alterum velox, alterum tardum ſit. Ac de ſono quidem ſic expoſitum ſit.*

LECTIO XVIII.

*VOx autem eſt ſonus quidam animati; nullum enim inanimatorum voce vtitur, ſed ſimilitudine quadam dicuntur vocem emittere, & tibia, vt lyra: cæterorũque inanimatorum quæcunque habent extenſionem & melos & locutionem, ſunt enim ſimilia, quia & vox hæc eadem habet.*

*Multa autem animalia non habent vocem, vt exanguia: & inter ſanguine prædita, piſces; neque adeo iniuria; ſiquidem ſonus motio quædam eſt aeris. ſed quos ferunt vocem mittere, vt in Acheloo amne piſces quoſdam: ii ſonant branchiis, vel eius generis alio.*

*Vox autem eſt ſonus animalis, nec quauis parte, ſed quoniam omnia ſonant percutiente aliquo, & aliquid, & in aliquo, idque eſt aer, merito, ea*

*LECTIO XVIII.*

*a* POſtquã Philoſophus determinauit de ſono, hic determinat de voce, quæ eſt ſpecies ſoni. Et diuiditur in partes duas. In quarum prima præmittit quædã, quæ ſunt neceſſaria ad diffinitionem vocis. In ſecunda diffinit vocem, ibi, [ Quare percuſſio. ] Circa primum duo facit. Primo oſtendit, quorum ſit habere vocẽ. Secundo ꝗd ſit proprium organum vocis, ibi, [ Vox autem ſonus. ] Circa primum duo facit. Primo oſtendit quod habere vocem eſt animatorum. Secundo oſtendit quorum animatorum, ibi, [ Multa autem animalium. ] Dicit ergo primo, quod vox eſt quædam ſpecies ſoni, eſt enim ſonus animati, non autem quorumlibet, ſed quorundam, vt poſt patebit. *Intex. ſeq.* Nullum autem inanimatum habet vocem. Et ſi aliquando aliquod eorum dicatur habere vocem, hoc eſt ſecundum ſimilitudinem, ſicut tibia, & lyra, & huiuſmodi inſtrumenta dicuntur habere vocem. *Te.com.90.* Habent enim tria eorũ ſoni, in quibus aſſimilantur voci. Quorum primum eſt extenſio. Manifeſtum eſt enim quod in corporibus inanimatis ex ſimplici percuſſione cauſatur ſonus, vnde cum percuſſio ſtatim trãſeat, ſonus etiã cito tranſit, & nõ continuatur. Sed vox cauſatur ex percuſſione aeris ad vocalem arteriã, vt poſt dicetur, quæ quidẽ percuſſio continuatur ſecundũ appetitum animæ, & ideo vox extendi poteſt, & continuari. Illa igitur inſtrumenta, de quib. dictum eſt, ex hoc ipſo quod hñt quandam continuitatem in ſuo ſono, habent ſimilitudinẽ vocis. Secundum autem, in quo aſſimilantur voci, eſt melos, id eſt conſonantia. Sonus enim corporis inanimati, cum ex ſimplici percuſſione proueniat, vniformis eſt, non habens in ſe diuerſitatem grauis, & acuti: vnde in eo nõ eſt conſonãtia, quæ ex eorum proportione cauſatur. Sed vox diuerſificatur ſecundum graue & acutum, eo quod percuſsio, quæ cauſat vocem, diuerſimode fit ſecundum appetitum animalis vocẽ emittentis. Vnde cũ in prędictis inſtrumentis diſtinctio ſit grauis & acuti in ſono, eorum ſonus eſt cum quadam melodia ad ſimilitudinẽ vocis. Tertium, in quo ſonus horum inſtrumentorum habet ſimilitudinẽ vocis, eſt locutio, i. interpretatio ſonorũ ad ſimilitudinem locutionis. Manifeſtũ eſt enim, quod humana locutio non eſt continua, vnde & in libro Prædicamentorum, oratio quæ in voce profertur, ponitur ſpecies quãtitatis diſcretæ. Diſtinguitur enim oratio per dictiones, & dictio ꝑ ſyllabas, & hoc accidit ꝓpter diuerſas ꝑcuſſiones aeris ab aĩa. Et ſimiliter ſon⁹ prædictorũ inſtrumentorum diſtinguitur ſecundũ diuerſas percuſſiones, vtpote diuerſarum chordarum, vel diuerſorum flatuũ, aut aliquorum huiuſmodi. Deinde cum dicit.

*b* ¶ Oſtendit quorum animatorum ſit habere vocem, & dicit quod etiam multa animalia ſunt, quę non habent vocem, ſicut omnia carentia ſanguine, quorum quatuor ſunt genera, vt dicitur in li. de Animalibus, ſ. mollia quæ habent mollem carnem exterius, vt pulpi, & ſepię, & animalia mollis teſtæ, vt cancri, & animalia duræ teſtæ, vt oſtreæ, & animalia anuloſi corporis, vt apes & formicæ, & huiuſmodi. *li. 4 de hiſt. Animaliũ c. 9.* Nullum n. horum habet ſanguinem, neque vocem. Et ſimiliter etiam aliqua animalium habentium ſanguinem, non habent vocem, ſ. piſces. Et hoc rationabiliter accidit, quia ſonus eſt quidam motus aeris, vt ſupra dictum eſt. Huiuſmodi aũt animalia non reſpirant aerem, & ideo non habent proprium ſonum, qui ſit vox. *Tex. c. 83.* E Sed quod aliqui piſces dicuntur habere vocem, ſicut qui ſunt in Acheloo, ꝙ eſt proprium nomen fluuii, non habent proprie vocem, ſed faciunt quendam ſonum cum branchiis, quib. expellunt aquã, & attrahunt aerem, aut aliquo alio inſtrumento motus. Deinde cum dicit.

*c* ¶ Oſtendit, quid ſit organũ vocis. Et circa hoc tria facit. Primo oſtẽdit, quod idem eſt organum vocis & reſpirationis. Secundo oſtendit ad ꝗd reſpiratio ſit vtilis, ibi, [ Iam n. reſpirato. ] Tertio oſtendit quid ſit organum reſpirationis, ibi [ Organum autem. ] Dicit ergo primo, quod quamuis vox ſit ſonus animalis, non tamen cuiuſcunque partis animalis, ſonus eſt vox. Sed quia ad generationem ſoni requiritur quod ſit percuſſio ali-

alicuius ad aliquid, & in aliquo, quod eſt aer, rationabile eſt, ꝙ illa ſola animata vocem habeant, quæ aerem reſpirando ſuſcipiunt, & ex eadem parte, vnde reſpirant. Deinde cum dicit. F

d ¶ Dicit, quod natura vtitur aere reſpirato, ad duo opera, ſicut etiam vtitur lingua ad guſtũ, & ad locutionem, quorũ duorum guſtus eſt neceſſari⁹: eſt n. diſcretiuus alimenti conuenientis; quo conſeruatur animal, & ꝓpter hoc pluribus animalibus ineſt. Sed interpretatio quæ fit per locutionem, eſt ad bene eſſe. Et ſimiliter aere reſpirato natura vtitur ad mitigationem caloris naturalis, quod eſt neceſſarium, & huius cauſa dicta eſt in libro de Reſpiratione, & vtitur aere reſpirato ad formationem vocis, quod eſt ad bene eſſe. Deinde cum dicit.

Te.com.89. e ¶ Oſtendit quod ſit organum reſpirationis, & dicit ꝙ organum reſpirationis eſt vocalis arteria, quæ eſt ordinata ad pulmonem, vt ei deſeruiat ad aeris attractionem. Aer n. neceſſe eſt vt recipiatur in pulmone, quia animalia greſſiua habẽt in hac parte plus de calore, quam in aliis partibus. Pulmo n. cõiungitur cordi, in quo eſt principium caloris naturalis, & iõ locus qui eſt circa cor, indiget reſpirõne ad refrigerium caloris naturalis. Dicitur aũt [locus primus,] vel quia eſt primus poſt cor, pulmo, vtpote ei vicinior, vel quia cor eſt prima pars aĩalis, & quantum ad generationem, & quantum ad cãlitatem motus & pp hoc neceſſe eſt vt aer ingrediatur ad pulmonem, ad refrigerium caloris naturalis cordis. Vel hoc ꝙ dicit, quia [in hac parte aĩalia pedibus gradientia hẽnt plus caloris aliis] intelligendum eſt aliis animalib. Manifeſtũ eſt n. ꝙ aĩalia habentia ſanguinem, habẽt plus de calore naturali carentib. ſanguine. Et in genere habentium ſaguinem, habent piſces minus de calore naturali. Et propter hoc, animalia carentia ſanguine, & piſces non reſpirant, vt ſupra dictum eſt. Deinde cum dicit

Tex. c. 90. Tex. cõ. 91.

Te com.87. f ¶ Ex pręmiſſis, vocis diffinitionẽ concludit. Et circa hoc duo facit. Primo ponit diffinitionem vocis. Secundo manifeſtat eã, ibi, [Non n. omnis.] Dicit ergo primo quod quia vox eſt ſonus animati, & ex illa parte qua aerem reſpirat, omnis autẽ ſonus eſt ex aliqua percuſſione aeris, ſequitur quod vox ſit reſpirati percuſſio aeris, ad arteriam vocalem, quę quidem percuſſio fit ab anima quæ eſt in his partibus, id eſt principaliter in corde. Quamuis enim anima, ſit in toto corpore, vt eſt forma animalis, tamen vis eius motiua eſt principaliter in corde. Datur autem hæc diffinitio per cauſam. Non enim vox eſt percuſſio, ſed ſonus ex pecuſſione cauſatus. Deinde cum dicit.

eſt aer, rationabiliter vtique vocem habebunt hæc ſola, quęcunque ſuſcipiunt aerem.

d Iam enim aere reſpirato vtitur natura ad duo opera, ſicut lingua, & ad guſtum, & locutionem. Quorum quidem, guſtus neceſſarius eſt, vnde & pluribus ineſt. Interpretatio autem eſt propter G bene eſſe. Sic & ſpiritu, & ad calorem interiorem, quod eſt neceſſarium, cauſa autem in aliis dicetur, & ad vocem, vt ſit bene.

e Organum autem reſpirationis, vocalis arteria eſt. Cuius autem cauſa hæc pars, eſt pulmo. Hac enim parte plus habent caloris, pedib gradientia, aliis. Indiget autem reſpiratione, & circa cor locus primus. Vnde neceſſe eſt interius reſpirante, ingredi aerem. H

f Quare percuſſio reſpirati aeris ab anima, quæ eſt in his partib. ad vocalem arteriam vox eſt.

g Non enim omnis ſonus animalis vox eſt, ſicut diximus. Eſt enim & lingua ſonare, & ſicut tuſſientes. Sed oportet & animatum verberans, & cum imaginatione aliqua. Significatiuus enim quidam ſonus eſt vox & non reſpirati aeris, ſicut tuſſis, ſed iſto verberat eum aerem qui eſt in arteria, ad ipſam. I

h Signum autem eſt non poſſe vocem formare reſpirãtem, neque expirãtem, ſed detinentem. Mouet enim iſto retinens. Manifeſtum autem, & cur piſces ſint ſine voce. Non enim habẽt guttur. Hanc autem partem non habent, quia non recipiunt aerem neque reſpirant. Sed qui dicunt ſic peccant. Propter quam igitur cauſam, altera ratio eſt. K

*ſola vocem fundere cenſendum eſt, quæcunque recipiunt aerem.*

*Iam enim ſpiritu abutitur natura ad duo officia, vt lingua ad guſtatum & ad ſermonem (quorum guſtatus quidem neceſſarius eſt, quamobrem pluribus etiam ineſt, ſermo vero, vt bene ſit) ſic quoque ſpiritu tum ad natiuum calorem, vt quod ſit neceſſarium (cauſa autem alias dicetur) tum vero ad vocem, vt id quod bene eſt, adſit.*

*Inſtrumentum autem ſpiritus eſt guttur, id vero cuius gratia hæc pars eſt pulmo eſt; hac enim parte plus habent caloris pedeſtria quam cætera. Indiget etiam reſpiratione locus is qui circa cor eſt primus. quocirca neceſſe eſt intro ſpiritu ductum intrare aerem.*

*Itaque ictus ſpiritu ducti aeris ab anima quæ eſt in his partibus, ad eam partem quæ arteria vocatur, vox eſt. Neque enim quilibet ſonus animalis vox eſt, vt diximus: licet enim & lingua ſonum edere, vt qui tuſſiunt, ſed oportet id quod verberat animatum eſſe, & cum phantaſia quadam. vox enim ſonus eſt ſignificans, & non aeris qui ſpiritu ducitur, vt tuſſis, ſed hoc ipſo ferit eum qui eſt in arteria, ad ipſam.*

*Cuius rei indicium eſt, quod nemo poſſet vocem emittere ducens, aut reddens ſpiritum, ſed retinens, hoc enim ipſo mouet, qui retinet. Patet etiam cauſa, cur piſces ſint vocis expertes, nimirum, quia non habent guttur, hanc porro partem non habent, quia non recipiunt aerem, neque ſpirant, ſed qui ita dicunt aberrant: cauſa autem, ad altam ſit reiecta diſputationem.*

g ¶ Manifeſtat prædictam diffinitionem. Et primo quantum ad hoc quod dixerat, quod percuſſio vocalis eſt ab anima. Secundo quantum ad hoc quod dixit, quod eſt aeris reſpirati, ibi, [Signum autem.] Poſuerat enim tria in diffinitione vocis. Percutiens ſcilicet animam. Percuſſum, ſcilicet aerem reſpiratum. Et ad quod fit percuſſio, ſcilicet vocalem arteriam, quorum tertiũ ſupra manifeſtauerat, vnde reſtabat quod duo prima manifeſtaret. Dicit ergo primo, quod ſicut ſupra dictum eſt non omnis ſonus animalis eſt vox. Contingit enim linguam facere aliquos ſonos, qui tamen non ſunt voces, ſicut & tuſſientes faciunt ſonum, qui tamen non eſt vox. Oportet enim ad hoc quod ſit vox, quod verberans aerem ſit aliquid animatum, & cum imaginatione ad aliquid ſignificandum. Oportet enim quod vox ſit ſonus quidam ſignificans, vel naturaliter, vel ad placitum, & propter hoc dictum eſt, quod huiuſmodi percuſſio eſt ab anima. Operationes n. animales dicuntur, quæ ex imaginatione procedunt. Et ſic patet quod vox non eſt percuſſio reſpirati aeris, ſicut accidit in tuſſi. Sed id cui principaliter attribuitur cauſa generationis vocis, eſt anima, quæ vtitur iſto aere, ſcilicet reſpirato ad verberandum aerem qui eſt in arteria, ad ipſam arteriam. Aer ergo non eſt principale in vocis formatione, ſed anima quæ vtitur aere, vt inſtrumento ad vocem formandam. Deinde cum dicit.

h ¶ Oſtendit aliam partem diffinitionis, ſcilicet quod vox ſit percuſſio aeris reſpirati, & dicit quod ſignum huius eſt duplex: vnum quia animal non poteſt formare vocem, neque dum attrahit aerem reſpirando, neque dum expellit expirando, ſed dum retinet aerem, quia dũ retinet, iſto aere retento, & percutiente aerem exiſtentem, in vocali arteria cauſat motum ad formationem vocis. Aliud ſignum eſt, quod piſces non habent vocem, non enim habent guttur, i. vocalem arteriam, & hanc partem non habent, quia non recipiunt aerem, neque reſpirant. Sed qui dicunt hoc quod piſces reſpirant, peccant. Quare autem piſces non reſpirant, alia ratio eſt, pertinet enim ad ſcientiam in qua conſiderantur particularia accidentia animalium.

LECTIO XIX.

a DE odore autem & olfactibili, minus bene determinabile eſt, dictis. Non enim manifeſtum eſt quale quid ſit odor, ſicut ſonus, aut viſibile, aut lumen. Cauſa autem eſt, quia ſenſum hunc non habemus certum, ſed peiorem multis animalibus. Praue enim odorat homo, & nihil odorat odorabilium, ſine lætitia & triſtitia, tanquam non exiſtente certo, eo quo ſentimus. B Rationabile eſt autē ſicut, & fortes oculis colores ſentire, & non per manifeſtas ipſis eſſe differentias colorum, niſi terrentium & non terrentium, ſic & odores hominum genus.

b Videtur enim & olfactus analogiam habere ad guſtum, & ſimiliter ſpecies humorum, cum his quæ ſunt odoris: Sed certiorem habemus guſtum, propter C id quod ipſe quidem tactus eſt, hunc autem ſenſum habet homo certiſſimum. In aliis enim deficit ab animalibus multis. Secundum autem tactum, longe excellentius certiuſque quam cætera animalia iudicat, vnde & prudentiſſimum animalium eſt. Signum autem, in genere hominum, ſecundum ſenſum hunc ingenioſos eſſe, & non ingenioſos, ſecundum alium autem nullum. Duri enim carne, inepti D mente. Molles autem carne, bene apti.

LECTIO XIX.

*DE odore & odorabili minus facile explicare eſt, quam de iis quæ dicta ſunt, nō enim conſtat quale quid ſit odor, quomodo ſonus aut lumen aut color, cauſa eſt, quia non habemus exquiſitum hunc ſenſum, ſed deteriorem compluribus animalib. homo enim exiliter olfacit, atque ſine dolore & voluptate nihil ſentit odorabilium, vtpote B cum non ſit exquiſitum hoc inſtrumentum. Conſentaneum etiam eſt quæ durioribus ſunt oculis eodem modo colores ſentire, neque perſpicuas eis eſſe colorum differentias, niſi cum terrore & ſine terrore, eodem etiam pacto odores hominum genus.*

*Enimvero ſpecies ſaporum, ſi ad guſtum conferas, cum ſpecieb. odoris habere proportionem ac ſimilitudinem videntur. Sed exquiſitiorem habemus C guſtatum, propterea quod tactus ſit quidam, & hunc ſenſum homo habeat exquiſitiſſimum. in reliquis n. longe inferior eſt cæteris animantibus; at vero tactu, præter cætera omnia exquiſite ſuo fungitur munere; & ideo prudentiſſimum eſt animalium, argumento quod in genere hominum ob inſtrumentum hoc, ingenioſi ſunt & tardi, nec ob vllum aliud; qui enim duras habent carnes, tardo ſunt ingenio, qui vero molles, ingenioſi.*

LECTIO XIX.

a POſtquam Philoſophus determinauit de viſibili & audibili, nunc tertio determinat de odorabili. Et diuiditur in partes duas. In prima determinat de odorabili, vt ſic. In ſecūda determinat de odorabili, ſecundum ꝙ immutat ſenſum olfactus, ibi, [Eſt autem olfactus.] *Tex. c. 92.* Circa primum duo facit. Primo determinat de odorabili ſecundum ſe. In ſecunda de non odorabili ſecundum quod odoratu percipitur, ibi, [Adhuc autem.] Circa primum duo facit. Primo oſtēdit difficultatem determinandi de odorabili. Secundo oſtendit quomodo accipiatur cognitio odorabiliū, ibi, [Videtur enim & analogia.] Dicit ergo primo, ꝙ non ita bene determinari poteſt de odore, & odorabili, ſicut de prædictis ſenſibilibus, ſ. audibili & viſibili, quia non manifeſtum eſt nobis quid ſit odor, ſicut quid eſt ſon⁹, aut quid eſt viſibile, aut lumen, vel aliquid huiuſmodi. Et huius cauſam aſſignat, quia ſenſum odoratus non habemus bonum q per ſpicaciter & per cer- *Tex. cō. 94.* titudinem cognoſcat ſuum obiectum, ſed habemus eum peiorem multis aliis animalibus. Cuius ratio eſt, quia cum inſtrumentum ſenſus debeat eſſe proportionatum ſuo ſenſibili, ſicut odor cauſatur ex calido & ſicco, ita ad bonitatem inſtrumenti odoratus, exigitur victoria calidi & ſicci. Homo autē habet cerebrum, in cuius vicino poſitum eſt inſtrumētum olfactus, maius omnibus aliis animalibus, ſecundum proportionem *Lib. 1. c. 16.* ſui corporis, vt Philoſophus dicit in libro de Animalibus. vnde cum cerebrum ſit humidum, & frigidum in ſe conſideratum, impeditur in homine bonitas olfactus, & propter hoc praue odorat homo, & nihil odorabilium percipit, niſi quod eſt ſecundum aliquam excellentiam inducens delectationem, aut cōtrarium, quod contingit propter ſenſum, qui nō eſt perſpicax ad certitudinaliter diſcernendum de ſuo obiecto. Vnde rationabile eſt, quod hominum genus ſic ſe habeat ad percipiendū odores, ſicut ſe habent animalia habentia duros oculos, E vt locuſtæ, & quidam piſces ad percipiendos colores, quos propter debilitatem viſus, ex ineptitudine organi, nō percipiunt, niſi in quadam excellentia, prout ex eis ingeritur eis aliquis terror, vel eius contrarium. Deinde cum dicit.

b ¶ Oſtendit qūo innoteſcant nobis differentiæ odorum. Et circa hoc duo facit. Primo oſtendit, ꝙ differentiæ odorū nobis innoteſcunt per comparationē ad differentias ſaporū. Secundo oſtēdit qūo reſpondent differentię odorū differentiis ſaporum, ibi, [Eſt autem ſicut humor.] Dicit ergo primo, ꝙ ſenſus olfactus in homine, videtur habere quandam conuenientiā, & proportionem ad guſtum, & ſimiliter ſpecies humorū, i. ſaporum ad ſpecies odoris. Vnumquodque autem ignotū cognoſcitur per id ꝙ eſt magis manifeſtum. Vnde cum ſpecies ſapo- A rum ſint nobis maxime manifeſtę, ſpecies odorum, q̃ ſunt nobis ignotę, & habent affinitatem ad ſpecies ſaporum, ſub eorū ſimilitudine à nobis cognoſcuntur. Species autem ſaporū ſunt nobis manifeſtæ, quia ſenſum guſtus habet hō certiorem quā alia animalia, quia guſtus eſt tactus quidam, tactū autem hēt certiſſimum aliis aīalibus, licet in aliis ſenſib. deficiat à quibuſdam animalibus. Sunt enim quædam animalia quæ melius vident, audiunt, & olfaciunt q̃ hō, ſed hō ſecundū tactū multū differt in certitudine cognitionis, ab aliis animalib. Vnde quia hō habet optimum tactū, ſequitur quod ſit prudentiſſimum omnium aliorum animalium. Et in genere hominum ex ſenſu tactus accipimus quod aliqui ingenioſi ſunt, vel non ingenioſi, & non ſecundum aliquem alium ſenſum. Qui enim habent duram carnem, & per conſequens habent malum tactum, ſunt inepti ſecundum mentē: qui vero ſunt molles carne, & per conſequens boni tactus, ſunt bene apti mente. Vnde etiā alia animalia habent duriores carnes, quam homo. Sed videtur ꝙ aptitudo mentis magis reſpōdeat bonitati viſus quā bonitati tact⁹ quia viſus eſt ſpūalior ſenſus, & plures differentias rerū demonſtrat. Sed dicendū ē, ꝙ duplici ex cauſa bonitas mentis reſpondet bonitati tactus. Prima ratio eſt, quod tactus eſt fundamentū omnium aliorum ſenſuum. Manifeſtum eſt quod organum tactus diffunditur per totum corpus, & ꝙlibet inſtrumentū cuiuſcunque ſenſus eſt etiam inſtrumentum tactus, & illud ex quo aliquid dicitur eſſe ſenſitiuum eſt ſenſus tactus. Vnde ex hoc quod aliquis habet meliorem tactum, ſequitur quod ſimpliciter habet meliorem ſenſitiuam naturam, & per conſequens quod ſit melioris intellect⁹. Nam bonitas ſenſus eſt diſpoſitio ad bonitatem intellectus. Ex hoc autem quod aliquis habet meliorem auditū, vel meliorē viſum, non ſequitur quod ſit melius ſenſitiuus, vel melioris ſenſitiuæ ſimpliciter, ſed ſolū ſecundum quid. Alia ratio eſt, quia bonitas tactus conſequitur bonitatē complexionis ſiue temperantiæ. Cum n. inſtrumentum tactus non poſſit eſſe *Vide inferius.* E denudatum à genere tangibilium qualitatum, eo quod eſt ex *Te. 118. 119.* elementis compoſitum, oportet quod ſit in potentia ad extrema, ſaltem per hoc quod eſt medium inter ea. Ad bonam autem complexionem corporis ſequitur nobilitas animæ, quia omnis forma eſt proportionata ſuæ materiæ. Vnde ſequitur quod qui ſunt boni tactus, ſunt nobilioris animæ, & perſpicacioris mentis. Quæritur autem iterum, cum tactus ſit certiſsimus ſenſuum, quare ſpecies odorum denominantur magis à ſpeciebus ſaporum, quam à qualitatibus tangibilib. Et dicendum quod odor & ſapor cauſantur ex determinata commixtione qualitatum elementarium, & ideo ſpecies odoris magis correſpondent ſpeciebus ſaporis, quam ſimplicibus qualitatibus tangibilibus. Deinde cum dicit.

c ¶ Oſtendit,

c ¶ Oſtendit, quomodo ſpecies odoris correſpondent ſpecieb. ſaporis: & dicit, quod ſicut humor, id eſt ſapor quidam eſt dulcis, & quidam amarus, ſic etiam & odores diſtinguuntur. Sed ſciendum eſt, quod quædam habent proportionalem odorem & ſaporem, ſc. dulcem odorem & dulcem ſaporem, quædam vero per contrariũ,
Te.com.95. ſ. ſuauem ſaporem, & non ſuauem odorem; vel econuerſo. Cuius ratio eſt, quia ſapor conſiſtit in humido aqueo aliqualiter digeſto; odor autem conſiſtit in ſicco aereo aliqualiter contemperato. Contingit aũt quandoq; vtramque ſubſtantiam, ſcil. ſubtilem aereã, & aqueã groſſiorem, ſecundũ debitam proportionem commiſtam eſſe, & ſic eſt ſuauitas ſaporis & odoris. Si vero ſit debita proportio in vno, & non in altero, erit in vno ſuauitas, & in alio
Te.com.96. non. Et ſicut dictum eſt de dulci & amaro, quæ ſunt extrema in ſaporib. quæ transferuntur ad odores, ita etiam & acetoſum & auſterũ, id eſt ſtypticum, aut ponticum, & acutũ, & pingue, odoribus attribuuntur. Sed licet non ſemper in omnib. correſpondeant odores ſaporib. tamẽ ſicut dixi, propter hoc quod odores nõ ſunt multum manifeſti, ſicut ſapores, acceperunt no-
Te.com.97. mina odores à ſaporibus ſecundum ſimilitudinem rerum, quia vt in pluribus odores reſpondent ſaporibus. Dulcis n. odor & ſapor cãtur à croco & melle. Acer autẽ à thymo & à ſimilib. Et ſimiliter de aliis odorib. & ſaporib. Deinde cũ dicit,

c Eſt autem ſicut humor: hic quidem dulcis, ille vero amarus: ſic & odores ſunt. Sed alia quidem habent proportionaliter odorẽ & humorem. (dico autem dulcem odorem, & dulcem humorem,) alia vero contrarium. Similiter autem & acer, & auſterus, & acutus, & pinguis eſt odor: ſed ſicut diximus propter id quod non multum manifeſti ſunt odores, ſicut humores, ab his acceperunt nomina ſecundum ſimilitudinem rerũ. Dulcis enim à croco, & melle, acer autem à thymo, & huiuſmodi. Eodem autem modo & in aliis.

d Adhuc autem, ſicut auditus, & vnuſquiſque ſenſuum, hic quidem audibilis & non audibilis, ille vero viſibilis, & non viſibilis; ſic & olfactus odorabilis & non odorabilis. Non odorabile autem, aliud quidem ſecundum id quod omnino impoſſibile eſt habere odorem, aliud vero paruum habens, & prauum, ſimiliter autem, & non guſtabile dicitur.

LECTIO XX.

a Est autẽ & olfactus per medium, vt aerem, aut aquã. Et namque aquatica videntur odorem ſentire. Similiter autem & quæcumque cum ſanguine, & ſine ſanguine, ſicut & quæ in aere. Etenim horum quædam à longe occurrunt ad alimentum, quæ ab odore mouentur.

d ¶ Oſtendit etiam quomodo non odorabilia, odoratu percipiuntur, & dicit quod ſicut auditus eſt audibilis, & non audibilis, & viſus eſt viſibilis & non viſibilis, cum ſit eadem potẽtia cognoſcitiua oppoſitorum, & priuatio non cognoſcatur niſi per habitum, ſimiliter olfactus eſt odorabilis & non odorabilis. Sed non odorabile dicitur dupliciter. Aut quod omnino non poteſt habere odorẽ, ſicut corpora ſimplicia; aut quod habet parum de odore, aut malum odorem. Et ſimiliter intelligendum eſt de guſtabili, & non guſtabili.

*LECTIO XX.*

a Poſtquam Philoſophus determinauit de odorabili, hic determinat de immutatione odoratus ab ipſo. Et primo quantum ad medium. Secundo quantum ad organum ſenſus, ibi, [Eſt autem odor ſicci.] Circa primum duo facit. Primo oſtendit quid ſit medium inſtrumenti odoratus. Secundo mouet quandam quæſtionem circa determinata, ibi, [Vnde dubium.] Dicit ergo primo, quod ſenſus olfactus immutatur ab odorabili per medium, ſ. aerem, aut aquã. Et quod aer ſit medium in olfactu, manifeſte apparet, quia nos per aerem odoramus. Vnde oportuit manifeſtare aquam eſſe medium in olfactu. Quod quidem oſtendit per hoc, quod animalia aquatica odorem ſentiunt, non ſolum illa quæ habent ſanguinem, ſed etiam illa quæ ſanguine carent, ſicut & animalia, quæ viuunt in aere. Quod apparet ex hoc, quod quædam eorum de longinquo veniunt ad alimentum, quod non poſſet eſſe niſi

F inquantum prouocantur ab odore, ſicut patet de vulturibus, qui ex multis diebus dicuntur ad cadauera conuenire. Quomodo autem odor ad tam remota ſpatia diffundatur, dubitatio eſt. Sciendum itaque eſt, quoſdam poſuiſſe omnes ſenſus quodam perfici tactu. Dicebant enim oportere quod ſenſus ſenſibile contingat, ad hoc quod ſentiatur. Aliter tamen æſtimabãt hoc accidere in viſu, & in aliis ſenſibus. Dicebant enim quod ex viſu egrediebantur lineæ viſuales progredientes vſq; ad rem viſam, & ex earum contactu viſibile videbatur. In aliis autem ſenſibus dicebant, quod ecõuerſo ſenſibile perueniebat ad ſenſum. Et quod in tactu & guſtu hoc manifeſte videtur accidere. Nã tangibile & guſtabile quodam cõtactu ſentiuntur, in auditu etiam idem videtur eſſe. Nã aer motus vſque ad auditũ pertingit. Circa olfactum etiam idem eſſe dicebant. Ponebant n. quod à corpore odorabili reſoluatur quædam fumalis euaporatio, quæ eſt ſubiectum odoris, & perueniebat vſq; ad ſenſum olfactus. Cauſa n. huius diuerſitatis hæc eſſe videtur, quia antiqui non ponebant, nec percipiebant aliquid de immutatione ſpũalis medii, ſed ſolum de immutatione naturali. In aliis autẽ ſenſibus apparet quædam immutatio naturalis in medio, ſed non in viſu. Manifeſtum eſt enim quod ſoni & odores deferuntur per ventos, vel impediuntur, colores aũt nullo modo. Manifeſtum eſt etiam, quod contrariorum colorum ſpecies, per eandem partem aeris deferuntur ad viſum, ſicut cum vnus videt album, alius nigrum ſimul exiſtentes in eodem aere, & eodem aere vtentes pro medio. quod quidem in olfactu non accidit. Nam contrarii odores etiam in medio ſe impedire inueniuntur. Et ideo non percipientes immutationem, qua medium immutatur à viſibili, poſuerunt quod viſus defertur vſque ad rem viſam. Sed quia percipiebant immutationem, qua medium immutatur ab aliis ſenſibus, credebãt quod alia ſenſibilia deferrẽtur ad ſenſum. Sed manifeſtum eſt, quod hoc in
K olfactu non poteſt accidere. Cum enim odor cadaueris vſque ad quingenta milliaria vel amplius, à vulturibus ſentiatur, impoſſibile eſſet, quod aliqua corporalis euaporatio cadaueris vſque ad tantum ſpatium diffunderetur, præcipue cum ſenſibile immutet medium vndique ſecundum eandem diſtantiam, niſi impediatur. Non autem ſufficeret ad occupandum tantum ſpatium, etiã ſi totum cadauer reſolueretur in fumalem euaporationem, cum ſit certus terminus rarefactionis ad quem corpus naturale peruenire poteſt, qui eſt raritas ignis, & præcipue cum per huiuſmodi odorem, cadauer non appareat ſenſibiliter immutatum. Et ideo dicendum eſt, quod ab odorabili reſolui quidem poteſt fumalis euaporatio, quæ tamen non pertingit vſque ad terminum, vbi odor percipitur, ſed immutatur mediũ ſpũaliter, vltra quã dicta euaporatio pertingere poſſit. Quod aũt ſpiritualis immutatio ſit à viſibili magis q̃ ab aliis ſenſibilib. ratio eſt, quia viſibiles qualitates inſunt corruptibi-

*Quemadmodum autem ſapor, alius eſt dulcis, alius amarus, ſic etiam odores, ſed alia habent proportionalem odorem & ſaporem, alia contra: Verbi cauſa: dulcem odorem, & dulcem ſaporem; pariter etiam acris, & auſterus, & acidus, & pinguis eſt odor, ſed quoniam, vt diximus, odores non admodum manifeſti ſunt, vt ſapores, ideo ab eis duxere nomina pro rerum ſimilitudine, dulcis nimirum à croco, & melle; acris à thymo, atque id genus aliis; Sic etiam in cæteris.*

G

*Præterea, vt auditus & vnuſquiſque ſenſuum alius eſt rei audibilis, & inaudibilis, alius viſibilis & inuiſibilis: ſic etiam odoratus rei odorabilis, & inodorabilis. Inodorabile autem dicitur, partim quod nullum prorſus habere poteſt odorem; partim quod exiguum habet, & exilem; ſimiliter guſtabile, & inguſtabile dicitur.*

H

LECTIO XX.

*Fit etiam olfactus per intermedium, vt aerem aut aquam. quippe & aquatilia videntur odorem ſentire, & ſanguinea pariter & exanguia, quemadmodum etiam ea quæ in aere degunt, nam & nonnulla eorum odore impulſa procul contendunt ad alimentum.*

I

ruptibilibus corporibus, ſecundum quod communicant cum corporibus incorruptibilibus. Vnde habent eſſe formalius & nobilius, quam reliqua ſenſibilia, quæ ſunt propria corruptibilium corporum. Deinde cum dicit.

b ¶ Mouet dubitationē circa prædicta. Et primo obiicit ad
T.com.98. vnam partem. Secūdo ad aliam, ibi, [Sed impoſſibile eſt.] Tertio ſoluit, ibi, [Videtur autem.] Dicit ergo primo, quod cum etiam aquatica odorent per aquam, dubium videtur, ſi omnia ſimiliter odorent, quaſi habentia eundem ſenſum. Et videtur, quod non, quia homo odorat, dum attrahit aerem reſpirando: quando autem non reſpirat attrahendo aerem, ſed emittēdo ipſum, expirat, aut retinet ſpiritum, non odorat, neque de longe, neque de prope, etiamſi poneretur odorabile intus in naſo. Sed hoc, quod ſenſibile poſitum ſupra ſenſum non ſentiatur, commune eſt omnibus aliis ſenſibus, vel animalibus.
T.com.99. Sed quod odor non ſentiatur ſine reſpiratione, hoc eſt proprium hominibus. Et hoc manifeſtum eſt, ſi quis tentare voluerit. Vnde cum animalia non habentia ſanguinem non reſpirent, videtur, quod
T.com.100. habeant alium ſenſum præter olfactū, & alios ſenſus, qui dicti ſunt in homine. Deinde cum dicit.

c ¶ Obiicit in contrarium duabus rationibus. Prima ratio eſt, quia ſenſus diſtinguuntur ſecundū ſenſibilia: vnde cum ſenſus olfactus ſit ſenſus odorabilis, ſcilicet boni & mali odoramenti, & hoc communiter ſentiatur tam ab homine, quam ab animalibus aliis non reſpirantibus, ſequitur, quod idem ſenſus olfactus ſit in homine, & in aliis animalibus. Alia ratio eſt, quia eiuſdem ſenſus, eadem ſunt corruptiua, non enim viſus patitur aliquid à ſonis, neque auditus à coloribus. Sed ſenſus animalium non reſpirantium videntur corrumpi a grauibus odo-
T.com 101. ribus & excellentibus, ex quibus ſenſus hominis corrumpitur, ſcilicet ab aſphalto, quod eſt quædam confectio ex ſuccis herbarum, & a ſulphure, & ab huiuſmodi: ergo alia habent ſenſum olfactus, ſicut homo, licet non reſpirent. Deinde cum dicit.

d ¶ Soluit quæſtionem, quia iſta diuerſitas in modo reſpirandi non eſt ex diuerſitate ſenſus, ſed ex diuerſa diſpoſitione
A organi. Organum enim olfactus in homine, differt ab organis aliorum animalium, ſicut oculi hominum differunt ab oculis duris quorundam animalium. Oculi enim hominum habent quoddam phragma, id eſt, pannum ad cooperiendum, ſcilicet palpebras, vnde homo non poteſt videre, niſi motu quodam palpebrę retrahātur, quod non accidit in animalibus habentibus duros oculos, ſed ſtatim vident ea, quorum ſpecies fiūt in diaphano. Ita etiam & in animalibus non reſpirātibus, organum odoratus eſt ſine operculo, ſed in animalibus reſpirantibus habent quoddā cooperculum, quod oportet aperiri, ampliatis poris per reſpirationem. Et ideo animalia reſpirantia non odorāt in aqua, quia oportet quod patiantur ab odore, reſpirando: quod nō poteſt fieri in aqua. Deinde cum dicit.

e ¶ Determinat de inſtrumēto olfactus, & dicit, quod odor fundatur in ſicco, ſicut ſapor in humido. Organum autē odoratus oportet eſſe in potentia ad odorem, & ad ſiccum, ſicut organū viſus eſt in potentia ad colores, & ad lucem.

LECTIO XXI.

a POſtquam Philoſophus determinauit de viſibili, & audibili, & olfactibili, hic quarto determinat de guſtabili. Et diuiditur in partes duas In prima determinat de guſtabili in commune. In ſecunda de ſpeciebus guſtabilis, id eſt, ſaporis, ibi, [ Species autem.] Circa primū tria facit. Primo inquirit, an guſtabile percipiatur per medium. Secundo oſtēdit, quid percipiatur per guſtum, quia guſtabile, & non guſtabile, ibi, [Sicut autē.] Tertio, quale oporteat eſſe organum ſenſus guſtus, ibi, [ Quoniam autē humidum.] Hæc enim tria circa alios ſenſus tractauit, ſcilicet medium, in quo ſentitur id, quod ſenſu percipitur, & organum ſenſus, quæ in guſtu, vt videbitur, oportet eſſe. Circa primum tria facit. Primo oſtendit, quod guſtabile non percipitur per medium extraneum. Secundo excludit quandam obiectionem, ibi, [Vnde & ſi in aqua.] Tertio oſtendit, quid requiratur ad hoc, quod guſtabile percipiatur, ibi, [ Non autem facit.] Dicit ergo primo, quod guſtabile eſt quoddam tangibile, id eſt, quod tactu diſcernitur. Et hæc eſt cauſa, quare non ſentitur per medium, quod ſit corpus extraneum. Et dicitur ex-

b Vnde & dubium videtur, ſi omnia quidem ſimiliter odorent, homo autem reſpirans, odorat, non reſpirans autem, ſed expirans, aut retinens ſpiritum, non odorat, neque à longe, neque à prope, neque ſi in naſum intus apponatur. Et hoc quidē ipſo organo poſitum, quo ſentitur, inſenſibile eſſe, omnibus commune eſt, ſed ſine reſpiratione non ſentire, proprium eſt hominum. Manifeſtum autem eſt tentantibus. Quare ſanguinem non habentia, quoniam non reſpirant, alterum vtique quendam ſenſum habent, præter eos, qui dicti ſunt.

c Sed impoſſibile eſt, ſiquidem odorem ſentiunt. Odorabilis enim ſenſus, & mali odoramenti, & boni odoramenti, olfactus eſt. Amplius autem, & corrumpi videtur à fortibus odoribus, à quibus homo corrumpitur, vt aſphalto, ſulphure, & huiuſmodi. Olfactum quidem igitur habere neceſſarium etiam non reſpirantia.

d Videtur autem in hominibus differre hoc ſenſoriū ab iis, quæ aliorum animalium, ſicut oculi ab iis, quæ durorum oculorum ſunt. Hi enim habent pragma, & ſicut velamen palpebras, quas aliquis non mouens, neq; retrahens, non videt. Fortia autem oculis, nihil huiuſmodi habent, ſed mox vidēt, quæ fiunt in diaphano. Sic igitur & organum odoratus aliis quidem ſine operculo eſt, ſicut oculus, aliis vero aerem recipientibus, habere coopertimentum, quod reſpirantibus diſcooperitur, ampliatis venis & poris. Et propter hoc reſpirantia non odorant in aqua. Neceſſarium enim eſt ea odorē pati reſpirando, hoc autem facere in humido, impoſſibile eſt.

e Eſt autem odor ſicci, ſicut humor humidi. Odoratiuum autem ſenſitiuum, potentia huiuſmodi eſt tale.

LECTIO XXI.

a GVſtabile autem eſt quoddam tangibile, & hæc eſt cauſa, quare nō ſit ſenſibile per

*Proinde videtur oriri quæſtio, ſi cuncta quidem peræque olfaciant, homo vero ſpiritum quidem ducens olfacit, quod ſi non ducat, ſed reddat, aut cohibeat ſpiritum, non olfacit, neq; è longinquo, neq; è propinquo, ne ſi intra nares quidem apponatur. Ac ſi quid ipſi quidem apponatur ſenſorio, id eſſe inſenſibile, commune*
B *eſt omnium, non ſentire vero ſine reſpiratione, peculiare eſt in hominibus, quod in experiendo perſpicitur. Itaq; ſanguine carentia, vtpote quæ non ſpirent, alium quempiam ſenſum habere cenſeas, præter eos, qui vulgo dici conſueuere.*

*Res tamen non ita ſe habet, ſiquidem odorem ſentiunt, ſenſus enim rei odorabilis, & fœtidæ & odoratæ olfactus eſt. Præterea videntur à vehementibus odoribus corrumpi, à quibus etiam homo corrumpitur, vt*
C *bituminis, & ſulphuris, atq; id genus aliis, olfaciant igitur neceſſe eſt, non tamen recipiendo ſpiritum.*

*Videtur autem in hominibus differre hoc inſtrumentum à cæterorū animalium inſtrumentis, vt oculi ab oculis eorum, quæ duros eos habent, nam illi quidem habent ſeptum, & veluti vtriculum quendam, palpebras, quas niſi moueat, atq; attollat, non videt, quæ vero duris ſunt oculis, nihil habent eiuſmodi, ſed illico vident, quæ fiunt in tranſlucido, ſic*
D *etiam odoratiuum ſenſorium, aliis ſine operculo eſſe apparet, ſicut ille oculus, in iis autem, quæ recipiunt aerem, adeſſe videtur operimentum, idq; cum ſpiritum hauriunt aperiri, dilatatis venulis ac meatibus. Quāobrem quæ ſpirant in humido, non olfaciunt, neceſſe enim eſt ſpiritum ducendo olfaciant, quod in humido fieri non poteſt.*

*Eſt autem odor ſicci, vt ſapor humidi. Odoratiuum vero ſenſorium, eſt tale potentia.*

E LECTIO XXI.

*GVſtabile autem eſt tactile quiddam, atq; hoc in cauſa eſt, cur non ſit ſenſibile per intermedium,*

traneum, quod non eſt pars animalis. Sentiuntur enim ſenſibilia, de quibus prius dictum eſt, per aerem aut aquam, quę non ſunt partes animalis. Sed tactus non ſentit ſuum obiectum per medium extraneum, ſed per medium coniunctum. T.com.116. Nam caro eſt medium in ſenſu tactus, vt infra patebit. Et ideo cũ guſtus ſit quidam tactus, & guſtabile ſit quoddam tãgibile, non percipietur guſtabile per medium extaneũ. Quod autem guſtabile ſit quoddam tangibile, oſtendit per hoc, qđ humor, id eſt, ſapor, qui eſt guſtabile, radicatur in humido, ſicut in materia propria. Humidum autẽ eſt quoddam tangibile. Vnde manifeſtũ eſt, quod guſtabile eſt quoddam tangibile. Sed ſi guſtus eſt T.com.102. quidam tactus, videtur quod non debeat diſtingui contra tactum, cum ſpecies nõ diuidatur ex oppoſito contra genus: & ſic ſequitur, quod nõ T.com.103. ſunt quinque ſenſus, ſed tantum quatuor. Sed dicitur, quod guſtus & tactus poſſunt conſiderari dupliciter. Vno modo, quãtum ad modum ſentiendi, & ſic guſtus eſt quidam tactus. Nam in tangendo ſuum obiectum percipit. Alio modo, quantum ad obiectum, & ita oportet dicere, quod ſicut ſe habet obiectum guſtus ad obiectum tactus, ſic ſe habet ſenſus guſtus ad ſenſum tactus. Manifeſtum eſt autem, quod ſapor, qui eſt obiectum guſtus, nõ eſt aliqua qualitas de qualitatibus ſimpliciũ corporum, ex quibus animal conſtituitur, q̃ ſunt propria obiecta ſenſus tactꝰ, ſed cauſatur ab eis, & fundatur in aliquo eorum, ſicut in materia, ſcilicet in humido. Vnde manifeſtum eſt, ꝙ guſtus non eſt idem, quod ſenſus tactus, ſed quodammodo radicatur in eo. Vnde & conſueuit de guſtu diſtingui, quod poteſt accipi guſtus, prout eſt diſcretiuus ſaporum, & poteſt accipi, vt eſt tactus quidam, prout diſcernit qualitates tangibiles, ſcilicet alimenti, cuius ſenſus eſt Lect.20. tactus, vt ſupra dictũ eſt. Vnde Philoſophus dicit in 3. Ethic. T.com.28. quod circa delectationes guſtus, prout accipitur primo mo- cap.12. do, non eſt temperantia, ſed ſolum prout eſt tactus quidam. Deinde cum dicit.

*b* ¶ Excludit quandam obiectionem. Manifeſtum eſt enim, quod ſi aliquod corpus ſaporoſum diſſolubile, per aquam in aqua ponatur, vtpote mel, vel aliquid huiuſmodi, & nos eſſemus in aqua, (quamuis diſtantes ab illo corpore ſaporoſo) ſaporem tamen eius ſentiremus in aqua. & ſic videtur, quod guſtus ſuſcipiat ſuum obiectum per aquam, quod eſt medium extraneum. Et ideo ad excludendum hanc obiectionem, concludit ex dictis, quod cum guſtabile non percipiatur per mediũ extraneum, ſequitur, quod ſi eſſemus in aqua,

F ſentiremus vtique corpus dulce appoſitum in aqua diſtans à nobis, non tamen eſſet nobis ſenſus per medium, ſed ex eo, quod ſapor ille permiſcetur aqueo humido, vt accidit in potu, puta cum permiſcetur aquæ, vel vino, mel, vel aliquid huiuſmodi: Ipſa enim aqua immutatur naturali immutatione à corpore ſaporoſo. Vnde guſtus nõ percipit ſaporem corporis diſtantis, vt eſt talis corporis ſapor, niſi ſecundum quod aqua eſt immutata à tali corpore. Cuius ſignum eſt, quod guſtus non immutatur al.l.tanquã aqua. ab aqua ſic intenſe, ſicut natꝰ eſt immutari à ſapore corporis diſtantis, eo quod ſapor ille debilitatur per admixtionem aquæ. Sed color non ſic videtur per medium, quod ſcilic. corpus coloratum admiſceatur medio, aut aliquid eius defluat ad viſum, vt Democritus ponebat, ſed ꝑ ſpiritualem immutationem medij. Vnde viſus nõ percipit colorem vt aeris, vel vt aquæ, ſed vt corporis colorati diſtantis, & ſecundum eandem menſuram. Si ergo velimus comparare guſtum ad viſum, nihil eſt, quod ſit medium in guſtu, ſicut illud, quod eſt mediũ in viſu. Sed ſicut color eſt viſibile, id eſt, obiectum viſus, ſic humor, id eſt, ſapor, τὸ φαιλῶς eſt guſtabile; id eſt, quo verbo obiectum guſtus. De- hic vtitur inde cum dicit. Ariſt. expo-

*c* ¶ Oſtendit, quid ſitores tum requiratur ad guſtũ, praue tum ex quo medium non exiliter in- requiritur, & dicit, terpretan- quod nullum ſapo- tur. roſum facit ſenſum al.l.prauũ ſui humoris, id eſt, aut paruũ. ſaporis, ſine humiditate. Nam ſicut color fit actu viſibilis per lumen, ita ſapor fit actu guſtabilis per humidum. Et propter hoc oportet, qđ guſtabile vel actu habeat humiditatem aqueam, ſicut vinum, vel aliquod huiuſmodi, aut ſit potentia humectabile; ſicut quod ſumitur per modum cibi. Et ideo oportet, vt ſit ſaliua in ore, quæ eſt bene liquida, & liquefactiua linguæ, per quam ea, quæ ſumuntur, humectantur, vt eorum ſapor percipi poſſit. Deinde K cum dicit.

*d* ¶ Oſtendit, quid percipiatur per guſtum, & dicit, quod ſicut eſt de viſu & auditu, ſic eſt de guſtu. Viſus enim cognoſcit viſibile & inuiſibile; vt ſupra dictum eſt. Inuiſibile enim eſt T.com.120. tenebra, de qua viſus iudicat. Et ſimiliter illud, quod eſt valde ſplẽdidum, vt Sol, dicitur inuiſibile, ſed alio modo, quam tenebra. Nam tenebra dicitur inuiſibilis, propter defectum luminis, ſplendidum autem propter abundantiam corrumpentis ſenſum. Et ſimiliter auditus eſt audibilis, ſcilicet ſoni, & nõ audibilis, vt ſilentij, quod eſt priuatio ſoni, & etiã non audibilis, id eſt, ſoni male audibilis, qui vel propter ſui excellentiam corrũpit ſenſum, vel propter ſui paruitatẽ non ſufficienter ſenſum immutat. Sic ẽt eſt in omnibus, quæ ſecundũ po-

medium, extraneum corpus. Neque enim tactus. Et corpus, in quo eſt humor, quod eſt guſtabile, eſt in humido, ſicut in materia. Hoc autem quiddam tangibile.

*b* Vnde & ſi in aqua eſſemus, ſentiremus, vtique appoſitum dulce. Non autem eſſet tunc nobis ſenſus per medium, ſed ex eo, quod miſceretur humido, ſicut in potu. Color autem non ſic videtur, ex eo, quod miſceatur, neq; defluxionibus. Vt quidem igitur medium nihil eſt. Vt autem color viſibile, ſic guſtabile humor eſt.

*c* Non autẽ facit humoris ſenſum ſine humiditate, ſed habet actu, aut potẽtia humiditatem, vt ſalita. Bene enim liquida ipſa eſt, & liquefactiua linguæ.

*d* Sicut autem viſus, & viſibilis eſt, & inuiſibilis, tenebra autem inuiſibilis eſt, iudicat autem & ipſas viſus. Adhuc autem & valde ſplendidi eſt. etenim hoc inuiſibile eſt, alio autẽ modo, quã tenebra. Similiter autem & auditus, ſonique, & ſilentii, quorũ aliud non audibile, & magni ſoni, ſicut viſus eſt ſplendidi. Sicut enim paruus ſonus inaudibilis quodammodo, ſic & magnus, & violentus. Inuiſibile autẽ, aliud quidem omnino dicitur, ſicut & in aliis impoſſibile, aliud autem, quamuis aptũ natum, non habet aut praue, ſicut quod ſine pedibus eſt, & ſine gradu dicitur. Sic autem guſtus, guſtabiliſque, & non guſtabilis. Hoc autem eſt prauum, aut paruum habens humorem, aut corruptiuũ guſtus. Videtur autẽ principium eſſe, potabile, & non potabile. Guſtus enim quidam ambo. Sed hoc quidẽ vt prauum & corruptiuum guſtus, illud autẽ ſecũdum naturam. Eſt autem commune tactus & guſtus potabile.

*quod ſit alienum corpus, nimirum quia nec tactus, corpus etiam, in quo eſt ſapor guſtabile in humido, vt materia; id vero eſt tactile quiddam.*

*Idcirco ſi in aqua eſſemus, & dulce quidpiam inijceretur, ſentiremus, nec eſſet nobis ſenſus per intermediũ: ſed quod admixtum eſſet humido,* G *quemadmodum in potione; at color non hoc modo videtur, nempe quod miſceatur, aut effluxionibus. Quod autem ad intermedium attinet, nullum eſt. Vt autem viſibile eſt color, ſic guſtabile ſapor.*

*Nihil autẽ ſaporis ſenſum efficit ſine humiditate, ſed habet actu aut potẽtia humiditatẽ, vt ſalſum, nam & ipſum facile liquefactu eſt, & colliquefaciẽdæ linguæ vim obtinet.*

*Sed vt viſus eſt rei viſibilis & inuiſibilis (nã tenebræ inuiſibiles ſunt,* H *attamen has etiam viſus dijudicat.) Ad hæc, valde ſplendidi (nam id quoque inuiſibile eſt, alio tamen modo atq; tenebræ,) ſic etiam auditus & ſoni & ſilentij, quorum alterum eſt audibile, alterum non audibile, atq; etiam magni ſoni, quemadmodum viſus ſplendidi: vt enim paruus ſonus inaudibilis quodammodo eſt, ſic etiam magnus ac violentus. Inuiſibile autem, partim ſicut etiam in alijs dicitur, quod prorſus impoſſibile eſt, partim, ſi cum natum aptumq; ſit, non habeat, aut certe exiliter, vt apes, & innucleatum. Sic etiam gu-* I *ſtatus, rei guſtabilis & inguſtabilis, id vero eſt, quod aut paruum & exilem, aut guſtum corrumpentem habet ſaporem. Videtur autem potabile & impotabile eſſe principium, ſed alterum prauum guſtumq; corrumpens, alterum ſecundum naturam. Eſt autem potabile commune tactus & guſtus.*

potentiam & impotentiam dicuntur. Nam impoſſibile dicitur in omnibus, aut quod nõ habet, quod natum eſt habere, aut quod praue habet. Sicut non greſſibile dicitur animal, & quod penitus caret pedibus, & quod eſt claudum aut debile pedibus. Similiter autem & guſtus, & guſtabilis, & nõ guſtabilis. Non guſtabile

T.com.104. autem dicitur dupliciter, quod aut parũ habet de ſapore, aut malum ſaporem, aut nimis violentum ad corrumpendum ſenſum. Et quia guſtabile eſt humidũ aqueũ, quod eſt potabile, & hoc eſt principium ſaporis, ſcil. humidũ aqueum, videtur, qđ potabile & non potabile ſit principium eorũ, quæ guſtu percipiuntur. Guſtus n. percipit ambo, ſed vnum vt prauum & corruptiuum ſenſus, ſcil. non potabile, aliud autem vt conueniens ſecundum naturam, ſcil. potabile. Sicut autem guſtabile percipitur guſtu, prout guſtus eſt quidam ſenſus diſcretus

T. com.105. à tactu, ita potabile & non potabile percipitur à guſtu, prout guſtus eſt quidam tactus. Nam potabile eſt commune, & tactus & guſtus. Tactus quidem in quantum eſt humidum ſaporabile. Manifeſtum eſt ergo, quod delectationes, quæ ſunt in cibis & potibus, in quantum ſunt ſenſibilia & potabilia, ꝑtinent ad guſtum, in quantum eſt tactus quidam, vt dicitur in 3. Ethic. Deinde cum dicit.

T.com.106. e ¶ Oſtendit, quale debeat eſſe inſtrumentum guſtus. Et primo ponit veritatem. Secundo manifeſtat eam per ſignũ, ibi, [Signum autem.]

e Quoniam autem humidum quidem eſt guſtabile, neceſſe eſt ſenſorium ipſius neq; humidum eſſe actu, neq; impoſſibile fieri humidum; Patitur enim aliquid guſtus à guſtabili, ſecundũ quod guſtabile eſt. Neceſſarium eſt ergo, humectatum eſſe, quod poſſibile humectari ſaluatum, non humidum autem, guſtatiuum ſenſorium.

f Signum autem, neq; ſiccam exiſtentem linguam ſentire, neque multũ humidam. Hic enim tactus fit primi humidi, ſicut cũ aliquis, qui ante guſtauit fortẽ humorem, guſtet alterum, & vt laborãtibus amara omnia vidẽtur, ꝓpter id, quod lingua plena huiuſmodi humiditate ſentit.

g Species autem humorũ, ſicut & in coloribus, ſimplices quidem contrariæ ſunt, ſicut dulce & amarum. Habitæ autem ſunt cum hac quidem pingue, cum illa vero ſalſum, media autem horum acre & auſterum, & põticum, & acutum. Fere enim hæ videntur eſſe humorum differentiæ. Quare guſtatiuum eſt potentia tale. Guſtabile autem eſt factiuum actu huius.

*LECTIO XXII.*

a DE tangibili autem & tactu eadem ratio. Si enim tactus non eſt vnus ſenſus, ſed plures, neceſſarium & tangibilia, ſenſibilia plura eſſe. Habet autem dubitationem, vtrum plures ſint, an vnus. Et quid eſt ſenſitiuum tangibilis, vtrum caro, & in aliis proportionale, aut non, ſed hoc quidem eſt medium, primum autem ſenſitiuum, aliud quiddam eſt intus.

*Cum autem guſtabile ſit humidum, neceſſe eſt, ſenſorium eius nec actu humidum, nec eiuſmodi eſſe, vt humectari nequeat: patitur enim guſtus à guſtabili, quatenus guſtabile. Neceſſe ergo eſt id quod humectari poteſt humectari ita, vt ſeruetur, nec eſſe humidum ipſum, ſcilicet guſtatiuum ſenſorium.*

B

*Indicium huius eſt, quod lingua neq; cum præarida eſt, ſentit; neque cum admodum humida: hic enim tactus fit primi humidi: vt cum quiſpiam deguſtato vehementi ſapore, deguſtat alium: & quemadmodum ægrotantibus amara omnia videntur, propterea quod lingua refert, ab eiuſmodi humiditate ſentit.*

*Species autem ſaporum, vt etiam in coloribus, ſimplices quidem ſunt, quæ ſunt contrariæ, dulce & amarum; Proxima autem ſunt, ab vno, pingue; ab altero, ſalſum. His inter-*

C *iecta ſunt acre, & auſterum, & acerbum, & acidum. nam hæ propemodum eſſe ſaporum differentiæ videntur. Quare guſtatiuum eſt, quod eſt, tale potentia; guſtabile vero, quod eſt effectiuum actu eius.*

LECTIO XXII.

*DE tactili & tactu eadem eſt ratio: ſi enim tactus non vnus eſt ſenſus, ſed plures: & tactilia etiam plura eſſe ſenſibilia neceſſe eſt. Eſt autem quæſtio, vtrum plures ſint, an vnus; & quid ſit inſtrumentum rei*

D *tactilis tactiuum, vtrum caro, & in alijs, quod ei pro portione reſpondet, an non, ſed hoc quidem ſit intermedium, primum vero ſenſorium aliud quidpiam intus ſit.*

A in coloribus, ſimplices colores ſunt contrarij, vt album nigro, ſic in ſaporibus ſimplices ſunt cõtrarij, vt dulce & amarum. Species autem ſaporum habitæ, id eſt, immediate conſequentes ſimplices ſpecies, ſunt pingue, quod ſequitur dulce, & ſalſum, quod ſequitur amarum. Media autem horum ſunt acetoſum, & auſterum, & ponticum, & acutum, quæ duo in idem reducuntur. Ad has autem ſeptẽ ſpecies ſaporum fere videntur reduci omnes aliæ. Conſiderandum eſt autem circa has ſpecies, quod quamuis ſapores cauſentur à calido, & frigido, & humido, & ſicco, & cõtraria ſunt, quæ maxime diſtant, non tamen ſecundum maximam diſtantiam calidi & frigidi, & humidi & ſicci attenditur contrarietas in ſpeciebus ſaporum, ſed ſecundum ordinem ad guſtum, prout natus eſt immutari à ſapore, vel cum horrore, vel cum ſuauitate. Vnde non eſt neceſſarium, quod dulce vel amarum ſit maxime vel calidum, vel frigidum, vel humidum, vel ſiccum, ſed maxime ſe habeat in tali diſpoſitione, per quã comparatur ad ſenſum guſtus. De generatione autem ſaporum in libro de Senſu & ſenſato determinatur. Vltimo autem concludit, quod guſtatiuum, id eſt, ſenſus guſtus, vel organum eius, eſt in potentia ad saporem, & ſpecies eius: guſtabile autem eſt, quod poteſt reducere ipſum de potentia in actum.

Dicit ergo primo, quod, quia illud, quod eſt guſtabile, oportet eſſe humidum & ſaporoſum, neceſſe eſt organum guſtus, neq; eſſe humidum actu, neq; ſaporoſum ſecũdum ſeipſum, neq; eſſe tale, quod non poſſit fieri humidum, ſicut inſtrumentum viſus eſt, quod non habet colorem, ſed eſt ſuſceptiuum coloris. Et hoc ideo eſt, quia guſtus patitur aliquid à guſtabili, ſecundum quod eſt guſtabile, ſicut quilibet ſenſus a ſenſibili. Vnde cum guſtabile, in quantum guſtabile, ſit humidum, neceſſe eſt, quod organum guſtus, in quantũ eſt iam paſſum, ſit humectatum, & tamen ſaluatur in ſua natura, vt ſit guſtatiuum, id eſt, potens guſtare, cum poſſibile eſt humectari, non tamen eſt humidum actu. Deinde cum dicit.

f ¶ Oſtendit, quod dixerat per ſignum, dicens, quod ſignum prædictorum eſt, quod neq; lingua exiſtens ſicca poteſt ſentire, neque exiſtens multum humida, quia cum exiſtit valde humida, à præcedente dominante humiditate, fit in ea tactus & ſenſus pręcedentis humidi, & non ſuperuenientis, ſicut cum aliquis ante guſtauerit aliquem fortem saporẽ, poſtea ſi guſtet alterum, non percipiet ipſum, quia adhuc manet ſenſus primi humoris in lingua. Et ſimiliter laborantibus, id eſt, febricitantibus, omnia videntur eſſe amara, propter hoc, quod ſentiunt per linguam plenam humiditate huiuſmodi, ſcilicet cholera, quæ eſt amara. Deinde cum dicit.

g ¶ Determinat de ſpeciebus ſaporum, & dicit, quod, ſicut

*LECTIO XXII.*

a POſtquam determinauit Philoſophus de ſenſibilibus ſecundum alios ſenſus; hic determinat vltimo de ſenſibili ſecundum tactum, quia tactus inter alios ſenſus videtur eſſe minus ſpiritualis, licet ſit omnium aliorum ſenſuum fundamentum. Diuiditur autem hæc pars in duas partes. In prima determinat quaſdam dubitationes circa ſenſum tactus. In ſecunda oſtendit veritatem circa hunc ſenſum, ibi, [Omnino autem videtur.] Circa primum duo facit. Primo mouet quæſtiones. Secundo determinat eas, ibi, [Omnis etenim

E ſenſus.] Dicit ergo primo, quod, quantum ad ea, de quibus inquirendum eſt, eadem ratio eſt, ſiue loquamur de tangibili, ſiue de tactu. Quod enim dicit de vno, oportet dici de altero, quia ſi tactus non eſt vnus ſenſus, ſed plures, neceſſe eſt, quod tangibilia non ſint vnum genus ſenſibilium, ſed plura. Ideo autem hoc dicit, quia intentio ſua eſt, primo determinare de ſenſibilibus, poſtmodum determinabit de ſenſu. Quia vero in his, quæ circa tangibile & tactum dicenda ſunt, circa ſenſum tactus quæſtiones mouebit, propter hoc, quod commodius poſſunt pertractari quæſtiones iſtæ circa tactum, quam ſi moueantur circa tangibile: idcirco hanc excuſationem præmittit, oſtendens, quod non refert, vtrum de tactu vel tangibili loquamur. Mouet ergo duas quæſtiones circa tactum & tangibile. Quarum prima talis eſt:

Vtrum ſint plures ſenſus tactus, an vnus tantum. Secunda dubitatio eſt; quid eſt ſenſitiuum, id eſt organum ſentiendi in tactu, vtrum ſcilicet caro ſit organum ſenſus tactus, in a-
T.com.108. nimalibus habentibus carnem, quæ ſunt animalia habentia ſanguinem, & in aliis, quæ carent ſanguine, aliquid proportionabiliter reſpondens carni. Aut non eſt ita, ſed caro quidem, & illud, quod ꝓportionabiliter ei reſpondet, eſt medium in ſenſu tactus. Sed primum organum ſenſus tactus, eſt aliquid intrinſecum circa cor, vt di-
T.com.109. citur in lib. de Senſu & ſenſato. Deinde cum dicit.

*b* ¶ Determinat præmiſſas dubitationes. Et primo, primam. Secundo, ſecundam, ibi, [Vtrum autem.] Circa primum tria facit. Primo oſtendit, quod non eſt vnus ſenſus tactus, ſed plures. Secundo ſoluit poſitam rationē,
T.com.110. ibi, [Habet autem ſolutionem.] Tertio improbat ſolutionē, ibi, [Sed quod ſit.] Ratio autem, quam primo ponit, talis eſt: Omnis enim vnus ſenſus videtur eſſe vnius contrarietatis, ſicut viſus albi & nigri, auditus grauis & acuti; guſtus, amari & dulcis. Sed in tangibili, quod eſt obiectũ tactus, ſunt multæ contrarietates, ſcilicet calidum & frigidum, humidum & ſiccum, durum & molle, & quędam alia huiuſmodi, vt graue & leue, & acutum, & hebes, & ſimilia: ergo tactus non eſt vnus ſenſus, ſed plures. Deinde cum dicit.

*c* ¶ Ponit quandam apparentem ſolutionem ad prædictam dubitationem, & dicit, quod aliquis poteſt habere ſolutionē ad prædictam dubitationem, per hoc quod in aliis ſenſibus videntur eſſe plures cõtrarietates, ſicut in auditu. Nam circa vocem audibilem nõ ſolum poteſt attendi cõtrarietas acuti & grauis, ſed etiam magnitudo & paruitas vocis, & lenitas, & aſperitas eius, & aliqua alia ſimilia. Et ſimiliter circa colorē poſſunt inueniri aliquæ aliæ differētiæ, præter contrarietatem albi & nigri, ſicut ꝙ aliquis color eſt intenſus, & alius remiſſus, aliquis pulcher, & aliquis turpis: & tamen per hoc non tollitur, quin auditus ſit vnus ſenſus, & ſimiliter viſus. Vnde multiplex contrarietas tangibilium non videtur impedire, quo minus tactus ſit vnus ſenſus. Deinde cum dicit.

*d* ¶ Excludit poſitam ſolutionem, & dicit, quod omnium contrarietatum, quæ ſunt circa audibilia, eſt vnum ſubiectum, ſcil. ſonus, & ſimiliter color circa viſibilia. Sed non poteſt inueniri aliquod vnum, quod ſit commune ſubiectum omnium cõtrarietatum, quæ ſunt circa tãgibilia. & propter hoc non videtur eſſe vnum genus tangibilium, vnde neque vnus ſenſus tactus. Ad euidentiam autē eorũ, quæ hic dicuntur, cõſiderare oportet, ꝙ diſtinctio potẽtiarum & obiectorum proportionabilis eſt. Vnde cum vnus ſenſus ſit vna potentia, oportet quod ei ſenſibile correſpondens ſit vnum genus. Oſtenſum eſt autem in 10. Metaph. quod in vno genere eſt vna prima cõtrarietas. Vnde oportet, quod circa obiectũ vnius ſenſus attendatur tantum vna prima contrarietas. Et ideo hic dicit Philoſophus, quod vnus ſenſus eſt vnius contrarietatis. Poſſunt tamen in vno genere eſſe plures contrarietates poſt primam, vel per modum ſubdiuiſionis, ſicut in
F genere corporum, prima contrarietas eſt animati & inanimati. Et quia animatum corpus diuiditur per ſenſibile & inſenſibile, & vlterius ſenſibile, per rationale & irrationale, multiplicantur contrarietates in genere corporis; vel ſunt plures contrarietates vnius generis per accidens, ſicut in genere corporis eſt contrarietas albi & nigri, & ſecundum omnia, quæ corpori accidere poſſunt. Et per hunc modum intelligendũ eſt, quod circa ſonum & vocē, præter primam contrarietatem grauis & acuti, quæ eſt per ſe, ſunt aliæ contrarietates, quaſi per accidens. In genere autē tangibiliũ ſunt plures primæ contrarietates per ſe, quæ tamen omnes quodãmodo reducuntur ad vnum ſubiectum, & quodammodo non. Poteſt enim vno modo accipi ſubiectum contrarietatis, ipſum genus, ꝙ cõparatur ad differentias contrarias: ſicut potẽtia ad actum. Alio modo poteſt accipi ſubiectum contrarietatũ, ſubſtantia, quæ eſt ſubiectum generis, cuius ſunt contrarietates, ſicut ſi dicam⁹, quod corpus coloratum eſt ſubiectũ albi & nigri. Si igitur loquamur de ſubiecto, quod eſt genus, manifeſtũ eſt, quod non eſt idem ſubiectum omnium qualitatum tangibilium. Si autē loquamur de ſubiecto, quod eſt ſubſtantia, vnum ſubiectum eſt omnium eorum, ſcil. corpus, pertinẽs ad cõſiſtentiam animalis. Vnde infra dicit Philoſophus, quod tangibiles qualitates ſunt corporis, ſecundum quod eſt corpus, quibus ſcilicet elementa corporis diſtinguuntur abinuicem. Horum enim eſt ſenſus tactus diſcretiuus, quæ ad conſiſtentiam corporis animalis pertinent. Vnde formaliter loquendo, & ſecundum rationem, ſenſus tactus non eſt vnus ſenſus, ſed plures. Subiecto autem eſt vnus. Deinde cum dicit.

*e* ¶ Pertractat ſecundam quęſtionem. Et circa hoc duo facit: Primo docet veritatem. Secundo concludit quoddam, quod pertinet ad manifeſtationem primæ quęſtionis, ibi, [Propter quod talis pars.] Circa primum ſciendũ eſt, quod poſſet alicui videri, quod caro eſſet organum ſentiendi ſecundum tactum, hac ratione, quia ſtatim ad tactum carnis ſentimus tãgibilia. Dicit ergo ad excludendum hanc rationem, quod ad iudicandum, vtrum organum tactus ſit intus, vel nõ, ſed ſtatim caro ſit organum tactus, nõ videtur eſſe ſufficiens ſignũ hoc, quod ſimul, cum caro tangitur, ſit ſenſus tangibilis, id
K eſt, ſentitur, quia & nunc ſi aliquis ſupra carnem extenderet aliquã pelliculam, aut telã ſubtilem, ſtatim ad tactũ ipſius, quod ſuperextēderetur carni, ſentiretur tangibile. Sed tamē conſtat, quod organum ſenſus tactus non eſſet in illa pelle ſuperextenſa. Et iterũ manifeſtũ eſt, ꝙ ſi illa pellis ſuperextēſa, fieret cõnaturalis homini, citius per eam ſentiretur. Vnde licet ad tactum carnis, quæ eſt homini connaturalis, ſtatim tangibile ſentiatur, nõ tamen ſequitur, ꝙ caro ſit organum tactus, ſed eſt quoddã medium cõnaturale. Deinde cũ dicit.

*f* ¶ Cõcludit quoddã, ꝙ valet ad manifeſtationē primę quęſtionis, & dicit, ꝙ quia caro eſt ſicut mediũ cõnaturale in ſenſu tact⁹, videtur, ꝙ hæc pars corporis ſic ſe habeat ad ſenſum tactus, ſicut ſi aer, qui eſt circa nos, eſſet connaturalis nobis.

Vide-

*b* Omnis etenim ſenſus vnius contrarietatis eſſe videtur, vt viſus albi & nigri: auditus grauis & acuti: guſtus amari & dulcis. In tangibili autem multæ inſunt contrarietates, calidum, frigidum, ſiccum, durum, molle, & aliorum quæcunque ſunt huiuſmodi.

*c* Habet autem ſolutionem quandam ad hanc dubitationē, quod & in aliis ſenſibus ſunt contrarietates plures, vt in voce, non ſolum acumen, & grauitas, ſed & magnitudo, & paruitas, & lenitas, & aſperitas vocis, & ſimilia alia: ſunt autem & circa colorem differentiæ huiuſmodi alteræ.

*d* Sed quod ſit vnum ſubiectũ, ſicut auditui ſonus, ſic tactui: non eſt manifeſtum.

*e* Vtrum autem eſt ſenſitiuum intus, an non, ſed mox caro, nullum videtur eſſe ſignum, fieri ſenſum ſimul cum tactu. Etenim nunc ſi aliquis circa carnem extenderit vt pellem, faciens ſimiliter ſenſum, mox tactum inſinuat, & tamen conſtat, quod non eſt in hoc ſenſitiuum. Si autem & connaturale fuerit, citius vtique pertinget ſenſus.

*f* Propter quod talis pars corporis videtur ſic ſe habere, ſicut ſi circulariter nobis adunatus eſſet & aer. Videremur n. vno quodã ſentire & ſonũ, & odo-

*Quippe omnis ſenſus vnius eſſe videtur contrarietatis, vt viſus albi & nigri, auditus grauis & acuti: guſtatus amari & dulcis; at in tactili multæ ſunt contrarietates, calidum, frigidum, humidum, ſiccum, durum, molle, & huiuſmodi alia.*

G *Sed eſt ſolutio quædam huius quæſtionis, etenim & in alijs ſenſibus plures ſunt contrarietates, vt in voce non ſolum acumen & grauitas, verum etiam magnitudo, & paruitas, & lenitas, & aſperitas vocis, cæteraq; generis eiuſdem. In colore etiam eiuſmodi aliæ ſunt differentiæ.*

*Verum quid ſit ſubiectum, vt auditui ſonus, ſic etiam tactui, non eſt manifeſtum.*

*Vtrum autem inſtrumentum ſit*
H *intus, necne, ſed protinus caro, nullo videtur eſſe argumento, quod ſenſus fiat ſimulatq; res tanguntur. Etenim ſi quis circa carnem extenderit quidpiam in ſpeciem membranæ redactum: ſtatim ea tacta peræque ſenſum imprimet, & tamen conſtat; non eſſe in ea ſenſus inſtrumentum. quod ſi etiam coaleſcat, multo citius ſenſus penetret.*

*Itaq; pars hæc corporis perinde ſe habere videtur, ac ſi circumquaque coalitus nobis eſſet aer: videremur n. vno quodam & ſonũ, & colorē, &*
I *odorē ſentire, & vnus eſſe ſenſus au-*

Videretur enim tunc, quod aer ille eſſet organum in viſu, auditu, & olfactu, quamuis ſit medium, & ita videremur vno organo ſentire ſonum, & odorem, & colorem, & per conſequens videretur eſſe vnus ſenſus auditus, viſus, & olfactus. Sed nūc, quia medium, per quod fiunt motus dictorum ſenſibilium, eſt [determinatum,] id eſt, diſtinctum à nobis, manifeſtū eſt, quod diuerſa ſunt organa trium ſenſuum dictorum, & per conſequens, quod ſunt diuerſi ſenſus. Sed in T.com.104. tactu hoc nō eſt manifeſtum, quia medium eſt connaturale nobis. Et huius diuerſitatis rationem aſſignat. Aer enim, & aqua, quæ ſunt media aliorū ſenſuum, non poſſunt eſſe cōnaturalia nobis, qa impoſſibile eſt, quod ex aere puro, & ex aqua pura conſiſtat animatū corpus. Cum T.com.122. enim ſint corpora humida, & fluxibilia, non ſunt firma, neq; bene terminabilia in ſeipſis, ſed ſolum termino alieno. Corpus autem animatum oportet eſſe firmum, & in ſe terminatum. Vnde oportet, quod ſit mixtum ex terra, & aere, & aqua, ſicut vult ſe habere, id eſt, ſicut exigit caro in animalibus habentibus carnem, & illud, quod proportionale eſt, in animalibus nō habentibus carnem. T. com.113. Et ſic illud corpus, quod eſt medium in tactu, ſcilicet caro, poteſt eſſe adunatum, id eſt, naturaliter vnitum tactui, ita quod per ipſum, ſicut per medium connaturale, fiant plures ſenſus tactus. Deinde cum dicit.

g ¶ Ponit quoddam aliud ad idem manifeſtandum, & dicit, quod hoc idem demonſtratur per hoc, quod in lingua fiunt plures tactus. Sentimus enim per linguam omnia tangibilia, quæ ſentimus per alias partes corporis, & vlterius per ipſam ſentimus [humorem,] id eſt, ſaporem, quem non ſentimus per aliquam aliam partem corporis. Si autem alia caro ſentiret ſaporem, non diſcerneremus inter guſtum & tactum, ſicut nunc non diſcernimus inter tactum, qui eſt diſcretiuus calidi, & frigidi, & tactum, qui eſt diſcretiuus humidi & ſicci. Sed nunc apparet, quod guſtus & tactus ſunt duo ſenſus, quia non conuertuntur adinuicem: nōn enim per quamcunq; partem fit ſenſus tactus, fit & guſtus. Ratio autem, quare non per quamcunq; partem fit guſtus, per quam fit tactus, eſt, quia ſapores non ſunt qualitates elementorū, ex quibus corpus animalis conſtat, vnde nec pertinent ad conſiſtentiam animalis, ſicut qualitates tangibiles.

rem, & colorem, & vnus quidē ſenſus eſſe auditus, & viſus, & olfactus. Nunc autem quoniam determinatū eſt, per quod fiunt motus, manifeſtum eſt, prædicta ſenſoria altera eſſe. In tactu autem hoc quidem nunc immanifeſtum eſt. Ex aere quidem enim, aut aqua, impoſſibile eſt conſtare animatum corpus. Oportet enim firmum eſſe. Relinquitur autem mixtum ex terra, & ex his eſſe, vt vult caro & proportionale. Quare neceſſarium eſt, & corpus, quod medium tactus, eſſe adunatum, per quod fiant ſenſus, qui ſint plures.

g Demonſtrat autem, quod plures ſint is qui in lingua eſt tactus. Omnia enim tangibilia ſentit, ſecundum eandem partem, & humorem. Siquidē igitur & alia caro ſentiret humorem, videretur vnus & idem eſſe ſenſus, guſtus, & tactus. Nunc autem ſunt duo, propter id, quod non conuertitur.

*LECTIO XXIII.*

a DVbitabit autem aliquis, ſi omne corpus profunditatem habet. Hæc autem eſt tertia magnitudo. Quorum autem corporum medium eſt aliquod corpus; nōn contingit ipſa adinuicem ſe tangere. Humidum autem nō eſt ſine corpore, neq;

*ditus, & viſus, & olfactus; at vero quia diſtinctum eſt id, per quod fiunt motus, perſpicuum eſt, quæ diximus inſtrumenta diuerſa eſſe. In tactu vero id nunc obſcurum eſt, ex aere enim, aut aqua corpus animatum conſtare non poteſt, requiritur enim, vt ſolidum quidpiam ſit, reſtat ergo, vt ex terra, & his ſit mixtum, cuiuſmodi vult eſſe caro, & quod ei* B *proportione reſpondet, nam ſi omnis ſenſus per intermedium eſt, etiam tactus. Quare neceſſe eſt, & corpus eſſe inter tactiuum, quod adhæreat, coalitumq; ſit, per quod fiunt ſenſus, qui quidem plures ſunt.*

*Indicat autem eos eſſe plures is tactus, qui in lingua conſiſtit, eadem enim parte cuncta tactilia, & saporem ſentit. Ergo ſi reliqua caro ſaporem ſentiret, ſenſus guſtatus & tactus idem & vnum eſſe videretur, nunc vero duo ſunt, quia non ſit conuerſio.*

C

LECTIO XXIII.

*VErum quærat quiſpiam, ſi omne corpus habet altitudinem, atq; hæc eſt tertia magnitudo, quibus autem duobus corporibus interiacet corpus aliquod, fieri non poteſt, vt ea ſe mutuo tangant, humidumq; non eſt ſine corpore, neq; madidum, ſed neceſſe eſt, vel aquam eſſe, vel aquam*

*LECTIO XXIII.*

a OStenſo, quod in ſenſu tactus requiritur medium connaturale, hic inquirit Philoſophus, vtrum requiratur in eo medium extraneum. Et circa hoc duo facit. Primo oſtēdit, quod tactus non fit ſine medio extraneo. Secundo oſtendit, in quo differant tactus & guſtus ab aliis ſenſibus, qui per medium extraneum ſentiunt, ibi, [Vtrum igitur.] Dicit ergo primo, quod circa tactum poteſt aliquis dubitare, vtrum ſcilicet habeat medium extraneum, cum oſtenſum ſit, quod habeat medium connaturale. Et iſta dubitatio procedit, ſi omne corpus habet profundum, quod eſt tertia dimenſio. Manifeſtum eſt enim, omne corpus tres dimenſiones habere, ſcilicet longitudinem, latitudinem, & profunditatem. Ex quo ſequitur, quod inter quæcunque corpora eſt aliquod corpus medium, ipſa non tangunt ſe inuicem immediate. Diſtant enim abinuicem, ex quo aliqua dimenſio eſt inter A ea: manifeſtum eſt etiam, quod vbicunque eſt medium humidum, vel humectatum, oportet eſſe aliquod corpus. Humiditas enim, cum ſit qualitas quædam, non eſt niſi in ſubiecto corpore. Aut igitur ineſt alteri corpori ſecundum ſeipſum, & tunc eſt humidum, ſicut aqua: aut habet humiditatem ſecundum aliquod corpus ſibi adueniens, & ſic dicitur humectatum, ex hoc quod habet aquam in ſuperficie tantum, vel in ſuperficie & profundo. Et hoc eſt, quod dicit, quod neceſſe eſt omne corpus humidum, vel humectatum, eſſe aquam, aut habere aquam. Manifeſtum eſt autem, quod corpora, quæ tanguntur in aqua adinuicem, neceſſe eſt, quod habeāt inter ſe aquam medium, qua repleta ſunt vltima eorum, niſi forte dicatur, quod ſint ſicca in aqua exiſtentia, quod eſt impoſſibile. Neceſſe eſt enim, quod ea, quæ in aqua ſunt, ſint humectata, ita quod habeāt aquam in ſuperficie, & ſic relinquitur, quod inter duo tangentia ſe in aqua, ſit aqua medium. Et ſi hoc verum eſt, ſequitur, quod impoſſibile ſit, quod aliquod corpus tangat aliud in aqua immediate. Et ſimiliter eodem modo ſe habet de aere, qui eſt humidus naturaliter, ſicut de aqua. Similiter enim ſe habet aer ad humectanda ea, quæ ſunt in aere, ſicut ſe habet aqua ad humectanda ea, quæ ſunt in aqua. Sed magis latet nos de aere, quod ſit medium, quam de aqua, propter D hoc, quod continue ſumus in aere, & ſic imperceptibiliter inhæret nobis. Et ſimiliter animalia, quæ ſunt in aqua, latet, ſi duo corpora humectata per aquam, ſe tangant, quia enim continue ſunt in aqua, non percipiunt aquam, quæ eſt inter ipſa, & corpora tangentia. Eſt autem & alia ratio, quare magis latet nos de aere, quam de aqua, quia aer eſt ſubtilior, & minus ſenſu perceptibilis. Relinquitur ergo, quod ſemper, quando tangimus aliquid, eſt medium inter nos & res contactas, aer vel aqua. Sed dubitatio hic accidit. Oportet enim illud, quod eſt medium in aliquo ſenſu, eſſe denudatum à qualitatibus ſenſibilibus, ſecundum illum ſenſum, ſicut diaphanum nullum habet colorem. Manifeſtum eſt autem, quod aer & aqua habent tangibiles qualitates. non igitur mediantibus eis poteſt fieri ſenſus tactus. Reſpondet autem ad hoc Auer. quod nos non patimur à puro aere vel aqua. Nihil enim patitur, niſi à ſuo contrario, ſecundum principium paſſionis, aer autem & aqua non contrariantur nobis, ſed ſunt nobis ſimilia, comparantur enim ad nos, ſicut locus E ad locatum, vnde tactus noſter non patitur à qualitatibus aeris vel aquæ, ſed ab extraneis qualitatibus. Quod enim ſentitur de qualitatibus tangibilibus in aere, & in aqua, eſt de admixtione extraneorum corporum, vt ipſe dicit, quia ſicut ignis nunquam amittit calorem ſuum, ita nec aqua amittit ſuam qualitatem. Sed quod aliquando ſentimus calidum, hoc eſt ex permixtione extranei. In hac autem reſponſione eſt multiplex error. Primo quidem in hoc, quod dicit, quod corpora noſtra non patiuntur ab aere vel aqua, quia ſunt ſimilia nobis, ſicut locus locato. Manifeſtum eſt enim, quod corpora noſtra ſortiuntur locum naturalem, ſicut & motum naturalem, ex natura elemēti prædominantis. Non ergo aliter comparantur ad locum, & ad corpora continentia corpora noſtra, quam ipſa elementa locata ad ele-

humectatum: ſed neceſſe eſt aquam eſſe, aut habere aquam. Quæ vero tangũtur adinuicem in aqua, niſi ſicca extrema ſint; neceſſe eſt aquam habere mediam: qua repleta ſint vltima. Si autem hoc verum, impoſſibile eſt aliquod corpus tangere aliud in aqua. Eodem autem modo eſt & in aere. Similiter enim ſe habet aer ad ea, quæ ſunt in ipſo, & aqua, ad ea, quæ ſunt in aqua. Latet autem magis nos; ſicut & ea, quæ ſunt in aqua, animalia, ſi humectatum tangit humectatum.

*b* Vtrum igitur omnium ſimiliter ſit ſenſus, an aliorum aliter, ſicut nunc videtur, guſtus quidem, & tactus in tangendo, alij autem à longe? Hoc autem non eſt, ſed durum & molle, per altera ſentimus, ſicut & ſonabile, & viſibile, & odorabile. Sed alia quidem à longe, alia vero à prope. Propter quod latet, quoniã omnia quidẽ ſentimus per medium, ſed in his latet. Et quidẽ, ſicut diximus prius, & ſi per pellem ſentiremus omnia tangibilia, ignorantes quod prohibet. ſimiliter vtiq; haberemus, ſicut & nunc & in aqua, & in aere. Putamus enim nos nunc ipſa tangere, & nihil eſſe medium.

*c* Sed differt tangibile á viſibilibus, & ſonatiuis, quoniam illa quidem ſentimus, ex eo, quod medium mouet aliquid nos, tangibilia vero non à medio, ſed ſimul cum medio: ſicut per clypeum percuſſus. Non enim clypeus percuſſus prius, percuſſit, ſed ſimul accidit vtraq; percuti.

*habere: quæ vero in aqua ſe mutuo tangunt, cum extrema ſicca non ſint, neceſſe eſt, aquam habeant interiectam, cuius plenæ ſunt extremitates: quod ſi hoc verum eſt, fieri non poteſt, vt aliud tãgat aliud in aqua, eodem etiam modo in aere, ſimiliter enim ſe habet aer ad ea, quæ ſunt in ipſo, atq; aqua, latet tamen magis* G *nos, vt etiam ea animalia, quæ in aqua ſunt, an madidum tangat madidum.*

*Vtrum igitur omnium ſimiliter ſit ſenſus, an aliorum aliter, vt nunc videtur, guſtus quidem & tactus tãgendo, alij autem è longinquo? Id vero non ita ſe habet, ſed durum & molle per alia ſentimus, quemadmo-* H *dum & ſonatiuum, & viſibile, & odorabile, ſed alia è longinquo, alia è propinquo, quapropter latet, quandoquidem omnia ſentimus per intermedium, verum in his latet. Atqui, vt ſuperius diximus, & ſi per membranam ſentiremus omnia tactilia, neſcientes eam intercedere, æque afficeremur, atq; nunc in aqua, & in aere, videmur enim ea tangere, & nihil eſſe interiectum.*

*Sed tactile differt à viſibilibus, &* I *ſonatiuis, quia illa quidem ſentimus medio aliquid in nos agente, tactilia vero non a medio, ſed vna cum medio, veluti is, qui traiecto clypeo percuſſus eſt: non enim percuſſus clypeus percuſſit, ſed contingit, vt ambo ſimul percuterentur.*

elementa locantia. Elementa autem in ſuis extremitatibus *Lect.2.* ſe alterant, vt patet per Philoſophũ in primo Meteororum. corpus ergo noſtrum ab elementis natum eſt alterari. Item, omne, quod eſt in potentia, natum eſt pati ab eo, quod eſt in actu. Corpora autem noſtra cum ſint in quadam medietate conſtituta, inter extremitates tangibilium qualitatũ, quæ ſunt in elemẽtis, habent ſe ad qualitates elementares, vt potentia ad actum. Medium enim eſt in potentia ad extrema, vt *T.com.19.* infra dicetur. Manifeſtũ eſt igitur, quod corpora noſtra nata ſunt immutari à qualitatibus elementorum, & ſentire eas. Prouenit ergo hic error ex eo, quod neſciuit diſtinguere inter elementa, ſecundum quod ſunt ſibi inuicem contraria, *T.com.114.* & ſecundum quod ſunt ſe continentia, & ſibi ſimilia, vt locus locato. Dicẽdum eſt igitur, quod elementa poſſunt dupliciter conſiderari. Vno modo ſecũdum qualitates actiuas & paſſiuas, & ſic contrariantur adinuicẽ, & ſe immutãt in ſuis extremis. Alio modo ſecundum formas ſubſtantiales, quas conſequuntur ex impreſſione corporis cœleſtis. Vnde quanto corpus elementale eſt propinquius corpori cœleſti, tanto plus habet de forma. Et quia ad formam pertinet continere, & quod ſe habeat in ratione *T.com.115.* totius, inde eſt, quod corpus ſuperius continet inferius, & cõparatur ad ipſum, ſicut totum ad partem diuiſam, quæ eſt comparatio loci ad locatum. Vnde & vis locantis & continẽtis deriuatur ad elementa ex primo cõtinenti, ſcilicet corpore cœleſti. Et propter hoc, locus & motus localis, non attribuuntur elementis ſecundum qualitates actiuas & paſſiuas, ſed conſequuntur formas ſubſtantiales elementorum. Aliud eſt error in hoc, quod dicit, quod aqua & aer non alterantur, niſi per admixtiones extranei. Manifeſtum eſt enim, quod aer & aqua ſecundum partem ſunt corruptibilia. Corruptio autem & generatio in elemẽtis poteſt fieri ſine mixtione, & ſequitur alterationem, vt pa- *Li.2. t.c.24. & inde.* tet in libro de Generatione. Vnde manifeſtum eſt, quod adhuc durante ſpecie aquæ, poteſt immutari aqua à ſua naturali qualitate, abſq; admixtione extranei. Ignis autem cum ſit formalior, eſt magis actiuus inter elementa, quæ omnia comparantur ad ipſum, ſicut materialia, vt dicitur in quarto *Lect.2. T.com.5.* Meteororum. Vnde non eſt ſimile de ipſo, & de aliis. Dicendum eſt igitur, quod quia aer & aqua ſunt facile mutabilia ab extraneis qualitatibus, & præcipue quando ſunt modicæ quantitatis, ſicut accidit in aqua, vel aere, quæ ſunt inter alia duo corpora ſe tangentia, propter hoc non impedit ſenſus tactus, quin per medium aerem & aquam fieri poſſit. Et minus etiam impedit aer, quam aqua, quia aer habet qualitates tangibiles parum ſenſibiles. Vnde ſi intendantur qualitates

F tangibiles aeris vel aquæ, magis impeditur tactus, vtpote cum aer vel aqua intenſam frigiditatem vel caliditatem habuerint. Deinde cum dicit.

*b* ¶ Oſtendit differentiam inter tactum & guſtum, & alios ſenſus. Et primo excludit quandam differẽtiam æſtimatam. Secundo ponit differentiam veram, ibi, [ Sed differt. ] Dicit ergo primo, quod ex quo tactus habet medium extraneum, conſiderandum eſt, vtrum omnium ſenſibilium fiat ſimiliter ſenſus, aut diuerſorum diuerſimode, ſicut in promptu videtur, hæc eſſe differentia, quod guſtus & tactus ſentiant, ex eo, quod immediate tangant: alij autem ſenſus ſentiant à longe ſua ſenſibilia, non tangendo ipſa. Sed hoc verum non eſt, quod ſic differant: ſed durum & molle, & alias qualitates tangibiles ſentimus [ per altera, ] id eſt, per media extranea, ſicut & obiecta aliorum ſenſuum, ſicut ſonabile, viſibile, & odorabile. Sed iſta ſenſibilia ſunt à longe quandoque à ſenſu, guſtabilia autem, & tangibilia ſunt de prope, in tantum, quod medium eſt quaſi imperceptibile propter paruitatem, & ideo medium latet. Omnia enim ſenſibilia ſentimus per medium extraneum: ſed in guſtabilibus & tangibilibus latet, quia, ſicut prius diximus, ſi per aliquam pellem nobis circũpoſitam, omnia tangibilia ſentiremus, ignorato quod aliquid eſſe prohibens, ſimiliter nos haberemus ad ſentiendum per medium, ſicut & nunc nos habemus ſentientes in aqua & aere. Putamus enim nunc, quod tangamus ſenſibilia ipſa, & nihil ſit medium. Deinde cum dicit.

*c* ¶ Excluſa falſa differentia, ponit veram, & dicit, quod tangibilia differunt à viſibilibus & ſonatiuis, ex eo quod illa ſenſibilia ſentimus per hoc, quod mouent medium, & iterum medium mouet nos, ſed tangibilia ſentimus per medium extraneum, non quaſi moti à medio extraneo, ſed ſimul cum medio mouemur à ſenſibili. Sicut patet de eo, qui percuti- K tur per clypeum. Non enim accidit ſic, quod clypeus percuſſus percutiat, ſed quia ſimul accidit vtrumque percuti. Hoc autem, quod dicitur [ ſimul, ] non eſt intelligendum ſecundum ordinem temporis tantum, quia etiam in viſu ſimul mouetur medium ab obiecto, & ſenſus a medio, fit enim viſio ſine ſucceſſione. Perceptio autem ſoni & odoris, cum ſucceſſione aliqua, vt in libro de Senſu & ſenſato dicitur. Sed hoc referendum eſt ad ordinem cauſæ. In aliis enim ſenſibus, immutatio medij eſt cauſa, quod immutetur ſenſus, non autem in tactu. Nam in aliis ſenſibus medium eſt ex neceſſitate, in tactu autem quaſi per accidens, in quantum accidit corpora ſe tangentia eſſe humectata. Deinde cum dicit.

*d* Omnino autem videtur caro & lingua, ſicut aqua & aer ad viſum & auditum & olfactum ſe habent, ſic ſe habere ad ſenſitiuum, ſicut illorum vnumquodque. Ipſo autem ſenſitiuo tacto, neque ibi, neque hic fiet vtique ſenſus: vt ſi quis ponat corpus album in oculi vltimum: Quare & manifeſtum, quod intus ſit, tangibilis ſenſitiuum. ſic enim vtique accidit, quod & in aliis. Appoſita enim ſuper ſenſorium non ſentiunt. Super autem carnem poſita ſentiunt, quare medium tactus eſt caro.

*e* Tangibiles quidē igitur ſunt differentiæ corporis, ſecundum quod corpus. Dico autem differentias, quibus elementa determinantur, calidum, frigidum, humidum, & ſiccum, de quibus prius dictum eſt in his, quæ de elemētis. Senſorium autem, ipſarum quod tactiuum, & in quo ſenſus vocatus tactus, eſt primo, quod potētia huiuſmodi pars eſt. Sētire enim pati quoddam eſt. Quare faciens, quale ipſum actu, tale ille illud facit, cū ſit potentia. Vnde ſimiliter calidum, & frigidum, aut durum & molle non ſentimus, ſed excellētia, tanquam ſenſu, velut medietate quadam exiſtente eius, quæ in ſenſibilibus contrarietatis. Et propter hoc diſcernit ſenſibilia. Medium enim diſcretiuum eſt. Fit enim ad vtrumque ipſorum, alterum vltimorum. Et oportet, ſicut debens ſentire album & nigrum, neutrum ipſorum habere actu, potentia vero vtrumque, ſic autem & in aliis, & in tactu, neq; calidum, neque frigidum.

*f* Amplius autem, ſicut viſibilis & inuiſibilis erat quodammodo viſus, ſimiliter autem & reliqui oppoſitorum, ſic & tactus, & tangibilis, & intangibilis. Intangibile autem, paruam omnino habens differentiam tangibilium, vt paſſus eſt aer. Et tangibilium excellentiæ, ſicut corruptiua. Secundum quidem igitur vnumquemque ſenſum, dictum eſt figuraliter.

A *Omnino videtur caro, & lingua, vt aer & aqua ad viſum, & auditum, & olfactum habet, ita habere ad ſenſorium, vt illorum vnumquodque; ſi autem ipſum tangatur ſenſorium, neq; hic, neq; illic fiat ſenſus: veluti ſi quis poſuerit corpus aliquod album ſuper extremum oculum. Ex quo etiam perſpicuum eſt, intus eſſe*
B *rei tactilis ſenſorium. hoc enim pacto vt in cæteris eueniet: nam ſi apponantur ſuper ſenſorium, non ſentiunt: at ſi apponantur ſuper carnem, ſentiunt. Quare intermedium tactiui caro eſt.*

*Tactiles igitur ſunt corporis, vt corpus eſt, differentiæ, voco autem differentias, quæ elementa diſtinguunt; calidum, frigidum, humidum, ſiccum; de quibus in libris de elementis ante diximus; Senſorium autem ipſorum tactiuum, & in quo*
C *primo ſenſus is, quem tactum vocamus, ineſt. pars ea eſt, quæ eſt talis. Nam ſentire pati quoddam eſt, quare id, quod facit, quale eſt ipſum actu, tale illud facit, cum ſit potentia. Quamobrem id, quod æque calidum eſt, ac frigidum, aut durum & molle non ſentimus, ſed exceſſus, vtpote cum ſenſus mediocritas quædam ſit eius contrarietatis, quæ in ſenſibilibus reperitur, & propterea iudicat ſenſibilia, medium enim vim habet iudicandi, ſit enim alterum extremorum, ad vtrumq; ipſorum compa-*
D *ratum. Et oportet, quemadmodum id, quod ſenſorium eſt album & nigrum, neutrum eorum eſſe actu, ſed potentia vtrumque, ſic & in aliis, & in tactu, nec calidum eſſe, nec frigidum.*

*Præterea vt rei viſibilis & inuiſibilis erat quodammodo viſus, cæterique itidem oppoſitorum, ſic quoque tactus, tactilis & intactilis. Intactile autem eſt, tum quod planum leuem*
E *habet differentiam tactilium, quod vſu venit in aere, tum tactilium exceſſus, cuiuſmodi ſunt, quæ corrumpendi vim habent. Ac de ſenſibus quidem ſigillatim diſſeruimus adumbratione quadam.*

*d* ¶ Determinat de ſenſu tactus ſecundum veritatem. Et primo, quantum ad medium. Secundo, quantum ad qualitatem organi, ibi, [Tangibiles quidem.] Tertio, quantum ad obiectum, quod percipitur ſenſu, ibi, [Amplius autem.] Dicit ergo primo, quod ita videtur ſe habere caro & lingua ad organum ſenſus tactus, ſicut ſe habent
*T. com. 116.* aer & aqua ad organum viſus, auditus, & olfactus. In nullo enim iſtorū ſenſuum poteſt fieri ſenſus, ſi tangatur organum. vt ſi quis ponat aliquod corpus album in ſuperficie oculi, non videtur. Vnde manifeſtū eſt, quod organū ſenſitiuum, in ſenſu tactus, ſit intus. Sic enim accidit in hoc ſenſu, ſicut & in aliis. Non enim ſentiunt animalia, ſenſibilia appoſita ſuper organum ſenſus. Sentiunt autem ſenſibilia poſita ſuper carnem, quare
*T. com. 117.* manifeſtū eſt, quod caro non eſt organum ſenſus, ſed medium. Deinde cum dicit.

*e* ¶ Oſtendit, quale ſit organum tactus, & dicit, quod tangibiles qualitates ſunt differentiæ corporis, ſecundum quod eſt corpus; id eſt, differentiæ, quibus elementa diſtinguun-
*T. com. 118.* tur abinuicem, ſcilicet calidum, frigidū, humidum, & ſiccum, de quibus dictum eſt in his, quæ ſunt de
*Lib. 2. tex. c. 8 & inde.* elementis, id eſt, in libro de Generatione & corruptione. Manifeſtum eſt autem, quod organum tactus, & in quo primo fundatur ſenſus, qui dicitur tactus, eſt quædam pars, quæ
*T. com. 119.* eſt in potentia ad huiuſmodi qualitates. Organum enim ſenſus patitur a ſenſibili, quia ſentire eſt pati quoddam: vnde ſenſibile, quod eſt agens, facit ipſum eſſe
*T. com. 120.* tale in actu, quale eſt ſenſibile, cum ſit in potentia ad hoc. Et propter hoc organum tactus non ſentit illam qualitatem, ſecundum quam eſt in actu. Non enim ſentimus id, quod eſt
*T. com. 121.* calidum, aut frigidum, durum, aut molle, ſecundum illum modum, quo hæc inſunt organo tactus, ſed ſentimus excellentias tangibilium, quaſi organo tactus conſtituto in aliqua medietate inter contrarias tangibiles qualitates. Et propter hoc organum tactus diſcernit extrema tangibilium, medium enim eſt diſcretiuum extremorum. Poteſt enim pati ab vtroque extremorum, eo quod dum comparatur ad vnum, habet in ſe rationem alterius, ſicut tepidum in comparatione ad calidum, eſt frigidum; in comparatione ad frigidum, eſt calidum: vnde medium patitur ab vtroque extremorum, cum ſit quodammodo vtique contrarium. Et oportet quod ſicut organum, quo debet ſentire album & nigrum, neutrum ipſorum habeat actu, ſed vtrumque in potentia, & eodem modo in aliis ſenſibus, ſic etiam ſe habeat in ſenſu tactus, vt ſcilicet organum neque ſit calidum, neque frigidum actu, ſed potentia vtrumque. Aliter tamen accidit hoc circa tactum, & circa alios ſenſus. Nam in viſu, organum viſus eſt in potentia ad album & nigrum, denudatum à toto genere albi & nigri, eſt enim penitus carens colore. Sed organum & medium tactus non poteſt denudari à toto genere calidi & frigidi, humidi & ſicci, componitur enim ex elementis, quorum hæ ſunt propriæ qualitates. Sed ſic ſit in potentia organum tactus ad ſua obiecta, in quantum eſt medium inter contraria. Medium enim eſt in potentia ad extrema. Et propter hoc quanto animal habet complexionem magis reductam ad medium, tanto habet meliorem tactum. Vnde homo inter omnia animalia eſt melioris tactus, vt ſupra dictum eſt. Deinde cum dicit.

*f* ¶ Determinat de eo, quod percipitur per tactum, & dicit, quod ſicut eſt viſus quodammodo viſibilis & inuiſibilis, & ſicut alij ſenſus ſunt oppoſitorum, vt auditus ſoni, & ſilentij, ſic & tactus eſt tangibilis & intangibilis. Intangibile autem dicitur dupliciter, aut illud, quod habet excellentiam, ita quod corrumpit ſenſum, ſicut ignis, aut illud, quod habet parum de qualitate tangibili, ſicut aer. Vtrumque enim dicitur intangibile, quaſi male perceptibile ſenſu tactus. Vltimo autem quaſi epilogando concludit, quod [figuraliter,] id eſt, in quadam ſumma dictum eſt de ſenſibilibus, ſecundum vnumquemque ſenſum. De eis enim ſpecialiter in libro de Senſu & ſenſato determinatur.

## LECTIO XXIV.

a OPortet autem vniuerſaliter de omni ſenſu accipere, quod ſenſus eſt ſuſceptiuus ſpecierum ſine materia, vt cera annuli ſine ferro & auro recipit ſignum. Accipit autem aureum, aut æneum ſignum, ſed non in quantum aurum, aut æs. Similiter autem & ſenſus vniuſcuiuſq; ab habẽte colorem, aut humorem, aut ſonum patitur; ſed nõ in quantum vnumquodq; illorum dicitur, ſed in quantum tale eſt, & ſecundum rationem.

b Senſitiuum autem primum eſt, in quo huiuſmodi potentia. Et quidem igitur idem, ſed eſſe alterum eſt Magnitudo quidem enim quædam erit, quod ſenſum patitur, non tamen ſenſitiuo eſſe, neq; ſenſus, magnitudo eſt; ſed ratio quædam, & potentia illius.

c Manifeſtum autem ex his, & propter quid ſenſibilium excellentiæ corrumpunt ſenſitiua. Si namq; ſit fortior ſenſitiuo motus, ſoluitur ratio. Hoc autem erat ſenſus, ſicut & ſymphonia, & tonus, percuſſis fortiter chordis. Et propter quid plantæ non ſentiunt; habentes quandam partem animalem, & patientes à tangibilibus. Et namque frigeſcunt, & caleſcunt. Cauſa enim eſt, non habere medietatem, neque huiuſmodi principium poſſibile recipere ſpecies ſenſibilium, ſed pati cum materia.

## LECTIO XXIV.

*VNiuerſe autem de omni ſenſu hoc ſumendum eſt: ſenſum id eſſe, quod eſt capax ſenſibilium ſpecierum ſine materia, vt cera annuli ſine ferro & auro recipit ſignum: ſed accipit ea quidem aureum vel æreum ſignum, non tamen quatenus æs vel aurum eſt: Pariter etiam ſenſus v-*
G *niuſcuiuſq; ab eo patitur, quod nec odorem habeat, aut ſaporem, aut ſonum; verum non quatenus vnumquodq; illorum dicitur, ſed quatenus eiuſmodi eſt, & ex ratione.*

*Id vero eſt primum ſenſorium, in quo eiuſmodi potentia eſt, ſunt ergo idem, eſſe vero diuerſum eſt: magnitudo enim quædam fuerit id, quod ſentit, non tamen ſenſitiuo eſſe, neq; ſenſus eſt magnitudo. ſed ratio quædam & potentia illius.*

H

*Ex quibus etiam perſpicuum eſt, cur ſenſibilium exceſſu corrumpant inſtrumenta; quippe ſi motus inſtrumento validior fuerit, diſſoluitur ratio: id autem erat ſenſus, veluti etiam concentus & tonus, vehementer pulſatis fidibus. Conſtat etiam, cur plantæ non ſentiant, cum tamen habeant quandam partem animæ, atq; à tactilibus aliquid patiantur, quippe quæ & frigeſcant, & caleſcant; cauſa huius eſt, quia non habent mediocritatem, neq; eiuſmodi princi-*
I *pium, quod ſit idoneum ad recipiendas ſpecies ſenſibilium, ſed patiuntur cum materia.*

## LECTIO XXIV.

a POſtquam Philoſophus in parte præcedenti determinauit de ſenſibilibus ſecundum vnumquemque ſenſum, hic determinat de ſenſu. Et circa hoc tria facit. Primo oſtendit, quid ſit ſenſus. Secundo concludit ſolutionem quarundam quæſtionum ex diffinitione ſenſus poſita, ibi, [ Manifeſtum autem ex his, &c. ] Tertio mouet quaſdam dubitationes circa paſſionem à ſenſibilibus, ibi, [ Dubitabit autem.] Circa primum duo facit. ] Primo oſtendit, quid ſit ſenſus. Secundo oſtendit, quid ſit organum ſenſus, ibi, [ Senſitiuum autem. ] Dicit ergo primo, quod hoc oportet accipere vniuerſaliter, & communiter omni
T. com. 122. ſenſui ineſſe, quod ſenſus eſt ſuſceptiuus ſpecierum ſine materia, ſicut cera recipit ſignum annuli ſine ferro & auro. Sed hoc videtur eſſe commune omni patiẽti. Omne enim patiens recipit aliquid ab agente, ſecundum quod eſt agens. Agens autem agit per ſuam formam, & nõ per ſuam
T. com. 123. materiam: omne igitur patiens recipit formam ſine materia. Et hoc etiam ad ſenſum apparet. Nõ enim aer recipit ab igne agente materiam eius, ſed formã. Non igitur videtur hoc proprium eſſe ſenſus, quod ſit receptiuus ſpecierum ſine materia. Dicendũ igitur, quod licet hoc ſit commune omni patienti, quod recipiat formam ab agente, differentia tamen eſt in modo recipiendi. Nam forma, quæ in patiente recipitur ab agente, quandoq; quidem habet eundem modum eſſendi in patiente, quem habet in agente, & hoc quidem contingit, quando patiens habet eandem diſpoſitionem ad formam, quam habet agens: quodcunque enim recipitur in altero, ſecundum modum recipientis recipitur. Vnde ſi eodem modo diſponatur patiens, ſicut agens, eodem modo recipitur forma in patiente, ſicut erat in agente, & tunc non recipitur forma ſine materia. Licet enim illa & eadem materia numero, quæ eſt agentis, non fiat patientis, fit tamen quodammodo eadem, in quantum ſimilem diſpoſitionem materialem ad formam acquirit ei, quæ erat in agente. Et hoc modo aer patitur ab igne, & quicquid patitur paſſione naturali. Quandoque vero forma recipitur in patiente ſecundum alium modum eſſendi, quam ſit in agente, quia diſpoſitio materialis patientis ad recipiendum, non eſt ſimilis diſpoſitioni materiali, quæ eſt in agente. Et ideo forma recipitur in patiente ſine materia, in quantum patiens aſſimilatur agenti ſecundum formam, & non ſecundum materiam. Et per hunc modum ſenſus recipit formam ſine materia, quia alterius modi eſſe habet forma in ſenſu, & in re ſenſibili. Nam in re ſenſibili habet eſſe naturale, in ſenſu autem habet eſſe intentionale & ſpirituale. Et ponitur conueniens exemplum de ſigillo & cera. Non enim eadem diſpoſitio eſt ceræ ad imaginem, quæ erat in ferro & auro. Et ideo ſubiungit, quod cera accipit ſignum, id eſt, imaginem, ſiue figuram auream, aut æneam,
F ſed non in quantum eſt aurum aut æs. Aſſimilatur enim cera aureo ſigillo, quantum ad imaginem, ſed non quantum ad diſpoſitionem auri. Et ſimiliter ſenſus patitur à ſenſibili, habente colorem aut humorem, id eſt, ſaporem, aut ſonum, ſed non in quantum vnumquodque illorum dicitur, id eſt, non patitur à lapide colorato, in quantum lapis, neque à melle dulci, in quantum mel, quia in ſenſu non fit ſimilis diſpoſitio ad formam, quæ eſt in ſubiectis illis, ſed patitur ab eis, in quantum huiuſmodi, vel in quantum coloratum, vel ſaporoſum, vel ſecundum rationem, id eſt, ſecundum formam. Aſſimilatur enim ſenſus ſenſibili ſecundum formam, ſed non ſecundum diſpoſitionem materiæ. Deinde cum dicit.

b ¶ Determinat de organis ſenſus. Quia enim dixerat, quod ſenſus eſt ſuſceptiuus ſpecierum ſine materia, quod etiam intellectui conuenit: Poſſet aliquis credere, quod ſenſus non eſſet potentia in corpore, ſicut nec intellectus. Et ideo ad hoc excludendum aſſignat ei organum, & dicit, quod primum ſenſitiuum, id eſt, primum organum ſenſus eſt, in quo eſt potentia huiuſmodi, quæ ſcilicet eſt ſuſceptiua ſpecierum ſine materia. Organum enim ſenſus cum potentia ipſa, vtputa oculus, eſt idem ſubiecto, ſed eſſe aliud eſt, quia ratione differt potentia à corpore. Potentia enim eſt quaſi forma organi, vt ſupra traditum eſt. Et ideo ſubdit, quod [ magnitudo, ] id *Lect. 1.* eſt, organum corporeum eſt, [ quod ſenſum patitur, ] id eſt, quod eſt ſuſceptiuum ſenſus, ſicut materia formæ: Non tamen eſt eadem ratio magnitudinis & ſenſitiui ſiue ſenſus, ſed ſenſus [ eſt quædam ratio, ] id eſt, proportio & forma, & potentia illius, ſcilicet magnitudinis. Deinde cum dicit.

c ¶ Ex præmiſſis concludit ſolutionem quandam duorum, quæ poſſent quæri; & dicit, quod manifeſtum eſt ex prædictis, propter quid excellentia ſenſibilium corrumpat organa ſenſuum. Oportet enim in organis ſentiendi, ad hoc quod ſentiatur, eſſe [ quandam rationem, ] id eſt, proportionem, vt dictum eſt. Si ergo motus ſenſibilis fuerit fortior, quam organum natum ſit pati, ſoluitur proportio, & cor-
K rumpitur ſenſus, qui conſiſtit in quadam proportione organi, vt dictum eſt. Et eſt ſimile, ſicut cum aliquis fortiter percutit chordas, ſoluitur ſymphonia & tonus inſtrumenti, qui in quadam proportione conſiſtit. Manifeſta eſt etiam ex prædictis ratio alterius quæſtionis [ propter quid ] ſcilicet plantæ non ſentiunt, cum tamen habeant quandam partem animæ, & patiantur à quibuſdam ſenſibilibus, ſcilicet à tangibilibus. Manifeſtum eſt enim, quod caleſcunt & infrigidantur. Cauſa igitur, quare non ſentiunt, eſt, quia non eſt in eis illa proportio, quæ requiritur ad ſentiendum. Non enim habent medietatem ſecundum complexionem inter tangibilia, quæ requiritur ad organum tactus, ſine quo nullus ſenſus eſſe poteſt, & ideo non habent in ſe huiuſmodi

prin-

principium, quod poteſt recipere ſpecies [ſine materia] ſc. ſenſum. Sed accidit ei, pati cum materia, ſcil. ſecundum materialem tranſmutationem. Deinde cum dicit.

d ¶ Mouet quandam dubitationem circa paſſionem à ſenſibilibus: quia enim dixerat quod plantę patiuntur à quibuſdam ſenſibilibus, Primo mouet dubitationem, vtrum ab aliis ſenſibilibus aliquid poſſit pati, quod non habet ſenſum, puta ab odore, quod non habet olfactum, à colore quod non habet viſum, à ſono, quod non habet auditum. Secundo ibi.

Tex. c. 124.

Tex. c. 125.

e ¶ Inducit duas rationes ad oſtendendum quod non, quarum prima talis eſt. Quia proprium olfactibilis eſt facere olfactum: odor autẽ eſt olfactibile. ergo ſi aliquid facit olfactũ, facit hoc per odorẽ. Vel ſecundum aliam literam, odor facit olfactum. Propria igitur actio odoris, inquantum odor, eſt quod facit olfactum, ſiue facere. Ex quo ſequitur, quod ſuſcipiens actionem odoris, inquantum odor, habet ſenſum olfactus. Quod ergo non habet ſenſum olfactus, non poteſt pati ab odore, & eadem ratio videtur de aliis, quod non ſit quorumcunque, poſſe pati à ſenſibilibus, ſed ſolum habẽtium ſenſum. Secundam rationem ponit ibi.

Tex. c. 126.

Tex. c. 127.

f ¶ Et dicit, quod hoc quod prima ratio concludit, manifeſtum eſt per experimentum, quia lumen, & tenebra, & odor, & ſonus, nullum effectum faciunt in corpora inſenſibilia, niſi forte per accidens, inquantum corpora habentia huiuſmodi qualitates, aliquid agunt, ſicut aer, qui quando eſt tonitruum, ſcindit lignum. Lignum enim patitur, non à ſono per ſe loquendo, ſed ab aere moto. Tertio ibi.

Lect. 1. g ¶ Oſtendit aliter eſſe de qualitatibus tangibilibus, & dicit quod [tangibilia & humores,] id eſt ſapores faciunt quendam effectum in ſenſibilibus. Sed hoc intelligendum eſt de saporibus, non inquantum ſapores ſunt, ſed inquantum guſtabile

A eſt quoddam tangibile, & guſtus eſt quidam tactus. Si enim corpora inſenſibilia non paterentur à qualitatibus ſenſibilibus, non eſſet ponere à quo paterentur, & alterarentur corpora inanimata. Nam tangibilia ſunt qualitates actiuæ & paſſiuæ elementorum, ſecundum quas accidit vniuerſaliter alteratio in corporibus. Quarto ibi.

h ¶ Oſtendit etiam, ꝙ alia ſenſibilia agunt in quaſdam res inanimatas, licet non in omnes, dicens [ergone & illa?] ſcil. ſenſibilia alia, faciunt aliquem effectum, & olfactum in res inanimatas, quaſi dicat ſic. Sed tamen non omne corpus paſſiuũ eſt ab odore, & ſono, ſicut omne corpus paſſiuum eſt à calore & frigore. Sed ab iſtis ſenſibilibus pati poſſunt ſola corpora indeterminata, & quæ non manent, vt aer & aqua, quę ſunt humida, & non bene determinabilia termino proprio. Et quod aer poſſit pati ab odore, manifeſtum eſt, quia aer fœtet, ſicut aliquid patiens ab odore. Alia litera habet [feret] quia ſcilicet mediantibus aliis ſenſibilibus deferuntur ſpecies ad ſenſum. Ratio autem huius diuerſitatis eſt, quia qualitates tangibiles ſunt cauſæ aliorum ſenſibilium, & ideo habent plus de virtute actiua, & poſſunt agere in quęcũque corpora. Sed alia ſenſibilia, quæ habent minus de virtute actiua, non poſſunt agere, niſi in corpora valde paſſibilia. Et ſimilis etiam ratio eſt de luce corporum cœleſtium, quæ alterant inferiora corpora. Quinto ibi.

*al. le. ſi quid afficit odoratum odor afficit.*

i ¶ Soluit rationem ſupra poſitam dicens, quod ſi aliquid patitur ab odore, quod non odorat, quid eſt odorare, niſi pati aliquid ab odore? Et reſpondet quod odorare eſt ſic aliquid pati ab odore, quod ſentiat odorem. Aer autem non ſic patitur, vt ſentiat, quia non habet potentiam ſenſitiuam, ſed ſic patitur, vt ſit ſenſibilis, inquantum ſcilicet eſt medium in ſenſu.

d Dubitabit autem aliquis, ſi patiatur aliquid ab odore, quod impoſſibile eſt olfactum habere, aut à colore non poſſibile videre. Similiter autem & in aliis.

e Si autem olfactibile eſt odor, ſi aliquid facit olfactum, odor facit. Quare quæ nequeunt olfactum habere, non poſſunt pati ab odore. Eadem autem eſt ratio, & in aliis, neq; poſſibilium, niſi inquantum vnumquodque ſenſitiuum eſt.

f Simul autem manifeſtum eſt, & ſic. Neque enim lumen, & tenebra, neq; ſonus, neque odor quicquam facit in corpora, ſed ea in quibus ſunt, vt aer qui eſt cum tonitruo, ſcindit lignum.

g Sed tangibilia, & humores faciunt, ſi enim non, à quo vtique paterentur inanimata, & alterarentur?

h Ergone & illa faciunt? Aut non omne corpus paſſiuum ab odore, & ſono: & patientia indeterminata & quæ non manent, vt aer. Fœtet enim ſicut patiens aliquid.

i Quid igitur eſt odorare, præter pati aliquid? Aut odorem ſentire eſt. Aer autem patiens hoc, mox ſenſibilis fit.

*Verum, quærat quiſpiam, num pati poßit ab odore id quod olfacere non poteſt, ant à colore, quod videre non poteſt, pari quoq; modo in cæteris.*

B *Sane ſi odorabile eſt odor, ſi quid afficit odoratum, quatenus odor afficit, itaq; fit vt eorum quæ olfacere nequeunt, nullum ab odore pati poſſit. Eademq; ratio in cæteris. Sed ne eorum quidem quæ poſſunt, ſed quatenus quodq; ſenſitiuum eſt.*

*Quod etiam perſpicuum vel inde eſt, nam nec lumen & tenebræ, nec ſonus, nec odor vllo modo afficit corpora, ſed ea in quibus ſunt, vt aer comitante tonitru ſcindit lignum.*

C *Atqui certe tactilia, & ſapores afficiunt, alioquin à quonam paterentur inanimata, & alterarentur?*

*Num igitur illa quoque afficiunt? An non ita natura comparatum eſt, vt omne corpus ab odore, & ſono patiatur, & ea demum ipſa quæ patiuntur, carent termino, neq; perſtant veluti aer, redolet enim quaſi aliquid paſſus.*

D *Quid ergo erit olfacere, niſi pati aliquid? An olfacere quidem eſt ſentire, aer vero vbi paſſus fuerit, celeriter ſenſibilis fit.*

*Secundi libri de Anima cum Sancti Thomæ expoſitione finis.*

# ARISTOTELIS DE ANIMA LIBER TERTIVS.

*Cum D. Thomæ Aquinatis præclariſſimis Commentariis.*

## LECTIO PRIMA.

Hic incipit Liber tertius apud Græcos. Et ſatis rationabiliter, ex hinc enim Ariſt. ad inquirendum de intellectu accedit. Fuerunt enim aliqui qui poſuerunt ſenſum & intellectum eſſe idē. Manifeſtum eſt autem, quod intellectus nō eſt aliquid de ſenſib. exterioribus, de quibus iam dictū eſt ex eo ꝙ non coartatur ad vnum genus ſenſibiliū cognoſcēdū: vnde reſtat inquiſitio, vtrum in parte ſenſitiua ſit aliqua alia potētia cognoſcitiua, vt ex hoc poſſit accipi, vtrum intellectus ſit aliquo modo ſenſus. *Tex. c. 128.* Diuiditur ergo pars iſta in partes tres. *Tex. c. 129.* In prima inquirit an ſit aliquis alius ſenſus, præter quinq; ſenſus exteriores, de quibus iā dictum eſt. In ſecunda oſtēdit, ꝙ intellectus & ſenſus nullo modo ſunt idē, ibi: [ Quoniā autem duab. ] In tertia oſtēſo quod intellectus non ſit ſenſus, determinat de parte animæ intellectiua: ibi, [De parte autem animæ.] Prima diuiditur in duas partes. In prima oſtendit, quod nō eſt alius ſenſus proprius, præter quinq; iam dictos. In ſecūda oſtēdit præter ſenſus proprios, eſſe ſenſum cōmunem: ibi, [Quoniam autē ſentimus.] Circa primū duo facit. Primo oſtendit ꝙ non ſit alius ſenſus præter quinq; Secundo oſtendit, quare ſunt plures, & non vnus tantum: ibi, [Inquirit autem.] *Tex. c. 130.* Circa primum duo facit. Primo oſtendit, quod non ſit alius ſenſus præter quinque, qui ſit cognoſcitiuus ſenſibilium propriorum. Secundo oſtendit quod non eſt alius ſenſus, præter quinque, cuius obiectum ſunt ſenſibilia communia: ibi, [At vero neque.] Circa primum vtitur tali ratione. Quicunque habet aliquod organum ſenſus, per quod nata ſunt cognoſci aliqua ſenſibilia, cognoſcit omnia illa ſenſibilia, per organum illud, ſed animalia perfecta habent omnia organa ſenſus, ergo cognoſcunt omnia ſenſibilia. Cum igitur non habeant niſi quinq; ſenſus, non erit alius (reſpectu propriorum ſenſibilium, præter quinque) ſenſus. Circa hanc rationem hoc modo procedit. Primo proponit quod intendit, dicens, quod ex his quæ ſequuntur, poteſt aliquis ſufficienter ad credendum moueri quod ſit ſenſus, præter quinq; iam dictos. Secundo ibi.

*b* ¶ Oſtendit primam propoſitionē rationis inductæ, ſc. hanc, ꝙ animal habens aliquod organum ſenſus, cognoſcit omnia ſenſibilia, q̄ poſſunt ſentiri per illud organū. Et hoc quidem manifeſtat ex ſenſu tactus, eo ꝙ manifeſtū eſt quod ſunt qualitates tangibiles. F Dictū enim eſt ſupra, quod qualitates tangibiles ſunt differentiæ corporis elementati, inquantum huiuſmodi, quæ quidem manifeſtæ ſunt ex his quæ determinata ſunt ex elementis, vnde manifeſtum nobis poteſt eſſe, ꝙ nos ſentimus omnes qualitates tangibiles. Et ex hoc cōcludit per ſimile in aliis, ꝙ ſi habemus aliquod organū, ꝙ habemus ſenſum illorum ſenſibilium quæ nata ſunt cognoſci per illud organum. Hoc eſt ergo ꝙ dicit, ꝙ ſi nos habemus ſenſum omnis ſenſibilis, cuius tactus eſt perceptiuus, apparet quod omnes paſſiones tangibiles inquantū huiuſmodi à nobis ſentiuntur, neceſſe eſt vniuerſaliter dicere, quod ſi deficit nobis aliqs ſenſus aliquorum ſenſibilium, quod deficiat nobis aliquod organū, quo nata ſunt cognoſci illa ſenſibilia, quia ſi habemus organum, cognoſcimus ſenſibilia. Et hoc quod vniuerſaliter dictum eſt, manifeſtat exemplificando per ſingula. Et primo quantum ad ea quæ cognoſcuntur abſq; medio extraneo. Et hoc eſt quod dicit, ꝙ quæcunq; nos ſentimus [tangentes] id eſt abſq; medio extraneo, poſſunt ſentiri per organum tactus, ſub quo intelligitur guſtus, quē habemus. Sed circa illa ſenſibilia q̄ ſentimus per media extranea, quæ ſunt ſimplicia corpora, ſcilicet aer & aqua, & non ſentimus ea tangendo, illa ſic ſe habent, vt dicam, videlicet, quod ſi per vnum organum, plura ſenſibilia diuerſa genere adinuicem, ſentiri poſſunt, neceſſe eſt quod qui habet huiuſmodi organum, ſentiat vtrumq; genus. Puta quod ſi aliquod organum eſt ex aere, & aer poteſt immutari à colore & ſono: K ſequitur quod qui habet huiuſmodi organum, poteſt & ſonum & colorem percipere. Si vero econuerſo, plura organa ſunt ſuſceptiua eiuſdem ſenſibilis, ſicut aer & aqua, quorum vtrumque eſt diaphanum, ſunt perceptiua coloris, ſequitur quod animal habens aliquod horum, poteſt percipere quod eſt perceptibile per vtrumq;, ſicut per media, [aut ab ambobus] ſicut ab inſtrumentis. Quod ideo dicit, quia in ſenſibus qui ſentiunt per medium extraneū, organa ſunt conformia mediis. Has autē conditiones ideo poſuit, quia idem ſenſibile ſentitur ab aliquo animali per aquam, & ab aliquo per aerem, ſicut patet de odore. Tertio ibi.

*c* ¶ Ponit ſecundam propoſitionem cū ſua manifeſtatione, ſc. quod omnia organa ſentiendi, habentur ab animalib. perfectis. Dicit ergo, ꝙ organa ſentiendi nata ſunt cōſtare ex ſolis duo-

### LECTIO I.

*a* Quod autem nō ſit ſenſus alius, præter quinq; (Dico autem hos, viſum, auditum, olfactū, guſtum, tactum) ex his credet aliquis.

*b* Si enim eius omnis, cuius eſt ſenſus tactus, & nūc ſenſum habemus. Omnes enim tangibiles, inquantum tangibiles paſſiones, tactu nobis ſenſibiles ſunt. Neceſſe eſt ſi deficit aliquis ſenſus, & organū aliquod nobis deficere. Et quæcunq; quidem ipſi tangentes ſentimus, tactu ſenſibilia ſunt, quem habemus. Quicunq; vero per media, & nō ipſa tangētes, ſimplicib. interuallis, dico autē, vt aere & aqua, habent autem ſic, vt ſi per vnum, plura ſenſibilia exiſtentia altera abinuicem genere, neceſſe ſit habentem huiuſmodi ſenſoriū, vtrorumq; ſenſitiuū eſſe, vt ſi ex aere eſt ſenſorium, & eſt aer medium ſoni, & coloris; ſi vero plura eiuſdē ſint, vt coloris & aer & aqua, vtraq; enim diaphana, & quod alterum ipſorum eſt habens ſolum, ſentiet id quod per vtraque aut quod ab ambobus.

*c* Simplicium autem, ex duobus his ſenſitiua ſolum ſunt, ex aere & aqua. Pupilla quidem enim aquæ, auditus vero aeris; olfa-

### LECTIO I.

*Nullum autem alium ſenſum extâre præter illos quinq;, intelligo autem hos, viſum, auditum, olfactum, guſtatum, ex his crediderit quiſpiam.*

G *Si enim omnis eius cuius eſt ſenſus tactus, nunc quoque ſenſum habemus, omnes enim rei tactilis vt tactilis eſt, paſſiones tactu nobis ſenſibiles ſunt, atq; neceſſe eſt, ſi deeſt aliquis ſenſus, ſenſorium quoq; nobis deeſſe aliquod. Et quæcunque quidem ipſi tangentes ſentimus, tactu ſenſibilia ſunt, quē habemus; quæ vero per intermedia, nec ipſa tangentes, ſimplicibus, dico autem vt aere, & aqua,* H *ita autem res habet, vt ſi per vnum plura ſentiri poſſunt genere inter ſe diuerſa, neceſſe ſit eum qui eiuſmodi habet ſenſorium, amborum ſenſitiuum eſſe. Verbi cauſa; ſi ex aere ſit ſenſorium & aer ſit & ſoni & coloris, quod ſi plura eiuſdem ſunt, vt coloris, & aer & aqua, (ambo enim hæc, translucida ſunt) & qui alterum duntaxat eorum habet, ſentiet id quod per vtrumq;.*

I

*Simplicium autem ex his duob. ſenſoria tantummodo ſunt, videlicet, ex aere & aqua. pupilla enim aquæ: auditus, aeris, olfactus horū alterius*

duobus ſimplicium corporū, ſc. ex aere & aqua, quia iſta ſunt magis paſſibilia, & hoc requirit conditio organi ſenſus, vt facile mutetur a ſenſibili. In pupilla enim eſt aqua, quia per humorem aqueū in pupilla exiſtentem, recipit oculus ſpeciem viſibilis. In organo autē auditus eſt aer, vt ſupra dictū eſt. Olfactus aūt in quibuſdā attribuitur aeri, in quibuſdam aquæ, vt ſupra dictū eſt. Ignis autem ſecundum ſe, nullius ſenſus organū eſt, quia ignis eſt maxime actiuus, & minime paſſiuus. Sed ſecundū participationē ſuæ qualitatis, eſt cōmunis omnib. ſenſib. Nihil n. eſt ſenſitiuum ſine calore, ſicut nec viuens, cū nihil ſentiat, niſi viuēs. Tertia vero pura, nullius ſenſus eſt organū, inquantū ipſum organum eſt ſenſitiuum, ſed per commiſtionem, appropriatūr tactui, quia organum tactus oportet eſſe medie cōplexionatum, vt ſupra dictū eſt & per conſequens oportet quod ſit quaſi compoſitū ex omnibus elementis. Vnde relinquitur ꝙ nullū organum ſenſus eſt, præter aerē & aquā. Hæc autem organa aeris & aquæ, habent quædam animalia, ſc. animalia ꝑfecta. Vnde concludit quod omnia organa ſenſus habentur ab animalib. non imperfectis ſecundum ſuam naturam, ſicut ſunt imꝑfecta animalia immobilia, quæ habent ſolum tactum. Et animalibus [ non orbatis ] id eſt non carentibus aliquo ſenſu, ex aliqua cauſa innaturali, ſicut homines cæci vel ſurdi. Vnde & talpa quæ eſt de genere perfectorum animalium, videtur habere oculos ſub pelle vt aſſimiletur ſuo generi. Sed propter hoc quod cōuerſatur ſub terra non fuit ei neceſſarius viſus: & ſi haberet oculos diſcoopertos, eius oculos offenderet. Procedit autem hæc ratio vt manifeſte apparet, ex determinato numero elementorum, ex quo ꝓbauit quod organa ſenſuum, qui ſunt per media exteriora, ſiunt per aerem & aquam ſolum. Et iterum ex determinatione paſſionum elementorum, quæ ſunt qualitates tangibiles, vnde per eas ſit notum, quod omnes qualitates tangibiles cognoſcimus. Et ideo concludit quod nullus ſenſus deficit nobis, niſi aliquis dicere velit quod ſit aliquod corpus elementale, præter quatuor elementa, & quod ſunt aliæ paſſiones quæ poſſunt tactu diſcer-

*Secundo te. c. 82. & 83.*
*ſecundo te. c. 96.*
*Tex. c. 131.*
*Tex. c. 132.*
*Tex. c. 133.*
*Tex. c. 134.*
*Secundo te. com. 118.*

ctus autem horum alterius eſt. Ignis autem, aut nullius eſt, aut communis omnib. Nihil enim ſine calore, ſenſitiuum eſt. Terra vero, aut nullius eſt, aut in tactu maxime miſcetur. Vnde relinquitur, nullum eſſe ſenſitiuum extra aerem, & aquam. Hæc autem nunc quædam habent animalia. Omnes igitur ſenſus habentur à non imperfectis, neq; orbatis, videtur enim & talpa ſub pelle habens oculos. Quare ſi non, alterum aliquod eſt corpus, & paſſio, quæ nullius eſt eorum quę ſunt hic corporum, neque vllus vtique deficiet ſenſus.

*d* At vero neque communium poteſt eſſe ſenſitiuum aliquod proprium, quæ vnoquoq; ſenſu ſentimus, non ſecundum accidens, vt motus, ſtatus, figuræ, magnitudinis, numeri, vnius.

*e* Hæc enim omnia motu ſentimus, vt magnitudinem motu, quare & figuram. Magnitudo enim quædā & figura eſt. Quieſcens autē ex eo quod non mouetur. Numerus vero negatione continui, & propriis. Vnuſquiſque enim vnum ſentit ſenſus. Quare manifeſtum eſt quod impoſſibile eſt cuiuſq; horum proprium ſenſum eſſe.

*f* Sic enim erit, ſicut nunc viſu dulce ſentimus. Hoc aūt eſt quoniam amborū habentes exiſtimus ſenſum, quo cum cōciderint, cognoſcimus: ſi vero non, nequaq̄ vtiq;, ſed tantū ſecundū accidēs ſentiremus, vt Cleonis filium, non quia Cleonis filius eſt, ſed quoniam albus. Huic autem accidit, filium Cleonis eſſe. Communium autem habemus iam ſenſum communem, non ſecundum accidens. Non igitur eſt proprius. Nequaquam enim vtiq; ſentiremus, niſi ſicut dictū eſt Cleonis filiū nos videre. Ad inuicem enim propria, ſecundū accidens ſentiunt ſenſus, non ſecundum ꝙ ipſi ſunt, ſed ſecundū quod vnus cū ſimul fiat ſenſus in eodē, vt cholera quidem amara & rubicunda. Non enim alterius eſt dicere, quod ambo ſint vnum. Propter quod & decipitur, & ſi ſit rubicundum choleram opinatur eſſe.

*eſt. ignis autem vel nullius, vel communis omnium eſt, nihil enim ſine caliditate ſenſitiuum eſt, terra vero, aut nullius, aut in tactu admixta præcipue eſt. Quapropter relinquitur nullum eſſe ſenſorium, præter aerem, & aquam. Quæ nunc etiam nonnulla habent animalia, ergo omnes ſenſus habentur à non imperfectis, neq; mutilis, nam etiam talpa ſub pelle* B *habere oculos videtur. Quare ſi non eſt aliud quippiam corpus, & paſſio, quæ nullius ſit corporum eorum, quæ hic ſunt, vtiq; nullum ſenſum deeſſe cenſendum eſt.*

*Neque vero communium poteſt eſſe ſenſorium aliquod proprium, quæ vnoquoq; ſenſu ſentimus per accidens, vt motus, ſtatus, figuræ, magnitudinis, numeri, vnius.*

*Hæc enim omnia motu ſentimus, vt magnitudinem motu, quare etiam* C *figuram, nam figura quoq; magnitudo quædam eſt, quod autem quieſcit, eo quod nō moueatur, numerus vero negatione continui, & propriis, nam vnuſquiſq; ſenſus vnum ſentit. Quare perſpicuum eſt fieri non poſſe, vt cuiuslibet horum proprius ſit ſenſus, vt motus.*

*Nam hoc modo, perinde fuerit, atq; nunc viſu dulce ſentimus, quod eo ſit, quia amborum habemus ſenſum * quo cum concurrunt, cognoſcimus, alioquin haudquaq;, niſi per accidēs* D *ſentiremus, vt Cleonis filiū, non quod Cleonis filius, ſed quod albus, cui ſane accidit filio eſſe Cleonis: at vero communium habemus iam ſenſum communem, non per accidens, non igitur eſt proprius: nequaquam enim ſentiremus, niſi quo pacto diximus nos Cleonis videre filium, alter porro alterius propria per accidens ſentiunt ſenſus, non quatenus ipſi, ſed quatenus vnus, cum ſimul factus fuerit ſenſus in eodem. Exempli gratia: bilem eſſe amarā & flauam, neq; enim alterius eſt dicere, ambo hæc eſſe v-* E *num, quo ſit vt decipiatur, & ſi flauum fuerit, bilem eſſe opinatur.*

A ni, quæ nō ſunt aliquorum corporum hic exiſtentium, & nobis notorū. Et hoc videtur inconueniens. Vnde relinquitur, ꝙ ſint quinq; ſenſus tantū, q̄ à nobis habentur. Deinde cū dicit. *d* ¶ Quia poſſet aliquis dicere, ꝙ eſt aliquis alius ſenſus cognoſcitiuus ſenſibiliū communiū: Excludit hoc tali ratione. Quicquid cognoſcitur ab vno ſenſu, vt proprium ſenſibile eius, non cognoſcitur ab aliis ſenſibus, niſi ꝑ accidens: ſed ſenſibilia cōmunia nō ſentiuntur per accidēs ab aliquo ſenſuum, ſed ꝑ ſe à plurib. ſenſibilia igitur communia nō ſunt proprie obiecta alicuius ſenſus. Circa rationem hanc, hoc modo ꝓcedit. Primo ponit concluſionem dicens, ꝙ non poteſt eſſe aliquid propriū organū ſenſus cognoſcituū communium ſenſibiliū q̄ ſentimus vnoquoq; ſenſu ꝑ ſe, & non per accidens quę ſunt motus & ſtatus, &c. Secundo ibi. *e* ¶ Probat, ꝙ iſta ſenſibilia cōmunia ſentiāt ꝑ ſe, & non ſecundū accidēs. Quæcūq; n. ſentiūtur ꝑ hoc ꝙ immutat ſenſum, ſentiūt ꝑ ſe & nō ſecundū accidēs. Nā hoc eſt ꝑ ſe ſentire, pati aliquid à ſenſibili. Sed oīa hęc ſenſibilia ꝑ immutationē quandā ſentiuntur. Et hoc eſt ꝙ dicit, ꝙ hæc oīa ſentimus [ motu ] id eſt quadā imutatione. Manifeſtū eſt n. ꝙ magnitudo imutat ſenſum, cū ſit ſubiectū qualitatis ſenſibilis, puta coloris aut ſaporis, & qualitates nō agunt ſine ſuis ſubiectis. Ex quo apparet ꝙ figurā etiā cognoſcimus cū quadā imutatione, q̄a figura eſt aliqd magnitudinis, quia cōſiſtit in conterminatione magnitudinis. Eſt n. figura q̄ termino, vel terminis continetur, vt dicitur in 1. Eucli. Manifeſtū eſt etiā, ꝙ quies comprehenditur ex motu, ſicut tenebra ꝑ lucem. Eſt n. q̄es priuatio motus. Numerus etiā cognoſcitur ꝑ negationē cōtinui ꝙ eſt magnitudo. Numerus n. rerū ſenſibilium, ex diuiſione cōtinui cauſatur: vnde & ꝓprietates numeri per proprietates continui cognoſcuntur. Quia n. continuū diuiſibile eſt in infinitum, & numerus in infinitum creſcere poteſt, vt patet ex 3. Phy. Manifeſtum etiam, quod vnuſquiſq; ſenſus ꝑ ſe cognoſcit vnū, vt immutatus ab vno obiecto. Vnde manifeſtum eſt, quod iſta ſenſibilia communia ſentiuntur per ſe, & nō per accidens. Vnde ex hoc concluditur, quod impoſſibile eſt eſſe propriū ſenſum alicuius horum. Tertio ibi.

*In Græco textu eſt particula ꝗ quam Simplicius interpretatur pro καφό, id eſt quam ob cauſam.*

*Te. com. 68. & 69.*

*f* ¶ Oſten-

*f* ¶ Oſtendit, quod ſi ſentirētur proprie ab aliquo ſenſu, quod eſſent ſenſibilia per accidens. Et hoc eſt quod dicit, quod ſic eſſet de ſenſibilibus communib. ſi eſſent propria obiecta alicuius ſenſus, ſicut nunc eſt, quod viſu ſentimus dulce. Hoc enim eſt, quia nos habemus ſenſum vtriuſq;, ſc. albi & dulcis. Et ideo quando coincidunt in vnum, illud ꝙ eſt vnius ſenſus per ſe cognoſcitur ab illo ſenſu, per accidens autem ab alio. Ideo videndo album (Te. com. 35.) per ſe, videmus dulce per accidens. Si autē non ſit ſenſibile proprie ab aliquo ſenſu, nunquam hoc erit ꝙ ſentiatur per accidēs ab aliquo alio ſenſu, ex coincidentia duorum ſenſuum, vel ſenſibilium in idem, ſed omnino ſecundū accidens ſenſibile eſt, vt ſupra dictum eſt, ſicut filium Cleonis ſecundū accidēs ſentimus, nō quia filius Cleonis (Te. com. 36.) eſt, ſed quia albus, cui accidit eſſe filiū Cleonis, hoc autem, ſc. eſſe filium Cleonis, non ita eſt ſenſibile viſu per accidens, quod ſit aliquo alio ſenſu ſenſibile per ſe ſicut erat de dulci. [ Communium autem ſenſibiliū habemus ſenſum communem, nō ſecundum accidens ] id eſt communia ſenſibilia communiter ſentiuntur à diuerſis ſenſibus per ſe, & non ſecundum accidens. Vnde ſequitur, ꝙ nō ſit aliquis proprius ſenſus eorum, quia tunc non ſentiremus ea per ſe aliis ſenſibus, ſed ſentiremus ea per accidens, ſicut ſentimus filiū Cleonis. Sentiunt enim ſenſus propria ſenſibilia adinuicem ſecundum accidens, vtputa viſus, ſenſibile auditus, & econuerſo. Non enim viſus cognoſcit ſenſibile auditus, neque auditus ſenſibile viſus, ſecundum quod ipſa ſunt, quia viſus nihil patitur ab audibili, nec auditus à viſibili. [ Sed ſecundum ꝙ ſit vnus ſenſus] id eſt vna ſenſatio ſecundū actum, vt ita loquar, in eodem ſenſibili. Et dico eundē ſenſum actu, ex eo quod ſimul ſit actio vtriuſq; ſenſus, reſpectu eiuſdem ſenſibilis, ſicut cholera ſimul percipitur, per guſtum quod ſit amara, & per viſum quod ſit rubicunda, & ideo ſtatim ad aſpectum rubicundi iudicamus aliquid eſſe amarum. Non eſt autem aliquis alius ſenſus, cuius proprium ſit cognoſcere, quod album & amarum ſunt vnum. Hæc enim vnitas non eſt niſi per accidēs, & quod eſt per accidens tantum, non poteſt eſſe obiectum alicuius potentiæ. Et ideo quia viſus non percipit illud quod eſt guſtus, niſi per accidens, frequenter in talibus decipitur ſenſus, & iudicamus quod ſi aliquid ſit rubeum, quod ſit cholera. Deinde cum dicit.

*g* ¶ Inquirit cauſam pluralitatis ſenſuum. Et hoc eſt quoddā conſequens ſpeciē totā, & in talib. aſſignāda eſt cauſa finalis, vt Phil. docet in vltimo de generatione animalium. Secus autem de accidentibus indiuidui, quorum aſſignanda eſt ratio ex parte materiæ, vel agentis, vnde & hic aſſignat cauſam finalem. Dicit ergo, quod aliquis poteſt quærere, cuius cauſa habemus plures ſenſus, & non vnum tantum. Et eſt reſponſio ad hoc, vt nos non lateāt ea, quæ conſequuntur ad ſenſibilia propria, & ſunt communia diuerſis ſenſibus, ſicut motus, & magnitudo & numerus. Si enim eſſet ſolus ſenſus viſus, cum ipſe coloris tantum ſit, & color & magnitudo ſe conſequantur, quia ſimul cum colore immutatur ſenſus à magnitudine, inter colorem non poſſemus diſcernere & magnitudinē, ſed viderentur eſſe idem. Sed nunc quia magnitudo ſentitur alio ſenſu, quam viſu, color autem non hoc ipſum manifeſtet nobis quod aliud eſt color & magnitudo. Et ſimile eſt de aliis ſenſibilibus communibus. Poteſt autē & hæc ratio aſſignari diſtinctionis ſenſuū. manifeſtum eſt enim ꝙ cum potentia di- F catur ad obiectum, oportet quod ſecundū differentiam obiectorum, diuerſificentur potentiæ ſenſitiuæ. Obiectū autem ſenſibile eſt, prout eſt immutatiuum ſenſus, vnde ſecundum diuerſa genera immutationum ſenſus à ſenſibili, oportet eſſe diuerſos ſenſus. Immutatur autē ſenſus à ſenſibili. Vno modo per contactum, & ſic eſt ſenſus tactus, qui eſt diſcretiuus eorū, ex quib. conſtat alias, & ſenſus guſtus, q̄ eſt perceptiuus qualitatum, quæ deſignant conuenientiā nutrimenti, quo conſeruatur corpus animalis. Alio modo immutatur ſenſus ꝑ mediū. Et hæc quidē immutatio, aut eſt cum alteratione ſenſibilis, & ſic odor im̄utat ſenſum cum aliqua reſolutione odorabilis. Aut cum aliquo motu locali, & ſic immutat ſonus. Aut abſque immutatione ſenſibili, ſed per ſolā immutationē ſpiritualem medii, & organi, & ſic immutat color.

*g* Inquiret autem aliquis, cuius cauſa plures habemus ſenſus, ſed non ſolum vnum. Aut quatenus minus lateant nos conſequētia, & communia, vt motus, & magnitudo, & numerus. Si enim eſſet viſus ſolus, & ipſe albi, laterent vtiq; magis, & viderentur eſſe idem omnia, propter id quod conſequuntur ſe adinuicem ſimul color & magnitudo. Nunc autem quoniam in aliquo ſenſibili communia ſunt, manifeſtum facit quod aliud quiddam vnumquodque ipſorum eſt.

*Verum quærat aliquis, cur plures ſenſus & nō vnum ſolum habeamus? an ne lateant conſequentia & communia, vt motus, magnitudo, numerus, nam ſi viſus eſſet ſolus, iſq; albi, laterent magis atq; idem eſſe cuncta viderentur, propterea quod ſimul ſe mutuo ſequuntur color & magnitu-* G *do, at quia quæ ſunt communia in alio ſunt ſenſibili, res indicat aliud quidpiam eſſe eorum vnumquodq;.*

## *LECTIO II.*

*a* QVoniam autem ſentimus quod videmus, & audiuimus, neceſſe eſt, aut viſu ſentire, quod videt, aut altero.

*b* Si autem altero, aut ipſum erit quo videt, aut alterū. Sed idem ſenſus erit viſus & ſubiecti coloris, quare aut duo eiuſdem erunt, aut idem eiuſdem.

*c* Amplius autem, ſi & alter ſit viſus ſenſus, aut in infinitū procedet, aut aliquis ipſe ſuiipſius erit iudex, quare in primo hoc faciendum eſt.

## LECTIO II.

*QVoniam autem ſentimus nos videre & audire, neceſſe eſt aut viſu ſentiat ſe videre, aut alio.*

H *Sed idem etiam erit viſus & ſubiecti coloris. Quamobrem, aut duo eiuſdem erunt, aut ipſe ſuipſius.*

*Præterea. ſi etiam alius ſenſus ſit viſus, aut in infinitum procedet, aut ipſe erit ſui ipſius, itaque in primo illo hoc faciendum eſt.*

## *LECTIO II.*

*a* POſtquam Philoſophus oſtendit, ꝙ non ſit alius ſenſus ꝓprius præter quinque, procedit ad inquirendum, vtrum ſit aliqua potentia ſenſitiua, communis his quinq; ſenſib. Et hoc quidem inueſtigat ex quibuſdā actionibus, q̄ non videntur alicuius ſenſus proprie eſſe: ſed videntur exigere aliam potentiam ſenſitiuam communem. Huiuſmodi autem actiones ſunt duæ. Vna eſt ſecundū ꝙ nos percipimus actiones propriorū ſenſuū, putà ꝙ ſentimus nos videre & audire. Alia eſt ſecundū ꝙ diſcernimus inter ſenſibilia propria diuerſorum ſenſuū, puta ꝙ aliud ſit dul- I ce & aliud album. Primo ergo inquirit cui ſit attribuēda prima harū actionum. Secundo cui ſit attribuenda ſecunda: ibi, [Vnuſquiſque quidem igitur.] Circa primum tria facit. Primo mouet quæſtionem, dicens: Quoniam ſentimus, quod videmus, & ſimiliter ſentimus quod audimus, & ſic de vnoquoq; ſenſibilium, neceſſarium eſt per viſum ſentire, quod ipſe viſus videt, aut per aliam virtutem, & ſic de aliis ſenſibus. Secundo obiicit ad vtranq; partem ibi.

*b* ¶ Et primo inducit ad oſtendendū ꝙ viſus videat ſe videre, duas rationes. Quarum prima talis eſt. Si homo ſentit ſe videre altero ſenſu, quam viſu, aut hoc erit, quia illo alio ſenſu homo videt colorem, aut omnino alio ſenſu videt colorē, & ſentit viſionem coloris. Si autem eodem ſenſu, quo ſentit colorē, ſentit viſionem coloris, ſequitur quod vnus & idem erit ſenſus ſecundum actum apprehenſiuus ipſius viſionis & ſubiecti coloris. Quare ſequitur alterum duorum, quia ſi iſte ſenſus qui ſentit viſionem & colorem, ſit alius ſenſus à viſu, oportebit quod duo ſenſus ſint vnius ſubiecti, ſcil. coloris. Aut ſi iſte ſenſus quo ſentimus viſionem & colorē, eſt idem cum ſenſu K viſus, ſequitur quod ſit idem eiuſdē, id eſt ꝙ viſus ſit ſenſus ſuiipſius quod à principio negabatur. Dicere vero quod ille alter ſenſus, quo quis ſentit ſe videre, non ſentiat colorem, eſt omnino irrationabile, quia ſi non cognoſceret colorem, non poſſet cognoſcere quid eſſet videre, cum videre nihil aliud ſit quam ſentire colorem. Secundam rationem ponit ibi.

*c* ¶ Quæ talis eſt. Si ſenſus viſus, id eſt viſionis, quo ſc. ſentimus nos videre, ſit alter à viſu, iterū quærēdum eſt de illo ſenſu, vtrū, ſ. ille ſenſus ſentiat ſe ſentire, & ſi nō, oportebit q̄rere tertiū ſenſum, qui ſentiat illum ſentire. Aut igitur hoc procedet in infinitum, quod eſt impoſſibile, cum impoſſibile ſit compleri actionem, quæ dependet ab actionib. infinitis. neq; etiā vnius rei poſſint eſſe potentiæ infinitæ: aut oportebit ꝙ deueniatur ad aliquē ſenſum, qui ſit iudex ſuiipſius, id eſt percipiat ſe ſentire. Eadē ergo ratione poterat fieri in primo ſenſu, vt ſc.

A viſu ſentiret ſe videre. Non eſt ergo alius ſenſus qui percipiat colorem, & qui percipit viſionem coloris. Deinde cum dicit.

d ¶ Obiicit ad partem contrariam. Et quia primæ rationes aliqualiter concludunt verum, hæc ratio per modū dubitationis ꝓponitur, vnde & eā ſoluit. Eſt autē ratio talis. Si viſu ſentimus nos videre, ſentire autē viſu, nihil eſt aliud quam videre, ergo videmus nos videre. Sed nihil videtur, niſi color tātum, aut habens colorem. Tex. c. 137. Si igitur aliquis videt ſe, quod ſit videns, ſequitur ꝙ primum videns quod ſecundo fuit viſum, ſit habens colorem, quod videtur inconueniens. Nā Tex. c. 138. dictum eſt ſupra, ꝙ viſus cum ſit ſuſceptiuus coloris, eſt abſq; colore. Deinde cum dicit.

e ¶ Soluit tertio propoſitam dubitationē duobus modis. Primo concludens ex prædictis, quod ſentire viſu multipliciter dicitur. Oſtenſum eſt enim ſupra, quod viſu ſentimus nos videre. Item oſtenſum eſt, quod viſu non ſentimus niſi colorē. Sentire ergo viſu dupliciter dicitur. Vno modo ſecundum quod viſu ſentimus, nos videre. Alio modo, cū viſu videmus colorē. Et quod viſu ſentire dicatur multipliciter, apparet ex hoc, quod aliquando dicimus ſentire viſu, cū viſus præſentialiter immutatur à viſibili, Tex. c. 139. ſc. colore. Aliquando autē diſcernimus viſu, & tenebras; & lumen etiam, cum non videmus per immutationem, ſc. ab exteriori ſenſibili. Sed non ſimiliter dicitur vtroque modo, viſu ſentire. Redit ergo ſolutio ad hoc, quod actio viſus poteſt conſiderari, Tex. c. 140. vel ſecundū quod conſiſtit in immutatione organi à ſenſibili exteriori, & ſic non ſentitur niſi color. Vnde iſta actione, viſus non videt ſe videre. Alia eſt actio viſus ſecundū q̃, poſt immutationem organi, iudicat de ipſa perceptione organi à ſenbili, etiam abeunte ſenſibili, & ſic viſus non videt ſolum colorem, vel ſentit, ſed ſentit etiam viſionem coloris. Deinde cum dicit.

f ¶ Ponit aliam ſolutionem, quæ quidem neceſſaria eſt, eo ꝙ color habet duplex eſſe, vnum naturale in re ſenſibili, aliud ſpirituale in ſenſu. Secundum ergo primum eſſe coloris, proceſſit prima ſolutio. Hęc autem ſecunda procedit quantum ad ſecundum eſſe coloris. Circa hanc ſolutionē tria facit. Primo ponit ſolutionem. Secundo probat quoddam, quod in ſolutione ſuppoſuerat: ibi, [Si igitur eſt motus.] Tertio ex hac ſolutione oſtendit etiam quarundam aliarum quæſtionū ſolutionem: ibi, [Quoniam autem vnus.] Dicit ergo primo, quod cum ſoluta ſit prima dubitatio, ſuſtinendo quod videns

d Habet autem dubitationē. Si enim viſu ſentire, videre eſt, videtur autem color, aut habens hunc, ſi videbit aliquid id, quod eſt videns, & colorem habebit primum videns.

e Manifeſtum igitur, quoniam non eſt vnum omnino, viſu ſentire. Et namq; cū non videmus, viſu non diſcernimus & tenebras, & lumen, ſed non ſimiliter. B

f Amplius autem & videns, tanquam coloratū eſt: Vnumquodque enim ſenſitiuum ſuſceptiuū eſt ſenſibilis ſine materia. Vnde & abeuntib. ſenſibilibus inſunt ſenſus, & phantaſiæ, quibus ſentiunt. Senſibilis autem actus & ſenſus idem eſt & vnus, eſſe autem ipſorum nō idem. Dico autem, vt ſonus ſecundum actum, & auditus ſecundū actum. Contingit enim auditū habentia nō audire, & habens ſonū non ſemper ſonat. C Cum autem operetur potens audire, & ſonet potens ſonare, tunc ſecundum actum auditus ſimul fit, & ſecundum actum ſonus. Quorum dicet aliquis, hoc quidem auditionem eſſe, hoc vero ſonationem.

g Si igitur eſt motus, & actio, & paſſio, in eo ꝙ agitur, neceſſe eſt & ſonū, & auditum q ſecundum actum in eo ꝙ eſt ſecundū potētiā, eſſe. Actiui enim & motiui actus, in patiēte fit, vnde nō neceſſe eſt, mouēs moueri. Sonatiui igitur actus, aut ſonus, aut ſonatio eſt. D Auditiui aūt, aut auditus, aut auditio eſt. Dupliciter n. auditus, & dupliciter ſonus. Eadē a. ratio eſt & in aliis ſenſib. & ſenſibilib. Sicut n. actio & paſſio in patiente, ſed nō in agente, ſic & ſenſibilis actus, & ſenſitiui, in ſenſitiuo eſt. Sed in quibuſdā quidem, & nominatū eſt, vt ſonatio, & auditio. In quibuſdam autem nō nominatū eſt alterum. Viſio enim dicitur viſus actio, quæ verò eſt coloris, non nominata eſt. Et guſtatiui guſtatio eſt; humoris autem, non nominata eſt. E

*Sed ambiges, nam ſi viſu ſentire, eſt videre, videtur vero color, vel quod eſt colore præditum, ſi quis videbit id quod videt, etiam colorem id habebit quod videt primum.*

*Perſpicuum igitur eſt viſu ſentire non eſſe vnum, etenim cum non videmus, viſu tenebras lumenq; diſcernimus, ſed non eodem modo.*

*Quin & id ipſum quod videt, quodammodo coloratum eſt, nam ſenſorium quodq; capax eſt ſenſibilis ſine materia, idcirco vel amotis ſenſibilibus inſunt ſenſus phantaſiæq; in ſenſoriis. Actus porro ſenſibilis & ſenſus idem eſt & vnus, eſſe autem ipſis nō idem. Verbi cauſa, actu ſonus actuq; auditus; fieri enim poteſt, vt auditū quis habeat, nec audiat, & quod ſonum habet, non ſemper ſonat; cum autem operatur id quod poteſt audire, ſonatq; quod ſonare poteſt, tunc actu auditus ſimul fit, actuq; ſonus, quorum dixerit aliquis, alterum auditionem, alterum ſonationem eſſe.*

*Si igitur motus, & actio & paſſio in eo quod mouetur, eſt, neceſſe eſt & ſonum & auditum qui actu eſt, in eo eſſe qui eſt potentia, actiui enim & motiui operatio in patiente fit. quāobrem neceſſe non eſt, vt id quod mouet moueatur. actus igitur ſonatiui ſonus eſt, aut ſonatio; auditiui, auditus aut auditio, duplex enim eſt auditus, ac duplex ſonus. Eadem eſt in cæteris ſenſibus ac ſenſibilibus ratio; vt enim actio & paſſio in patiente eſt, non in agente, ſic & rei ſenſibilis actio in ſenſitiuo, verum in nonnullis nomina quoq; ſunt indita, vt ſonatio & auditio, in nonnullis vero, alterum caret nomine, viſio namq; dicitur viſus actio, coloris vero caret nomine, ſic guſtatiui guſtatio, ſaporis vero vacat nomine.*

non ſit coloratum, amplius poteſt ſolui dicendo quod videns eſt tanquam coloratum, quia in vidente eſt ſimilitudo coloris, vnde videns eſt ſimile colorato. Vnde illa potentia quæ videt aliquem eſſe videntem, non eſt extra genus potentiæ viſiuę. Et quod videns ſit quodammodo coloratum, probat per ea quæ ſupra dicta ſunt, quia vnūquodque organum ſenſus eſt ſuſceptiuū ſpeciei ſenſibilis ſine materia, vt dictum eſt. Et iſta eſt ratio quare abeūtibus ſenſibilibus, fiunt in nobis ſenſationes & phantaſiæ, id eſt apparitiones, ſecundum quas aliquo modo ſentiunt animalia. Et ſic patet quod videns eſt tanquam coloratum, inquantum habet ſimilitudinē coloris. Et non ſolum videns eſt tanquam coloratum, & ſimile colorato, ſed etiam actus cuiuslibet ſenſus, eſt vnus & idem ſubiecto, cum actu ſenſibilis, ſed ratione non eſt vnus. Et dico actū ſenſus ſicut auditum ſecundum actum, & actum ſenſibilis, ſicut ſonum ſecundum actum. Non enim ſemper ſunt in actu, quia contingit habentia auditū non audire, & habēs ſonū, non ſemp ſonare. Sed cū potens audire habet ſuam operationē, & potens ſonare habet ſonare, tūc ſimul fit ſonus ſecundum actū, q vocatur ſonatio, & auditus ſecundū actū qui vocatur auditio. Cū igitur viſus percipiat ſenſibile, & actū eius, & vidēs ſit ſimile ſenſibili, & actus videntis ſit idē ſubiecto, cū actu ſenſibilis, licet nō ratione, relinquitur ꝙ eiuſdē virtutis eſt videre colorem & immutationē, quæ eſt à colore, & viſum in actu, & viſionem eius. Potentia ergo illa qua videmus nos videre, non eſt extranea à potentia viſiua, ſed differt ratione ab ipſa. Deinde cum dicit.

g ¶ Probat ꝙ ſuppoſuerat, ſc. ꝙ vnus & idē ſit actus ſenſibilis & ſentientis, ſed ratione differant, ex his quæ ſunt oſtenſa in 3. Phy. Ibi enim oſtenſum eſt, quod tā motus, quā actio, vel paſſio, ſunt in eo ꝙ agitur; id eſt in mobili & patiente. Manifeſtum eſt autem, ꝙ auditus patitur à ſono: vnde neceſſe eſt, quod tam ſonus ſecundum actum, qui dicitur ſonatio, quam auditus ſecundum actum qui dicitur auditio, ſit in eo ꝙ eſt ſecundum potentiam: ſc. in organo auditus. Et hoc ideo, quia actus actiui & motiui fit in patiente & non in agente, & mouente. Et iſta eſt ratio, quare non eſt neceſſarium, quod omne mouens moueatur. In quocunq; enim eſt motus, illud mouetur. Vnde ſi motus & actio, quæ eſt quidam motus, eſſet in mouente, ſequeretur, quod mouens moueretur. Et ſicut dictū eſt in 3. Phy. ꝙ actio & paſſio ſunt vnus

*à t. cō. 16. vſq; ad tex. com. 23.*

*Te. com. 20.*

actus

Tex. præc. actus ſubiecto, ſed differunt ratione, prout actio ſignatur vt ab agente: paſſio autē, vt in patiente, ita ſupra dixit, ꝙ idē eſt actus ſenſibilis & ſentientis ſubiecto, ſed ratione. Actus igitur ſonatiui vel ſoni eſt ſonatio, auditiui autē actus eſt auditio. Dupliciter enim dicitur auditus & ſonus, ſc. ſecundum actum & ſecundum potentiam. Et quod de auditu & ſono dictū eſt, eadē ratione ſe habet in aliis ſenſib. & ſenſibilibus. Sicut enim actio & paſſio eſt in patiente, & non in agente, vt in ſubiecto, ſed

Tex. c. 141.

ſolū vt in principio à quo ita tā actus ſenſibilis, quā actus ſenſitiui, eſt in ſenſitiuo, vt in ſubiecto. Sed in quibuſdā ſenſibilib. & ſenſitiuis, nominatus eſt vtriuſq; actus, & ſenſibilis, vt ſonatio, & ſenſitiui, vt auditio. In quibuſdā autē vnum tantum nominatum eſt, ſc. actus ſenſitiui. Viſio enim dicitur actus viſus: ſed actus coloris non eſt nominatus. Et guſtus, id eſt guſtatio eſt actus guſtatiui: ſed actus ſaporis nō eſt nominatus apud Græcos. Deinde cū dicit.

Tex. c. 142.

*h* ¶ Ex præmiſſa ſolutione procedit ad demonſtrandum veritatem duarum quæſtionum, quarū prima eſt, vtrum ſenſus, & ſenſibilia ſimul corrumpantur & ſaluentur. Ad huius ergo ſolutionem dicit, quod qa actus ſenſibilis, & ſenſitiui eſt vnus ſubiecto, ſed differūt ratione, vt dictum eſt, neceſſe eſt, quod auditus dictus ſecundū actum, & ſonus dictus ſecundum actū ſimul ſaluentur & corrumpantur, & ſimiliter eſt de ſapore, & guſtu, & aliis ſenſibilib. & ſenſibus. Sed ſi dicitur ſecundum potentiā, non neceſſe eſt quod ſimul corrumpantur & ſaluentur. Ex hac autem ratione excludit opinionem antiquorū naturaliū ibi:

Tex. c. 143. Supra text. 117. 118. 122. 123. L. 3. t. 67. 68.

*i* ¶ Dicēs, quod priores naturales non bene dicebant in hoc, quia opinabantur nihil eſſe album, aut nigrum niſi quando videtur: neq; saporē eſſe, niſi quando guſtatur: & ſimiliter de aliis ſenſibilib. & ſenſib. Et quia nō credebāt eſſe alia entia, niſi ſenſibilia, neque aliā virtutē cognoſcitiuam niſi ſenſum, credebant, quod totum eſſe, & veritas rerum eſſet in apparere. Et ex hoc deducebātur ad credendū contradictoria ſimul eſſe vera, propter hoc, quod diuerſi contradictoria opinantur. Dicebant autem quodammodo recte, & quodammodo non. Cum enim dupliciter dicatur ſenſus & ſenſibile, ſc. ſecundum potentiam & ſecundum actum, de ſenſu, & ſenſibili illi ſecundū actum accedit quod ipſi dicebant, quod non eſt ſenſibile ſine ſenſu. Non autem hoc verum eſt de ſenſu & ſenſibili ſecundum potentiam. Sed ipſi loquebantur ſimpliciter, id eſt ſine diſtinctione, de his quæ dicuntur multipliciter. Deinde cum dicit.

Tex. c. 144.

*h* Quoniam autem vnus quidem eſt actus ſenſibilis & ſenſitiui, eſſe autem alterū eſt, neceſſe eſt ſimul corrumpi & ſaluari, ſic dictum auditum, & ſonum, & humorem, igitur & guſtum, & alia ſimiliter. Dicta autem ſecundum potentiam, non neceſſe eſt. *i* Sed priores philoſophi, hoc non bene dicebant, nihil opinantes, neque album, neq; nigrum eſſe ſine viſu, neque humorem ſine guſtu. Si quidem enim dicebant recte, ſic autem, non recte. Dupliciter enim dicto ſenſu, & ſenſibili, his quidem ſecundum potentiam, illis vero ſecundum actum; in his quidem accidit quod dictum eſt, ſed in alteris non accidit. Sed illi ſimpliciter dicebant, de dictis non ſimpliciter.

*k* Si autem ſymphonia vox quædam eſt. vox autem & auditus eſt ſicut vnum, & eſt ſicut non vnum aut idem, proportio autem eſt ſymphonia, neceſſe eſt & auditum, rationem quandam eſſe. Et propter id corrumpit vnum quodq; excellens acutum, & graue auditum, & in humoribus guſtum, & in coloribus viſum fortiter fulgidum & opacū, & in olfactu fortis odor, & dulcis, & amarus, tanquam ratio quædam ſit ſenſus. Vnde & delectabilia quidem ſunt, dum ducuntur ſyncera & impermiſta exiſtentia ad rationem, vt acutum, aut dulce, aut ſalſum. Delectabilia enim tunc. Omnino autem magis, quod miſtū eſt, ſymphonia eſt, quam acutum & graue. Tactus autem calefactibile, & frigefactibile, ſed ſenſus ratio eſt. Excellentia autem contriſtant aut corrumpunt.

*Sed cum vnus actus ſit rei ſenſibilis ac ſenſitiuæ, eſſe autem diuerſum, neceſſe eſt auditum qui hoc modo dicitur & ſonum, ſimul corrumpi ſeruariq́; ſic demum & ſaporem & guſtatum, atq; itidem cætera. At vero quæ dicuntur potentia, haud eſt neceſſe.*

G *Sed priſci Naturales authores non recte hoc aſſerebant, quippe cum nullum prorſus nec album nec nigrum ſine viſu, nec ſaporem ſine guſtatu eſſe putarent. partim enim recte, partim non recte loquebantur. nam cum ſenſus, & ſenſibile biſariam dicatur, tum potentia, tum actu, in his quidem fit quod diximus, in illis vero aliis non item. At illi ſimpliciter loquebantur de iis quæ non ſimpliciter dicuntur.*

H *Si igitur concentus vox quædam eſt, vox autem & auditus, partim vnum, partim non vnū aut non idem ſunt, concentuſque eſt ratio, neceſſe eſt, & auditum rationem eſſe quandam, & proinde vnum quodque modum excedens, tum graue, tum acutum, corrumpit auditum, itemq́; in ſaporibus guſtatum, & in coloribus viſum quod valde ſplendidum, quodque tenebroſum eſt, & in odoratu vehemens odor, tam dulcis quam amarus, vtpote cum ſenſus ratio quædam ſit. ideoque iucunda ſunt cum ſyncera & non miſta rediguntur ad* I *rationem, vt acutum, aut dulce, aut ſalſum, tunc enim iucunda ſunt. Denique mixtum magis eſt concentus, quam acutum, & graue, tactui autem, calidum aut frigidum: ſenſus autem eſt ratio, cum autem modum excedunt, aut corrumpunt, aut moleſtia afficiunt.*

*k* ¶ Demonſtrat ex præmiſſis ſolutionē alterius quæſtionis, quare ſc. quędam ſenſibilia corrumpant ſenſum, & quædam delectent: & dicit quod cum ſymphonia, id eſt vox conſonans & proportionata ſit vox quædam, & vox quodammodo ſit idem quod auditus & ſymphonia ſit quædā proportio, neceſſe eſt, quod auditus ſit quædam proportio. Et quia quęlibet proportio corrumpitur per ſuperabundantia, ideo excellens ſenſibile corrumpit ſenſum, ſicut ꝙ eſt excellenter graue & acutum corrumpit auditum. Et excellens ſaporoſum corrumpit guſtum. Et fortiter fulgidum vel obſcurum corrumpit viſum. Et fortis odor corrumpit olfactum, quaſi ſenſus ſit quædam proportio. Sed ſi plura ſenſibilia deducuntur ad proportionatā miſtionem, efficiuntur delectabilia, ſicut in ſaporibus, quando aliquid ſecundum debitam proportionē eſt, aut acutū, aut dulce, aut ſalſum, tunc enim ſunt omnino delectabilia. Et omne quod eſt miſtum, eſt magis delectabile, quam ꝙ eſt ſimplex, ſicut ſymphonia, quam vox acuta tantum, vel grauis tantū. Et in tactu, quod eſt compoſitū, ex calefactibili, & frigidabili. Senſus enim delectatur in proportionatis, ſicut in ſibi ſimilibus, eo quod ſenſus eſt proportio quædam. Sed excellentia corrumpit ſenſum, vel ſaltem contriſtat ipſum.

## LECTIO III.

*a* VNuſquiſque igitur ſenſus ſubiecti ſenſibilis eſt, & eſt in ſenſitiuo, inquantum ſenſitiuum, & diſcernit ſubiecti ſenſibilis differentias, vt album quidem & nigrum, viſus: dulce vero & amarum, guſtus. Similiter autem ſe habet hoc, & in aliis.

## LECTIO III.

*SEnſus igitur quiſq; ſubiecti ſenſibilis eſt, atq; eſt in ſenſorio qua-* K *tenus ſenſorium, diſcernitq; ſubiecti ſenſibilis differentias; vt album & nigrum, viſus: dulce & amarum, guſtus. Pari modo res ſe habet in cæteris.*

## LECTIO III.

*a* PRoceſſit Philoſophus ſuperius ad inueſtigandū ſenſum communem ex hac operatione, qua ſentimus nos videre & audire. Ex hac autem operatione ad hoc deuentum eſt, quod potentia viſiua ſentit viſione, alio tamē modo, q͂ ſentiat ſenſibile exterius: ſed nondū habetur, quod potentia iudicatiua de actib. ſenſuum, ſit vna & communis. Et ideo procedit vlterius ad inueſtigandū huiuſmodi veritatem per aliam operationem, quæ oſtendit vnam potentiam eſſe communem, habentem ſe quodammodo ad omnes quinq; ſenſus, & hæc operatio eſt diſcernere

ſenſi-

ſenſibilia ab inuicem. Et circa hoc duo facit. Primo oſtendit quantũ ſe poſſit extendere diſcretio ſenſus proprii. In ſecunda inquirit de illa diſcretione ſenſibilium, quæ excedit virtutem ſenſus proprii: ibi, [Quoniam autem album.] Dicit ergo primo; quod ex dictis manifeſtum eſt quod vnuſquiſq; ſenſus eſt cognoſcitiuus ſenſi-

Tex. c. 145. bilis ſui obiecti, cuius ſpecies fit in ſuo organo, inquantum eſt tale organum. Immu-

Tex. c. 146. tatur enim organum vniuſcuiuſq; ſenſus à proprio obiecto ſenſus per ſe, non per accidens. Et vnuſquiſq; ſenſus diſcernit differentias proprii ſenſibilis, ſicut viſus diſcernit album, & nigrum, guſtus dulce, & amarum, & ſimiliter ſe habet in aliis ſenſibus. Deinde cum dicit.

b ¶ Oſtendit cui ſit attribuenda iſta diſcretio quæ excedit proprium ſenſum, ſcil. diſcernere ſenſibile vnius ſenſus à ſenſibili alterius. Et circa hoc duo facit. Primo determinat veritatẽ. Secundo obiicit contra veritatem & ſoluit ibi, [At vero impoſſibile.] Circa primum tria facit. Primo oſtẽdit, ꝙ aliquis ſenſus eſt qui diſcernit inter album, & nigrũ & dulce. Secundo, quod non ſunt duæ potentię ſenſus, ſed vna: ibi, [Neq; vtiq;.] Tertio, quod ſimul illa potẽtia percipit vtrumq; ſenſibile inter quæ diſcernit: ibi, [Quod autem neq;.] Dicit er-

Tex. c. 147. go primo, ꝙ quia diſcernimus aliqua virtute, non ſolum albũ à nigro, vel dulce ab amaro, ſed etiã albũ à dulci, & vnumquodq; ſenſibile diſcernimus ab vnoquoq; & ſentimus quod differũt, oportet quod hoc ſit per ſenſum, quia cognoſcere ſenſibilia, inquantum ſunt ſen-

Tex. c. 148. ſibilia, eſt ſenſus. Cognoſcimus autem differentias albi, & dulcis, non ſolum quantum ad quod quid eſt vtriuſque, quod pertinet ad intellectum, ſed etiam quantum ad diuerſam immutationem ſenſus. Et hoc non poteſt fieri niſi per ſenſum. Et ſi per aliquem ſenſum fit hoc, maxime videtur quod fiat per tactum; qui eſt primus ſenſuum, & quodammodo radix & fundamentũ omniũ ſenſuum, & ab hoc, animal habet ꝙ dicatur ſenſitiuum. Vnde manifeſtum eſt, quod caro non eſt vltimum organum ſenſus tactus, quia cum per ſenſum tactus fiat diſcretio, neceſſe eſſet quod ipſo contactu carnis à tangibili, fieret diſcretio tangibilis ab aliis ſenſibilibus. Attribuitur autem iſta diſcretio tactui, non ſecundum quod tactus eſt ſenſus proprius, ſed ſecundum quod eſt fundamentum omniũ ſenſuum, & propinquius habens ad fundalem radicem omniũ ſenſuum, qui eſt ſenſus communis. Deinde cum dicit.

c ¶ Oſtendit, quod idem ſenſus ſit, qui diſcernit albũ à dulci. Poſſet enim aliquis credere, quod diſcernamus albũ à dulci non quadam vna potentia, ſed diuerſis, vt ſc. inquantũ guſtu cognoſcimus dulce, & viſu album. Hoc autem excludit dicẽs, quod non contingit diſcernere, quod dulce ſit alterum ab albo ſeparatis potentiis, id eſt diuerſis, ſed oportet ad diſcernẽdum inter ea, quod ſecundũ aliq̃ vnã potentiam manifeſtum ſit nobis. Ita enim eſſet ſi diuerſis potentiis ſentiremus dulce

A & album, ſicut ſi diuerſi homines ſentirent vnus dulce, & alius album, puta ſi ego ſentio hoc, & ille illud. Hoc autem poſito, manifeſtum eſt, quod altera ſunt ab inuicem, dulce & album, quia aliter patior ego à dulci, quam tu ab albo. Sed tamen diuerſitas iſta non erit nobis per ſenſum manifeſta, ſed oportet quod vnus ſit qui dicat, ꝙ alterum eſt dulce ab albo. Hoc enim eſt aliquid vnum verum, ſcil. quod alterum ſit dulce ab albo, ergo oportet ꝙ illud vnũ ab eodem dicatur, ſed dictio eſt interpretatio interioris apprehenſionis, ergo ſicut eſt vnus qui dicit, ita oportet quod vnus ſit qui intelligat & ſentiat, alterum eſſe dulce ab albo. Dicit autẽ [intelligat, & ſentiat] quia nondum oſtenſum eſt quod aliud ſit intellectus à ſenſu, vel quia iſta diuerſitas, ex ſenſu, & intellectu cognoſcitur. Sicut igitur oportet, ꝙ vnus homo, qui dicit alterum eſſe album à dulci, ſit qui cognoſcit vtrumque, ita oportet quod vna potentia ſit, qua agnoſcitur vtrumq;. Nam homo non cognoſcit niſi per aliquam potentiam. Et hoc eſt quod concludit vlterius, palam eſſe quod non eſt poſſibile iudicare [ſeparata] id eſt quod aliqua ſint diuerſa [ſeparatis] id eſt diuerſis, ſed oportet quod ſit eadem potentia, quæ vtrumque cognoſcat. Deinde cum dicit.

b Quoniam autem albũ, & dulce, & vnumquodq; ſenſibilium ad vnumquodq; comparando, diſcernimus, & ſentimus quod differunt, neceſſe igitur ſenſu. Senſibilia enim ſunt. Quare & manifeſtum, quoniam caro non eſt vltimum ſenſitiuum. Neceſſe enim eſſet vt diſcernens, ipſum tangendo diſcerneret.

c Neq; vtiq; ſeparatis contingit diſcernere, ꝙ alterum ſit dulce ab albo, ſed oportet aliquo vno vtraq; manifeſta eſſe. Sic n. ſe haberet etiã ſi hoc quidẽ ego aliud autẽ tu ſentires: manifeſtũ vtiq; eſſe altera ab inuicẽ ſunt. Oportet autem vnum dicere quoniã alterum. Alterũ enim dulce ab albo. Dicit ergo idẽ. Quare ſicut dicit, ſic & intelligit & ſentit. Quod q̃dẽ igitur nõ poſſibile, ſeparatis iudicare ſeparata palã eſt.

d Quod autem neq; in ſeparato tempore, hinc habitũ eſt. Sicut enim idem dicit, quod alterum eſt bonum, & malũ, ſic & quando alterum dicit eſſe alterum, tunc & alterum, non ſecundum accidens, ipſum quando. Dico autem veluti nunc dico eſſe alterum, non tamen dico illud nunc alterum quoniam. Sed ſic dicit & nunc, & ꝙ nunc. Simul ergo. Quare inſeparabile, & inſeparabili tẽpore, vtrũq; diſcernit.

e At vero impoſſibile eſt, ſimul ſecundum cõtrarios motus moueri idem, vt indiuiſibile eſt, & in indiuiſibili tempore. Si enim dulce ſit, ſic mouet ſenſum, aut intellectum, amarum autem contrarie, & album aliter.

f Ergo ſimul quidem & numero indiuiſibile, & inſeparabile, ꝙ

*Sed quia & album, & dulce, & vnumquodq; ſenſibilium cum vnoquoque comparatum iudicamus aliquo, & differre ſentimus, neceſſe ſane eſt, ſenſu, ſunt enim ſenſibilia. Ex quo perſpicuum eſt, carnem non eſſe vltimum ſenſorium, neceſſe enim eſſet id quod iudicat, tangendo ipſum iudicare.*

B *Haud ergo fieri poteſt, vt ſeparatis iudicet diuerſum eſſe dulce ab albo, ſed vnicuipiã ambo cognita eſſe oportet, alioquin & ſi ego hoc, tu illud ſentias, cognitum eſſet ea diuerſa inter ſe eſſe. Oportet igitur, vt vnum dicat diuerſa eſſe, diuerſum namque eſt dulce ab albo, dicit ergo idem, quamobrem vt dicit, ſic etiam intelligit & ſentit. Fieri igitur non poſſe, vt ſeparatis ſeparata iudicentur, perſpicuum eſt.*

C *Neq; etiam fieri poſſe in ſeparato tempore hinc patebit; vt enim idem dicit diuerſum eſſe bonũ & malum, ſic & cum alterum dicit diuerſum eſſe, & alterum, non per accidens illud quando. Verbi cauſa; nunc dico aliud eſſe, non tamen aliud eſſe nunc, ſed ita dicit & nunc, & quod nunc, ergo ſimul. Quare inſeparabile, & in tempore inſeparabili.*

D *Verum enim vero fieri non poteſt, vt idem ſimul motib. moueatur contrariis, quatenus indiuiſibile eſt, & indiuiſibili tempore; ſi enim dulce ſic mouet ſenſum & intellectum, amarum autem contrario modo, & album diuerſo.*

*Nam igitur ſimul quidem, & numero indiuiſibile, & inſeparabile eſt,*

d ¶ Oſtendit, quod oportet ſimul vtrumq; cognoſci. Dicit ergo quod ex his quæ dicentur, manifeſtum eſt [quod neq; in ſeparato tempore] id eſt, in diuerſo tempore cognoſcit vtrũq;. Sicut enim ille qui iudicat aliqua eſſe diuerſa, dicit aliquid vnum & idem, ſcil. quod alterum ſit bonum & malum, ſic etiam dicit quando alterum ſit. Dicit enim, quod ſit alterum tunc, quando iudicat, & hoc ipſum quando ſit alterũ, non dicit ſecundum accidens, ita ꝙ ly quãdo, referatur ad dicentem, vt puta, quia nunc dicit, ꝙ eſt alterũ, ſi non diceret, ꝙ nunc eſt alterũ. Hoc enim eſſet ꝑ accidẽs, reſpectu eius ꝙ dicitur, ſed ſicut nunc dicit, ꝙ eſt alterum: ita dicit ꝙ nunc ſit alterũ. Hoc autem nõ poſſet eſſe niſi ſimul ea

E apprehenderet, id eſt in illo inſtanti, ꝓ quo iudicat ea eſſe altera. Manifeſtũ eſt ergo, ꝙ ſimul cognoſcit vtrũq;. Ergo ſicut eſt inſeparabilis potẽtia, id eſt vna & eadẽ, q̃ cognoſcit vtrũq; eorum, inter quæ iudicatur differentia, ita oportet quod in inſeparabili tempore apprehendat vtrumq;. Deinde cũ dicit.

e ¶ Obiicit in contrarium. Et circa hoc quatuor facit. Primo ponit obiectionem talem. Impoſſibile eſt idem & indiuiſibile, ſimul moueri ſecundum contrarios motus ſimul & in indiuiſibili tempore, ſed intellectus & ſenſus mouentur à ſenſibili, inquantum ſentit, & intelligibili, inquantum intelligit. Diuerſa autem ſenſibilia & contraria, diuerſis & contrariis motibus mouẽt, ergo impoſſibile eſt, quod eadẽ vis ſenſitiua, aut intellectiua, ſimul cognoſcat cõtraria diuerſa. Secũdo ibi.

f ¶ Ponit vnã ſolutionem, & dicit ꝙ illud ꝙ iudicat differentiam inter contraria, eſt ſimul & numero indiuiſibile, & inſeparabile,

parabile, id eſt vnum ſubiecto, ſed ſecundum eſſe ſeparatum, id eſt ratione eſt diuerſum. Sic igitur quodāmodo indiuiſibile ſentit diuiſa, id eſt diuerſa. Alio autē modo diuiſibile ſentit diuerſa, quia ſecūdum eſſe eſt diuiſibile, id eſt ratione eſt diuerſum, ſed loco[& numero eſt[indiuiſibile]id eſt ſubiecto eſt vnum. Et dicit loco, quia diuerſæ potētiæ inueniūtur in diuerſis partib. corporis organa habere Tertio ibi.

g ¶ Improbat hāc ſolutionē dicens, quod non eſt [poſſibile] illam prædictam ſolutionem ſtare. Quod enim eſt idē, & inuiſibile ſubiecto, ſed nō ſecundū eſſe, id eſt ſecundū rationem, poteſt quidē habere cōtraria ſecundū potētiam, ſed ꝙ habet cōtraria [in operari,] id eſt ſecundum actū, oportet ꝙ ſit diuiſibile. Et impoſſibile eſt, vnū & idem inidiuiſibile, ſimul & ſemel eſſe album & nigrum.
Tex.c.149. Quare neq; poſſibile eſt aliquid vnum & idem indiuiſibile, ſimul pati ſpecies eorum, & ita neq; intelligere & ſentire, ſi intelligere & ſentire eſt huiuſmodi, id eſt pati quoddā. Quarto ibi.

h ¶ Ponit veram ſolutionē, & ſolutio iſta ſumitur ex ſimilitudine puncti. Pūctum enim quod eſt inter duas partes lineæ, poteſt accipi [vt vnū & vt duo.] Vt vnum quidem, ſecūdum quod continuat partes lineæ, vt cōmunis terminus. Vt duo autē, ſecundum quod bis vtimur puncto, id eſt vt principio vnius lineę, & vt fine alterius.
Tex.c.150. Sic etiam intelligendum eſt, quia vis ſentiendi diffunditur in organa quinque ſenſuum ab aliqua vna radice communi, à qua procedit vis ſentiendi in omnia organa, ad quam etiam terminantur omnes immutationes ſingulorum organorum, quæ poteſt conſiderari dupliciter. Vno modo prout eſt principium vnum, & terminus vnus omnium ſenſibilium immutationū. Alio modo, prout eſt principium, & terminus huius, & illius ſenſus. Et hoc eſt quod dicit, quod ſicut punctum eſt vnum, aut duo, ſic diuiſibile eſt principium ſenſitiuum commune. Sic enim diuiſibile eſt inquantū [ſimul bis vtitur eodem ſigno]id eſt principio ſenſitiuo, ſc. vt principio & termino viſus, & auditus. Inquantum igitur aliquis vtitur principio ſenſitiuo, quaſi vno termino pro duobus, intantum duo iudicat, & ſeparata ſunt quæ accipiūtur, ſicut [in ſeparato]id eſt diuiſibili principio cognoſcuntur. [Inquantū vero]eſt vnum in ſe, ſicut in vno principio, cognoſcit differentiam vtriuſque & ſimul. Habet igitur hoc principium ſenſitiuum commune, quod ſimul cognoſcat plura, inquantum accipitur bis, vt terminus duarum immutationum ſenſibilium, inquantum vero eſt vnum, iudicare poteſt differentiam vnius ad alterū. oportet autē illud principium ſenſitiuū commune habere aliud organum, quia pars ſenſitiua non habet aliq̄ operationem ſine organo. Cū enim organū tactus diffundatur per totū corpus, neceſſarium videtur, vt ibi ſit organū huius principii ſenſitiui cōmunis, vbi eſt prima radix organi tactus. Et propter hoc ſuperius dixit, ꝙ ſi caro eſſet vltimum organū tactus, quod tangendo ſecūdum carnem diſcerneremus vnū ſenſibile ab alio. Conſiderandum eſt etiam, ꝙ licet hoc prin-
F cipium cōmune immutetur à ſenſu proprio, quia ad ſenſum communem perueniunt immutationes omniū ſenſuum propriorum, ſicut ad communē terminum, non tamen ſenſus ꝓprius eſt nobilior, q̄ ſenſus communis, licet mouens ſit nobilius moto, & agēs patiente, ſicut nec ſenſibile exterius eſt nobilius quā ſenſus proprius, licet moueat ipſum. Eſt enim ſecūdum quid nobilius, ſ. inquantum eſt actu album vel dulce, ad ꝙ eſt ſenſus proprius in potentia. Sed ſenſus ꝓprius ſimpliciter eſt nobilior ꝓpter virtutē ſenſitiuā, vnde & nobiliori modo recipit, ſc. ſine materia: omne enim recipiens aliq̄d, recipit illud ſecundū ſuum modum. Et ſic ſenſus cōmunis nobiliori modo recipit quā ſenſus proprius, propter hoc ꝙ virtus ſenſitiua cōſideratur in ſenſu communi, vt in radice, & minus diuiſa. Neq; oportet ꝙ per aliq̄ actionē ſenſus communis, ſpecies recepta in organo, fiat in ipſo, quia omnes potentiæ partis ſenſitiuæ, ſunt paſſiuæ: nec eſt poſſibile, quod vna potentia ſit actiua & paſſiua. Cōſiderādum eſt etiam, quod ſenſus proprius habet diſcernere inter contraria ſenſibilia, in quantum proprius participat aliquid de virtute ſenſus cōmunis, quia, & ipſe ſenſus proprius eſt vnus terminus diuerſarum immutationū, quæ fiunt per mediū à cōtrariis ſenſibilib. Sed vltimum iudiciū, & vltima diſcretio pertinet ad ſenſum communem. Vltimo autē epilogando cōcludit quod dictum eſt de principio, ſecundum quod dicitur animal eſſe ſenſitiuum vel potens ſentire.

iudicat, ſecundum eſſe autem ſeparatum. Igitur quodammodo indiuiſibile, diuiſa ſentit, eſt autem quodammodo vt indiuiſibile. Secundum eſſe quidem enim diuiſibile, loco autem, & numero, indiuiſibile.

g Aut non poſſibile. Potentia enim idem & indiuiſibile eſt contraria, ſecundum eſſe autē non, ſed in operari, diuiſibile eſt. Et impoſſibile eſt & album & nigrum eſſe ſimul. Quare neque ſpecies pati ipſorum, ſi huiuſmodi eſt ſenſus, & intelligentia.

h Sed ſicut quod vocant quidam punctum, aut vnum, aut duo, ſic & diuiſibile. Secundū quod quidem igitur indiuiſibile, vnum diſcernens eſt, & ſimul. Secundum vero quod diuiſibile, non eſt vnū. Bis enim vtitur eodem ſigno ſimul. Inquantum igitur pro duobus vtitur termino, duo iudicat, & ſeparata ſunt, vt in ſeparato. Inquantum vero vnum, vno & ſimul. De principio igitur, ſecundum quod dicimus poſſe ſentire animal, determinatum ſit hoc modo.

*quod iudicat, ipſo eſſe autem ſeparatum? quodammodo igitur, vt diuiſibile diuiſa ſentit, quodammodo vt indiuiſibile, ipſo enim eſſe diuiſibile eſt. loco autem & numero indiuiſibile.*

*An fieri non poteſt; potentia enim*
G *idem diuiſibile, & indiuiſibile, & contraria eſt, ipſo autem eſſe, nequaquam, ſed patiendo diuiſibile eſt, nec poteſt ſimul album & nigrum eſſe, quare nec eorum ſpecies pati, ſi talis eſt ſenſus & intellectus.*

*Sed vt id quod punctū nonnulli vocant, qua vnum & qua duo, eatenus etiam diuiſibile eſt. ergo quatenus indiuiſibile eſt vnum eſt id quod iudicat, ac ſimul; quatenus vero diuiſibile, non vnum, his enim eodem vtitur ſigno ſimul: quatenus igitur duobus vtitur termino, duo iudicat &*
H *ſeparata, cum ipſum quodammodo ſit ſeparatum, quatenus vero vnum, vno & ſimul. Ac de principio quidem quo dicimus animal eſſe ſenſitiuum, ſic expoſitum ſit.*

### *LECTIO IV.*

a QVod autem duabus differentiis diffiniunt maxime animam, motu qui ſecundū locum, & in eo quod eſt intelligere, & diſcernere & ſentire. Videtur autem & intelligere, & ſapere, tanquam quoddam ſentire eſſe. In vtriſque enim his, anima iudicat aliquid, & cognoſcit eorum quæ ſunt.

### LECTIO IV.

*QVoniam autem duabus potiſſimum differentiis deſcribunt animam, ſcilicet motu loci, & intelligendo, & iudicando, ac ſentiendo, videtur autem intelligere, & ſapere*
I *quaſi ſentire quoddam eſſe; his enim vtriſque anima iudicat, & cognoſcit aliquid eorum quæ ſunt.*

### *LECTIO IV.*

a POſtquam Philoſophus oſtendit, quod duæ operationes, de quibus dubiū videbatur, percipere ſc. actus ſenſuum propriorum, & diſcernere inter ſenſibilia diuerſorum ſenſuū, non excedant facultatem principii ſenſitiui, nunc vult inquirere, vtrum ſapere & intelligere excedant facultatem eiuſdem principii. Et circa hoc duo facit. Primo oſtendit quod ſapere & intelligere, non pertinent ad ſenſum, quod eſt oſtendere, ſenſum & intellectum non eſſe idem ſubiecto. Secundo, quod phantaſia, quæ pertinet ad ſenſum, non eſt idem cum
K opinione, quæ pertinet ad intellectum: ibi, [Phantaſia autem & cęt.] Circa primum duo facit. Primo ponit opinionem ponentium, ſenſum & intellectum eſſe idem. Secundo improbat eam: ibi, [Et tamen oportuit.] Circa primum duo facit. Primo ponit opinionem. Secundo aſſignat cauſam opinionis: ibi, [Omnes enim hi.] Circa primum duo facit. Primo ponit opinionem in communi. Secundo inducit quædā verba quorundam philoſophorū, quæ ad illud pertinere videntur: ibi, [Et antiquis ſapere.] Dicit ergo primo, quod quia antiqui Philoſophi diffiniebant animam ſecundum duo, ſc. ſecundum motum, ſecundum locum, & cognitionem, quæ includit intellectiuam diſcretionē, & ſenſum, videtur ex hoc quod ſecundum eorum opinionem intelligere & ſapere ſit quoddam ſentire, quia tam ſentiendo quam intelligeudo, anima iudicat, & cognoſcit. Deinde cum dicit.

b ¶ Oſtendit, quod non ſolum hoc ſequitur ex hoc, quod in communi dicebant, ſed expreſſe antiqui dixerũt, quod idem ſit ſapere per intellectum, & ſentire. Vt autem intelligantur verba Philoſophorum, quæ inducuntur, quomodo ad propoſitum faciunt, conſiderandum eſt, quod nullum corpus poteſt directe agere in id, ꝙ nullo modo eſt corporeũ. q̃a igitur potẽtiæ ſenſitiuæ aliquo modo ſunt corporeæ, quia ſunt virtutes in corporeis organis, immutari poſſunt ex actione corporũ cœleſtium, ꝑ accidẽs tamẽ, quia neq; anima, neq; animæ virtus mouetur, niſi ꝑ accidens, moto corpore. Et propter hoc contingit, ꝙ ex impreſſione corporis cœleſtis variatur & phãtaſia, & appetitus ſenſitiuus. Vnde & animalia irrationalia, q̃ ſolo appetitu ſenſitiuo aguntur in ſuis motibus, vt plurimũ inſequũtur impreſſiones corporum cœleſtiũ. Ponere igitur, ꝙ corpora cœleſtia habeãt impreſſionẽ directe in partẽ intellectiuã, quãtum T. com. 152. ad intellectũ & volũtatem, eſt ponere, q̃d voluntas & intellectus ſunt virtutes corporeæ. Et hoc ſonãt verba quorundam Philoſophorum antiquorum. Dicit enim Emped. quod tam in hominibus, quam in aliis animalibus [voluntas augetur,] id eſt, incitatur ad agendũ [ad præſens,] ſcil. ſecundum præſentis horæ diſpoſitionem, quæ quidẽ diſpoſitio dependet ex diſpoſitione corporum cœleſtium. Vnde præſens tempus vel hora [eis] id eſt, hominibus, & aliis animalibus [præſtat ſemper ſapere altera.] Diuerſis enim horis & temporibus, diuerſa diuerſimode homo, & alia animalia inueniũtur iudicare de rebus. Et ad idem pertinet illud verbũ Homeri: [Talis autẽ eſt intellectus in terrenis hominibus, qualẽ pater virorumq; deorumq;] id eſt, Sol [ducit in diem.] Dicitur autem Sol pater virorum, quia eſt aliqua cauſa humanæ generationis. Homo enim generat hominem, & Sol. Dicitur autem pater deorum, vel propter corpora cœleſtia, quæ antiqui Deos appellabant, quæ ſecundum Aſtrologos, quodammodo à Sole regulantur, vel propter homines, quos deificari credebant, qui virtute Solis generantur. Virtus autem Solis eſt in die, quia in die nobis apparet, dum mouetur in ſuperiori hemiſphærio, vnde & ab Aſtrologis dicitur Planeta diurnus. Voluit ergo Homerus dicere, quod homines terreni intellectum ſortiuntur ex actione Solis, & quod ſecundum diuerſitatem motus & ſitus, & aſpectus ſolaris, diuerſimode ſe habent intelligẽdo. Sciendum eſt autem, quod hunc verſum Homeri Ariſtoteles non totum poſuit, ſed ſolũ principium. Vnde nec in Græco, nec in Arabico, plus habetur, quam hic. Talis enim intellectus eſt, vt ſic intelligatur hoc dictum, ſicut conſueuimus inducentes aliquem verſum alicuius auctoris, tantum ponere principium, ſi verſus ſit notus. Sed quia hic verſus Homeri non erat notus apud Latinos, Boetius totum poſuit. Patet ergo ex hoc, quod hic dicitur, quod ſi corpora cœleſtia habẽt directe impreſſionem in intellectum & voluntatem, idem eſt, ac ſi ponatur, quod intellectus eſt idem cum ſenſu. Indirecte vero impreſſio corporum cœleſtium poteſt pertingere ad intellectum vel voluntatem, prout intellectus & voluntas iunguntur in ſua operatione virtutibus ſenſitius. Læſo enim organo phantaſię, impeditur intellectus in ſua operatione, & ex appetitu ſenſitiuo inclinatur voluntas ad volẽdum vel nolendum aliquid. Quia tamen voluntas nõ ex neceſſitate trahitur ab appetitu ſenſitiuo, ſed ſemper ei liberum manet ſequi inclinationem appetitus ſenſitiui, vel non ſequi, ideo corpora cœleſtia nullam neceſſitatẽ humanis actibus inducũt. Deinde cum dicit.

e ¶ Oſtendit cauſam poſitionis. Manifeſtum eſt enim, quod remota differentia, qua aliqua abinuicem differunt, remanent idem, ſicut ſi rationale auferatur ab homine, remane-
A bit de numero irrationalium animalium. Hæc autem differẽtia, qua differt cognitio intellectiua à ſenſitiua, quod ſentire eſt aliquid corporeum. Non enim operatio ſenſus eſt ſine organo corporali. Intelligere autem non eſt aliquid cor- 3. T. com. 4. & inde. poreum, quia operatio intellectus non eſt per organum corporeum, vt infra oſtendetur. Ideo ergo antiqui ponebãt ſenſum & intellectum idem eſſe, quia opinabantur, quod intelligere eſſet aliquid corporeum, ſicut & ſentire. Quomodo autem vtrumque ponerẽt aliquid corporeum, conſequenter oſtendit per hoc, ꝙ ponebant, tam ſapere ſecundum intellectum, quam ſentire, contingere per virtutem ſimilitudinis, ſicut in primo libro Lect. 10. dictum eſt. Et intelligebat ſimilitudinem ſecundum eſſe corporeum, puta, quod ꝑ terrã cognoſcitur terra, & per aquam, aqua, & ſic de aliis. Vnde ſequebatur, ꝙ ſentire & intelligere cõſequerẽtur naturã corporeã, & eodem modo. Et ſic ſentire & intelligere ſeq̃tur eẽ idẽ. Deinde cũ dicit.

b Et antiqui ſapere & ſentire, idẽ eſſe aiunt, ſicut Empedocles dixit. Ad præſens volũtas augetur, & in hominibus, & in aliis: vnde eis ſemper ſapere altera præſtat. Idem autem his vult, & id, quod eſt Homeri. Talis enim intellectus eſt in terrenis hominibus, qualem ducit in diem pater virorumque deorumque.

c Omnes n. hi intelligere corporeum, ſicut ſentire opinãtur. Et ſentire & ſapere ſimile ſimili, ſicut ſecundum principium in rationibus determinauimus.

d Et tamẽ oportuit ſimul ipſos de deceptione dicere. Magis ꝓpriũ n. eſt animalibus, & plurimũ tẽpus in hoc permanet anima, vnde neceſſe eſt, aut (vt quidã dicunt) omnia, q̃ videntur, eſſe vera, aut diſſimilis tactũ, deceptionẽ eſſe. Hoc n. contrarium ei, q̃d ſimile ſimili cognoſcere.

e Videtur autem & deceptio, & ſcientia cõtrariorũ eadem eſſe.

f Quod quidẽ igitur non idẽ ſit

*Atq; etiã priſci idẽ eſſe ſapere, & ſentire aſſerũt, vt etiam Emp. dixit:*

*,, Nam viget ad præſens hominum ſapientia ſemper.*
*,, Effigies rerũ varias prudẽtia mõ-(ſtrat.*
*Hoc idem ſibi vult illud Homeri:*
*,, Talis enim mens ſemper adeſt mortalibus ægris,*
*,, Quales ipſe dies dat diuûm hominumq; creator.*

B *Hi namq; omnes intelligere, quemadmodum etiam ſentire, corporeum eſſe autumant, vt initio harum diſputationum expoſuimus.*

*Atqui de deceptione etiam oportebat eos dicere; magis enim propria eſt animalium, & plures temporis in his verſatur anima. Quare neceſſe eſt, velut quidam dicunt omnia eſſe vera, quæ appareant, vel rei diſſimilis tactionem eſſe deceptionem. hoc enim contrarium eſt illi ſententiæ, ſimili cognoſcere ſimile.*

C *Videtur autem & deceptio & ſcientia contrariorum eſſe eadem.*

*Ac ſentire quidem, & ſapere, non*

d ¶ Improbat prædictam poſitionem. Et primo quãtum ad cauſam. Secundo, quãtum ad ipſam poſitionem, ibi, [Quod quidem igitur.] Dicit ergo primo, quod Philoſophi aſſignãtes cauſam cognitionis, eſſe ſimilitudinem cognoſcentis ad cognitum, debuerunt aſſignare aliquam cauſam etiam deceptionis, quia deceptio videtur eſſe magis propria animalibus, quam cognitio ſecundum conditionem ſuæ naturæ. Videmus enim, quod homines ex ſeipſis decipi poſſunt, & errare. Ad hoc autem, quod veritatem cognoſcant, oportet ꝙ ab aliis doceantur. Et iterum pluri tempore anima eſt in deceptione, quam in cognitione veritatis, quia ad cognitionẽ veritatis vix peruenitur poſt ſtudium longi temporis. Et hæc quidem ratio efficax eſt contra antiquos Philoſophos, qui ponebant, cognitionem ineſſe animæ ex ſui natura, quaſi
D anima ex hoc, quod conſtituta eſt ex principiis, habeat quod non ſolum ſit in potentia ad cognoſcibilia: ſed quod ſit actu cognoſcens. Poteſt autem ad hoc dupliciter reſponderi. Vno modo, vt dicatur, quod antiqui Philoſophi non credebant aliquam deceptionem eſſe. Ponebant enim, ꝙ omnia, quæ videntur, ſunt vera, vt ſupra dictũ eſt. Et ideo nõ oportebat, ꝙ Lect. 2. aſſignarẽt cauſam deceptionis. Alio modo poteſt reſpõderi, quod ex hoc ipſo, ꝙ dicebãt, cauſam cognitionis eſſe ex hoc, quod anima tangit id, quod eſt ſibi ſimile, datur intelligi, q̃d cauſa deceptionis ſit hæc, quod anima tangit ſibi diſſimile. Hoc eſt ergo, quod cõcludit, quod, quia antiqui Philoſophi non aſſignauerunt cauſam deceptionis animæ, neceſſe eſt, quod omnia, quæ videntur, vera ſint, vt quidã dixerunt, aut quod tactus, quo anima tangit rem diſſimilem, ſit deceptionis cauſa. Tangere enim diſſimile, videtur eſſe contrarium ad cognoſcere ſibi ſimile. Primum autẽ reprobatum eſt in 4. Metaph. Vnde procedit ad inquirendũ ſecundũ, cum dicit. Lect. 11.

e ¶ Manifeſtum eſt enim, quod diſſimile ſunt contraria: ſed
E circa contraria eodem modo ſe habet homo ad cognitionẽ & deceptionem, quia qui cognoſcit vnum contrariorũ, cognoſcit & aliud, & qui errat in vno, errat in alio. Et hoc eſt, ꝙ dicit, quod ſcientia & deceptio videtur eadem eſſe contrariorum. Non ergo eſt pollutione, quod tactus rei ſimilis ſit cauſa veræ cognitionis, & tactus rei diſſimilis ſit cauſa deceptionis, quia tunc eſſet ſcientia de vno contrariorum, & deceptio de alio. Deinde cum dicit.

f ¶ Improbat poſitionem, oſtendens, quod neq; ſapere, neque intelligere, eſt idem quod ſentire: hæc enim duo intellectiuæ cognitioni attribuuntur. Intellectus enim habet iudicare, & hoc dicitur ſapere, & apprehendere, & hoc dicitur intelligere. Primo ergo oſtendit, quod ſentire non ſit idem, quod ſapere, tali ratione: Sentire ineſt omnibus animalibus,

ſapere autem non ineſt omnibus, ſed paucis: ergo [ſapere] non eſt idem, quod ſentire. Dicit autem, quod ſapere ineſt paucis animalium, & non quod inſit ſolis hominibus, quia etiam quædam animalia participant aliquid prudentiæ, & aliquid ſapientiæ, ſcilicet quod recte iudicāt de agendis per æſtimationem naturalem. Secundo ibi.

*g* ¶ Probat, quod intelligere nō ſit idem, quod ſentire, ꝑ duo media. Quorum primum tale eſt: Intelligere contingit recte, & non recte. Recte quidem cōtingit intelligere ſecundum ſcientiam, quæ eſt ſpeculabilium, & neceſſariorum, vel ſecundum prudētiam, quæ eſt recta ratio contingentium agi-

T. com. 153. bilium, vel ſecūdum opinionem veram, q̄ ſe habet ad vtrumque, & non determinate ad alterum oppoſitorum, ſicut ſcientia & prudentia: ſed ad vnum, cum formidine alterius. [Non recte autem,] contingit intelligere ſecundum eorū contraria, id eſt, ſecundū falſam ſcientiam, & ſecundum imprudē-

T. com. 154. tiam, & ſecundum opinionem falſam. Sētire autem non contingit, niſi recte, quia ſenſus circa propria ſenſibilia ſemper verus eſt: ergo ſentire & intelligere non ſunt idem. Et quia poſſet aliquis dicere, quod recte intelligere ſit idem, quod ſentire: ideo adiungit aliud medium ad hoc excludēdum, quod tale ſentire [ineſt omnib. animalibus,] intelligere autem non: ſed ſolis illis, quibus ineſt ratio, ſcilicet hominibus, qui per inquiſitionem rationis apprehenſionem veritatis intelligibilis cōſequuntur, quam-

T. com. 155. uis ſubſtantiæ ſeparatæ, quæ ſunt altioris intellectus, ſtatim abſque inquiſitione veritatem intelligant: ergo & recte intelligere non idem eſt, quod ſentire. Deinde cum dicit.

*h* ¶ Oſtendit, quod opinio, quæ ſequitur intellectū, ſit aliud à phantaſia, quæ ſequitur ſenſum. Et circa hoc duo facit. Primo oſtendit, quod phantaſia non eſt opinio. Secundo inquirit, quid ſit phantaſia, ibi, [De eo autem, quod eſt intel-

T. com. 60. ligere.] Circa primum tria facit. Primo proponit, quod intendit, & dicit, quod ex hoc etiam apparet, quod ſenſus & intellectus differunt, quia phantaſia aliud eſt a ſenſu & ab intellectu: & tamen phantaſia non fit ſine ſenſu, quia conſequitur ſenſum, vt poſtea dicetur, & ſine phantaſia nō fit opinio. Ita enim videtur ſe habere phātaſia ad ſenſum, ſicut opinio ad intellectum. In rebus autem ſenſibilibus cum aliquid ſentimus, aſſerimus ſic eſſe. Cum autem ſecundum phantaſiam aliquid videtur, non aſſerimus ſic eſſe: ſed ſic videri, vel apparere nobis. A viſione enim vel apparitione ſumitur no-

Lect. 6. men phantaſiæ, vt infra dicetur. Et ſimiliter circa intelligibilia, cum aliquid intelligimus, aſſerimus ſic eſſe. Cum autē opinamur, dicimus, ſic videri vel apparere nobis. Sicut enim

ſapere, & ſentire, manifeſtū eſt. Hoc quidem n. in omnibus eſt, illud autē in paucis animaliū eſt.

*g* Sed neque intelligere, in quo eſt, & recte, & non recte. Recte quidem, prudentia, & ſcientia, & opinio vera. Non recte autē, contraria horum. Neq; hoc eſt idem cum ipſo ſentire, ſenſus quidem enim propriorum, ſemper verus eſt, & in omnibus ineſt animalibus. Intelligere autem contingit & falſo, & nulli ineſt, cui non & ratio.

*h* Phantaſia enim alterum eſt, & à ſenſu, & ab intellectu. Et hæc non fit ſine ſenſu, & ſine hac non eſt opinio.

*i* Quod autem non eſt eadem phantaſia, & opinio, manifeſtū eſt. Hęc enim paſſio in nobis eſt, cum volumus. Præ oculis enim eſt facere, ſicut in recordatiuis poſiti, & idolum ſunt facientes. Opinari autem non in nobis eſt. Neceſſe enim eſt falſum, aut verum dicere.

*k* Amplius autem, cum opinamur difficile aliquid, aut terribile, ſtatim compatimur. ſimiliter autem eſt, & ſi ſit confidendum. ſecundum autem ſimiliter nos habemus, ſicut ſi eſſemus conſiderantes in pictura difficilia & confidentia.

*l* Sunt autem & ipſius exiſtimationis differentiæ, ſcientia, & opinio, & prudentia, & contraria horum. De quorum differentia, altera ſit ratio.

*LECTIO V.*

*a* DE eo autem, quod eſt intelligere, quoniam alterum eſt ab eo, quod ſentire. Huius autem, aliud phantaſia eſſe videtur, aliud opinio. De phantaſia determinantes, ſic & de altero dicendum eſt.

*eſſe idem, perſpicuum eſt: hoc enim cuncta participant animalia, illud pauca.*

*Quinimo ne intelligere quidem, in quo poſitum eſt ipſum recte & nō recte. ipſum enim recte prudentia eſt, & ſcientia, & vera opinio: non recte autem his contrarium, neque hoc, inquam, idem eſt, quod ſentire.*

G *Senſus enim propriorum verus ſemper eſt, cunctiſq; ineſt animalibus: ratiocinari autem licet etiam falſo, nulliq; ineſt, cui non etiam ratio.*

*Phantaſia namq; diuerſum eſt, tum à ſenſu, tum à dianœa, atq; hæc eadem ſine ſenſu non fit, & ſine ea non eſt exiſtimatio.*

*Phantaſiam autem & exiſtimationem non idem eſſe, perſpicuum eſt: nam affectio hæc, cum volumus, in nobis eſt, licet enim ob oculos ponere, quemadmodum qui in mnemonicis*

H *collocant, & imagines effingunt, opinari vero non eſt in nobis: neceſſe enim eſt vel fallamur, vel veritatem aſſequamur.*

*Præterea, cum opinamur rem aliquam atrocem, aut formidoloſam, ſtatim commouemur, itemq; ſi quid fuerit, quod fiduciam afferat, at ex phantaſia perinde afficimur, atque qui ſpectant in pictura terribilia, & fiduciam afferentia.*

*Sunt porro & ipſius exiſtimationis differentiæ, ſcientia, & opinio, & prudentia, & quæ his contraria*

I *ſunt, de quorum differentia alia ſit diſputatio.*

LECTIO V.

D*E intelligendo autem, quia diuerſum eſt à ſentiendo, huius autem aliud eſſe phantaſia videtur, aliud exiſtimatio, vbi de phantaſia diſputauerimus, tunc demum de altero dicemus.*

F intelligere requirit ſenſum, ita & opinari requirit phantaſiam. Secundo ibi.

*i* ¶ Probat, quod non ſit idem opinio & phantaſia, duabus rationibus, quarum prima talis eſt: Paſſio phantaſiæ eſt in nobis, cum volumus, quia in poteſtate noſtra eſt formare aliquid, quaſi apparens ante oculos noſtros, vt montes aureos, vel quicquid volumus, ſicut patet de illis, qui recordātur, & formant ſibi idola eorum, quæ ſibi videntur ad votum. Sed opinari non eſt in poteſtate noſtra, quia neceſſe eſt, q̄d opinans habeat rationem, per quam opinetur, vel verū, vel falſum: ergo opinio non eſt idem, quod phantaſia. Secūdam rationem ponit, cum dicit.

*k* ¶ Quæ talis eſt: Opinionem ſtatim ſequitur paſſio in appetitu, quia cum opinamur, aliquid eſſe graue, vel terribile, ſtatim compatimur triſtando vel timendo. Et ſimiliter ſi ſit aliquid confidēdum, id eſt, de quo aliquis debeat confidere, & ſperare, ſtatim ſequitur ſpes vel gaudiū. Sed ad phantaſiam non ſequitur paſſio in appetitu, quia dū aliquid apparet nobis ſecundum phantaſiam, ſimiliter nos habemus, ac ſi conſideremus in pictura aliqua terribilia vel ſperabilia: ergo opinio non eſt idē, quod phantaſia. Huius autem differentiæ ratio eſt, quia appetitus non patitur, neque mouetur ad ſimplicē apprehenſionem rei, qualē proponit phātaſia. Sed oportet, q̄ apprehendatur ſub ratione boni vel mali, conuenientis vel nociui. Et hoc facit opinio in hominibus componendo, vel diuidendo, dum opinatur, hoc eſſe terribile, vel malum, illud autem eſſe ſperabile, vel bonum. Phantaſia autem non componit, neque diuidit: patitur tamen appetitus animalium ab æſtimatione naturali, quæ hoc operatur in eis, quod opinio in hominibus. Tertio ibi.

*l* ¶ Dicit, quod cum ad intellectualem exiſtimationem mul-

K ta pertineant, ſcilicet ſcientia, prudentia, opinio, & contraria horum, de horum differentia non eſt hic agendum, ſed alibi, ſcilicet in 6. Ethicorum.

*LECTIO V.*

*a* POſtquām Philoſophus oſtendit, quod phantaſia non eſt opinio: hic incipit inquirere, quid ſit. Et primo dicit, de quo eſt intentio. Secundo proſequitur, ibi, [Si igitur phantaſia. Dicit ergo primo, quod cum oſtenſum ſit, quod intelligere eſt aliud, quam ſentire, & ad vnum horum pertineat opinio, ſcilicet ad intellectum: ad aliud autem phantaſia, ſcilicet ad ſenſum. Poſtquam determinatum eſt de ſenſu, dicendum eſt de phantaſia, vt ſic poſtmodum determinetur de altero, ſcilicet de intellectu & opinione. Deinde cū dicit.

*b* ¶ Pro-

*b* ¶ Proſequitur intentum. Et circa hoc duo facit. Primo oſtendit, quod phantaſia non eſt aliqua potentiarum vel habituum manifeſtorum, qui diſcernunt vel iudicant verum & falſum. Secundo oſtendit, quid ſit, ibi, [Sed quoniam accidit motus.] Circa primum tria facit. Primo diſtinguit potentias & habitus, quib. aliquid diſcernitur. Secundo oſtendit, ꝙ phantaſia non eſt aliqd eorũ, ibi, [Quod quidem igitur nõ ſit ſenſus.] Tertio oſtẽdit, quod non eſt aliquid compoſitum ex eis, ibi, [Manifeſtum igitur quoniam.] Dicit ergo primo, quod cum phantaſia ſit, ſecundum quam dicitur nobis fieri aliqd phantaſma, id eſt, aliquid apparibile, niſi forte accipiamus phantaſmata metaphorice, neceſſe videtur, quod ſit aliquid de numero habituũ vel potentiarum cognoſcitiuarũ, quibus diſcernitur vnum ab alio, aut quibus circa aliquid dicimus verũ vel falſum: hoc eſt, erramus, vel non erramus. Nam apparere eſt aliquid diſcernere, & dicere verũ vel falſum. Potentiæ autem vel habitus, quibus diſcernimus, & dicimus verũ & falſum, videntur eſſe hi quatuor, ſenſus, intellectus, opinio, & ſcientia. Vnde videtur, quod phantaſia ſit aliquod horum quatuor. Ponit autẽ hæc quatuor, quaſi iam nota. Alia autẽ, quæ ad cognitionem videntur pertinere, nondum erant ſuo tempore per certitudinem ſcita. Ipſe autem iam ſuperius diſtinxit intellectum à ſenſu. Vnde præter ſenſum connumerat tria alia, ſcilicet intellectum, opinionem, & ſcientiam. Et videtur, quod intellectus non accipiatur hic pro potentia: ſic enim contra intellectum non diuiderentur ſcientia & opinio, quæ ad potentiam intellectiuam pertinent, ſed intellectus accipitur pro certa apprehenſione eorum, quæ abſque inquiſitione nobis innoteſcunt, ſicut ſunt prima principia. Scientia vero pro cognitione eorum, de quibus certificamur, per certitudinẽ, vel inueſtigationem rationis. Opinio autem pro cognitione eorum, de quibus certũ iudicium non habemus. Vnde etiam dicit, quod phantaſia eſt habitus vel potentia de numero eorum, ad oſtendendum, quod inter hæc aliquid eſt vt potentia, & aliquid vt habitus. Cognoſcere autem poſſumus, quod hæc tantum apprehenſionis principia apud Antiquos nota erãt, ex poſitione Platonis ſuperius in 1. lib. poſita, qui ſolum hæc quatuor ad numeros reduxit, attribuens intellectum vni, ſcientiam dualitati, opinionem trinario, ſenſum quaternario. Deinde cum dicit.

*T. com. 156.* *T. com. 157.* *Lect. 8.*

*b* Si igitur phantaſia eſt, ſecundum quam phantaſma aliquod nobis fieri dicimus, & ſi non aliquid ſecundum metaphoram dicimus: vna quædam potentia eſt harum, aut habitus, ſecundũ quem diſcernimus, aut verum, aut falſum dicimus. Huiuſmodi autem ſunt ſenſus, opinio, ſcientia, & intellectus.

*c* Quod igitur non ſit ſenſus, manifeſtum ex his eſt. ſenſus enim, aut potentia, aut actus eſt, vt viſus, & viſio. Apparet autem aliquid, & neutro horum exiſtente, vt ea, quæ in ſomnis.

*d* Poſtea ſecundum potentiam ſenſus quidem ſemper adeſt viuentibus & non orbatis: phantaſia autem non.

*e* Si vero ei, quod actu idem, omnibus vtique contingeret beſtiis phantaſiam ineſſe. Videtur autem non, vt formicæ, aut api, aut vermi.

*f* Poſtea hi quidem veri ſemper: phantaſiæ autem plures falſæ.

*g* Amplius autem non dicimus, cum operemur certe circa ſenſibile, quoniam videtur hoc nobis homo, ſed magis, cum non manifeſte ſentimus: tunc & aut verus, aut falſus.

*h* Et (quod quidem & antea diximus) apparent & dormientibus viſiones.

*i* Atque vero neq; ſemper vera dicentium, habitus vllus erit, vt ſcientia, aut intellectus. Eſt enim phantaſia & vera & falſa.

*c* ¶ Oſtendit, quod phantaſia non eſt aliquid dictorum. Et circa hoc tria facit. Primo oſtẽdit, quod non ſit ſenſus. Secũdo, quod non ſit intellectus, ſiue ſcientia, ibi, [At vero neque ſemper.] Tertio, quod non ſit opinio, ibi, [Relinquitur igitur.] Circa primum tria facit. Primo oſtendit, ꝙ phantaſia non ſit ſenſus, neq; ſecundum potentiam, neque ſecundum actum: & ratio eſt talis: Dormiens aliquid phantaſiatur: hoc autem non ſit ſecundum ſenſum in potentia, quia ſenſui in potentia exiſtẽti, nihil apparet, nec ſecundũ ſenſum in actu, quia in ſomno non eſt ſenſus in actu: ergo phantaſia non eſt ſenſus in potentia, neque ſenſus in actu. Secundo ibi.

A *d* ¶ Oſtendit, quod phantaſia nõ ſit ſenſus in potentia, & eſt ratio talis: Senſus in potẽtia ſemper adeſt animali, phantaſia autem non ſemper, cum non ſemper animali aliquid appareat: ergo phantaſia non eſt ſenſus in potentia. Tertio ibi.

*e* ¶ Oſtendit, quod phantaſia non ſit ſenſus ſecundum actũ, quatuor rationibus. Quarum prima talis eſt: Senſus ſecundum actũ conuenit omnibus beſtiis, id eſt, animalibus irrationalibus. Si igitur phantaſia eſſet idẽ ꝙ ſenſus in actu, ſequeretur, ꝙ ineſſet omnibus animalibus irrationalibus. Hoc autem non eſt verum. Non enim ineſt formicæ, aut api, aut vermi: ergo phantaſia nõ eſt ſenſus ſecundum actum. Conſiderandum eſt autem, ꝙ omnia animalia habẽt quodãmodo phãtaſiam: ſed animalia imperfecta habẽt phãtaſiam indeterminatam, ſicut infra dicet Philoſophus. Sed hoc nõ videtur verum de formica & ape, in quarũ operatione plurimũ prudentiæ apparet. Sed ſciendum eſt, qđ opera prudẽtiæ, formica & apis operantur naturali inclinatione: non ex hoc, ꝙ habeant phantaſiam determinatam & diſtinctam à ſenſu. Nõ enim phantaſiantur aliquid, niſi dũ mouentur à ſenſibili. Quod autẽ operãtur propter finem, quaſi prouidentes in futurum, non contingit ex hoc, quod habeãt aliquã imaginationẽ ipſius futuri: ſed imaginantur actus præſentes, qui ordinãtur ad finẽ ex naturali inclinatione magis, quã ex apprehenſione. Illa autẽ animalia dicit Philoſophus phantaſiam habere, quibus aliquid ſecundũ phantaſiam apparet, etiam dũ non actu ſentitur. Secundã rationẽ ponit ibi.

*Si igitur phantaſia eſt, qua phantaſma aliquod nobis fieri dicimus (nec loquor nunc, ſi quid per tranſlationem dicere conſueuimus) profecto vna earum potentiarum eſt aut habituum, quibus iudicamus, verumq́; aſſequimur, aut fallimur. hæc autem ſunt, ſenſus, opinio, ſcientia, intellectus.*

B *Ac phantaſiam quidem non eſſe ſenſum, ex his perſpicuum eſt. Senſus enim aut potẽtia eſt, aut operatio, vt viſus, vel viſio; at vero apparet aliquid, etiã cum neutrũ horum adſit, veluti ea, quæ in ſomnis apparent.*

*Deinde ſenſus ſemper adeſt: phantaſia non item.*

*Sin autem idem eſt, quod operatio, fieri poßit, vt in omnibus beſtijs phantaſia inſit, quod tamen non videtur, vt formicæ, aut api, aut vermi.*

C *Deinde illi ſemper veri ſunt, at phantaſiæ pleræq; ſunt falſæ.*

*Huc adde, quod neque dicimus, cum exquiſite circa ſenſibile operamur hoc nobis apparere hominem; ſed potius cum non expreſſe ſentimus, & tunc aut verus eſt, aut falſus.*

*Ac deniq; (quod ſuperius dicebamus) etiam clauſis oculis viſa quædam apparere ſolent.*

*Neq; vero eorum, qui ſemper veri ſunt, vllus erit, vt ſcientia, aut intellectus: nam eſt etiam falſa phantaſia.* D

*f* ¶ Quæ talis eſt: Senſus ſecundum actum ſemper ſunt veri: nõ enim ſenſus decipitur circa proprium ſenſibile: ſed phantaſiæ vt plurimum ſunt falſæ. Non enim reſpondent imaginationi vt plurimum: ergo phantaſia non eſt ſenſus ſecundum actum. Tertiam rationem ponit ibi.

*g* ¶ Quæ talis eſt: Cum operamur cum certitudine circa ſenſibile, actu ſcil. ipſum ſentiendo non dicimus, ꝙ hoc videtur nobis homo: ſed magis hoc dicimus, cum nõ manifeſte ſentimus, ſicut cum à remotis aliquid videmus, vel cũ videmus aliquid in tenebris. Et tunc ſenſus ſecundum actum aut eſt verus, aut eſt falſus. Circa ſenſibile enim per accidens, cuiuſ-
E modi ſenſibile eſt homo, nõ ſemper ſenſus eſt verus, ſed quãdoq; decipitur. Addit autem hoc, vt oſtẽdat conuenientiam inter ſenſum nõ manifeſtum, & phantaſiam, quæ etiã quandoq; eſt vera, quandoq; falſa eſt. Cum autem manifeſte aliquid phantaſiamur, dicimus, quod hoc videtur nobis homo, & non quod per certitudinem ſit homo: ergo phantaſia non eſt idem quod ſenſus in actu. Quartam rationem ponit ibi.

*h* ¶ Quæ talis eſt: Phantaſticæ viſiones apparẽt dormientibus. In eis autem nõ eſt ſenſus ſecundum actum. ergo phantaſtica viſio nõ eſt ſenſus ſecundũ actum. Deinde cum dicit.

*i* ¶ Oſtendit, quod phantaſia non ſit intellectus, neq; ſcientia, intellectus enim eſt primorum principiorum, & ſcientia de concluſionibus per demonſtrationem acquiſita, ſemper ſunt verorum. Phantaſia autẽ quandoq; eſt falſa. ergo phantaſia non eſt intellectus, neq; ſcientia. Deinde cum dicit.

*k* Relinquitur igitur videre ſi opinio ſit. Fit enim opinio & vera & falſa: ſed opinioni quidē inhæret fides. Non enim contingit, opinantem iis quæ ſibi videntur non credere. Beſtiarum autem nulli ineſt fides, phantaſia autem multis.

*l* Amplius omnem opinionem conſequitur fides; fidem autem ſuaſum eſſe, ſuaſionem autē ratio. Beſtiarũ autem quibuſdam phantaſia ineſt, ratio vero non.

*m* Manifeſtum igitur, quod neque opinio cum ſenſu, neq; per ſenſum, neque complexio opinionis, & ſenſus erit phantaſia, propter hæc.

*n* Et manifeſtũ, quod non alia quædam eſt opinio; ſed eius eſt, cuius eſt & ſenſus. Dico autē ex albi opinione & ſenſu, cōplexio phantaſia eſt. Non enim ex opinione quidem eſt albi, ex ſenſu autem boni. Apparere igitur eſt opinari, quod quidem ſentitur non ſecundum accidens.

*o* Apparent autem & falſa, de quibus ſimul opinionem veram habent, & videtur Sol vnius pedis: ſed creditus eſt maior eſſe tota habitatione. Accidit igitur, aut abiicere ſuipſius veram opinionem, quam habebat ſaluare: non oblitum, neque decredentem, aut ſi adhuc habet, eandē neceſſe eſt veram & falſam eſſe: ſed falſa facta eſt, cum lateat res. Non ergo vnum aliquod horum eſt, neq; ex his phantaſia.

## LECTIO VI.

*a* SEd qm̃ accidit moto hoc; moueri alterũ ab hoc: Phãtaſia autē motus quidã videtur eſſe, & nō ſine ſenſu fieri: ſed in his, quæ ſentiũt, & eorũ, quorũ

*Reſtat igitur ſpectandum, an opinio ſit: ſit enim opinio & vera & falſa: ſed opinionem quidem ſequitur fides (neq; enim fieri poteſt, vt is, qui opinatur, ea, quæ opinatur, non credat) at vero beſtiarum nulli ineſt fides: phantaſia multis.*

*Præterea omnem opinionem ſe-* G *quitur fides: fidem perſuaſio: perſuaſionem ratio. at beſtiarum nonnullis phantaſia ineſt, ratio non item.*

*Conſtat ergo, nec opinionem cum ſenſu, neq; per ſenſum, neq; connexionem opinionis & ſenſus, eſſe phantaſia. tum propter hæc.*

*Tum certe, quia non alia quædam opinio eſt, ſed eiuſdem illius, cuius & ſenſus eſt. Verbi cauſa: connexio ex albi opinione & ſenſu, phantaſia eſt: neq; enim ex opinione qui-* H *dem boni erit, ſenſu autem albi. Apparere igitur eſt opinari, quod ſentit non per accidens.*

*Sed apparent etiam falſa, de quibus ſimul veram habet exiſtimationem, vt Sol apparet pedalis, perſuaſum eſt tamen, maiorem eum eſſe vniuerſa terra. vel igitur accidit, vt ſuam opinionem amiſerit, quam habebat veram ſaluare, non oblitus, neque de ſcientia depulſus, vel ſi adhuc habet, neceſſe eſt eandem veram eſſe & falſam. Atqui tunc falſa ſit, cum* I *res mutata latuerit. Nec ergo horum vnum quidpiam, neque ex his phantaſiam eſſe, perſpicuum eſt.*

## LECTIO VI.

*VErum, quia fieri poteſt, vt moto hoc, moueatur aliud ab hoc: phãtaſia autē quidã eſſe motus videtur, nec ſine ſenſu fieri, ſed ſentiētib. eorumq; eſſe, quorũ ſenſus eſt, poteſtq;*

*k* ¶ Oſtendit, quod phantaſia non ſit opinio, quod magis videbatur, quia opinio etiam quandoq; eſt falſa, ſicut phantaſia. Oſtendit autem hoc duabus rationibus. Prima quarum talis eſt: Opinionem ſequitur fides: non enim videtur eſſe conueniens, quod aliquis non credat id, quod opinatur, & ſic cum nulla beſtia habeat fidem, nulli beſtiarum inerit opinio. Sed phãtaſia ineſt multis beſtiarum, vt dictum eſt: ergo phantaſia non eſt opinio. Secundam rationem ponit ibi.

*l* ¶ Quæ talis eſt: Ad omnē opinionē conſequitur fides, quia vnuſquiſque credit illud, quod opinatur, vt dictum eſt. Sed ad fidem ſequitur, quod aliquis ſit perſuaſus, ea enim credimus, q̃

T.com. 158. nobis perſuaſa ſunt. Ad perſuaſionem autem ſequitur ratio ſecundum ordinem illationis, quia per aliquã rationē aliquid alicui ſuadetur. ergo de primo ad vltimũ, quicunq; habet opinionem habet rationem Nulla autē beſtia habet rationem, cum tamē aliqua habeat phantaſiam. ergo phantaſia non eſt opinio. Et manifeſtũ eſt, ꝙ hæc ſecũda ratio inducitur ad con-

T.com. 159. firmandum primam, quantũ ad hoc, quod prima ſupponebat, ꝙ nulla beſtia habet fidē. Deinde cũ dicit.

*m* ¶ Oſtendit, quod phantaſia nō eſt aliquid compoſitum ex præmiſſis, & ꝓcipue ex ſenſu & opinione, ex quibus magis poſſet videri eſſe cōpoſita. Et circa hoc tria facit. Primo ponit, ꝙ intēdit, quaſi ex præmiſſis concludens, ꝙ quia phantaſia neq; eſt ſenſus, neq; opinio, manifeſtum propter hoc eſſe poteſt, quod phantaſia nec opinio eſt cum ſen-

T.com. 160. ſu, ita, quod eſſentialiter ſit opinio, & habeat ſenſum concomitantem, neque opinio eſt per ſenſum ita quod eſſentialiter ſit opinio: ſed & habeat ſenſum cauſantem, neque eſt complexio opinionis & ſenſus, ita quod eſſentialiter componatur ex vtroque. Nõ autem addit, quod non ſit phantaſia ſenſus cum opinione, quia phantaſia magis videtur communicare cum opinione, quæ poteſt eſſe falſa, quam cum ſenſu, qui eſt ſemper verus. Secundo ibi.

*n* ¶ Oſtendit, qualiter oporteat accipi opinionem, ſi phantaſia complectitur opinionem & ſenſum: quia enim phantaſia eſt vnius & eiuſdem; manifeſtum eſt, quod opinio adiuncta ſenſui, quæ eſt phantaſia, non eſt alia quædam opinio: ſed illa, quæ eſt de eodem, de quo eſt ſenſus; ſicut ſi dicamus, quod phantaſia eſt quædam complexio ex opinione albi, & ſenſu eiuſdem: Non enim poteſt eſſe compoſita ex opinione albi, & ſenſu boni, quia ſic phantaſia non eſſet de vno & eodem. Oportet igitur, ſi phantaſia eſt ex complexione opinionis & ſenſus, quod apparere aliquid ſecundum phantaſiam, nihil aliud ſit, quam opinari aliquid idem, quod ſentitur per ſe, & non ſecundum accidens. Tertio ibi.

*o* ¶ Deſtruit prædictam poſitionem tali ratione: Contingit

F aliquando, quod aliqua falſa apparent ſecundum phantaſiam, quæ eſt à ſenſu, & de illis, & de eiſdem rebus, homo habet veram opinionem. Sicut ſecundum ſenſum apparet, quod Sol non excedit quantitatem vnius pedis. quod falſum eſt. Sed ſecundum veram opinionem creditur eſſe maior [habitatione,] id eſt, tota terra, in quã habitamus. Si enim apparitio ipſa falſa, ſit idem quod opinio cum ſenſu: oportet alterum duorum dicere, quorum vnum eſt, quod in iſta compoſitione opinionis ad ſenſum, aliquis abiiciat veram opinionem, quam prius habebat, re opinata [ſaluata,] id eſt, eōdem modo manente; & ille, q abiicit opinionem, non ſit oblitus, neque quod credat. Quod eſt impoſſibile. Iſtis enim tribus modis aliquis abiicit verã opinionem. Primo, quando res mutatur, ſicut cũ aliquis vere opinatur, quod Socrates ſedet, eo ſedente: ſed poſtquam Socrates ſedere deſtiterit, ſi retineat opinionē eandē, vera opinio mutatur in falſam. Secundo, quando deſinit opinari, ꝙ prius opinabatur, propter hoc, quod eſt priſtinę opinionis oblitus. Tertio, quando deſinit opinari, ꝙ prius opinabatur, quia decredit; quod prius credebat, immutatus propter aliam rationem. Quod autem aliquis amittat opinionem, nullo iſtorum contingente, eſt impoſſibile. Quod tamen contingeret in propoſito. Aliud autem, quod oportet dicere, ſi primum nō dicatur, eſt, quod aliquis retineat cũ falſa opinione veram opinionem. Et ſic ſi ipſa apparitio eſt ipſa opinio (quod neceſſe eſt ponere, ſi phantaſia eſt opinio) ſequitur, quod eadem apparitio ſit vera & falſa. Sed oportet, ſi vera falſa facta eſt, & non ſit vera, quod res [tranſcendens,] id eſt, tranſmutata ab eo, quod prius erat, lateat opinantem, K quia ſi non lateret eum, ſimul cum mutatione rei mutaretur opinio, & non eſſet eius opinio falſa. Hoc autem adiunxit ad exponendum, quod prius dixerat de ſaluatione rei. Concludit ergo, quod phantaſia neque eſt quid prædictorum quatuor, neque eſt compoſitum ex his.

## *LECTIO VI.*

*a* POſtquam Philoſophus oſtendit, quod phantaſia non eſt aliquid illorum quatuor, quæ ab antiquis ad cognitionem pertinere ponebantur, hic inquirit, quid ſit phantaſia. Et diuiditur in partes duas. In prima oſtendit, quid ſit phantaſia. In ſecunda aſſignat rationem eorum, quæ ad phantaſiam pertinent, ibi, [Hoc autem accidit.] Ad inueſtigandum, quid ſit phantaſia, hoc modo procedit: Primo enim proponit, quod ſi aliquid eſt motum, contingit, quod ab eodem aliquid aliud moueatur. Oſtenſum eſt enim in 8. Phyſic. quod eſt duplex mouens, ſcilicet mouens immobile, T. com. 33. & mouens motum: quod ſcilicet mouet, eo quod mouetur.

ſenſus eſt. Eſt autem motum fieri ab actu ſenſus. Et hunc ſimilẽ neceſſe eſt eſſe ſenſui: erit vtique phantaſia ipſa, motus qui non ſine ſenſu contingens eſſe, neq; non ſentientibus ineſſe poteſt, & multa eſt ſecundum ipſam facere, & pati habens, & eſſe veram & falſam.

*b* Hoc autem accidit propter hoc, quod ſenſus quidem propriorum eſt verus, aut quam pauciſſimum habens falſum. Secundo autem eſt eius, cui & hæc accidunt, & hic iam contingit mentiri. Quod enim album, nõ mentitur. Si autem hoc, aliud & aliud mentitur. Tertio autem communium, & conſequẽtium accidentia, quibus inſunt propria. Dico autem vt motus & magnitudo accidunt ſenſibilibus, circa quæ eſt maxime iam decipi ſecundum ſenſum. Motus autem ab actu factus differt à ſenſu ab his tribus ſenſibus. Et primus quidem præſente ſenſu verus: alii autem, & præſente & abſente, erunt vtiq; falſi, & maxime cum procul ſit ſenſibile. Si igitur nihil aliud habet ea, quæ dicta ſunt, niſi phantaſia: hoc autem eſt, quod dictum eſt, phantaſia vtiq; erit motus à ſenſu ſecundum actum factus.

*c* Quoniam autem viſus maxime ſenſus eſt, & nomen à lumine accepit, quoniam ſine lumine non eſt videre.

*d* Et quoniam immanent, & ſi-

*fieri motus ab actu ſenſus. Eumq; ſimilem eſſe ſenſui neceſſe eſt, hic ſane motus eiuſmodi fuerit, qui neq; ſine ſenſu, neq; non ſentientibus ineſſe poßit, atq; fit, vt id, quod eam habeat, complura per ipſam & agat, & patiatur, ac vera ſit & falſa.*

B *Quod eo fit, quia ſenſus propriorũ verus eſt, aut certe quam minimum habet falſitatis, Secundo eius, cui accidunt & hæc, atq; hic demum falſus eſſe poteſt. album enim eſſe, non fallitur: ſed an illud album ſit hoc, aut aliud quidpiam, fallitur. Tertio communium & conſequentium accidentia, quibus inſunt propria; verbi cauſa: motus ac magnitudo, quæ accidunt ſenſibilibus, in quibus demum maxime fieri poteſt ex ſenſu deceptio. Motus igitur, qui fit ab actu ſenſus, differens erit, videlicet is, qui ab his tribus fit ſenſibus. Ac pri-*
C *mus quidem præſente ſenſu verus eſt, cæteri vero & præſente & abſente fuerint falſi, præſertim cum procul abeſt ſenſibile. Si igitur nihil aliud niſi phantaſia, quæ iam diximus, habet, atq; hoc eſt, quod diximus; profecto phantaſia fuerit motus is, qui fit à ſenſu, qui actu eſt.*

*Porro autem, quia viſus præcipue ſenſus eſt; ideo etiam nomen duxit* ἀπὸ τοῦ φάους, *id eſt, à lumine, nimirum quia ſine lumine videre nõ poſſumus.*
D *At quoniam immanent, ſimilesq;*

Deinde ponit, quod phantaſia eſt quidam motus. Sicuti enim ſentiens mouetur ſenſibilibus: ita in phantaſiando mouetur à quibuſdam apparentibus, quæ dicuntur phantaſmata. Vlterius ponit affinitatem, quam habet phantaſia ad ſenſum, quia phantaſia nõ poteſt fieri ſine ſenſu, ſed eſt tantum in habentibus ſenſum, ſcilicet in animalibus, & eſt illorũ tantum, quorum eſt ſenſus, ſcilicet illorũ, quæ ſentiuntur. Ea enim, quæ ſunt intelligibilia tantum, non cadunt in phantaſiã. Deinde proponit, ꝙ ab actu ſenſus cõtingit quendam motũ fieri. Quod quidem fit manifeſtum ex eo, quod primo proponebatur, ſcilic. quod ab eo, quod eſt motum, cõtingit moueri alterum. Senſus autem ſecũdum actum fit ex eo, ꝙ mouetur à ſenſibilibus, vnde relinquitur, quod à ſenſu ſecundum actũ cauſetur aliquis motus. Ex quo etiã manifeſtũ eſt, quia motus cauſatur ab actu ſenſus: neceſſe eſt, ꝙ ſit ſimilis ſenſui, quia omne agens agit ſimile ſibi. Vnde & illud, ꝙ mouet, in quãtum mouetur, cauſat motum ſimilem motui, quo ipſum mouetur. Ex omnibus autem his concludit, quod phantaſia ſit quidam motus cauſatus à ſenſu ſecundum actum, qui quidem motus non eſt ſine ſenſu, neque poteſt ineſſe his, quę nõ ſentiunt. Quia ſi aliquis motus fit à ſenſu ſecundum actum, ſimilis eſt motui ſenſus, & nihil aliud, niſi phantaſia inuenitur eſſe tale. Relinquitur ergo, quod phantaſia erit huiuſmodi motus. Et ex hoc, quod eſſet motus cauſatus à ſenſu ſimilis ei, ſequitur, quod continget, habentem phantaſiam multa agere & pati ſecundum eam. Et contingit eam eſſe veram & falſam, vt ſtatim oſtendetur. Deinde cum dicit.

*b* ¶ Aſſignat rationem eorum, quæ conueniunt phantaſiæ, per ea, quæ dicta ſunt. Et circa hoc tria facit. Primo aſſignat cauſam eius, quod dixerat, quod phantaſia quandoq; ſit vera, & quandoq; falſa. Secundo aſſignat cauſam huius nominis, ibi, [Quoniam autẽ viſus.] Tertio aſſignat cauſam eius, quod dixerat, quod animalia multa agunt ſecundum phantaſiam, ibi, [Et quoniam immanẽt.] Dicit ergo primo, quod hoc, ſcilicet phantaſiam eſſe quandoq; veram, & quandoq; falſam, accidit propter hoc, quod dicetur, quia ſcilicet ſenſus, à cuius actu cauſatur phantaſia, diuerſimode ſe habet ad veritatem & falſitatem, ſecundum quod comparatur ad diuerſa. Nam primo quidem circa propria ſenſibilia, ſemper verus eſt, aut modicum habet de falſitate. Sicut enim potentiæ naturales non deficiunt in propriis operationibus, niſi in minori parte, propter aliquam corruptionem: ſic etiam ſenſus non deficiunt à vero iudicio propriorum ſenſibilium, niſi in minori parte, propter aliquam corruptionem organi, vt apparet in febricitantibus, quibus propter indiſpoſitionem linguæ, dulcia amara eſſe videntur. Secundo autem ſenſus eſt circa ſenſibilia per accidens, & hic iam decipitur ſenſus. Quod enim album ſit, quod videtur, non mentitur ſenſus: ſed ſi album ſit hoc aut illud, puta vel nix, vel farina, vel aliquid huiuſmodi, hic iam contingit mentiri ſenſum, & maxime a remotis. Tertio ſenſus eſt ſenſibilium commu-
A nium, quæ conſequuntur ſubiecta, in quibus ſunt accidentia, quæ ſunt ſenſibilia propria, ſicut magnitudo & motus, quæ ſunt ſenſibilia communia, accidunt ſenſibilibus corporibus. Et circa huiuſmodi maxime eſt deceptio, quia iudicium de his variatur ſecundum diuerſitatem diſtantiæ. Nam quod à remotiori videtur, minus videtur. Motus autem phantaſiæ, qui eſt factus ab actu ſenſus, differt ab iſtis tribus ſenſibus, id eſt, actibus ſenſus, ſicut effectus differt à cauſa. Et propter hoc etiam, quia effectus eſt debilior cauſa, & quanto magis aliquid elongatur à primo agente, tanto minus recipit de virtute & ſimilitudine eius; ideo in phantaſia facilius adhuc, quam in ſenſu, poteſt incidere falſitas, quæ conſiſtit in diſſimilitudine ſenſus ad ſenſibile. Tunc enim eſt falſus ſenſus, quãdo aliter recipitur forma ſenſibilis in ſenſu, quam ſit in ſenſibili. Et dico aliter ſecundum ſpeciẽ, non ſecundum materiam: puta ſi ſapor dulcis recipiatur in lingua ſecundum amaritudinem, ſecundum vero materiam ſemper aliter recipit ſenſus, quam habeat ſenſibile. Omnis igitur motus phantaſiæ, qui fit à motu propriorum ſenſibilium, eſt verus, vt in pluribus. Et hoc dico, quantum ad præſentiam ſenſibilis, quãdo motus phantaſiæ eſt ſimul cum motu ſenſus. Sed quando motus phantaſiæ eſt in abſentia ſenſus, tunc etiam circa propria ſenſibilia contingit decipi. Imaginatur enim quandoque abſentia, vt alba, licet ſint nigra. Sed alij motus phantaſiæ, qui cauſantur à ſenſu ſenſibilium per accidens, & à ſenſu ſenſibilium communium, poſſunt eſſe falſi, ſiue ſit præſens ſenſibile, ſiue non. Sed maxime ſunt falſi in abſentia ſenſibilis, quando eſt procul, tamen magis ſunt falſi in abſentia ſenſibilis, quam quando ſunt procul. Ex hac autem ratione aſſignata concludit vlterius principale propoſitum, dicens, quod ſi ea, quæ dicta ſunt, nõ conueniunt niſi phantaſiæ, & phantaſia habet, quod dictum eſt, relinquitur, quod phantaſia ſit motus à ſenſu factus in actu. Vlterius autem, quod iſte motus aliam potentiam requirat, quam ſenſitiuam, Ariſtot. hoc non determinat. Sed videtur, quod cum ſecundum diuerſitatem actuum diſtinguantur potentiæ, & diuerſitas motus requirat diuerſa mobilia, quia quod moue-
E tur, non mouet ſeipſum, ſed alterum neceſſarium videtur, quod ſit alia potentia phantaſtica, ſiue imaginatiua à ſenſu. Deinde cum dicit.

*c* ¶ Aſſignat cauſam huius nominis. Circa quod ſciendum eſt, quod phos in Græco idem eſt quod lux, & inde venit phanos, quod eſt apparitio, vel illuminatio, & phantaſia. Dicit ergo, quod viſus eſt præcipuus inter alios ſenſus, eo quod eſt ſpiritualior, vt ſupra oſtenſum eſt, & plurium cognoſcitiuus, ideo phantaſia, quæ cauſatur à ſenſu ſecundum actum, accepit nomen à lumine, ſine quo non eſt videre, vt ſupra dictum eſt. Deinde cum dicit. *Lect. 6. Supra text. com. 70. 2. tex. com. 73.*

*d* ¶ Oſtendit cauſam, quare animalia agunt & patiuntur ſecundum phantaſiam, & dicit, quod phantaſiæ [immanent,] id eſt, perſeuerant, etiam abeuntibus ſenſibilibus, & ſunt ſi-

miles ſecundum actum. Vnde ſicut ſenſus ſecundum actum mouet appetitum ad præſentiam ſenſibilis, ita & phantaſiæ in abſentiam ſenſibilis. Et propter hoc dicit, quod animalia multa operantur ſecundum phantaſiam. Sed hoc contingit propter defectum intellectus, quia cum intellectus adeſt, quia eſt ſuperior, eius iudiciũ præualet ad agendum. Vnde quãdo intellectus nõ dominatur, agunt animalia ſecundũ phantaſiam, alia quidem, quia omnino nõ habent intellectũ, ſicut beſtiæ: alia vero, quia habent intellectum velatum, ſicut homines, quod contingit tripliciter. T.com.1. Quandoque quidẽ ex aliqua paſſione iræ, aut cõcupiſcentiæ, vel timoris, aut aliquid huiuſmodi. Quandoque autem accidit ex aliqua infirmitate, ſicut patet in phreneticis vel furioſis. Quandoque autem in ſomno, ſicut accidit in dormientibus. Lect.12.2. T.com.3. Ex iſtis enim cauſis contingit, quod intellectus non præualet phantaſiæ: vnde homo ſequitur apprehenſionẽ phantaſticam, quaſi veram. Vltimo concludit de phantaſia, quod dictum eſt, quid ſit, & quæ ſit eius cauſa.

*LECTIO VII.*

T.com.4. a POſtquam Philoſophus determinauit de parte animæ ſenſitiua, & oſtendit etiam, quod T.com.5. ſentire & intelligere non ſunt idem: hic incipit determinare de parte animæ intellectiua. Lect. 12. T.com.3. Et diuiditur in partes duas. In prima determinat de parte animæ intellectiua. In ſecunda ex his, quæ determinata ſunt de ſenſu & intellectu, oſtendit, quid ſit de anima ſentiendum, ibi, [ Nunc autem de anima.] Prima diuiditur in partes duas. In prima determinat de intellectu. In ſecunda comparat ipſum ad ſenſum, ibi, [ Videtur autem ſenſibile.] Prima diuiditur in duas. In prima determinat de intellectu. In ſecunda de operatione eius, ibi, [ Indiuiſibilium.] Prima diuiditur in tres. In prima determinat de intellectu poſſibili. In ſecunda de intellectu agente, ibi, [ Quoniam autem ſicut in omni.] In tertia de intellectu in actu, ibi, [ Idem autem eſt ſecundum actum.] Circa primum tria facit. In prima determinat de intellectu poſſibili. In ſecunda de obiecto eius, ibi, [ Quoniam autem aliud.] In tertia mouet dubitationem circa prædeterminata, ibi, [ Dubitabit autem aliquis.] Circa primum duo facit. Primo oſtendit naturam intellectus poſſibilis. Secundo oſtendit, quomodo reducatur in actum, ibi, [ Cum autem ſic fiat ſingula.] Circa primum duo facit. Primo oſtendit, de quo eſt intentio. Secundo oſtendit propoſitum, ibi, [ Si igitur eſt intelligere.] Dicit ergo primo, quod, poſtquam determinatum eſt de parte animæ ſenſitiua, & oſtenſum eſt, quod ſapere & intelligere, non eſt idem quod ſentire, conſiderandum eſt nunc de parte animæ, [ qua cognoſcit anima,] id eſt, intelligit, [ & ſapit.] Supra autem dictum eſt, quod differentia eſt inter ſapere & intelligere. Nam ſapere pertinet ad iudicium intellectus, intelligere autem ad eius apprehenſionem. Circa hanc autem partem aliquid eſt, quod prætermittit, de quo erat apud antiquos dubium: Vtrum ſcilicet hæc pars animæ ſit ſeparabilis ab aliis partibus animæ ſubiecto, ſiue non ſit ſeparabilis ſubiecto: ſed ratione tantum. Intelligit autem eſſe ſeparabile ſubiecto, per hoc, quod dicit eſſe ſeparabile ſecundum magnitudinem, propter Platonem, qui ponens partes animæ ſubiecto adinuicem ſeparatas, attribuit eis organa in diuerſis partibus

F corporis. Hoc eſt ergo, quod prætermittit. Sed duo ſunt, quæ inquirere intendit. Quorum primum eſt: Si ſit ſeparabilis ſecundum rationem hæc pars animæ ab aliis, quam differentiam habet ad alias. Et quia proprietas potentiæ ex qualitate actus cognoſcitur, ſecundũ quod inquirere intendit, eſt, [ quomodo ſit ipſum intelligere,] id eſt, quomodo operatio intellectualis compleatur. Deinde cum dicit.

b ¶ Oſtendit propoſitum. Et circa hoc tria facit. Primo proponit ſimilitudinem intellectus ad ſenſum. Secundo, ex huiuſmodi ſimilitudine concludit naturam intellectus poſſibilis, ibi, [ Neceſſe eſt itaque. ] Tertio oſtendit ex his, quæ de intellectu probauerat, differentiam inter intellectum & ſenſum, ibi, [ Quoniam autem non ſimilis.] Primo igitur ex huiuſmodi ſuppoſitione procedit ad propoſitum oſtendendum, quod intelligere eſt ſimile ei, quod eſt ſentire. Quæ quidem ſimilitudo ex hoc manifeſta eſt, quod ſicut ſentire eſt quoddam cognoſcere, & ſentimus quandoq; quidem in potentia, quandoque autem in actu: ſic & intelligere cognoſcere quoddam eſt, & quandoq; quidem intelligimus in potentia, & quandoque in actu. Ex hoc autem ſequitur, quod cum ſentire ſit quoddam pati à ſenſibili, aut aliquid ſimile paſſioni, quod intelligere ſit vel pati aliquid ab intelligibili, vel aliquid alterum huiuſmodi, ſimile ſcilicet paſſioni. Horum autem I duorum, ſecundum verius eſt. Nam ſentire, vt ſupra in Secundo dictum eſt, non proprie pati eſt. Lect. 10. Patitur enim proprie aliquid a contrario. T.com.51. Sed aliquid habet ſimile paſſioni, in quantum ſenſus eſt in potentia ad ſenſibile, & eſt ſuſceptiua ſenſibilium: ergo ſi intelligere eſt ſimile ei, quod eſt ſentire, & partem intellectiuam oportet eſſe impoſſibilem, paſſione proprie accepta: ſed oportet, quod habeat aliquid ſimile paſſibilitati, quia oportet huiuſmodi partem eſſe ſuſceptiuam ſpeciei intelligibilis, & quod ſit in potentia ad huiuſmodi ſpeciem, ſed non ſit hoc in actu. Et ſic oportet, quod ſicut ſe habet ſenſitiuum ad ſenſibilia, ſimiliter ſe habet intellectiuum ad intelligibilia, quia vtrumq; eſt in potentia ad ſuum obiectum, & eſt ſuſceptiuum eius. Deinde cum dicit.

c ¶ Ex præmiſſis oſtendit naturam intellectus poſſibilis. Et circa hoc duo facit. Primo oſtendit, quod intellectus poſſibilis non eſt aliquid corporeum, vel commiſtum ex rebus corporalibus. Secundo oſtendit, ꝙ non habet organum corporale, ibi, [ Vnde neq; miſceri.] Conſiderandũ eſt ergo circa primum, quod antiqui de intellectu dupliciter opinati ſunt. K Quidam enim poſuerunt, quod intellectus erat cõpoſitus ex principiis omnium, ad hoc, ꝙ cognoſceret omnia, & hãc ſupra dixit eſſe opinionem Emp. Anaxagoras vero dixit, intellectum eſſe ſimplicem, & immiſtum, & nulli rerum corporalium habere aliquid commune. Ex eo ergo, quod dictum eſt, Lib.1. lec.4. ꝙ intellectus non eſt actu intelligens, ſed potentia tantum, concludit, ꝙ neceſſe eſt intellectũ, propter hoc, ꝙ intelligit omnia in potẽtia, non eſſe miſtũ ex rebus corporalibus, ſicut Emped. poſuit, ſed eſſe immiſtũ, ſicut dixit Anax. Et quidem Anax. hoc dixit, hac ratione motus, quia poſuit, intellectum eſſe principiũ totius motus, à quo omnia mouẽtur ſecundũ eius imperiũ. Si autẽ eſſet miſtus ex naturis corporalibus, vel haberet aliq̃ earũ determinate, nõ poſſet omnia mouere ſuo impe-

---

miles ſunt ſenſibus, multa ſecundum ipſas operãtur animalia. Alia quidem, quia non habent intellectum, vt beſtiæ. Alia vero ex velamento intellectus, aliquando paſſione, aut ægritudine, aut ſomno, vt homines. De phantaſia igitur quid eſt, & propter quid eſt, dictum ſit in tantum.

*LECTIO VII.*

a DE parte autẽ animæ, qua cognoſcit anima, & ſapit, ſiue ſeparabili exiſtente, ſiue nõ ſeparabili ſecundum magnitudinem: ſed ſecundum rationem conſiderandum, quam habet differentiam, & quomodo tandem ſit ipſum intelligere.

b Si igitur eſt intelligere, ſicut ſentire, aut pati quoddam erit ab intelligibili, aut aliquid huiuſmodi: alterum ergo oportet eſſe, ſuſceptiuum autem ſpeciei, & potentia tale, ſed non hoc, & ſimiliter ſe habet ſicut ſenſitiuum ad ſenſibilia, ſic intellectiuum ad intelligibilia

c Neceſſe eſt itaque, quoniam omnia intelligit, immixtũ eſſe, ſicut dicit Anaxagoras, vt imperet. Hoc autem eſt, vt cognoſcat. Intus enim apparens prohibebit extraneum, & obſtruet.

---

*ſunt ſenſibus, multa per ipſas agunt animalia: alia, quod non habeant intellectum, videlicet beſtiæ: alia, quod interdum intellectus obruitur, aut perturbatione, aut morbo, aut ſomno, vt homines. Ac de phantaſia quidem quid ſit, & quamobrem ſit, tot expoſita ſint.*

G

LECTIO VII.

*DE ea autem parte animæ, qua anima cognoſcit, & ſapit, ſiue ea ſit ſeparabilis, ſiue etiam non ſeparabilis magnitudine, ſed ratione, conſiderandum eſt, quam habeat differentiam, & quonam pacto fiat intelligere.*

*Si igitur intelligere eſt quemadmodum ſentire, aut pati quoddam fuerit ab intelligibili, aut aliquid eius generis aliud. Ergo impatibile* H *ipſum eſſe oportet, receptiuum vero ſpeciei, & potentia tale, ſed non hoc, & ſimiliter habere, vt ſenſitiuum ad ſenſibilia, ſic intellectum ad intelligibilia.*

*Neceſſe igitur eſt, cũ omnia intelligat, nõ miſtũ eſſe, vt ait Anaxagoras, vt dominetur, ſiue ſuperet, id eſt, vt cognoſcat: nã ſpecies ſe offerẽs, impedimẽto eſt alieno, & obſedit. Ita vt nulla ſit eius natura, niſi hæc, quod*

Quare neq; ipſius eſſe naturam neq; vnam, niſi hanc, quod poſſibilis ſit. Vocatus itaque animæ intellectus, (dico autem intellectum, quo opinatur & intelligit anima,) nihil eſt actu eorum, quæ ſunt ante intelligere.

*d* Vnde neq; miſceri eſt rationabile ipſum corpori. Qualis enim aliquis vtiq; & eſſet aut calefactus, aut frigidus, & erit organum aliquod, ſicut ſenſitiuo: nunc autem nullum eſt.

*e* Et bene iam dicentes ſunt, animam eſſe locũ ſpecierum, niſi quod non tota, ſed intellectiua, neq; actu, ſed potentia ſpecies.

*f* Quod autem non ſimilis ſit impaſſibilitas ſenſitiui & intellectiui, manifeſtũ eſt ex organis & ſenſu. Senſus enim nõ poteſt ſentire ex valde ſenſibili, vt ſonũ ex magnis ſonis, neq; ex for-

*poſſibilis. ergo qui vocatur animæ intellectus, voco autẽ intellectum, quo διανοεῖται, & exiſtimat anima, nihil eſt actu eorum, quæ ſunt, antequam intelligat.*

*Itaq; nec admixtum corpore eum eſſe, rationi conſentaneum eſt: fieret enim, cuiuſmodi nimirum calidus aut frigidus, atq; etiam inſtrumentum aliquod adeſſet, quemadmodum ſenſitiuo, nunc vero nullum eſt.*

*Atq; præclare ſane cenſent, qui dicunt, animã eſſe locum ſpecierum, niſi quod neq; tota, ſed intellectiua, neq; actu, ſed potentia ſpecies.*

*Non eſſe autẽ ſimilem impaſſibilitatẽ ſenſitiui & intellectiui, perſpicuum eſt in ſenſuum inſtrumẽtis, & in ſenſu, nã ſenſus poſt vehemẽs ſenſibile ſentire non poteſt. Verbi cauſa: ſonũ poſt magnos ſonos, nec etiã poſt*

imperio, quia determinaretur ad vnũ. Et hoc eſt, quod dicit, quod Anaxag. poſuit, intellectum eſſe immiſtũ, [vt imperet,] id eſt, vt ſuo imperio omnia moueat. Sed quia nos nunc non loquimur de intellectu, qui omnia mouet, ſed de intellectu, quo anima intelligit: illud medium non eſt opportunum, ad oſtendendum intellectum eſſe immiſtũ, ſed oportet aliud medium accipere ad illud oſtendendum: ex hoc ſcilicet, ꝙ intellectus omnia cognoſcit. Et hoc eſt, quod addit, [hoc autẽ eſt, vt cognoſcat,] quaſi dicat, ſicut Anaxag. poſuit, intellectum eſſe immiſtũ, ad hoc vt imperet: ita oportet nos ponere, intellectum eſſe immiſtũ, ad hoc vt cognoſcat. Quod quidem tali ratione apparet. Omne enim, quod eſt in potentia ad aliqd, & receptiuum eius, caret eo, ad quod eſt in potentia, & cuius eſt receptiuum, ſicut pupilla, quæ eſt in potentia ad colores, & eſt receptiua ipſorum, eſt carens omni colore: ſed intellectus noſter ſic intelligit intelligibilia, quod eſt in potentia ad ea, & ſuſceptiuus eorum, ſicut ſenſus ſenſibilium. ergo caret omnibus illis rebus, quas natus eſt intelligere. Cum igitur intellectus noſter natus ſit intelligere omnes res ſenſibiles & corporeas, oportet quod careat omni natura corporali, ſicut ſenſus viſus caret omni colore: propter hoc, quod eſt cognoſcitiuus coloris. Si enim haberet aliquem colorem, ille color prohiberet videre alios colores. Sicut lingua febricitãtis, quæ habet aliquem humorem amarum, nõ poteſt percipere dulcem ſaporem. Sic etiam intellectus, ſi haberet aliquam naturã determinatam: illa natura connaturalis ſibi prohiberet eum à cognitione aliarum naturarum. Et hoc eſt, quod dicit, [Intus enim apparens prohibebit cognoſcere extraneum, & obſtruet,] id eſt, impediet intellectum, & quodãmodo velabit, & concludet ab inſpectione aliorum. Et appellat intus apparens, aliquid intrinſecũ connaturale intellectui, quod, dum ei appareret, ſemper impediretur intellectus ab intelligendo alia, ſicut ſi diceremus, quod humor amarus eſſet intus apparens linguæ febricitantis. Concludit autem ex hoc, quod nõ contingit naturã intellectus eſſe [neq; vnam,] id eſt, nullam determinatam: ſed hanc ſolam naturam habet, quod eſt poſſibilis reſpectu omnium. Et hoc quidẽ contingit intellectui, quia non eſt cognoſcitiuus tantũ vnius generis ſenſibilium, ſicut viſus vel auditus, vel omnium qualitatũ & accidentium ſenſibilium, communium vel propriorum, ſed vniuerſaliter totius naturæ ſenſibilis. Vnde ſicut viſus caret quodã genere ſenſibilium: ita oportet, quod intellectus careat tota natura ſenſibili. Ex hoc autem vlterius concludit, quod ille, qui vocatur intellectus animæ, nihil eſt in actu eorum, quæ ſunt ante intelligere, quod eſt contrarium ei, quod antiqui ponebant. Dicebant enim, eum ad hoc, ꝙ cognoſceret omnia, eſſe compoſitum ex omnibus. Si autem eſſet cognoſcitiuus omnium, quia haberet in ſe omnia, eſſet ſemper intellectus in actu, & nunquam in potentia, ſicut ſupra dixit de ſenſu, ꝙ ſi eſſet compoſitus ex ſenſibilibus, nõ indigeret ſenſibilibus exterioribus ad ſentiendum. Et ne quis crederet, quod eſſet hoc verum de quolibet intellectu, quod ſit in potẽtia ad ſua intelligibilia, antequam intelligat, interponit, quod nunc loquitur de intellectu, quo anima opinatur & intelligit. Et hoc dicit, vt præſeruet ſe ab intellectu diuino, qui non eſt in potẽtia, ſed eſt quodãmodo intellect⁹ omniũ. De quo intellectu Anax. dixit, ꝙ eſt immiſtus, vt imperet. Deinde cũ dicit.

T.com.6.

T.com.7.

*d* ¶ Oſtendit, quod intellectus non habet organum corporale. Et primo oſtendit propoſitum. Secundo adaptat ad hoc quoddam dictum antiquorum, ibi, [Et bene iam.] Dicit ergo primo, concludens ex prædictis, quod ſi intellectus noſter ad hoc, quod cognoſcat omnia, oportet quod non habeat naturam aliquam determinatam, ex naturis rerum corporalium, quas cognoſcit: eodem modo rationabile eſt, quod non [miſceatur corpori,] id eſt, quod non habeat aliquod

A aliquod organum corporale, ſicut habet pars animæ ſenſitiua, quia ſi erit aliquod organum corporale intellectui, ſicut eſt parti ſenſitiuæ, ſequetur, quod habeat aliquam naturam determinatam ex naturis rerum ſenſibilium. Et hoc eſt, quod dicit, [qualis enim aliquis vtique fiet,] aliquam qualitatem ſenſibilẽ habens, vt ſcilicet, vt actu calidus, aut frigidus. Manifeſtum eſt enim, quod potentia animæ, quæ eſt actus alicuius organi, conformatur illi organo, ſicut actus ſuſceptibili. Neque refert, quantum ad actum potentiæ: vtrum ipſa potentia habeat aliquam qualitatẽ ſenſibilem determinatam, aut organum, cum actus non potentiæ ſit ſolum, ſed compoſiti ex potentia & organo corporeo. Similiter enim impediretur viſio oculorum, ſi potentia viſiua haberet colorem determinatum, ſiue pupilla. Et ideo dicit, quod eiuſdem rationis eſt ponere, quod intellectus non habeat organum corporale, & quod non habeat aliquam naturam corpoream determinatam. Et ideo ſubdit, quod nullum eſt organum intellectiuæ partis, ſicut eſt ſenſitiuæ. Deinde cum dicit.

B

C

*e* ¶ Adaptat, quod dictum eſt, opinioni antiquorum, & dicit, quod ex quo pars intellectiua non habet organum, ſicut pars ſenſitiua: iam poteſt verificari dictum illorum, qui dixerunt, quod anima eſt locus ſpecierum. quod per ſimilitudinem dicitur, eo quod eſt ſpecierum receptiua. Quod quidem non verum eſſet, ſi quælibet pars animæ haberet organum, quia iam ſpecies non reciperentur in anima ſola, ſed in coniuncto. Non enim viſus ſolum eſt ſuſceptiuus ſpecierum, ſed oculus: & ideo non dicendum eſt, quod tota anima ſit locus ſpecierum, ſed ſolum pars intellectiua, quæ organum non habet. Nec ita eſt locus ſpecierum, quod habeat actu ſpecies, ſed potentia tantum. Deinde cum dicit.

*f* ¶ Oſtendit differentiam inter intellectum & ſenſum, quãtum ad impaſſibilitatem. Dictum eſt enim ſupra, quod, ſicut ſentire non eſt pati paſſione proprie accepta, ita nec intelligere. Et ex hoc ſupra concluſit, quod intellectus erat impaſſibilis. Ne ergo aliquis crederet, quod in eodem gradu impaſſibilitatis eſſet ſenſus & intellectus, ſubiungit hoc, quod non eſt ſimilis impaſſibilitas ſenſitiui & intellectiui. Senſus enim licet non patiatur à ſenſibili, tamen per accidens, in quantum organi proportio corripitur ab excellẽti ſenſibili. Sed de intellectu hoc accidere non poteſt, cum organo careat. vnde nec per ſe, nec per accidens paſſibilis eſt. Et hoc eſt, quod dicit, quod diſſimilitudo impaſſibilitatis ſenſitiui & intellectiui manifeſta eſt ex organo & ſenſu, quia ſenſus efficitur impotens ad ſentiendum ex valde ſenſibili, ſicut auditus non poteſt audire ſonum, propter hoc quod motus eſt ex magnis ſonis; neq; viſus poteſt videre, neq; olfactus odorare, ex eo quod hi ſenſus moti ſunt prius ex fortibus odoribus & coloribus corrumpentibus organum. Sed intellectus, quia non habet organum corporeum, quod corrumpi poſſit ab excellentia proprij obiecti, cum intelligit aliquid valde intelligibile, non minus poſtea intelligit infima, ſed magis: & idem accideret de ſenſu, ſi non haberet organum corporale. Debilitatur tamen intellectus ex læſione alicuius organi corporalis indirecte, in quantum ad eius operationem requiritur operatio ſenſus habentis organum. Cauſa igitur diuerſitatis huius eſt, quia ſenſitiuum non eſt ſine corpore, ſed intellectus eſt ſeparatus. Ex his autem, quæ dicuntur, apparet falſitas opinionis illorum, qui dixerunt, quod intellectus eſt vis imaginatiua, vel aliqua præparatio in natura humana, conſequens corporis complexionem. Sed horum occaſione verborum quidam in tantum decepti ſunt, vt ponerent, intellectum poſſibilem eſſe à corpore ſeparatum, ſicut vna de ſubſtãtiis ſeparatis. Quod quidẽ omnino impoſſibile eſt. Manifeſtum eſt enim, quod hic homo intelligit. Si enim hoc negetur, tũc dicens hanc opinionem, non intelligit ali-

Li.2.lect.10. T.com.51.

D

E

quid: & ideo non eſt audiendus. Si autem intelligit, oportet, quod aliquo formaliter intelligat. Hic autem eſt intellectus poſſibilis, de quo Philoſophus dicit, [Dico autem intellectum, quo intelligit & opinatur anima.] Intellectus ergo poſſibilis eſt, quo hic homo, formaliter loquendo, intelligit. Illud autem, quo aliquid operatur, ſicut actiuo principio, poteſt ſecundum eſſe ſeparari ab eo, quod operatur; vt ſi dicamus, quod Baliuus operatur per regem, quia rex mouet eum ad operandum. Sed impoſſibile eſt illud, quo aliquid operatur formaliter, ſeparari ab eo ſecundum

T.com.8. eſſe. Quod ideo eſt, quia nihil agit, niſi ſecundum ꝙ eſt actu: ſic igitur aliquid formaliter operatur per aliquid, ſicut eo fit actu. Non autem fit aliqđ aliquo, ens actu, ſi ſit ſeparatum ab eo ſecundum eſſe. Vnde impoſſibile eſt, quod illud, quo aliqđ agit formaliter, ſit ſeparatum ab eo ſecundum eſſe. Ideo hoc conſiderantes adinuentores huius opinionis, conati ſunt adinuenire aliquem modum, quo illa ſubſtantia ſeparata, quem intellectum poſſibilem dicunt, continuetur, & vniatur nobiſcum, vt ſic eius intelligere ſit noſtrũ intelligere. Dicũt enim, quod ſpecies intelligibilis eſt forma intellectꝰ poſſibilis. per eam enim fit in actu. Huiuſmodi autem ſpeciei ſubiectũ eſt quoddam phantaſma, quod eſt in nobis. Sic igitur dicunt intellectum poſſibilem copulari nobiſcum per formam ſuam. Sed hoc, quod dictum eſt, nullam omnino continuationem intellectus ad nos demonſtrat. Quod ſic patet: Intellectus n. poſſibilis non eſt vnum cum intelligibili, niſi ſecundũ quod intellectus eſt in actu, ſicut neq; ſenſus eſt idẽ cum ſenſibili in potentia, vt ſupra habitum eſt. Species igitur intelligibilis non eſt forma intellectus poſſibilis, niſi ſecundum quod eſt intelligibilis actu: non eſt autẽ intelligibilis actu, niſi ſecundum quod eſt à phantaſmatibus abſtracta & remota: manifeſtum eſt igitur, quod, ſecũdum quod vnitur intellectui, eſt remota a phantaſmatibus. Non igitur intellectus per hoc vnitur nobiſcum. Sed manifeſtum eſt, quod author huius poſitionis deceptus fuit per fallaciam accidentis, quaſi ſic arguens: Phantaſmata ſunt quodammodo vnum cum ſpecie intelligibili: ſpecies autem intelligibilis eſt vnum cum intellectu poſſibili: ergo intellectus poſſibilis vnitur phantaſmatibus. Manifeſtum eſt autem, quod hic incidit fallacia accidentis, quia ſpecies intelligibilis, ſecundum quod eſt vnum cum intellectu poſſibili, eſt abſtracta à phantaſmatibus, vt dictum eſt. Dato tamen, ꝙ per hunc modũ ſit aliqua vnio intellectus poſſibilis ad nos, nõ tamen hęc vnio faceret nos intelligẽtes, ſed magis intellectos. Id enim, cuius ſimilitudo eſt ſpecies, in virtute aliqua cognoſcitiua exiſtens, nõ ex hoc fit cognoſcens, ſed cognitum. Non enim per hoc, ꝙ ſpecies, quę eſt in pupilla, eſt ſimilitudo coloris, qui eſt in pariete: color eſt videns, ſed magis eſt viſus. Per hoc igitur, ꝙ ſpecies intelligibilis, quæ eſt in intellectu poſſibili, eſt ſimilitudo quædã phantaſmatum, nõ ſequitur, quod nos ſimus intelligentes, ſed quod nos, vel potius phãtaſmata noſtra ſint intellecta ab illa ſubſtantia ſeparata. Sunt autẽ plura alia, quæ cõtra hanc poſitionẽ dici poſſunt, quæ alibi diligẽtius pertractauimus. Sed hic hoc vnum ſufficiat, ꝙ ad poſitionem hanc ſequitur, ꝙ hic homo non intelligit. Manifeſtum etiam eſt, quod hæc poſitio contra intentionem Philoſophi eſt. Et primo quidẽ, quia Philoſophus hic inquirit de parte animæ. Sic enim hũc tractatum incipit. Vnde manifeſtũ eſt, quod intellectus poſſibilis pars animæ eſt, & nõ ſubſtantia ſeparata. Item ex hoc, ꝙ ipſe procedit ad inquirendũ de intellectu, ſiue ſit ſubiecto ſeparabilis ab aliis partibus animæ, ſiue non. Vnde patet, ꝙ ſuus proceſſus ſtat, etiamſi intellectus ſubiecto non ſit ſeparabilis ab aliis partibus animæ. Item per hoc, quod dicit, ꝙ intellectus eſt, quo anima intelligit. Hæc enim omnia oſtẽdunt, ꝙ Ariſtoteles non dicit, intellectum eſſe ſeparatum,

F ſicut ſunt ſubſtantiæ ſeparatæ. Mirum eſt autem, quomodo tam leuiter errauerunt, ex hoc, quod dicit, quod intellectus eſt ſeparatus, cum ex litera ſua huius rei habeatur intellectus. Dicitur enim ſeparatus intellectus, quia non habet organum, ſicut ſenſus. Et hoc contingit propter hoc, quia anima humana propter ſuam nobilitatẽ ſupergreditur facultatem materiæ corporalis, & non poteſt totaliter includi ab ea. Vnde remanet ei aliqua actio, in qua materia corporalis non communicat. Et propter hoc potentia eius, ad hãc actionem non habet organum corporale, & ſic eſt intellectus ſeparatus.

tibus odoribus & coloribus, neque videre, neq; odorare. Sed intellectus cum intelligat aliquod valde intelligibile, non minus intelligit infima: ſed & magis. Senſitiuum enim non ſine corpore eſt. Intellectus autem ſeparatus.

*LECTIO VIII.*

a CVm autem ſic ſingula fiat, vt ſciens, dicitur intellectus, qui ſecundum actum. Hoc autem confeſtim accidit, cum poſſit operari per ſeipſum. Eſt igitur, & tunc potentia quodammodo: non tamen ſimiliter, atque ante addiſcere, aut inuenire, & ipſe autem ſeipſum tunc poteſt intelligere.

b Quoniam autẽ aliud eſt magnitudo & magnitudini eſſe, & aqua & aquæ eſſe: & ſic in multis aliis: non autẽ in omnibus. In

*vehementes colores & odores, videre aut olfacere: at vero intellectus, vbi aliquid intellexerit vehementer intelligibile, nihilominus inferiora intelligit, immo etiam magis, nam ſenſitiuum non eſt ſine corpore, hic vero ſeparabilis eſt.*

LECTIO VIII.

G *VBi autem eo modo ſingula factus fuerit, quo qui actu eſt ſciens, appellari ſolet (quod tum accidit cum per ſeipſum poteſt operari) eſt quidem tunc etiam quodammodo potentia, non tamen æque ac prius, quam didiciſſet, aut inueniſſet, atq; tunc etiam ipſe ſe poteſt intelligere.*

*Cum autẽ aliud ſit magnitudo, & magnitudini eſſe, & aqua, & aquæ eſſe, & ſic in multis alijs, ſed non in omnibus, in nonnullis enim idem eſt*

*LECTIO VIII.*

a POſtquam Philoſophus determinauit de intellectu poſſibili, qui eſt in potentia ad intelligibilia: hic oſtendit, quomodo in actum reducatur. Et primo oſtẽdit, quod intellectus aliquando fit in actu. Secundo oſtendit, quod ſit

H proprium obiectum eius, reſpectu cuius fit in actu, ibi, [Quoniam autem aliud eſt magnitudo.] Oſtendit igitur, quomodo intellectus in actum reducatur, dicens, Dictum eſt, quod anima intellectiua non eſt actu ipſa ſpecies, ſed in potentia tantum. [Cum autem ſic fiat ſingula,] id eſt, ſic reducatur in actum ſpecierum intelligibilium, quemadmodum ſciens, id eſt, habens ſcientiæ habitum, habet ſpecies in actu, & tunc dicitur intellectus, qui eſt ſecundum actum. Hoc autem accidit ſtatim, cum aliquis poteſt per ſeipſum operari operationem intellectus; quæ eſt ipſum intelligere, ſicut & quamlibet formam tunc aliquis in actu habet, quãdo poteſt operationem illius formæ explere. Sed licet tunc intellectus quodammodo ſit in actu, quando habet ſpecies intelligibiles, ſicut ſciens habet habitum: eſt tamen & tunc quodammodo in potentia: non tamen eodem modo, ſicut prius erat in potentia, antequam ſcientiam acquireret, addiſcendo, vel inueniendo. Nam antequam haberet habitum

I ſcientię, qui eſt primus actus, nõ poterat operari, cum vellet: ſed oportebat, quod ab altero reduceretur in actum: ſed quando iam habet habitum ſcientiæ, qui eſt actus primus, poteſt, cum voluerit, procedere in actum ſecundum, qui eſt operatio. Manifeſtum eſt autem ex hoc, quod hic dicitur, falſam eſſe opinionem Auicennæ, quam habet de ſpeciebus intelligibilibus, contra opinionem Ariſtotelis. Ponit enim Auicenna, quod ſpecies non conſeruantur in intellectu poſſibili, nec ſunt in eo, niſi quando actu intelligit. Sed oportet ſecundum ipſum, quod quandocunque intelligit actu, quod conuertat ſe ad intelligentiam ſeparatam agentem, a qua effluunt in intellectum poſſibilem intelligibiles ſpecies. Contra quod manifeſte hic Philoſophus dicit, quod intellectus reducitur in actum ſpecierum, per modum, quo ſciens actu, adhuc eſt in potentia intelligens. Cum enim intellectus actu intelligit, ſpecies intelligibiles ſunt in eo ſe-

K cũndum actum perfectum: cum autem habet habitum ſciẽntiæ, ſunt ſpecies in ipſo intellectu medio modo inter potentiam puram & actum purum. Et quia dixerat, quod quãdo intellectus fit quodammodo in actu ſecũdum ſingula eorum, ad quæ erat in potentia, tunc poteſt intelligere: reſpectu autem ſui nullo modo erat in potentia: poſſet aliquis credere, quod factus in actu, ſeipſum non intelligeret: & ideo ad hoc excludendum ſubiungit, quod intellectus factus in actu, non ſolum poteſt intelligere alia: ſed etiam tunc poteſt intelligere ſeipſum. Deinde cum dicit.

b ¶ Oſtendit Philoſophus, quid ſit obiectum intellectus. Ad cuius euidentiam ſciendum eſt, quod Philoſophus in 7. Met. *Lect. 3.*
inquirit, vtrum quod quid, id eſt, quidditas vel eſſentia rei, *T.com.12.*
quam diffinitio ſignificat, ſit idem quod res. Et quia Plato ponebat quidditates rerũ eſſe ſeparatas à ſingularibus, quas dicebat ideas, vel ſpecies: ideo oſtendit, quod quidditates rerum non ſunt aliud à rebus, niſi per accidens: vtputa,

non eſt idẽ quidditas hominis albi, & homo albus: quia quidditas hominis albi non continet in ſe, niſi ꝗ pertinet ad ſpeciem hominis: ſed hoc quod dico, homo albus habet aliquid in ſe, præter illud quod eſt de ſpecie humana. Hoc autẽ contingit in omnib. habentibus formã in materia, quod in eis eſt aliquid, præter principia ſpeciei. Nã natura ſpeciei indiuiduatur per materiã, vnde principia indiuiduantia, & accidentia indiuidua ſunt ꝑter eſſentiam ſpeciei. Et ideo contingit ſub vna ſpecie inueniri plura indiuidua: quæ licet non differant in natura ſpeciei, differunt tamen ſecundũ principia indiuiduãtia. Et propter hoc in omnibus habentibus formam in materia, non eſt omnino idem & res & quod quid

Te.com. 11. eſt eius. Socrates enim non eſt ſua humanitas. In his vero quæ non habent formam in materia, ſicut ſunt formę ſimplices, nihil poteſt eſſe, præter eſſentiam ſpeciei: quia ipſa forma eſt tota eſſentia. Et ideo in talibus non poſſunt eſſe plura indiuidua vnius ſpeciei: nec poteſt in eis differre res & quod quid eſt eius. Cõſiderandum eſt etiam, ꝗ non ſolum naturalia habent ſpeciem in materia: ſed etiam mathematica. Eſt enim duplex materia, ſcilicet ſenſibilis, à qua abſtrahunt mathematica: & concernunt eam naturalia, & intelligibilia, quam mathematica concernunt. Quod quidem ſic intelligendum eſt. Manifeſtum eſt enim, quod quantitas immediate inhæret ſubſtantiæ: qualitates autem ſenſibiles in quantitate fundantur: vt album & nigrum: calidum & frigidum. Remoto autem poſteriori remanet prius: vnde remotis qualitatibus ſenſibilibus ſecundum intellectum, adhuc remanet quantitas continua in intellectu. Quædam ergo ſunt formæ, quæ materiam requirunt ſub determinata diſpoſitione ſenſibilium qualitatum: & huiuſmodi ſunt omnes formæ naturales: & idcirco naturalia concernunt materiam ſenſibilem. Quædam vero ſunt formæ, quæ non exigunt materiam ſub determinata diſpoſitione ſenſibilium qualitatum: tamen requirunt materiã ſub quantitate exiſtentem, ſicut triangulus & quadratum, & huiuſmodi: & hæc dicuntur mathematica, & abſtrahunt à materia ſenſibili, ſed non à materia intelligibili, inquantum in intellectu remanet continua quantitas, abſtracta à ſenſibili qualitate. Sic ergo patet quod ſicut naturalia habent formã in materia, ita & mathematica: & propter hoc tam in naturalibus quam in mathematicis, differt res & quod quid eſt, vnde in vtriſque inueniuntur plura indiuidua ſub vna ſpecie: ſicut enim ſunt plures homines vnius ſpeciei, ita & plures trianguli ſub vna ſpecie. His igitur habitis, planum eſt accipere ex litera Philoſophi intellectum. Dicit enim, quod aliud eſt [ magnitudo & magnitudinis eſſe, ] id eſt aliud eſt magnitudo, & quod quid eſt eius. Eſſe enim quod eſt magnitudini: appellat quidditatem eius. Et ſimiliter aliud eſt [ aqua & aquæ eſſe: ] & ſic eſt in multis aliis, id eſt in omnibus mathematicis, & naturalibus. Vnde ſignanter duo exempla poſuit. Nam magnitudo eſt quid mathematicum: aqua autem quid naturale. Non autem hoc cõtingit in omnib. Nam in his, quæ omnino ſunt ſeparata à materia, idem eſt res, & quod quid eſt eius. Et quia ſubſtantiæ ſeparatæ ignotæ ſunt nobis, non potuit eas nominare propriis nominib. ſicut mathematica & naturalia: ſed nominatur ea ſub exemplo rerum naturalium. Et hoc eſt quod ſubdit, quod in quibuſdam, idẽ eſt carni eſſe & carnem: ex quo non intelligit quod ſit idem caro, & quod quid eſt eius. Non enim diceret in quibuſdam ſic eſſe, ſed ſimpliciter diceret quod idem eſt caro & carni eſſe. Sed intelligit quod hoc, quod ſic dicitur aliquid & alicui, vt caro & carni eſſe, idem eſt [ in quibuſdam, ] ſcil. in his quæ ſunt à materia ſeparata. Et quia ad diuerſa cognoſcenda diuerſæ potentiæ cognoſcitiuæ requiruntur, cõcludit quod anima aut cognoſcit alio rem, & alio eius quidditatem, aut vno & eodem, ſed alio modo ſe habente. Manifeſtum eſt autẽ,

A quod caro nõ eſt ſine materia, ſed forma carnis eſt forma determinata, & in materia determinata ſenſibili: ſicut etiam ſimum habet ſubiectum ſenſibile determinatum, ſcil. naſum. Hanc igitur naturam ſenſitiuam cognoſcit anima per ſenſum. Et hoc eſt quod ſubdit, quod anima iudicat potẽtia ſenſitiua, calidum & frigidum, & alia huiuſdi, [ quorum ratio, ] id eſt proportio [ quędam caro eſt. ] Forma enim carnis requirit determinatam proportionẽ calidi & frigidi, & aliorũ huiuſmodi. Sed oportet ꝗ alia potentia [ diſcernat eſſe carni, ] id eſt quod quid eſt carnis. Sed hoc cõtingit dupliciter: Vno modo ſic ꝗ ipſa caro, vel quidditas carnis cognoſcantur omnino potentiis ab inuicem diuerſis: puta ꝗ potẽtia intellectiua cognoſcatur quidditas carnis: potentia ſenſitiua cognoſcatur caro: Et hoc contingit quando anima per ſe cognoſcit ſingulare: & per ſe cognoſcit naturam ſpeciei. Alio modo contingit quod cognoſcitur caro, & quodquid eſt carnis, non quod ſit alia, & alia potentia,

C ſed quia vna & eadem potentia, alio & alio modo cognoſcit carnem, & quod quid eſt eius, & illud oportet eſſe, cum anima comparat vniuerſale ad ſingulare. Sicut enim ſupra dictum eſt, quod non poſſemus ſentire differentiam dulcis & albi, niſi eſſet vna potentia ſenſitiua communis, quæ cognoſceret vtrunq;, ita etiam non poſſemus cognoſcere comparationem vniuerſalis ad particulare, niſi eſſet vna potentia, quæ cognoſceret vtrunq;. Intellectus igitur vtrumq; cognoſcit, ſed alio & alio modo. Cognoſcit enim naturã ſpeciei, ſiue quodquid eſt, directe extendendo ſeipſum, ipſum autem ſingulare, per quandam reflexionem, inquantum redit ſuper phantaſmata, à quibus ſpecies intelligibiles abſtrahuntur. Et hoc eſt quod dicit, quod ſenſitiuo cognoſcit carnem [ alio ] id eſt alia potẽtia [ diſcernit eſſe carni, ] id eſt quodquid eſt carnis [ aut ſeparata ] puta cum caro cognoſcitur ſenſu, & eſſe carnis intellectu, aut eodem aliter ſe habente, ſcil. [ ſicut circumflexa ſe habet ad ſeipſam ] anima intellectiua cognoſcit carnem [ quæ cũ

D extẽſa ſit, diſcernit eſſe carni, ] id eſt directe apprehẽdit quidditatem carnis, per reflexionem autem, ipſam carnem. Deinde cum dicit.

c ¶ Quod ſupra dixerat in naturalibus, exponit in mathematicis, dicens quod iterum in his quæ ſunt [ per abſtractionẽ, ] id eſt in mathematicis, quorum ratio abſtrahit à materia ſenſibili, rectum ſe habet ſicut ſimum. Hæc enim mathematica habent materiam, ſicut & naturalia. Rectum enim mathematicum eſt, ſimum autem naturale. Ratio enim recti eſt cum continuo, ſicut ratio ſimi cum naſo. Continuum autẽ eſt materia intelligibilis, ſicut ſimũ materia ſenſibilis. Vnde manifeſtum eſt, ꝗ aliud eſt in mathematicis res, & quodquid erat eſſe, vt rectum, & recto eſſe, vnde oportet quod alio cognoſcat quodquid erat eſſe horũ, & alio ipſa. Et ſupponamus ad præſens, exempli cauſa, cum Platone, quod dualitas ſit quodquid erat eſſe lineæ rectę. Plato enim ponebat, ꝗ numeri erant ſpecies, & quidditates mathematicorum, puta vnitas lineæ,

E dualitas lineæ rectæ, & ſic de aliis. Oportet igitur, quod anima alio cognoſcat ipſa mathematica & quidditates eorum, aut eodem aliter ſe habente. Vnde ſicut per naturalia oſtenditur, ꝗ intellectus q cognoſcit quidditates naturaliũ, ſit alius à ſenſu, q cognoſcit naturalia ſingularia, ita ex mathematicis oſtenditur quod intellectus qui cognoſcit quodquid eſt ipſorum, ſit aliud ab imaginatiua virtute quæ apprehendit ipſa mathematica. Et quia poſſet aliquis dicere, quod eodem modo intelligerẽtur mathematica & naturalia, ſubiungit quod ſicut res ſunt ſeparabiles à materia, ita ſe habent ad intellectũ. Vnde illa quæ ſunt ſecundũ eſſe ſeparata à materia ſenſibili, ſolo intellectu percipi poſſunt: quæ autẽ non ſunt ſeparata à materia ſenſibili ſecundum eſſe, ſed ſecundũ rationem, intelliguntur abſq; materia ſenſibili, non autem abſq; materia intelligibili. Naturalia vero intelligũtur per abſtractionẽ

quibuſdam enim, idem eſt eſſe carni, & carnem eſſe. Aut alio ergo, aut aliter habente diſcernit. Caro enim non eſt ſine materia: ſed ſicut ſimũ, hoc in hoc. Senſitiuo quidem igitur calidum & frigidum iudicat: & quorum ratio, quędam caro eſt. Alio autem, aut ſeparato, aut ſicut circumflexa ſe habet ad ſeipſam, cum extenſa ſit: carni eſſe diſcernit.

*carni eſſe & carnem: aut alio, aut aliter ſe habente iudicat intellectus. caro enim non eſt ſine materia: ſed ſicut ſimum, hoc in hoc. Calidum igitur & frigidum ſenſitiua parte iudicat, & quorum ratio quædam eſt caro. alio autem, vel ſeparabili; vel vt flexa ſe habet ad ſe ipſam, cum extenſa fuerit, carni eſſe iudicat.*

B

c Iterum autem in his, quæ in abſtractione ſunt, rectum eſt ſicut ſimum. Cum continuo enim eſt. Quod autem quid erat eſſe, ſi eſt alterum: recto eſſe, & rectũ, alio. Sit enim dualitas. Altero itaque, aut aliter habente

*Rurſus in iis quæ in abſtractione conſiſtunt, rectum eſt vt ſimum; cum continuo enim eſt. ipſum autem quid erat eſſe, ſi diuerſum eſt recto eſſe & rectum, aliud eſt; ſit enim dualitas, alio ergo aut aliter ſe habente iudicat. Omnino vt res ſepa-*

à materia indiuiduali, non autem per abſtractionem à materia ſenſibili totaliter. Intelligitur enim homo, vt compoſitus ex carnibus & oſſibus, per abſtractionem tamen ab his carnibus, & his oſſibus. Et inde eſt, quod intellectus nõ cognoſcit directe ſingularia, ſed ſenſus vel imaginatio. Apparet autem ex hoc quod Philoſophus hic dicit: quod proprium obiectum intellectus, eſt quidditas rei, quæ non eſt ſeparata à rebus, vt Platonici poſuerunt. Vnde illud, quod eſt obiectum intellectus noſtri, nõ eſt aliquid extra res ſenſibiles exiſtens, vt Platonici poſuerũt, ſed aliquid in rebus ſenſibilibus exiſtens, licet intellectus apprehendat alio modo quidditates rerum, quam ſint in
Te.com. 12. rebus ſenſibilib. Non enim apprehẽdit eas, cum conditionib. indiuiduantibus, quæ eis in rebus ſenſibilibus adiungũtur. Et hoc ſine falſitate intellectus, contingere poteſt. Nihil enim prohibet duorum adinuicem coniunctorum, vnum intelligi
Te.com. 13. abſque hoc quod intelligatur aliud. Sicut viſus apprehendit colorem, abſque hoc quod apprehendat odorẽ, non tamen abſque hoc quod apprehẽdat magnitudinẽ, quæ eſt propriũ ſubiectum coloris. Vnde & intellectus poteſt
Te.com. 14. intelligere aliquam formam abſque indiuiduantib. principiis, non tamen abſque materia à qua dependet ratio illius formæ, ſicut non poteſt intelligere ſimum ſine naſo, ſed poteſt curuum ſine naſo intelligere. Et quia hoc non diſtinxerunt Platonici, poſuerunt quod Mathematica, & quidditates rerum ſunt ſeparatæ in eſſe, ſicut ſunt ſeparatæ in intellectu. Manifeſtum eſt etiam, quod ſpecies intelligibiles quibus intellectus poſſibilis fit in actu, non ſunt obiectum intellectus. Non enim ſe habent ad intellectum ſicut quod intelligitur, ſed ſicut quo intelligit. Sicut enim ſpecies, quæ eſt in viſu, non eſt quod videtur, ſed quo viſus videt: quod autem videtur eſt color, qui eſt in corpore: ſimiliter quod intellectus intelligit, eſt quidditas, quæ eſt in rebus, non autem ſpecies intelligibilis, niſi inquantum intellectus in ſeipſum reflectitur. Manifeſtum eſt enim, quod ſcientiæ ſunt de his, quæ intellectus intelligit: ſunt autem ſcientiæ de rebus, non autem de ſpeciebus vel intentionibus inligibilibus, niſi ſola ſcientia rationalis. Vnde manifeſtum eſt, quod ſpecies intelligibilis non eſt obiectum intellectus, ſed quidditas rei intellectæ. Ex quo patet nullam eſſe rationem quorundam volentium oſtendere, quod intellectus poſſibilis ſit vnus in omnibus, ex hoc quod idem eſt intellectum ab omnibus, cum oporteat eſſe plures numero ſpecies intelligibiles, ſi ſunt plures intellectus. Non enim eſt ſpecies intelligibilis, ipſum intellectum, ſed ſimilitudo eius in anima: & ideo ſi ſint plures intellectus habentes ſimilitudinem vnius & eiuſdem rei, erit eadem res intellecta apud omnes. Et præter hoc manifeſtũ eſt, quod etiam ſubſtantiæ ſeparatæ intelligunt quidditates rerũ naturalium, quas nõ intelligimus, & earum intellectus diuerſi ſunt. Vnde ſi eorum ratio eſſet efficax, non euitaretur inconueniens, quod concludunt, per hoc quod ponunt vnum intellectum in omnibus hominibus. Non enim poſſunt ponere vnum intellectum in omnibus intelligentibus.

ſe iudicat. Omnino ergo ſicut ſeparabiles res à materia, ſic & quæ circa intellectum ſunt.

*rabiles ſunt à materia, ſic etiam intellectus.*

## LECTIO IX.

*a* DVbitauit autem vtique aliquis, ſi intellectus ſimplex eſt & impaſſibilis, & nulli aliquid habet commune, ſicut dixit Anaxagoras, quomodo intelliget, ſi intelligere pati aliquid eſt? Inquantum enim aliquid commune vtriſque eſt, hoc quidem agere, illud vero pati videtur.

*b* Amplius autem, ſi intelligibilis & ipſe, aut aliis inerit intellectus, ſi non ſecundum aliud ipſe intelligibilis eſt. vnum autem quoddam ſecundum ſpeciem eſt intelligibile, aut miſtum aliquid habebit, quod facit intelligibilem ipſum, ſicut alia.

*c* Aut pati ſecundum commune aliquid: diuiſum eſt prius. Potentia quodammodo eſt intelligibilia intellectus: ſed actu nihil, antequam intelligat. Oportet autem ſic, ſicut in tabula nihil eſt ſcriptum actu, quod quidem accidit in intellectu.

## LECTIO IX.

G *SEd quærat quiſpiam, ſi intellectus eſt ſimplex & impatibilis, nec cũ vllo quidquam habet commune, vt dixit Anaxagoras, quomodo intelliget, ſi intelligere pati quoddam eſt? nam quatenus commune quippiam vtriſq; ineſt, alterum agere, alterum pati videtur.*

H *Præterea, an ipſe quoq; intelligibilis ſit, vel enim cæteris etiam inerit intellectus, ſi non ipſe per aliud eſt intelligibilis, ac intelligibile vnum quoddam eſt ſpecie, vel aliquod miſtum habebit, quod eum vt reliqua reddat intelligibilem.*

*An ipſum quidem pati communi quadam notione ſuperius explicatũ eſt, quod intellectus potentia quodã modo eſt intelligibilia, actu vero nullum, antequam intelligat, oportet autem veluti in codice nihil eſſe actu deſcriptum, quæ res accidit in intellectu.*

F

## LECTIO IX.

*a* POſtquam oſtendit Philoſophus naturã intellectus poſſibilis, & obiectum eius, hic mouet quaſdam dubitationes circa prædeterminata. Et diuiditur in duas partes. Et primo ponit dubitationes. Secundo ſoluit eas: ibi, [ Aut pati. ] Mouet autem primo duas dubitationes, quarum prima talis eſt. Si intellectus eſt ſimplex & impaſſibilis, & nulli habet aliquid commune, vt Anaxago. dixit, quomodo intellectus poteſt intelligere, cum intelligere, ſit pati quoddam: & de ratione patientis hoc eſſe videatur, quod habeat aliquid commune cum agente, quia inquantum eſt aliquid commune vtriſque ſcilicet agenti & patienti, videtur quod hoc agat & illud patiatur. Oportet enim ea quæ agunt & patiuntur adinuicem, communicare in materia, vt dicitur in primo de Generatione. Secundam dubitationem Lect. 9. Te.com. 12.
ponit ibi.

*b* ¶ Et inſurgit hæc dubitatio ex eo quod ſupra dixit, quod intellectus factus in actu, etiã ſeipſum intelligit. Et eſt iſta dubitatio, quod ſi intellectus eſt intelligibilis, hoc poteſt contingere duobus modis. Vno modo, quod ſit intelligibilis ſecundum ſe, & non
I ſecundum aliud. Alio modo, quod habet aliquid ſibi adiunctum, quod faciat ipſum intelligibilem. Si autem ſecundum ſeipſum eſt intelligibilis, & non ſecundum aliud, intelligibile autem inquantum huiuſmodi eſt vnum in ſpecie, ſequetur ſi hoc non ſolum eſt intelligibile, ſed intellectus, quod etiã alia intelligibilia ſint intellectus, & ita omnia intelligibilia intelligent. Si autem eſt intelligibilis per hoc, quod habet aliquid aliud ſibi adiunctum, ſequetur quod habeat aliquid quod faciat ipſum intelligibilem, ſicut & alia quæ intelliguntur, & ita videtur ſequi idem quod prius, ſcilicet quod ſemper id quod intelligitur, intelligat. Deinde cum dicit.

*c* ¶ Soluit præmiſſas dubitationes. Et primo ſoluit primam dicens, quod ſicut prius diſtinctum eſt de paſſione, cum ageretur de ſenſu, quod pati dicitur ſecundum aliquid commune, id eſt, hoc quod eſt pati, commune eſt ad paſſionem, quæ eſt in contrarias diſpoſitiones, ſicut eſt paſſio
K mutua in rebus naturalibus, quæ communicant in materia, & eſt aliquod pati, quod dicitur ſecundum receptionem tantum. Intellectus igitur dicitur pati, inquantum eſt quodammodo in potentia ad intelligibilia; & nihil eſt actu eorum, antequam intelligat. Oportet autem hoc ſic eſſe, ſicut contingit in tabula, in qua nihil eſt actu ſcriptum, ſed plura poſſunt in ea ſcribi. Et hoc etiam accidit intellectui poſſibili, quia nihil intelligibiliũ eſt in eo actu, ſed potentia tantum. Et per hoc excluditur tam opinio antiquorum naturalium, qui ponebant animam compoſitam ex omnibus, vt intelligeret omnia, quam etiam opinio Platonis, qui poſuit naturaliter animam humanam habere omnem ſcientiam, ſed eſſe eam quodammodo oblitam, propter vnionem ad corpus, dicens, quod addiſcere nihil aliud eſt, quam reminiſci. Deinde cum dicit.

*d* ¶ Sol-

*d* Et ipſe autem intelligibilis eſt, ſicut intelligibilia. In his enim quæ ſunt ſine materia, idem eſt intellectus, & quod intelligitur. ſcientia namque ſpeculatiua: & ſic ſcibile, idem eſt.

*e* Non autem ſemper intelligendi cauſa conſideranda. In habẽtibus autem materiam, potentia vnumquodque intelligibilium. Quare quidem illis non inerit intellectus, ſine materia enim potentia eſt intellectus talium. Illud autem intelligibile inerit.

*LECTIO X.*

*a* QVoniam autem ſicut in omni natura eſt aliquid: hoc quidem materia vnicuique generi: hoc autem eſt potentia omnia illa: alterum autem cauſa & factiuum, quod in faciendo omnia, vt ars ad materiã ſubſtinuit: neceſſe & in anima has eſſe differentias. Et eſt intellectus hic quidem talis in omnia fieri: ille vero in omnia facere, ſicut habitus quidam, & ſicut lumen. Quodam enim modo & lumen facit potentia exiſtentes colores, actu colores.

*b* Et hic intellectus ſeparabilis, & impaſſibilis & immiſtus, ſubſtantia actu ens. ſemper enim

A

*Atque etiam ipſe intelligibilis eſt, quemadmodum intelligibilia, in iis enim quæ ſine materia ſunt, idem eſt id quod intelligit, & quod intelligitur: nam contemplatiua ſcientia & quod ita ſcibile eſt, idem ſunt.*

*Cauſa porro cur non ſemper intelligat, conſideranda eſt. In iis autem* B *quæ habent materiam potentia eſt vnumquodq; intelligibilium. quare illis quidem non inerit intellectus, nam intellectus horum talium potentia eſt ſine materia, illi autem intelligibile inerit.*

LECTIO X.

*QVoniam autem vt in vniuerſa natura eſt aliquid, alterũ materia cuiq; generi: quod ideo ſic eſt, quod potentia eſt illa omnia, alterum* C *cauſa & effectiuum, eo quod omnia efficiat, quæ res vſu venit in arte, ſi cum materia comparetur, ita etiam in anima hæ adſint differentiæ neceſſe eſt. Atq; eſt quidam intellectus talis quod omnia fiat, quidam quod omnia faciat, veluti habitus quidam, perinde ac lumen: nam lumen quoq; quodammodo facit actu colores, eos qui ſunt potentia colores.*

*Et hic intellectus ſeparabilis eſt, & nõ miſtus, & impatibilis, & ſui ſub-* D *ſtantia operatio. ſemper enim agens*

*d* ¶ Soluit ſecundam dubitationem. Et primo ſoluit quæſtionẽ. Secundo reſpondet ad obiectionẽ in contrarium factam: ibi, [Nõ autem ſemper.] Dicit ergo primo, ꝙ intellectus poſſibilis eſt intelligibilis non per ſuã eſſentiam, ſed per aliquam ſpeciẽ intelligibilem, ſicut & alia intelligibilia. Quod probat ex hoc, quod intellectum in actu, & intelligens in actu, ſunt
Te.com. 15. vnum, ſicut & ſupra dixit, quod ſenſibile in actu, & ſenſus in actu, ſunt vnum. Eſt autem aliquod intelligibile in actu, per hoc quod eſt in actu à materia abſtractũ:
Te.com. 16. ſic enim ſupra dixit, quod ſicut res ſunt ſeparabiles à materia, ſic ſunt & quæ ſunt circa intellectum. Et ideo hic dicit, quod [in his quæ ſunt ſine materia,] id eſt ſi accipiamus intelligibilia actu, idem eſt intellectus, & quod intelligitur, ſicut idem eſt ſentiens in actu, &
Te.com. 17. quod ſentitur in actu. Ipſa enim ſciẽtia ſpeculatiua, [& ſic ſcibile] id eſt ſcibile in actu, eſt idem. Species igitur rei intellectæ in actu, eſt ſpecies ipſius intellectus, & ſic per eã ſeipſum intelligere poteſt. Vnde
Tex. c. 18. & ſupra Philoſoph. p ipſum intelligere, & p illud quod intelligitur ſcrutatus eſt naturã intellectus poſſibilis. Non enim cognoſcimus intellectũ noſtrum, niſi per hoc, ꝙ intelligimus nos
Tex. c. 19. intelligere. Accidit autem hoc in intellectu poſſibili, quod non intelligatur per eſſentiam ſuam, ſed per ſpeciem intelligibilem, ex hoc quod eſt potentia tantum in ordine intelligi-
Lect. 3. bilium. Oſtendit enim Philoſophus in 9. Metaph. quod nihil intelligitur, niſi ſecundum quod eſt in actu. Et poteſt accipi ſimile in rebus ſenſibilibus. Nam id quod eſt in potentia tantum in eis ſcil. materia prima, non habet aliquam actionem per eſſentiam ſuam: ſed ſolum per formam ei adiũctam. Subſtantiæ autem ſenſibiles quæ ſunt ſecundum aliquid in actu, & ſecundum aliquid in potentia: ſecundum ſeipſas habent aliquam actionem. Similiter intellectus poſſibilis, qui eſt tantum in potentia in ordine intelligibilium, non intelligit, neq; intelligitur, niſi per ſpeciem in eo ſuſceptam. Deus autem, qui eſt purus actus in ordine intelligibilium, & aliæ ſubſtantiæ ſeparatæ quæ ſunt mediæ inter potentiam & actum, per ſuam eſſentiam, & intelligunt & intelliguntur. Deinde cum dicit.

*e* ¶ Reſpondet ad obiectionem, quæ erat in contrarium, dicens: quod ex quo intellectus poſſibilis habet aliquid quod facit ipſum intelligibilem, ſicut & alia, reſtat vt conſideretur [cauſa non ſemper intelligendi,] id eſt quare non ſemper intelligibile intelligit. Quod ideo eſt, quia in rebus habentibus materiam, ſpecies non eſt intelligibilis ſecundum actum, ſed ſecundum potentiam tantum. Intelligibile autem in potentia, non eſt idem cum intellectu, ſed ſolum intelligibile in actu, vnde in illis quæ habent ſpeciem in materia, non inerit intellectus, vt ſcilicet intelligere poſſint, quia intellectus talium, id eſt intelligibilium, eſt quædam potentia ſine materia. Illud autem quod eſt in materia, eſt intelligibile, ſed in potentia tantum: quod vero eſt in intellectu, eſt ſpecies intelligibilis ſecundum actum.

*LECTIO X.*

*a* POſtquam Philoſophus determinauit de intellectu poſſibili, nunc determinat de intellectu agẽte. Et circa hoc duo facit. Primo oſtendit eſſe intellectũ agentẽ, præter poſſibilem, & ratione, & exemplo. Secundo oſtendit huius intellectus naturam: ibi, [Et hic intellectus.] Ponit ergo circa primum talem rationẽ. In omni natura, quæ eſt quandoque in potentia, & quandoque in actu, oportet ponere aliquid, quod eſt ſicut materia in vnoquoque genere. quod ſcil. eſt in potentia ad omnia quæ ſunt illius generis. Et aliud quod eſt ſicut cauſa agens, & factiuum, quod ita ſe habet in faciendo omnia, ſicut ars ad materiam. Sed anima ſecundũ partem intellectiuam, quandoque eſt in potentia, & quandoque in actu. Neceſſe eſt igitur in anima intellectiua eſſe has differentias, vt ſcilicet vnus ſit intellectus, in quo poſſint omnia intelligibilia fieri, & hic eſt intellectus poſſibilis, de quo ſupra dictum eſt. Et alius intellectus ſit ad hoc, quod poſſit omnia intelligibilia facere in actu, qui vocatur intellectus agens, & eſt ſicut habitus quidam. Huius autem verbi occaſione, quidam poſuerũt intellectum agentem idem eſſe cum intellectu, qui eſt habitus principiorum. Quod eſſe nõ poteſt, quia intellectus, qui eſt habitus principiorum, præſupponit aliqua iam intellecta in actu, ſc. terminos principiorum, per quorum intelligentiam cognoſcimus principia, & ſic ſequeretur, quod intellectus agens non faceret omnia intelligibilia in actu, vt hic Philoſophus dicit. Dicendum eſt ergo, quod habitus hic accipitur ſecundũ quod Philoſophus frequenter conſueuit nominare omnem formam, & naturam & habitum, prout habitus diſtinguitur cõtra priuationem & potentiam, vt ſic per hoc quod nominat eum habitum, diſtinguat eum ab intellectu poſſibili, qui eſt potentia. Vnde dicit, quod eſt habitus vt lumen, quod quodammodo facit colores exiſtentes in potentia, eſſe actu colores. Et dicit [quadammodo,] quia ſupra oſtenſum eſt, quod color ſecundum ſeipſum eſt viſibilis. Hoc autem ſolummodo facit lumen ipſum eſſe actu colorem, inquantum facit diaphanũ
E eſſe in actu, vt moueri poſſit à colore, & ſic color videatur. Intellectus autem agens facit ipſa intelligibilia eſſe in actu, quæ prius erant in potentia, per hoc quod abſtrahit ea à materia: ſic enim ſunt intelligibilia in actu, vt dictum eſt. Inducitur autem Ariſtot. ad ponendum intellectum agentem, ad excludendum opinionem Platonis, qui poſuit quidditates rerum ſenſibilium eſſe à materia ſeparatas, & intelligibiles actu, vnde non erat ei neceſſarium ponere intellectum agentem. Sed quia Ariſtot. ponit, quod quidditates rerum ſenſibilium ſunt in materia, & non intelligibiles actu, oportuit quod poneret aliquem intellectum, qui abſtraheret à materia, & ſic faceret eas intelligibiles actu. Deinde cum dicit.

*b* ¶ Ponit quatuor conditiones intellectus agentis, quarũ prima eſt, quod ſit ſeparabilis, ſecunda, ꝙ impaſſibilis, tertia ꝙ ſit immiſtus, id eſt non compoſitus ex naturis corporalibus

neq; adiunctus organo corporali. Sed in his tribus conuenit cum intellectu poſſibili. quarta autem conditio eſt, quod ſit in actu ſecundum ſuam ſubſtantiam, in quo differt ab intellectu poſſibili, qui eſt in potentia ſecundum ſuã ſubſtantiam, ſed eſt in actu ſolum ſecundum ſpeciem ſuſceptam.

honorabilius eſt agens patiente, & principium materia.

*c* Idem autem eſt ſecundum actũ ſcientia rei: quæ vero ſecundum potentiam, tempore prior in vno eſt. Omnino autem neque tempore: ſed non aliquando quidem intelligit, aliquando autem non intelligit.

*d* Separatus autem eſt ſolum hoc, quod vere eſt. Et hoc ſolum immortale, & perpetuum eſt.

*e* Non reminiſcitur autem, quia hoc quidem impaſſibile eſt, paſſiuus vero intellectus, eſt corruptibilis, & ſine hoc nihil intelligit anima.

Et ad has quatuor conditiones probandas inducit vnam rationem, quæ *Te.com.20* talis eſt. Agens eſt honorabilius patiẽte & principium actiuum, materia: ſed intellectus agens comparatur ad poſſibilem, ſicut agens ad materiã, ſicut iam dictũ eſt, ergo intellectus agens eſt nobilior poſſibili. Sed intellectus poſſibilis eſt ſeparatus, impaſſibilis, & immiſtus, vt ſupra oſtẽſum eſt, ergo multo magis intellectus agens. Et hoc etiam patet, ꝙ ſit ſecundum ſubſtantiam ſuã in actu, quia agens eſt nobilius patiente, non niſi ſecundum quod eſt in actu. Occaſione autem horum, quę hic dicuntur, quidam poſuerunt intellectum agentem, ſubſtantiam ſeparatam, & quod differt ſecundum ſubſtantiam ab intellectu poſſibili. Illud autem non videtur eſſe verum. Non enim homo eſſet à natura ſufficienter inſtitutus, ſi non haberet in ſeipſo principia, quibus poſſet operationem complere, quæ eſt inteligere, quæ quidem cõpleri non poteſt, niſi per intellectum poſſibilem, & per intellectum agentem. Vnde perfectio humanæ naturæ requirit quod vtrumq; eorum ſit aliquid in homine. Videmus etiam q: ſicut operatio intellectus poſſibilis, quæ eſt recipere intelligibilia, attribuitur homini, ita & operatio intellectus agẽtis, q̃ eſt abſtrahere intelligibilia. Hoc a. non poſſet, niſi principiũ formale huius *Supra text. com.17.* actionis eſſet ei ſecundum eſſe, coniunctum. Nec ſufficit, ad hoc, quod hæc actio attribuatur homini, per hoc quod ſpecies intelligibiles factæ per intellectum agentem, habent quodammodo pro ſubiecto phantaſmata quę ſunt in nobis, quia vt ſupra diximus, cum de intellectu poſſibili ageretur, ſpecies non ſunt intelligibiles in actu, niſi quia ſunt abſtractæ à phãtaſmatibus, & ſic eis mediantibus, actio intellectus agentis non poſſet nobis attribui. Et propterea intellectus agens cõparatur ad ſpecies intellectas in actu, ſicut ars ad ſpecies artificiatorum, per quas manifeſtum eſt, quod artificiata non habẽt actionem artis. vnde etiam dato quod ſpecies factæ intelligibiles actu, eſſent in nobis, non ſequeretur, quod nos poſſemus habere actionem intellectus agentis. Eſt etiam prædicta poſitio contra Ariſtot. intentionem, qui expreſſe dixit has differentias duas, ſc. intellectum agentem, & intellectũ poſſibilem eſſe in anima, ex quo expreſſe dat intelligere, quod ſint partes animæ, vel potentiæ, & non aliquæ ſubſtantiæ ſeparatæ. Sed contra hoc videtur eſſe præcipue, ꝙ intellectus poſſibilis comparatur ad intelligibilia, vt in potentia exiſtens ad illa, intellectus autem agens comparatur ad ea, vt ens in actu: non enim videtur poſſibile, idem reſpectu eiuſdem poſſe eſſe in potentia, & in actu. vnde non videtur poſſibile, quod intellectus agens, & poſſibilis conueniat in vna ſubſtantia animæ. Sed hoc de facili ſoluitur, ſi quis recte conſideret, quomodo intellectus poſſibilis ſit in potentia ad intelligibilia, & quomodo intelligibilia ſunt in potẽtia reſpectu intellectus agẽtis. Eſt n. intellectus poſſibilis in potẽtia ad intelligibilia, ſicut indeterminatum ad determinatum. Nã intellectus poſſibilis non habet determinate naturam alicuius rerum ſenſibilium. Vnumquodq; autem intelligibile, eſt aliqua determinata natura alicuius ſpeciei. Vnde ſupra dixit ꝙ intellectus poſſibilis comparatur ad intelligibilia ſicut tabula ad deter- *Lect. 9. Te.com.14.* minatas picturas. Quantum autem ad hoc, intellectus agens nõ eſt in actu. Si enim intellectus agẽs haberet in ſe determinationem omnium intelligibilium, nõ indigeret intellectus poſſibilis phantaſmatibus, ſed per ſolum intellectũ agentem reduceretur in actum omnium intelligibilium, & ſic non cõpararetur ad intelligibilia, vt faciens ad factum, vt Philoſophus hic dicit, ſed vt exiſtens ipſa intelligibiſia. Comparatur igitur vt actus reſpectu intelligibilium, inquantum eſt quædam virtus immaterialis actiua, potens alia ſimilia ſibi facere, ſcilicet immaterialia. Et per hunc modũ, ea quæ ſunt intelligibilia in potentia, facit intelligibilia in actu. Sic enim & lumen facit colores in actu, non quod ipſum habeat in ſe

F determinationem omnium colorum. Huiuſmodi autem virtus actiua eſt quædam participatio luminis intellectualis à ſubſtantiis ſeparatis. Et ideo Philoſophus dicit, quod eſt ſicut habitus, vel lumen, quod non competeret dici de eo, ſi eſſet ſubſtantia ſeparata. Deinde cum dicit.

*patiente, & principium materia nobilius eſt.*

*Idem autem eſt ſcientia quæ actu eſt, quod res ipſa. Ea vero quæ potentia eſt, prior tempore eſt in vno, omnino vero ne tempore quidem, ſed non interdum intelligit, & interdum non intelligit.*

G *Vbi autem ſeparatus fuerit, tunc eſt ſolum id quod reuera eſt, & hoc ſolum eſt immortale & æternum.*

*Sed non meminimus, quia hoc quidem impatibile eſt, intellectus autem paſſiuus corruptibilis, & nihil ſine eo intelligit.*

*c* ¶ Determinat de intellectu ſecundum actum. Et circa hoc duo facit. Primo ponit cõditiones intellectus in actu. Secundo oſtẽdit conditiones totius partis intellectiuæ, ſecundum ꝙ differt ab aliis partibus animæ: ibi, [ Separatus autẽ. ] Circa primũ tres ponit cõditiones intellectus in actu, quarum prima eſt, quod ſcientia in actu, eſt idem rei ſcitæ. Quod non eſt verum de intellectu in potentia. Secunda cõditio eius eſt, quod ſcientia in potentia in vno & eodem, tempore eſt prior quã ſcientia in actu, ſed vniuerſaliter non eſt prior, non ſolum natura, ſed neq; etiã tempore. Et hoc eſt, quod Phloſophus dicit in 9. Metaph. ꝙ actus eſt prior potentia natura, tempore *L.8.t.cõ.13.* vero, in vno & eodem potentia prior eſt actu, quia vnum & idem prius eſt in potentia, & poſtea fit actu. Sed vniuerſaliter loquendo, etiam tempore actus eſt prior. Nam quod in potentia eſt, non reducitur in actum, niſi per aliquid, quod eſt a- H ctu. Et ſic etiam de potentia ſciente, non fit aliquis ſciens actu, neq; inueniendo, neq; diſcendo, niſi per aliam ſcientiam præexiſtentem in actu, quia omnis doctrina, & diſciplina intellectiua fit ex præexiſtenti cognitione, vt dicitur in primo Poſteriorum. Tertia conditio intellectus in actu, per quam differt ab intellectu poſſibili, & intellectu in habitu, eſt, quia vterq; quandoq; intelligit, & quandoq; non intelligit. Sed hoc non poteſt dici de intellectu in actu, qui conſiſtit in ipſo intelligere. Deinde cum dicit.

*d* ¶ Ponit conditiones totius intellectiuæ partis. Et primo ponit veritatem. Secundo excludit obiectionem: ibi, [ Nõ reminiſcitur. ] Dicit ergo primo, quod ſolus intellectus ſeparatus eſt hoc, quod vere eſt. Quod quidem non poteſt intelligi, neque de intellectu agente, neq; de intellectu poſſibili tantum, ſed de vtroque, quia de vtroq; ſupra dixit, quod eſt ſeparatus. *Tex.c.7.& 19.* Et ſic patet quod hic loquitur de tota parte intellectiua, quæ I quidem dicitur ſeparata, ex hoc ꝙ habet operationem ſuam ſine organo corporali. Et quia in principio huius Libri dixit, quod ſi aliqua operatio animę ſit propria, contingit animam ſeparari: Concludit quod hæc ſola pars animæ, ſc. intellectiua eſt incorruptibilis, & perpetua. Et hoc eſt quod ſupra poſuit in Secundo, quod hoc genus animæ ſeparatur ab aliis, ſicut *Te.com.21.* perpetuũ à corruptibili. Dicitur aũt perpetua, non quod ſemper fuerit: ſed quod ſemper erit. Vnde Philoſophus dicit in 12. Metaph. quod forma nunquam eſt ante materiam, ſed poſte- *Te.com* rius remanet anima, non omnis, ſed intellectus. Deinde cum dicit.

*e* ¶ Excludit quandam obiectionem. Poſſet enim aliquis credere, quod quia pars intellectiua animæ, eſt incorruptibilis, remanet poſt mortem in anima intellectiua, ſcientia rerũ eodem modo quo nunc eam habet, cuius contrarium ſupra di- *Tex. c. 66.* xit in Primo, quod intelligere corrumpitur, quodam interius corrupto, & quod corrupto corpore non reminiſcitur anima, neq; amat. Et ideo hic dicit, quod non reminiſcitur, ſc. poſt mortem eorum, quæ in vita ſciuimus, quia [ hoc quidem K impaſſibile eſt, ] id eſt iſta pars animæ intellectiuæ impaſſibilis eſt, vnde ipſa non eſt ſubiectũ paſſionum animæ, ſicut ſunt amor & odium, reminiſcentia, & huiuſmodi, q̃ ex aliqua paſſione corporali cõtingunt. Paſſiuus vero intellectus corruptibilis eſt, id eſt pars animæ; quæ non eſt ſine prædictis paſſionibus, eſt corruptibilis, pertinent enim ad partem ſenſitiuam. Tamen hæc pars animæ dicitur intellectus, ſicut & dicitur rationalis, inquantum aliqualiter participat ratione, obediendo rationi, & ſequendo motum eius, vt dicitur in primo Eth. Sine hac autẽ parte animæ corporali, intellectus nihil intelligit. Non enim intelligit aliquid ſine phantaſmate, vt infra *Lect. 20.* dicetur. Et ideo deſtructo corpore non remanet in anima ſe- *Cap. 19.* parata, ſcientia rerum ſecundum eundem modum quomodo intelligit. Sed quomodo tunc intelligat, non eſt præſentis intentionis diſcutere.

## LECTIO XI.

a INdiuiſibilium igitur intelligentia in his eſt, circa quæ non eſt falſum. In quibus autẽ & falſum, iã & verum eſt, cõpoſitio quædam iam intellectuum eſt, ſicut eorum quę vnum fiunt, ſicut Empedocles dixit, multorum quidem capita ſine ceruice germinauerunt, poſtea compoſita ſunt concordia, ſicut & hæc ſeparata, compoſita ſunt, vt aſymmetron, & diametros, & vt ſymmetron, & diametros: ſi autem factorũ, aut futurorum ſit compoſitio, tempus cointelligens eſt, & componens. Falſum enim in compoſitione ſemper eſt. Et namq; ſi album non albo, aut ſi non albũ albo componit. Contingit autem & diuidentem dicere omnia. Sic ergo eſt non ſolum falſum, aut verum quod albus Cleon eſt, ſed & quod erat, aut erit. Vnum autem faciens vnumquodque, hoc intellectus eſt.

b Indiuiſibile autem quoniam dupliciter, potentia autem actu eſt, nihil prohibet intelligere indiuiſibile, cum longitudinẽ intelligat. Indiuiſibilis enim actu

## LECTIO XI.

*IN iis igitur indiuiſibilium intellectio eſt, in quibus non reperitur falſitas: in quibus autem reperitur falſitas & veritas, in iis demum cõpoſitio quædam eſt cõceptuum, quaſi ſint vnum, atque vt Empedocles dixit,*

B

*„ Pullulat ampla ſeges capitum ceruice carentum.*

*Deinde componi amore, ſic etiam hæc cum ſeparata ſint, componuntur, vt incõmenſurabile, & diameter. Sin autem præteritorum vel futororũ tempus inſuper intelligens & componens, ſemper enim falſitas in compoſitione conſiſtit: etenim ſi album non album dixerit, non album compoſuit, porro autem licet etiam diuiſionem omnia dicere, attamen non ſolum falſum eſt aut verum album eſſe Cleonem, ſed fuiſſe vel fore. quod* C *autem vnumquodq; vnum facit, id intellectus eſt.*

*Cum autem indiuiſibile bifariam dicatur, nihil prohibet quominus indiuiſibile intelligat, cum longitudinẽ intelligit (eſt n. actu indiuiſibilis) & in tẽpore indiuiſibili, ſimiliter*

### LECTIO XI.

A

a POſtquam Philoſophus determinauit de intellectu, hic determinat de operatione intellectus. Et diuiditur in duas partes. In prima diſtinguit duas operationes intellectus. In
Te.com.21. ſecũda determinat de vtraq; earũ: ibi, [indiuiſibile aũt.] Dicit ergo primo, ꝙ vna operationũ intellectus eſt, ſecundũ ꝙ intelligit indiuiſibilia: puta cũ intelligit hominẽ aut bouẽ, aut aliquid huiuſmodi incõplexorũ. Et hæc intelligentia eſt in his, circa q̄ nõ eſt falſum: tũ quia incomplexa non ſunt vera neque falſa: tũ quia intellectus non decipitur in eo ꝙ quid eſt, vt infra dicetur: ſed in illis intelligibilibus in quibus eſt verum & falſum, eſt iam quædam cõpoſitio intellectuũ id eſt rerũ intellectarum, ſicut quando ex multis fit aliquid vnũ. Et ponit exemplũ ſecundũ opinionem
Te.com.22. Emped. qui opinabatur ꝙ omnia generata ſunt à caſu, nõ ꝓpter aliquem finẽ, ſed ſecundũ ꝙ contingit ex diuiſione rerũ per litem, & cõiunctione per amicitiam. Vnde dixit, ꝙ à principio germinauerunt multa capita ſine ceruice, & ſimiliter multæ a-
Te.com.23. liæ partes animalium ſeparatæ ab aliis partib. Et dicit [germinauerunt] quaſi ex elementis producta ſine ſemine animalis, ſicut terra germinat herbam virentem. Sed poſtmodum huiuſmodi partes ſic diuiſæ, compoſitæ ſunt per concordiam, & ex eis factum eſt vnum animal habens diuerſas partes, vt puta caput, manus, pedes, & huiuſmodi. Et vbi eſt conſtitutum animal habens omnes partes neceſſarias ad ſui conſeruationem, idem animal ſaluatum eſt, & generauit ſibi ſimile. Si autem defuit aliqua aliarum partium, non potuit ſaluari, nec remanſit in ſibi ſimili per generationẽ. Sicut ergo Emped. poſuit quod amicitia compoſuit multas partes, & conſtituit ex eis vnum animal, ita & intellectus multa incomplexa prius ſeparata componit, & facit ex eis vnum intellectum, in qua compoſitione quandoq; eſt veritas, quandoq; falſitas. Veritas quidem, quando componit ea, quæ in re ſunt vnum & compoſita, ſicut cum cõponit aſymmetrum, hoc eſt incommenſurabilem & diametrum, nam diameter quadrati eſt incommenſurabilis lateri. Falſa autem compoſitio eſt quando componit ea quæ non ſunt cõpoſita in rebus, ſicut cum componit ſymmetrum diametro, dicens quod diameter quadrati eſt ſymmeter; id eſt commenſurabilis lateri.

Coſta quadrati.




Symmetrum, & diametrum aliquando ſeparatim & ſeorſum intellectus intelligit, & tũc ſunt duo intelligibilia. Quãdo autem componit, fit vnum intelligibile, & ſimul intelligitur ab intellectu. Sed quia intellectus non ſemper componit ea q̄ ſunt in præſenti, ſed quæ fuerunt vel erunt, ideo ſubiungit ꝙ ſi intellectus faciat cõpoſitionem factorũ, id eſt ꝑteritorũ & futurorum, oportet ꝙ cointelligat ſuę cõpoſitionis tẽpus præteritum & futurum. Et ſic componit, formans compoſitionẽ de præterito vel de futuro. Et quod hoc ſit verum probat, quia contingit cõpoſitionem de præterito vel de futuro eſſe falſam, falſum autem ſemper in compoſitione eſt. Et namq; falſum eſt, ſi non album componatur ei quod eſt album, vt ſi dicas, cygnus non eſt albus. Aut ſi album componatur ei quod non eſt album, vt ſi dicatur ꝙ coruus eſt albus. Et quia quæcunque cõtingit affirmare, contingit etiam negare, ſubiungit ꝙ omnia prædicta poſſunt per diuiſionem fieri. Poteſt enim intellectus omnia diuidere, & ſecundum præſens tempus, & ſecundum præteritum, & ſecundum futurum, & vere & falſe. Sic igitur patet, quod cum compoſitio non ſolum ſit ſecundũ pręſens tempus, ſed ſecundum præteritum & futurum, verum autẽ & falſum conſiſtit in cõpoſitione, & diuiſione, oportet ꝙ verum & falſum non ſolum ſint in propoſitionib. de præſenti, puta ꝙ Cleon eſt albus, ſed etiam in illis de præterito & futuro, puta
D quod Cleon erit, vel fuit albus. Conſiderandum eſt autem ꝙ compoſitio propoſitionis non eſt opus naturæ, ſed eſt opus rationis & intellectus. Et ideo ſubiungit quod illud quod facit vnumquodq; intelligibilium, cõponẽdo ex intelligibilib. ꝓpoſitiones: hoc eſt intellectus. Et quia verum & falſum cõſiſtit in cõpoſitione, ideo dicitur in 6. Metaphy. quod verum & falſum non eſt in rebus, ſed in mente. Deinde cum dicit.

b ¶ Determinat de vtraq; prædictarum operationum. Et primo de ea, quæ eſt intelligentia indiuiſibilium. Secundo de ea quæ eſt cõpoſitio & diuiſio: ibi, [Eſt autẽ dictio quidẽ.] Tertio ponit quoddam quod eſt commune vtriſq;: ibi, [Idem autem eſt ſecundum actum.] Prima pars diuiditur in tres, ſecundum quod indiuiſibile dicitur tripliciter, quot videlicet modis dicitur & vnum: cuius ratio ex indiuiſione eſt. Dicitur enim vno modo aliquid vnum cum continuitate. Vnde & illud quod eſt continuum, indiuiſibile dicitur, inquantum non eſt diuiſum actu, licet ſit indiuiſibile in potentia. Hoc eſt ergo ꝙ dicit, quod cum diuiſibile dicatur dupliciter, ſcil. actu, & po-
E tentia: nihil prohibet intellectum intelligere indiuiſibile, cum intelligit aliquid continuum, ſcil. longitudinem, quæ eſt indiuiſibilis actu, licet ſit diuiſibilis potentia. Et propter hoc intelligit eam cum indiuiſibili tempore, quia intelligit eam, vt indiuiſibile. Et hoc eſt contra opinionem Platonis in primo poſitam, qui poſuit intelligentiam fieri, quaſi per motum quendam continuum magnitudinis. Poteſt ergo intellectus Tex. com. & inde.
intelligere magnitudinem dupliciter. Vno modo ſecundum quod eſt diuiſibilis in potentia, & ſic intelligit lineam numerando partẽ poſt partem, & ſic intelligit eam in tempore. Alio modo ſecundum quod eſt indiuiſibilis in actu, & ſic intelligit eam, vt vnum quid conſtans ex multis partibus, & ſic intelligit eam ſimul. Et ideo ſubiungit, ꝙ ſimiliter tempus, & longitudo diuiditur, vel non diuiditur, intelligendo. Vnde non eſt dicere, quod intelligat ſecundum medium vtriuſq;, id eſt

quod

quod media pars intelligatur in medio tēporis. Hoc enim nō eſſet, niſi linea diuideretur in actu, ſed eſt diuiſibilis tantū in potentia. Si autem vtrumq; dimidiū lineæ ſeorſum intelligat, tunc diuidit lineā in actu, ſecundū intellectum. Vnde & tunc tempus ſimul diuiditur, ſicut & longitudo. Si autem intelligat lineam, ſicut vnum quid conſtitutum ex duabus partibus, etiā intelliget in tēpore non diuiſo, ſed ſecundū aliquid, ꝙ eſt in vtriſq; partib. temporis, ſc. in inſtanti. Et ſi continuetur conſideratio per aliquod aliud tempus, non diuidetur tēpus, vt aliud intelligat in vna parte temporis, & aliud in aliud; ſed idē in vtraque. Deinde cum dicit.

Te.com.24. c ¶Ponit alium modū indiuiſibilis. Nam dicitur alio modo vnū quando habet ſpeciē vnam, & ſi ſit compoſitum ex partib. non cōtinuis, ſicut homo, aut domus, aut etiam exercitus, & huic reſpondet indiuiſibile ſecundū ſpeciem. Et de hoc dicit hic, quod illud quod eſt indiuiſibile non ſecundum quantitatem, ſed ſecundum ſpeciem, in-
Te.com.25. telligit anima tempore indiuiſibili, & per indiuiſibilem animæ partem, non quod intellectus intelligens ſit aliqua magnitudo, vt Plato poſuit. Et licet illud quod eſt indiuiſibile ſpecie habeat aliquā diuiſionem in partibus, tamen illa diuiſa intelligit per accidens, nō inquantum ſunt diuiſibilia, & ex parte eius quod intelligitur,
Te.com.26. & ex parte temporis, ſed inquantum ſunt indiuiſibilia, quia in partibus diuiſis etiā in actu, eſt aliquid indiuiſibile ſc. ipſa ſpecies, quam intellectus indiuiſibiliter intelligit. Sed ſi intelligeret partes, vt diuiſas, puta carnem per ſe, & os per ſe, & ſic de aliis, tunc non intelligeret in tēpore indiuiſibili. Vult autem Philoſophus conſequenter oſtendere ſimilitudinem huiuſmodi ad primum modum. Sicut enim in hoc modo eſt aliquid indiuiſibile, ſcilicet ſpecies, quæ facit omnes partes totius eſſe vnum, ſic forte in continuis eſt aliquid inſeparabile ſcil. indiuiſibile, quod facit tempus eſſe vnum, & longitudinem vnam, ſiue hoc dicatur eſſe punctum in longitudine, & inſtans in tempore, ſiue ipſa ſpecies longitudinis, aut temporis. Sed in hoc differt, quod iſtud indiuiſibile eſt ſimiliter in omni continuo & tempore, & longitudine, ſed indiuiſibile, quod eſt ſpecies, non eſt ſimiliter in omnibus habentibus ſpeciem, quia quædam componuntur ex partibus homogeneis, quædam ex partibus heterogeneis, & ex his diſſimiliter. Deinde cum dicit.

d ¶ Proſequitur de indiuiſibili tertio modo dicto. Videtur enim vnum eſſe, ꝙ eſt penitus indiuiſibile, vt punctus & vnitas, & de hoc oſtēdit nunc, quomodo intelligitur, dicens, ꝙ punctū, quod eſt quoddam ſignum diuiſionis inter partes lineæ, & omne quod eſt diuiſio inter partes continui, ſicut inſtans

eſt: & in tempore indiuiſibili. Similiter enim tempus eſt diuiſibile & indiuiſibile longitudini. Non enim eſt dicere, quid in vtroq; dimidio intelligat. Non enim eſt (niſi diuidatur) niſi in potentia. ſeorſum autem vtrunque intelligens dimidiorum: diuidit & tempus ſimul. Tunc autem vt longitudines. ſi vero ſicut ex vtriſque, & in tempore quod in vtriſq;.

c Quod autem non ſecundum quantitatem indiuiſibile eſt, ſed ſpecie intelligit & indiuiſibili tempore, & indiuiſibili animæ. ſecundum accidens autem, & non inquantum illa diuiſibilia, quod intelligit, & in quo tempore, ſed inquantum indiuiſibilia. Ineſt enim & in his aliquid indiuiſibile, ſed forte non ſeparabile, quod facit tempus vnū, & longitudinem. Et hoc ſimiliter in omni eſt & continuo, & tempore, & longitudine.

d Punctum autem, & omnis diuiſio, & ſic indiuiſibile, monſtratur ſicut priuatio. Et ſimilis ratio in aliis eſt, vt quomodo malum cognoſcit, aut nigrum. Contrario enim aliquo modo cognoſcit. Oportet autem potentia eſſe cognoſcens, & vnum eſſe in ipſo. ſi vero alicui cauſarum non ineſt contrarium, ipſa cognoſcit ſeipſam, & actu eſt, & ſeparabilis.

e Eſt autem dictio quidem, aliquid de aliquo, ſicut affirmatio; & vera, aut falſa, omnis. Intellectus autem non omnis, ſed qui eſt ipſius quid eſt, ſecundū hoc quod aliquid erat eſſe, verus eſt: & nō aliquid de aliquo, ſed ſicut

F inter partes temporis, & ſic de aliis, & omne quod eſt ſic indiuiſibile in potentia & actu vt punctus [monſtratur,] id eſt manifeſtatur intellectui [ſicut priuatio,] id eſt per priuationē continui & diuiſibilis. Cuius ratio eſt, quia intellectus noſter accipit à ſenſu, & ideo ea cadunt prius in apprehenſione intellectus noſtri, quæ ſunt ſenſibilia, & huiuſmodi ſunt magnitudinem habentia, vnde punctus, & vnitas non diffiniuntur niſi negatiue. Et inde eſt etiā, quod omnia, quæ tranſcendūt hęc ſenſibilia nota nobis, non cognoſcuntur a nobis, niſi per negationem, ſicuti de ſubſtantiis ſeparatis cognoſcimus, ꝙ ſunt immateriales & incorporeæ, & alia huiuſmodi. Et ſimilis ratio eſt in aliis, quæ cognoſcūtur per oppoſitum, vt quando cognoſcit intellectus malum, aut nigrum, quæ ſe habent ad ſua oppoſita vt priuationes, ſemper enim alterum contrariorum eſt, vt imperfectum, & vt priuatio, reſpectu alterius. Et ſubiungit quaſi reſpondens, quod intellectus cognoſcit vtrūque iſtorum aliquo modo, ſuo contrario, ſc. malum per bonū, & nigrum per album. Oportet autē, quod intellectus noſter, q ſic cognoſcit vnum contrariorum per alterum, ſit in potentia cognoſcens, & quod in ipſo ſit ſpecies vnius oppoſiti per quam aliud cognoſcat, ita ꝙ quandoque ſit in ipſo ſpecies albi, & quandoque ſpecies nigri, vt per vnum poſſit cognoſcere alterum. Si autem eſt aliquis intellectus, cui non ineſt vnum contrariorum, ad cognitionem alterius, tunc oportet quod talis intellectus cognoſcat ſeipſum primo, & per ſeipſum cognoſcat alia, & quod ſit ſemper in actu, & ſit penitus ſeparabilis à materia, etiam ſecundum eſſe, vt oſtenſum Te.com.41. & 51.
K eſt de intellectu Dei in 12. Metaph. Deinde cum dicit.

e ¶Determinat de ſecunda operatione intellectus, quæ eſt cōpoſitio, & diuiſio. Et dicit quod dictio, qua dicit intellectus aliquid de aliquo, ſicut contingit in affirmatione, ſemper eſt aut vera, vel falſa. Sed intellectus nō ſemper eſt verus, aut falſus, quia intellectus eſt incomplexorū, qui neq; verus aut falſus eſt, quantum ad id ꝙ intelligitur. Veritas enim & falſitas conſiſtit in quadam adæquatione, vel comparatione vnius ad alterum, quæ quidem eſt in cōpoſitione vel diuiſione intellectus. Non autem in intelligibili incomplexo. Sed licet ipſum intelligibile incomplexum non ſit neq; verum, neq; falſum: tamen intellectus intelligendo ipſum, verus eſt, inquantū adęquatur rei intellectæ. Et ideo ſubdit. quod intellectus, qui eſt ipſius quid eſt, ſecundum hoc quod aliquid erat eſſe. ſc. ſecūdum quod intelligit quid eſt res, verus eſt ſemper, & non ſecundum ꝙ intelligit aliquid de aliquo. Et huius rationem aſſignat, quia quod quid eſt, eſt primum obiectum intellectus,

vnde

*enim tempus diuiſibile & indiuiſibile eſt, atq; longitudo. Non igitur dicere poteſt quid in vtroq; dimidio intelligebat, non enim eſt ſi non diuidatur, niſi potentia, at cum ſeorſum vtrumq; dimidiorum intelligit; vna etiam tempus diuidit, tūc vero quaſi longitudines, quod ſi vt ex vtriſq;, & in tempore quod in vtriſq;.*

G

*Quod porro non quantitate, ſed ſpecie indiuiſibile eſt, id in tempore indiuiſibili, & indiuiſibili animæ intelligit, per accidens autem, & non quatenus illa diuiſibilia ſunt, quo intelligit & in quo tempore, ſed quatenus indiuiſibilia, nam in his etiam ineſt aliquid indiuiſibile ſed forte nō ſeparabile, quod vnum & tempus & magnitudinem efficit, & hoc peræq;*
H *in omni continuo reperitur; tum tempore, tum longitudine.*

*Punctum autem, omniſq; diuiſio, & quod ita indiuiſibile eſt, ſicut priuatio cognoſcitur, quæ ratio ſimilis eſt in cæteris, ſcilicet quo malum aut nigrum cognoſcit, nam contrario, quodammodo cognoſcit. Oportet autem id quod cognoſcit potentia eſſe, & ineſſe in ipſo. Quod ſi cauſarum alicui nihil eſt contrarium; ipſa ſe-*
I *ipſam cognoſcit, & actus eſt, & ſeparabilis.*

*Eſt autem dictio quidem aliquid de aliquo, quemadmodum affirmatio, eſt quæ vera vel falſa omnis, at intellectus non omnis, ſed qui eſt ipſius quid eſt ex ipſo, quid erat eſſe, & verus eſt, & non aliquid de aliquo, ſed vt viſus proprii verus eſt, an vero*

vndeſicut viſus nunquam decipitur in proprio obiecto, ita neq; intellectus in cognoſcendo quod quid eſt. Nam intellectus nunquam decipitur in cognoſcendo quid eſt homo. Sed ſicut viſus non ſemper verus eſt in iudicando de his, quæ ſunt adiuncta proprio obiecto, puta ſi album eſt homo, vel non, ſic intellectus non ſemper eſt verus in componendo aliquid alicui. Sic enim ſe habẽt in intelligendo ſubſtantiæ ſeparatæ (ſi penitus ſunt ſine materia) ſicut cũ nos intelligimus ꝙ quid eſt: Te.com.27. & ideo in earum intellectu non contingit eſſe falſum. Sciendum tamen eſt, quod in cognoſcẽdo quod quid eſt, contingit eſſe deceptionem per accidens, dupliciter ratione compoſitionis interuenientis. Tex.c.28. Vno modo, prout diffinitio vnius rei eſt falſa ad aliam rem, ſicut diffinitio circuli eſt falſa ad triangulum. Alio modo, put partes diffinitionis non cohærent ſibi inuicẽ, & tunc diffinitio eſt falſa ſimpliciter, vt ſi aliquis ponat in diffinitione alicuius animalis inſenſibile, vnde in illis, in quorum diffinitione nulla eſt Te.com.29. compoſitio, non cõtingit eſſe deceptionem, ſed oportet ea vel intelligere vere, vel nullo modo, vt Lect.13. Tex.c.22. dicitur in 9. Metaphyſicæ. Deinde cum dicit.

f ¶ Reſumit quoddã, quod ſupra dictũ eſt, de intellectu ſecundum actũ, eo ꝙ nunc etiam de actu intellectus locutus eſt, & dicit quod ſciẽtia ſecundum actum eſt idem rei ſcitæ ſecundum actum, & quod ſcientia quę eſt ſecundum potentiam, eſt in vno & eodem prior tempore, ſed vniuerſaliter, neq; eſt tempore prior, quia omnia quæ ſunt in actu, fiunt ex ente in actu: & hoc ſupra expoſitum eſt.

A

videre proprii verum eſt, ſi autem homo, album, aut non: non verum ſemper. Sic autem ſe habent quæcunque ſine materia ſunt.

*hoc album, homo ſit, nec ne, non verum ſemper eſt, ſic ſe habent quæcunq; ſine materia ſunt.*

f Idem autem eſt ſecundum actum ſcientia, rei: quæ vero ſecundum potentiam, tempore prior eſt in vno, omnino autem, neq; tempore: fiunt enim ex actu ente, omnia quæ fiunt.

*Scientia autem quæ actu eſt, idem eſt quod res. ea vero quæ potentia eſt, in vno prior eſt tempore.* Omnino vero ne tempore quidem, cuncta enim quæ fiunt, ex eo ſunt quod actu exiſtit.*

B

*al. l. ſimpliciter.

### LECTIO XII.

a VIdetur autem ſenſibile ex potentia exiſtente ſenſitiuo actu agens. Non enim patitur, neque alteratur. Vnde alia hæc ſpecies motus. Motus enim imperfecti actus. Simpliciter autem actus, alter eſt, qui perfecti.

b Sentire igitur ſimile eſt ipſi dicere ſolum, & intelligere. Cum autem delectabile, aut triſte, vt affirmans aut negans: proſequitur, aut fugit. Et eſt delectari & triſtari, agere ſenſitiua medietate, ad bonum aut malum inquantum talia, & fuga, & appetitus qui ſecundum actum hoc ſunt. Et non eſt alterum, appetitiuum & fugitiuum: neque ab inuicem, neque à ſenſitiuo, ſed eſſe alterum eſt.

c Intellectiuę autẽ animę, phantaſmata vt ſenſibilia ſunt. Cum

### LECTIO XII.

*VIdetur autem ſenſibile ex eo quod eſt potentia, ſenſitiuum actu efficere, non enim patitur nec alteratur. Quamobrem alia eſt hæc motus ſpecies. motus enim, actus erat imperfecti, at vero qui ſimpliciter eſt actus, alius eſt, is ſcilicet qui perfecti eſt.*

C

*Sentire igitur ſimile eſt ipſi dicere ſolum & intelligere, cum autem iucundum aut moleſtum iudicauerit, non ſecus ac ſi affirmaſſet aut negaſſet, perſequitur aut fugit. Atque eſt voluptate aut dolore affici, operari ſenſitiua mediocritate ad bonum aut malum, quatenus talia ſunt, & fuga demum & appetitus qui actu eſt, hoc ſunt, nec diuerſa ſunt appetitiuum & ſenſitiuum neq; inter ſe, neq; à ſenſitiuo, ſed eorum eſſe diuerſum eſt.*

D

*Dianoeticæ autem animæ phantaſmata veluti ſenſibilia ſunt. Cum*

### LECTIO XII.

a POſtquam Philoſophus determinauit de intellectu ſecundũ ſe: hic determinat de intellectu per comparationem ad ſenſum. Et circa hoc duo facit. Primo oſtendit qualis ſit motus ſenſus. Secundo aſſimilat motum intellectus motui ſenſus: ibi, [Sentire quidem igitur.] Dicit ergo primo, quod ſenſibile videtur faciens in actu partem ſenſitiuã, ex eo quod erat in potentia. Non enim ſic agit ſenſibile in ſenſum, ſicut contrarium in ſuum contrarium, vt aliquid ab eo abiiciat, tranſmutando & alterando ipſum, ſed ſolum reducit eum de potentia in actum. Et hoc eſt quod ſubdit, quod ſenſitiuum, neq; patitur, neq; alteratur à ſenſibili, paſſione & alteratione proprie accepta, ſecundum ſcil. quod eſt ex contrario in contrariũ. Et quia motus, q eſt in rebus corporalibus, de quo determinatum eſt in Libro Phyſico. eſt de contrario in contrarium, manifeſtum eſt quod ſentire, ſi dicatur motus, eſt alia ſpecies motus ab ea, de qua determinatũ eſt in libro Phyſico. Ille enim motus eſt actus exiſtentis in potentia, quia videlicet recedens ab vno contrario, quandiu mouetur, nõ attigit alterum contrarium, quod eſt terminus motus, ſed eſt in potentia ad ipſum. Et quia omne ꝙ eſt in potentia, inquantũ huiuſmodi, eſt imperfectum, ideo ille motus eſt actus imperfecti. Sed iſte motus eſt actus perfecti, eſt enim operatio ſenſus iam facti in actu, per ſuã ſpeciem. Non enim ſentire conuenit ſenſui, niſi in actu exiſtenti, & ideo iſte motus ſimpliciter eſt alter à motu Phyſico. Et huiuſmodi motus dicitur proprie operatio, vt ſentire, & intelligere, & velle. Et ſecundum hunc motũ anima mouet ſeipſam, ſecundum Plat. inquanrũ cognoſcit & amat ſeipſam. Deinde cum dicit.

b ¶ Aſſimilat motum intellectus, motui ſenſus. Et circa hoc duo facit. Primo oſtẽdit qualiter procedit motus in ſenſu. Secũdo oſtendit quod ſimiliter procedit in intellectu: ibi, [Intellectiuæ autem.] Dicit ergo primo, quod cũ ſenſibile reducat in actum ſenſitiuum, ſine paſſione & alteratione, ſicut de intellectu ſupra dictum eſt, manifeſtum eſt ex dictis, quod ipſum ſentire eſt ſimile ei quod eſt intelligere, ita tamen quod quãdo eſt ſolum ſentire, id eſt apprehendere & iudicare ſecundum ſenſum: hoc eſt ſimile ei, quod eſt ſolum dicere & intelligere, quãdo ſcil. intellectus iudicat aliquid & apprehendit: quod eſt dicere, quia ſimplex apprehenſio, & iudicium ſenſus aſſimilatur ſpeculationi intellectus. Sed quando ſenſus ſentit aliquid delectabile aut triſte, quaſi affirmans & negans, id ꝙ ſenſu percipitur, eſſe delectabile aut triſte, tunc proſequitur per appetitum, id eſt deſiderat, aut fugit. Et dicit ſignanter [aut affirmans aut negans] qa facere affirmationem & negationem, eſt propriũ intellectus, vt ſupra dictum eſt. Sed ſenſus facit aliquid ſimile huic, quando apprehendit aliquid, vt delectabile & triſte. Te.com.26. Et vt ſciatur quid ſit delectari & triſtari, ſubiungit quod delectari & triſtari eſt agere ſenſitiua medietate, id eſt actio quædam ſenſitiuæ virtutis, quæ dicitur medietas, inquantum ſenſus communis comparatur ad ſenſus proprios, vt quoddam medium, ſicut centrum comparatur ad lineas terminatas ad ipſum. Non autem omnis actio ſenſitiuæ partis eſt delectari & triſtari, ſed quæ eſt reſpectu boni vel mali, inquantum huiuſmodi. Nam bonum ſenſus, ſcil. quod eſt ei conueniens, cauſat delectationem, malum autem quod eſt repugnans & nociuum, cauſat triſtitiam. Et ex hoc quod eſt triſtari vel delectari, ſequuntur E fuga & appetitus, id eſt deſiderium, quæ ſunt ſecundum actũ. Patet igitur quod motus ſenſibilis in ſenſum procedit quaſi triplici gradu. Nam primo apprehendit ipſum ſenſibile, vt conueniens vel nociuum. Secundo ex hoc ſequitur delectatio & triſtitia. Tertio autem ſequitur deſiderium vel fuga. Et quamuis appetere, vel fugere vel ſentire, ſint diuerſi actus, tamen principiũ eorum eſt idem ſubiecto, ſed ratione differt. Et hoc eſt quod ſubiungit, quod appetitiuum & fugitiuum, id eſt pars animæ quæ fugit & deſiderat, non ſunt alteræ ſubiecto, neq; ab inuicem, neque a parte ſenſitiua, ſed eſſe aliud eſt, id eſt differunt ratione. Et hoc dicit contra Platonem, qui ponebat in alia parte corporis organum appetitiui, & in alia organum ſenſitiui. Deinde cum dicit.

c ¶ Aſſimilat proceſſum motus in intellectu, ad id quod dictũ eſt circa ſenſum. Et hic circa hoc duo facit. Primo oſtẽdit quo-

autem bonum aut malum, affirmat aut negat, & fugit aut proſequitur. Propter quod nunquam ſine phantaſmate intelligit anima.

*d* Sicut enim aer pupillam talem facit, ipſa autem alterum: & auditus ſimiliter. Sed vltimum, vnum eſt & vna medietas, eſſe autem ipſi plura: Quo autem diſcernit, quo differt dulce & calidum, dictum eſt quidem & prius, dicendum autem & nunc. Eſt enim aliquid vnum, ſic autē vt terminus. Et hęc in ꝓportionali, aut numero ens vnum habet ſe ad vtrūq; , ſicut illa ad inuicem. Quid enim differt, non homogenea iudicare, aut contraria, vt album & nigrum? Sit igitur, ſicut A, album, ad A, nigrum G ad D. ſicut illa adinuicem, quare & permutatim. ſicut igitur G D vni inſunt, ſic ſe habebunt, ſicut & A B, idem quidem, eſſe autē non idē, & illud ſimiliter. Eadem autem ratio eſt, & ſi A quidem dulce ſit, B vero album.

*e* Species quidem igitur intellectiuum in phantaſmatib. intelligit. Et ſicut in illis determinatū eſt ipſi imitabile & fugiendum, ſic & extra ſenſum, cū in phantaſmatibus fuerint, mouetur. Vt ſentiens quod fugibile eſt, quia ignis, communi cognoſcit, videns id quod mouetur, quoniā impugnans eſt. Aliquando autem iis quæ ſunt in anima phantaſmatib. aut intellectibus, tanquam videns ratiocinatur, & deliberat futura aut præſentia. Et cum dixerit eſſe ibi lætum aut triſte, tunc fugit, aut imitatur.

*autem bonum aut malum affirmauerit vel negauerit, tunc fugit aut proſequitur. Quapropter nunquam anima ſine phantaſmate intelligit.*

*Quemadmodum autem aer pupillam talem fecit: ipſa vero aliud, ſic etiam auditus, extremum autem v-*
G *num eſt, & vna mediocritas, eſſe autem eſt ipſi plura. quo autem iudicat, qua ratione differat dulce ab albo, & ſuperius dictum eſt, & dicendum etiam eſt, ſic eſt enim vnum quidpiam, & ita vnum, vt terminus. Et hæc vnū ſunt proportione, & numero quem habet ad vtrunq; , vt illa inter ſeſe, quid enim refert dubitare, quomodo ea quæ eiuſdem generis ſunt, iudicet, aut contraria, vt album ac nigrum, ſit igitur vt A, quod eſt album ad B, quod eſt nigrum, C, ad D, vt illa inter ſe, quare etiam commutato or-*
H *dine. Si igitur C, D, vnum ſunt, ita ſe habebunt, ſicut & A, B, idem ſcilicet, & vnum, eſſe vero non idem, & illud ſimiliter. Eadem ratio eſt, ſi A, quidem dulce ſit, B vero album.*

*Intellectum igitur ſpecies in phantaſmatibus intelligit. Et quemadmodū in illis præfinitum eſt ipſi quid perſequendum, quidq; fugiendum ſit, ita etiam extra ſenſum, cū in phantaſmatibus fuerit, mouetur, vt ſentiens facem ignem eſſe communi cognoſcit videns eam moueri, hoſtilem*
I *eſſe. Aliquando autem iis quæ ſunt in anima phantaſmatibus, aut mentis conceptibus quaſi videns ratiocinatur, & conſultat de futuris ad præſentia reſpiciens. Et cum dixerit ibi eſſe rem iucundam aut moleſtam, tum fugit aut perſequitur.*

quomodo habet ſe circa ſenſibilia. Secundo quomodo ſe habet ad ea quæ ſunt à ſenſibilibus ſeparata: ibi, [Abſtractione autem.] Circa primum duo facit. Primo oſtendit quomodo intellectus ſe habet circa ſenſibilia in agendo. Secundo comparat intellectum actiuum ad ſpeculatiuum: ibi, [Et omnino
*Te.com. 30.* in actione.] Circa primū duo facit. Primo aſſimilat proceſſum intellectus, proceſſui ſenſus. Secundo manifeſtat ſimilitudinē: ibi, [Sicut enim aer.]
*Te.com. 31.* Dicit ergo primo, ꝙ phantaſmata ſe habent ad intellectiuā partem animæ, ſicut ſenſibilia ad ſenſum. Vnde ſicut ſenſus mouetur à ſenſibilibus, ita intellectus à phātaſmatib.
*Tex. c. 32.* Et ſicut cū ſenſus apprehendit aliquid, ſicut delectabile vel triſte, proſequitur illud, aut fugit, ita etiam cum intellectus apprehēdit aliquid, affirmans vel negans eſſe bonū vel malū, fugit aut proſequitur. Ex ipſo autē modo loquendi Ariſt. duplex eſt attēdenda differētia inter intellectū & ſenſum, quia in ſenſu erant tria. Nā ex apprehenſione boni vel mali, nō ſtatim ſequebatur deſideriū
*Te.com. 33.* vel fuga, ſicut hic circa intellectū, ſed ſequebatur delectatio & triſtitia, & ex hoc vlterius deſiderium & fuga. Cuius ratio eſt, quia ſicut ſenſus non apprehendit bonum vniuerſale, ita appetitus ſenſitiuæ partis non mouetur a bono vel malo vniuerſali, ſed à quodā determinato bono, ꝙ eſt delectabile ſecundū ſenſum, & quodam de-
*Te.com. 34.* terminato malo, ꝙ eſt cōtriſtans ſecundū ſenſum. In parte autē intellectiua eſt apprehēſio boni & mali vniuerſalis, vnde & appetitus intellectiuæ partis mouetur ſtatim ex bono vel malo apprehenſo. Secūda differentia eſt, ꝙ de intellectu dicit ſimpliciter ꝙ affirmat vel negat, ſed de ſenſu ꝙ quaſi affirmat vel negat. Cuius ratio ex dictis patet. Ex hoc autem quod dixerat, concludit vlterius, ꝙ ſi phantaſmata ſe habent ad animā intellectiuā, ſicut ſenſibile ad ſenſum, ſicut ſenſus non poteſt ſentire ſine ſenſibili, ita anima non poteſt intelligere ſine phantaſmate. Deinde cū dicit.
*d* ¶ Manifeſtat ſimilitudinem poſitam. Et primo quantum ad hoc quod dixit, quod intellectiuæ animæ phantaſmata ſunt vt ſenſibilia. Secundo quantum ad hoc quod dixit, quod cum bonum aut malum affirmat aut negat, fugit aut proſequitur: ibi, [Species quidem igitur.] Dicit ergo, quod aer immutatus à colore, facit pupillam huiuſmodi, id eſt facit eam aliqualem, imprimens in eam ſpeciē coloris, & ipſa, ſc. pupilla ſic immutata immutat alterum, ſc. ſenſum communem, & ſimiliter auditus immutatus ab aere immutat ſenſum communem. Et licet ſenſus exteriores ſint plures, tamen vltimum ad quod terminantur immutationes horum ſenſuum, eſt vnum, quia eſt quaſi quædam medietas vna inter omnes ſenſus, ſicut centrū ad quod terminantur omnes lineæ, quaſi ad vnum mediū. Et quis ſit vnum ſubiecto illud medium omniū ſenſuum, tamē eſſe ipſis eſt plura, id eſt ratio ipſius diuerſifica-
*Lect. I.* tur, ſecundum quod ad diuerſos ſenſus cōparatur. Et hoc eſt
*Tex. c. 134.* quo diſcernit aīa, in quo differat dulce & calidū, de quo dictū
F eſt prius, cum de ipſo ſecundū ſe agebatur, & nunc etiam dicendū eſt de ipſo per cōparationem ad intellectū, quia eſt aliquid vnum reſpectu omniū ſenſibilium, ſicut intellectus eſt terminus omniū phātaſmatū. Et ſicut ex parte illa erāt plura, q̄ diiudicabātur ab vno, ita & hic ex parte intellectus ſe habēt in quodā modo ꝓportionabiliter reſpōdet vni diiudicanti circa ſenſibilia, aut etiā eſt ſimilitudo quantūad numerū diiudicatorū. Iſte n. inquantum terminus q̄ eſt intellectus ens vnū ſe habet ad vtraq; inter q̄ diſcernit, ſicut illa ſe habebāt adinuicē, id eſt ſicut ſe habebat vnus ſenſus cōmunis ad diuerſa ſenſibilia, inter quæ diſcernebat. Et non differt ſi accipiamus cauſa exempli vel non homogenea, id eſt diuerſa ſenſibilia nō vnius generis, ſicut albū ꝙ eſt in genere coloris, & dulce ꝙ eſt in genere saporis: inter quæ ſenſus communis diſcernit: aut ſi accipiamus contraria, vt albū & nigrū, quæ ſunt vnius generis, q a inter vtraque ſenſus cōmunis diſcernit. Accipiamus ergo A loco albi, & B loco nigri, vt ſic ſe habeat A album, ad B nigrū, ſicut G ad D id eſt ſicut phantaſia albi, ad phantaſiam nigri, quare & ſecundū permutationē ꝓportionū A ſe habet ad G ſicut B ad D, id eſt albū ad phātaſma albi, ſicut nigrū ad phātaſma nigri, & ſic ſe habet intellectus ad G & ad D ſcil. ad phantāſma albi & nigri, ſicut ſe habet ſenſus ad A & B, id eſt ad albū & nigrum. Si igitur G & D, id eſt phātaſmata albi & nigri ſunt inexiſtentia vni, id eſt iudicantur ab vno intellectu, ſic ſe habebūt, ſicut A & B, id eſt albū & nigrū, q̄ iudicantur ab vno ſenſu. Ita ꝙ ſicut ſenſus diiudicans hæc duo, erat vnū ſubſtituto, differens ratione, ita erit de intellectu. Et eadē ratio eſt, ſi accipiamus non homogenea, vt ſcil. A ſit dulce, & B ſit album. Deinde cum dicit.
*e* ¶ Manifeſtat quod dixerat ſupra, quod cum intellectu affirmat vel negat bonū aut malum, fugit aut proſequitur, concludens ex prædictis, quod pars animæ intellectiua intelligit ſpecies à phātaſmatib. abſtractas. Et ſicut intellectui determinatur aliqd imitabile & fugiendū, in illis, ſc. in ſenſibilibus, cū
K præſentia fuerint, ita & modo ad imitandū vel fugiendū cū fiunt in phantaſmatib. extra ſenſum, id eſt cūm repręſentantur phantaſmata in abſentia ſenſibiliū. Et ponit exemplū de vtroq;. Et primo quando mouetur ad præſentiam ſenſibiliū, ſicut homo ſentiēs aliquid ꝙ fugiendū eſt, id eſt aliquid terribile, puta fremitū aliquem, ſicut cū videt ꝙ ignis eſt accenſus in ciuitate, videns ignē moueri cognoſcit [cōmuni,] id eſt aliqua potētia cōmuni diiudicatiua, vel [cōmuni,] id eſt ab eoꝙ cōmuniter accidere ſolet, cognoſcit inq̄, quoniā ſunt p̄lia, vel quoniā eſt aliqd pugnās, & ſic mouetur aliquando intellectu, ad fugiendū vel imitandū ex ſenſibili p̄ſente. Aliquādo aūt et phātaſmatibus, aut intelligibilib. q̄ ſunt in anima, raciocinatur & deliberat futura aut præſentia, tanq̄ ſi actu videret. Et cum iudicat aliquid eſſe lætū vel triſte, fugit hoc aut imitatur, vt ibi quādo mouebatur à præſenti ſenſibili. Deinde cū dicit.

*f* ¶ Com-

ſEt omnino in actione, & quod ſine actione eſt verum & falſum in eodem genere eſt cum bono & malo. Sed in eo quod ſimpliciter differt & quodam.

*g* Abſtractione autẽ dicta intelligit, ſicut ſimum, quatenus ſimum non ſeparate, inquantum autem curuum, ſi intellexit actu B ſine carne intellexit, in qua curuum eſt: ſic mathematica, non ſeparata, tamquã ſi ſeparata ſint, intelligit, cum intelligat illa. Omnino autem intellectus ſecundum actum intelligens res, eſt ipſe.

*h* Vtrum autem contingit aliquod ſeparatorum intelligere, ipſum exiſtentem non ſeparatũ à magnitudine, an non, conſiderandum poſterius.

*Et omnino in actione verſatur. Quin etiam verum & falſum quæ ſine actione ſunt, in eodem ſunt genere quo bonum & malum, ſed ipſo ſimpliciter differunt, & aliquo.*

*Quæ vero in abſtractione vocantur intelligi, perinde quaſi ſimũ, quatenus quidem ſimum, nõ ſeparate, quatenus vero curuum, ſi quid actu intelligeret, ſine carne intelligeret, in qua curuum eſt, ſic mathematica quamuis non ſeparata, veluti ſeparata intelligit, cum illa intelligit. Omnino intellectus qui actu intelligit, eſt res ipſa.*

*An vero fieri poßit vt ipſe à magnitudine non ſeparatus, ſeparatorum aliquod intelligat, nec ne, poſt conſiderandum eſt.*

## LECTIO XIII. C

*a* NVncautẽ de anima dicta recapitulantes, dicamus iterũ, quod omnia ea quæ ſunt, quodammodo eſt anima: aut enim ſenſibilia quæ ſunt: aut intelligibilia. Eſt autem ſcientia quidem, ſcibilia quodammodo, ſenſus autem ſenſibilia. Qualiter autem hæc ſint oportet inquirere: ſecatur enim ſcientia & ſenſus in res: quæ quidem potentia eſt, in ea quæ ſunt potentia: quæ vero actu, in ea quæ ſunt actu. D Animæ autem ſenſitiuum, & quod ſcire poteſt, potentia hæc ſunt: hoc quidem ſcibile, illud vero ſenſibile.

## LECTIO XIII.

*NVnc quæ de anima dicta ſunt, in pauca conferamus, rurſuſque dicamus, animam eſſe quodammodo omnia ea quæ ſunt. Cuncta enim quæ ſunt, aut ſenſibilia ſunt, aut intelligibiliã, ac ſcientia quidem eſt quodãmodo ſcibilia, ſenſus autẽ ſenſibilia. Quod quomodo ſe habeat, quærendum eſt. ſecatur igitur ſcientia & ſenſus in res, quæ potentia eſt, in ea quæ ſunt potentia; quæ actu, in ea quæ ſunt actu, ſenſitiuum autem animæ & ſcientiale, potentia hæc ſunt, alterum ſcibile, alterum ſenſibile.*

*f* ¶ Comparat cognitionem intellectus practici & ſpeculatiui, dicens, [ ꝙ verum & falſum, ] i. vera & falſa cognitio intellect⁹ [in actione, ] i. ſecũdum quod pertinet ad intellectum practicum [& ſine actione] id eſt ſecundum quod pertinet ad intellectum ſpeculatiuũ, eſt in eodem genere, ſiue illud genus ſit bonum ſiue malum. Qđ poteſt dupliciter intelligi. Vno modo ſic, ꝙ res intellecta vel practice, vel ſpeculatiue,
Tex. c. 35. quãdoq; ẽ bona quadoq; ẽ mala. Neq; diuerſificatur pp hoc genus rei, ꝙ conſideratur ſpeculatiue vel practice. Alio mõ põt intelligi, quod ipſa cognitio vera, eſt quoddam bonum intellectus ſiue ſpeculatiui, ſiue practici. Et ipſa cognitio fal-
Te. com. 36. ſa, eſt quoddã malũ intellectus, ſiue ſpeculatiui, ſiue practici. Non ergo intendit comparare verum & falſum, bono & malo ſecundum conueniẽtiam generis, ſed verum & falſum quod eſt in actione, vero & falſo quod eſt ſine actione. Et hoc patet ex differentia quam
Tex. cõ. 37. ſubdit dicens, quod differt ſ. quod eſt in actione, & quod eſt ſine actiõe in eo qđ eſt ſimpliciter, & quodam. Nam intellectus ſpeculatiuus conſiderat aliquod verum eſſe, vel falſum in vniuerſali,
Tex. cõ. 38. quod eſt conſiderare ſimpliciter: intellectus autem practicus applicando ad particulare operabile, quia operatio in particularibus eſt. Deinde cum dicit.

*g* ¶ Quia dixerat Philoſophus, quod nequaquam ſine phantaſmate intelligit anima, phantaſmata aũt à ſenſu accipiuntur, vult oſtendere qũo intellectus noſter intelligit ea, quæ ſunt à ſenſibus ſeparata. Et circa hoc duo facit. Primo oſtendit qũo intelligit mathematica, quæ à materia ſenſibili abſtrahuntur. Secundo inquirit, vtrum intelligat ea, quæ ſunt ſecundũ eſſe à materia ſeparata, ibi, [Vtrum autem contingat.] Circa primum conſiderandum eſt, ꝙ eorum quæ ſunt in reb. coniũcta contingit vnũ ſine altero intelligi & vere, dummodo vnum eorum non ſit in rõne alterius. Si n. Socrates ſit muſicus & albus, poſſum intelligere albedinem, nihil de muſica intelligendo. Non autem poſſum intelligere hominem nihil intelligendo de aĩali, quia aĩal eſt in rõne hominis. Sic ergo ſeparando ſecundũ intellectũ quæ sũt E ſecundum rem coniuncta, modo prædicto, non contingit falſitas. Si autem intellectus intelligat, ea quæ ſunt coniuncta, eẽ ſeparata, eſſet intellectus falſus, vtputa ſi in prędicto exemplo, diceret muſicum non eſſe album: ea vero quæ ſunt in ſenſibilibus abſtrahit intellectus, nõ quidẽ intelligens ea eſſe ſeparata, ſed ſeparatim vel ſeorſum ea intelligẽs. Et hoc eſt ꝙ dicit quod intellectus intelligit ea quæ ſunt dicta per abſtractionẽ, i. mathematica, hoc mõ, ſicut dum intelligit ſimũ ſecundum ꝙ eſt ſimum, non intelligit ſeparate, i. ſeorſum ſimũ à materia ſenſibili, quia materia ſenſibilis, ſ. naſus cadit in diffinitione ſimi. Si autem intellectus intelligit aliquid in actu, inquantum eſt curuum, ſine carne intelligit inquantũ eſt curuũ. Non quidẽ ita, ꝙ intelligat curuum eſſe ſine carne, ſed quia intelligit curuum, non intelligendo carnẽ. Et hoc iõ, quia caro non ponitur in diffinitione curui. Et ſic intellect⁹ intelligit oĩa mathemati- A ca ſeparata, tamq̃ ſi eſſent ſeparata, quamuis non ſint ſeparata ſecundum rem. Non autem ſic intelligit naturalia, quia in diffinitione naturalium ponitur materia ſenſibilis, non aũt in diffinitione mathematicorũ. Abſtrahit tamen circa naturalia intellectus, vniuerſale à particulari ſimili mõ, inquantum intelligit naturam ſpẽi ſine principiis indiuiduantib. quæ non cadunt in diffinitione ſpẽi. Et omnino intellectus in actu eſt res intellecta, quia ſicut res in ſui rõne habent materiam, vel non habent, ſic ab intellectu percipiuntur. Et quia hũc modum abſtractionis Plato non conſiderauit, coactus fuit ponere mathematica, & ſpecies ſeparatas, loco cuius ad prædictam abſtractionem faciendam Ariſt. poſuit intellectum agentem. Deinde cum dicit.

*h* ¶ Mouet quæſtionem de his quæ ſunt ſeparata à materia ſecundum eſſe dicens, quod poſterius conſiderandum erit, vtrũ contingat intellectum noſtrum non ſeparatum à magnitudine, i. à corpore, intelligere aliquid ſeparatorum, id eſt aliquam ſubſtantiam ſeparatam. Hæc enim quæſtio hic determinari non potuit, quia nondum erat manifeſtum, eſſe aliquas ſubſtantias ſeparatas, nec quæ, vel quales ſint. Vnde hæc quæſtio pertinet ad Metaphyſicum, non tamen inuenitur ab Ariſt. ſoluta, quia complementum illius ſcientiæ nondum ad nos peruenit, vel quia nondum eſt totus liber translatus, vel quia forte præoccupatus morte, non compleuit. Conſiderandum tamen eſt, quod intellectum hic dicit non ſeparatum à corpore, inquantum eſt potentia quædam animæ quæ eſt actus corporis. Supra tamen dixit eum à corpore ſeparatum, quia non habet aliquod organum deputatum ſuæ operationi.

## LECTIO XIII.

*a* POſtquã Philoſophus determinauit de ſenſu & intellectu: Nunc per ea quæ de vtraque dicta ſunt, oſtendit quid de natura animæ ſit ſentiendũ. Et diuiditur in partes duas. In prima oſtendit, quod natura animę eſt quodammodo ſicut antiqui credebant, & quodammodo aliter. In ſecunda oſtendit dependentiam intellectus à ſenſu, ibi, [ Quoniam autem neque res.] Circa primũ duo facit. Primo oſtendit, quod anima quodammodo eſt omnia, ſicut antiqui dixerunt. Secundo dicit quod aliter eſt omnia quam illi dixerunt, ibi, [ Neceſſe eſt autem. ] Dicit ergo primo ꝙ nunc recapitulãtes quę dicta ſunt de anima, vt ex his propoſitum oſtendamus, dicamus ꝙ omnia quodãmodo eſt anima. Omnia n. quę ſunt, aut ſunt ſenſibilia aut intelligibilia: anima aũt eſt quodammodo omnia ſenſibilia, & intelligibilia; quia in anima eſt ſenſus, & intellect⁹ ſiue ſcientia: ſenſus aũt eſt quodammodo ipſa ſenſibilia, & intellect⁹ intelligibilia, ſiue ſcientia, ſcibilia. Et qualiter hoc ſit oportet inquirere. Senſus n. & ſcientiæ diuiduntur in res, i. diuiduntur in actum & potentiam, quemadmodum & res, ita tamen

*b* Neceſſe eſt autem, aut ipſa, aut ſpecies eſſe. Ipſa quidem igit̃ non ſunt, non n. lapis in anima eſt, ſed ſpecies. Quare aīa ſicut manus eſt. Manus n. organum organorum, & intellectus, ſpecies ſpecierũ, & ſenſus ſpecies ſenſibiliũ.

*c* Quoniam autem res nulla eſt G præter magnitudines, ſicut videtur, ſenſibiles, ſeparata in ſpeciebus ſenſibilibus intelligibilia ſunt, & quæ abſtractione dicuntur, & quæcunque ſenſibilium habitus ſunt & paſſiones. Et ob hoc nihil ſentiens, nihil vtique addiſcet, neque intelliget. Sed cum ſpeculetur, neceſſe ſimul phantaſma aliquod ſpeculari. Phantaſmata enim ſicut ſenſibilia ſunt præterquam quod ſunt ſine materia.

*d* Eſt autem phantaſia alterum H à dictione, & negatione. Complexio enim intellectuum eſt verum, aut falſum.

*e* Primi autẽ intellectus quo different vt non phantaſmata ſint? An neque hi phantaſmata, ſed non ſine phantaſmatibus.

*LECTIO XIIII.*

*a* QVoniam autem anima ſecundum duas diffinita eſt potentias, quæ animalium eſt, & diſcretio, quod intelligentiæ opus ē, & ſenſus, & adhuc in mo- I uendo ſecundum locum motũ, de ſenſu quidẽ & intellectu determinata ſint tanta. De mouẽte autem quid forte ſit animæ, ſpeculandum eſt, vtrũ vna quædã pars ipſius ſit ſeparabilis aut magnitudine, aut ratione, aut omnis anima. Et ſi pars aliqua, vtrum propria quædam ſit præter conſuetas dici, & dictas, aut harum vna aliqua ſit.

*Neceſſe eſt autem, vel ipſa eſſe, vel ſpecies, at ipſa quidem nequaquam; nõ n. lapis in anima eſt, ſed ſpecies, itaque anima quaſi manus eſt, nam manus inſtrumentum eſt inſtrumentorũ, & intellectus quoque ſpecies ſpecierum, & ſenſus ſpecies ſenſibilium.*

** Quoniam autem nulla res, vt videtur, eſt præter ſenſibiles magnitudines, ſeparata in ſpeciebus ſenſibilibus intelligibilia ſunt, tum quæ in abſtractione vocãtur, tum quæcumque ſenſibilium habitus & paſsiones ſunt, quamobrem ſi non ſentiat, nihil diſcernere aut intelligere poterit: & cum ſpeculatur, neceſſe eſt vna cum phantaſmate ſpeculari, phantaſmata enim ſicut ſenſibilia ſunt, niſi quod ſine materia ſunt.*

*Porro autem phantaſia aliud eſt à dictione, & negatione, nam verum vel falſum connexio eſt mentis conceptuum.*

*At vero primi conceptus quo different vt non phantaſmata ſint an ne?* reliqua quidem phantaſmata ſunt, attamen non ſine phantaſmatibus.*

LECTIO XIIII.

*QVoniam autẽ animalium anima duabus deſinita eſt potentiis, tum ea quæ iudicat, (quod dianœæ, & ſenſus officium eſt) tum ea quæ monet motu loci; de ſenſu quidem & intellectu tot expoſita ſint. De ea autem quod mouet, quid tandem ſit animæ, conſiderandum eſt: Vtrum vna quædã ſit eius pars, aut magnitudine aut ratione ſeparabilis, an tota anima: & ſi pars aliqua, vtrum peculiaris quædã, præter eas quæ dici ſolent, & quæ dictæ ſunt, an earum vna quædam.*

F quod ſcientia & ſenſus q̃ ſunt in potentia ad ſenſibilia & ſcibilia, ſe habent ad ſcibilia & ſenſibilia, quę ſunt in potẽtia, ſcientia vero & ſenſus quæ ſunt in actu, ordinantur in ſenſibilia, & ſcibilia, quæ ſunt in actu, ſed tamen diuerſimode. Nam ſenſus in actu, & ſcientia, vel intellectus in actu, ſunt ſcibilia & ſenſibilia in actu. Sed potentia animæ ſenſitiuæ, & id quod ſcire poteſt. i. potentia intellectiua, non eſt ipſum ſenſibile, vel ſcibile, ſed eſt in potentia ad ipſa. Senſitiuũ quidem ad ſenſibile, quod autem ſcire poteſt, ad ſcibile. Re- *Tex. cō. 39.* linquitur igitur quod anima quodammodo ſit omnia. Deinde cum dicit.

*b* ¶ Oſtendit, quod alio modo eſt omnia, quam antiqui ponerent, & dicit quod ſi anima eſt omnia, neceſſe eſt quod ſit vel ipſæ res ſcibiles, & ſenſibiles, ſicut Empedocles poſuit, q̃ terra terram cognoſcimus, & aqua aquam, & ſic de aliis, aut ſit ſpecies ipſorum. Non autem anima eſt ipſa res, ſicut illi poſuerunt, quia lapis non eſt in anima, ſed ſpecies lapidis. Et per hunc modum dicitur intellectus in actu, eſſe ipſum intellectum in actu, inquantum ſpecies intellecti eſt ſpecies intellectus in actu. Ex quo patet ꝙ anima aſſimilatur ma- *Tex. cō. 40.* nui. Manus enim eſt organum organorũ, quia manus datæ ſũt hōi loco omniũ organorũ, quæ data ſunt aliis animalibus ad defenſionem, vel impugnationem vel cooperimentum. Omnia enim hæc homo ſibi manu præparat. Et ſimiliter anima data eſt homini loco oīum formarum, vt ſit homo quodammodo totum ens, in quantum ſecundum animam eſt quodammodo omnia, prout eius anima eſt receptiua oīum formarum. Nã intellectus eſt quędam potentia receptiua omnium formarum intelligibiliũ, & ſenſus eſt quædã potẽtia receptiua omnium formarũ ſenſibiliũ. Deinde cum dicit. K

*c* ¶ Quia dixerat, quod intellectus eſt quodammodo intelligibilis, ſicut ſenſus ſenſibilis, poſſet aliquis credere quod intellectus non dependeret à ſenſu. Et hoc quidem verum eſſet, ſi intelligibilia noſtri intellectus eſſent à ſenſibilib. ſeparata ſecundum eſſe, vt Platonici poſuerunt. Et ideo hic oſtendit, ꝙ intellectus indiget ſenſu. Et poſtmodum quod intellectus differt à phantaſia, quę etiã à ſenſu depẽdet, ibi, [Eſt aũt phantaſma.] Dicit ergo primo, ꝙ quia nulla res intellecta à nobis, eſt ꝑter magnitudines ſenſibiles quaſi ab eis ſeparata ſecũdũ eſſe, ſicut ſenſibilia videntur abinuicem ſeparata, neceſſe eſt, quod ĩtelligibilia intellect⁹ noſtri ſint in ſpecieb. ſecũdũ eſſe, tã illa q̃ dicuntur per abſtractionẽ ſ. mathematica, q̃ naturalia quæ ſũt habitus & paſſiones ſenſibilium. Et ꝑꝑ hoc ſine ſenſu non pōt aliquis hō addiſcere, quaſi de nouo acquirens ſcientiã, neque intelligere, quaſi vtens ſciẽtia habita. Sed oportet cũ aliqs ſpeculatur in actu, ꝙ ſimul formet ſibi aliquod phantaſma. Phantaſmata n. ſunt ſimilitudines ſenſibilium. Sed in hoc differunt ab eis, quia ſunt ꝑter materiam. Nam ſenſus ē ſuſceptiuus ſpecierum ſine materia, vt ſupra dictum eſt. Phantaſia aũt ē motus factus à ſenſu ſecundum actum. Patet aũt ex hoc falſum *Secundo. Tex. c. 121.* eſſe ꝙ Auicenna ponit, quod intellectus non indiget ſenſu, poſtquam acquiſiuit ſcientiam. Manifeſtũ eſt n. ꝙ poſtquam aliquis acquiſiuit habitum ſciæ, neceſſe eſt ad hoc quod ſpeculetur quod vtatur phãtaſmate, & ꝑpter hoc per læſionem organi impeditur viſus ſcientiæ iam acquiſitæ. Deinde cum dicit.

*d* ¶ Oſtendit differentiam inter phantaſiam & intellectum. Et primo quantum ad operationem communem intellectus, quæ eſt compoſitio & diuiſio, dicens quod phantaſia eſt alterum ab affirmatione vel negatione intellect⁹, quia in complexione intelligibilium iam eſt verum & falſum quod non eſt in phantaſia. Nam cognoſcere verum & falſum eſt ſolius intellectus. Secundo ibi.

*e* ¶ Inquirit, in quo differãt primi intellectus. i. intelligentiæ indiuiſibilium, cum non ſint phantaſmata. Et reſpondet quod non ſunt ſine phantaſmatibus; ſed tamẽ non ſunt phãtaſmata, quia phantaſmata ſunt ſimilitudines particularium: intellecta autem ſunt vniuerſalia ab indiuiduantib. conditionibus abſtracta, vnde phantaſmata ſunt indiuiſibilia in potentia, & non in actu.

**Structura verborũ græcorum ambigua ē, ita que ex ſimplici ſententia ſic vertendum eſt.*

*LECTIO XIIII.*

*a* POſtquam Philoſophus determinauit de partibus animæ, vegetatiua, ſenſitiua, & intellectiua. Nunc quarto determinat de parte animæ motiua. Et diuiditur in partes duas. In prima dicit de quo eſt intentio. In ſecunda proſequitur, ibi, [ Habet autem dubitationem. ] Dicit ergo primo, quod quia anima quæ eſt animalium, diffinita eſt etiam ab antiquis Philoſophis ſecundum duas potentias; id eſt ſecundum quod habet potentiam ad duo, quorum vnum eſt diſcretio, quæ fit per cognitionem, quę quidem diſcretio opus eſt intellectiuæ & ſenſitiuæ partis, aliud aũt eſt mouere ſecundum locum de ſenſu & intellectu ſunt tanta determinata, quanta in prioribus habita ſunt. Sed nunc ſpeculandũ eſt de alia parte, ſ. principio mouẽte, quid animæ ſit. Vtrũ ſ. ſit aliqua pars animæ ſeparabilis ab aliis, vel magnitudine, i. ſubiecto, ita quod habeat diſtinctum locum in corpore, ab aliis potentiis, ſicut Platonici poſuerunt; vel ſit ſeparabilis ab aliis animæ partibus ratione tantum. Aut non ſit pars animæ, ſed ſit tota anima. Et dato quod ſit aliqua pars animæ, remanet conſiderandum, vtrum ſit quædam alia pars aīæ præter illas quæ conſueuerunt dici, & præter eas quæ à nobis dictæ ſunt, aut eſt vna earum. Deinde cum dicit.

*b* ¶ Proſu.

A

*b* ¶ Proſequitur ſuam intentionem. Et primo per modū diſputationis, Sc̄do per modum determinationis, ibi, [Videntur aūt hæc duo.] Circa primum duo facit. Primo diſputat contra diſtinctionem potentiarū animæ. Secundo ſpecialiter circa principium motus, quæ pars animę ſit, ibi, [Sed de motu ſecundū locum.] Circa primū duo facit. Primo recitat diuiſionem potentiarum animæ, quam quidam ponebant. Secundo diſputat contra eas, ibi, [Secundū enim differentias.] Dicit ergo primo, ꝙ mox in principio huius inquiſitionis habet dubitationē quō oporteat diſtinguere partes animæ, & quot ſunt, quia ſecūdum aliquē modum videntur infinitæ eſſe, i. non poſſe comprehendi ſub aliquo certo numero. Et hoc verū eſſet, ſi ſingulis operib. animæ & motibus, quæ ſunt ab anima, neceſſe eſſet attribuere diuerſas partes animæ, & ſic videtur quod nō ſint ſolum illæ partes, quas quidam determināt, ſ. rationalem, iraſcibilem, appetitiuam, i. concupiſcibilem. Hæc quidem diuiſio non comprehendit oēs animæ partes, ſed ſolum vires motiuas in homine. Alii aūt diſtinguunt animæ vires, per rationem habentem, & irrationabilem. Sed hæc quidem diuiſio licet ſecundum aliquem modum cōprehendat animę partes omnes, non tamen eſt propria diuiſio partium animę, ſecundum quod ſunt animæ partes, ſed forte ſolum ſecundum quod ſunt in anima rationem habente, & ſic vtitur ea Ariſt. in 1. Ethicorum. Deinde cum dicit.

*Tex. cō. 41.*

*Tex. cō. 42.*

*Lect. 20.*

*c* ¶ Obiicit contra prædictas diuiſiones multipliciter. Prima obiectio eſt, quod ſi iſtę differentię ſecundū quas diuerſificant aliquæ partes animæ, ſufficiunt ad diuerſitatem in partibus animæ conſtituendam, inueniūtur aliæ partes maiorem differentiam habentes adinuicem, quam illæ quæ dictæ ſunt, de quibus etiam in hoc libro dictum eſt. Pars n. vegetatiua eſt in plātis, & in omnibus animalibus, ſiue in omnibus viuentibus, & ſenſitiua etiam eſt in omnibus animalibus. & manifeſtum eſt quod vegetatiua & ſenſitiua plus differunt abinuicem, & à rationali, & concupiſcibili, & iraſcibili, quam iraſcibilis differat à concupiſcibili, & tamen iſtæ duæ potentiæ non comprehenduntur ſub illis diuiſionibus. Et quod non comprehendantur ſub prima diuiſione manifeſtum eſt. Patet n. quod neq; vegetatiua neque ſenſitiua poteſt dici eſſe rōnabilis, vel concupiſcibilis, vel iraſcibilis. Vnde hoc prætermiſſo probat ꝙ hæc non comprehendantur ſub ſecunda diuiſione, dicens quod non de facili poteſt aliquis vel vegetatiuam vel ſenſitiuam ponere vel irrationalem vel rationem habentem. Et quidem ꝙ neutra harum habeat rationem, manifeſtum eſt. Sed quod neq; etiam aliqua earum ſit irrationabilis, ex hoc manifeſtum eſſe pōt, ꝗa irrationabile eſt, vel quod eſt contrarium rationi, vel quod eſt natum habere rōnem, & nō habet, quorum neutrum cōtingit dictis partibus. Si n. diceret tantum negationem rationis, non poſſet poni genus potentiarum animæ. Vnde manifeſtum videtur quod præmiſſæ diuiſiones potentiarum animæ ſint inconuenientes. Secundam rationem ad idem ponit ibi.

*d* ¶ Dicens, quod pars animę phantaſtica, quæ ſc̄dm rationē ab omnibus aliis differt, habet multam dubitationē, cū qua prædictarum potentiarum debeat eſſe eadem vel altera, & præcipue ſi aliquis ponat partes animæ ſeparatas ſubiecto, ſicut aliqui ponebant. Tertiam rationem ponit ibi.

*e* ¶ Dicens, ꝙ vis etiam appetitiua videtur eſſe altera ratione & potentia ab omnibus partibus animæ. Et ſi ſecundū prædictā diuiſionem, partes animæ ſubiecto diſtinguantur in rationalem & irrationalem [inconueniens videbitur ſequeſtrare] i. diuidere appetitiuam in duas partes ſubiecto differentes: & tamen hoc oportebit, ſi quis dicat rationale & irrationale partes animæ ſubiecto diſtinctas, quia quædam appetitiua eſt in parte rationabili, i. voluntas, quædam in parte irrationabili, ſ. iraſcibilis & concupiſcibilis. Et ſi quis diſtinguat partes animæ in tres ſubiecto diſtinctas, ſ. rationalem, irrationalem & iraſcibilem, ſequetur quod in vnaquaque earum erit appetitus. In rationabili n. eſt voluntas, vt dictū eſt. Iraſcibili ineſt appetitus, & ſimiliter cōcupiſcibili. Erunt igitur tres appetitus in anima ſubiecto differentes, ſecundum prædictam diuiſionem. Sed quæritur quare in appetitu ſenſitiuo ſunt duæ potentiæ appetitiuæ, ſcilicet iraſcibilis, & concupiſcibilis. In appetitu autem rationali eſt vnus appetitus tantum, ſ. voluntas. Et dicendum eſt quod potentiæ diſtinguuntur ſecun-

D

dum rationes obiectorum, obiectum autē appetitiuæ eſt bonum apprehenſum. Alio autem modo apprehēdit bonum intellectus & ſenſus. Nam intellectus apprehendit bonum ſecūdum vniuerſalem rationē boni, ſenſus aūt apprehendit ſub determinata ratione boni. Et ideo appetitus qui ſequitur apprehenſionem intellectus, eſt vnus tantum. Appetitus aūt qui ſequuntur apprehenſionem ſenſus, diſtinguuntur ſecundum diuerſam rōnem boni apprehenſi. Nā aliquid apprehenſum per ſenſum, habet rōnem boni appetibilis, inquātum eſt delectabile ſecundum ſenſum, & ad hoc bonum ordinatur concupiſcibilis. Aliquid aūt habet rōnem boni & appetibilis, inquantū perficitur delectabilib. quaſi habens facultatem ad libitū vtēdi eis, & ad hoc ordinatur iraſcibilis, quę eſt quaſi propugnatrix concupiſcibilis. Et inde eſt quod animalia nō iraſcuntur, neque pugnant, niſi propter delectabilia, i. propter cibos & venerea, vt dicitur in 6. de Hiſtoriis animalium. Et propter hoc omnes paſſiones iraſcibilis incipiunt à paſſionibus concupiſcibilis, & terminantur in eis. Ira n. à triſtitia commouetur, & in delectationem finitur. Irati n. puniendo delectantur. Et propter hoc quidam dicūt quod obiectum iraſcibilis eſt arduum. Quod autem à quibuſdam dicitur, quod iraſcibilis ordinatur ad fugam mali, nullam omnino habet rationem. Eadem n. eſt potentia contrariorum, ſicut viſus albi & nigri, vnde bonum & malum non poſſunt diuerſificare potentiam appetitiuam. Et propter hoc, ſicut amor boni pertinet ad concupiſcibilem, ita odium mali, vt dicit Philoſophus in nono Ethicorum, & ſpes de bono, & timor de malo pertinent ad iraſcibilem. Quartam rationem ponit ibi. *Cap. 18.*

E

*f* ¶ Dicens, quod etiam illud de quo nunc quærimus, ſ. quid ſit mouens animal ſecundum locum, facit dubitationem circa prædictas diuiſiones, quia non videtur ſub eis contineri.

---

*b* Habet autem dubitationem mox, quomodo oportet partes animæ dicere, & quot. Modo n. quodam infinitæ videntur, & non ſolum quas dicunt quidam, determinantes ratiocinatiuam, & iraſcibilem, & appetitiuam, hi autem rationem habentem, & irrationabilem.

B

*c* Secundum enim differentias per quas has ſeparant, & aliæ videntur partes maiorem his differentiam habentes, de quibus, & nunc dictum eſt. Vegetatiua nimirum quæ & plantis ineſt, & omnib. viuentib. & ſenſitiua, quā neque ſicut irrationalem, neque ſicut rationem habentem ponet quis vtique facile.

*d* Adhuc autem & phantaſtica, quæ ſc̄dm eſſe quidem ab omnibus altera eſt. Cui autem harum eadem vel altera ſit, habet multam dubitationem, ſi aliquis ponat ſeparatas partes animæ.

C

*e* Adhuc autem, & appetitiua quę & ratione & potentia altera videtur vtique eſſe ab omnibus, & inconueniens vtique hanc ſequeſtrare. In ratiocinatiua enim voluntas fit, & in irrationabili concupiſcentia & ira. Si autem tria in anima, in vnoquoque erit appetitus.

*f* Sed iam de quo nunc ſermo inſtat agamus mouens ſc̄dm locū

---

*Sed oritur ſtatim quæſtio, quomodo partes animæ quotque dicēdæ ſint, modo enim quodam infinitæ videntur eſſe, nec eæ ſolum quas nonnulli inquiunt diſtinguentes, ratiocinatiuam, & iraſcitiuam, alii autem ratione præditam & rationis expertem.*

*Nam pro differentiis, propter quas eas diſtinguunt, etiam aliæ vidētur eſſe partes, his magis diſtantes, de quibus nūc quoque diximus, nutritiua ſ. quæ, & plantis & cunctis ineſt animalibus, & ſenſitiua, quam neque vt rationis expertem, neq; vt rationem habentem quiſpiam facile ſtatuat.*

*Phantaſticaque item quæ ipſo quidem eſſe ab omnibus diuerſa eſt, à qua nam autem harum diuerſa, aut eadem ſit, magna quæſtio eſt, ſiquis ſeparatas partes animæ ſtatuet.*

*Appetitiuaque item, quæ & ratione & potentia diuerſa, ab omnibus eſſe videatur, & certe abſurdum eſt eam diuellere, nam & in ratione prædito voluntas ſit, & in ratione carente cupiditas & ira. Quod ſi anima tria eſt, in vnoquoque erit appetitus.*

*Iam vero de quo nunc inſtituta eſt diſputatio, quid eſt quod loco mouet*

animal, eſt. Motum n. ſecundum augmentum & decrementum, id quod omnib. ineſt videbitur vtiq; mouere, generatiuum, & vegetatiuum. De reſpiratione autem, & expiratione, & ſomno & vigilia poſterius perſpiciendum. Habent enim dubitationem multam hæc quoque.

g Sed de motu ſecūdum locum, quid ſit mouens animal ſecundum proceſſiuum motum, conſiderandum. Quod igitur non vegetatiua potentia manifeſtū. Semper enim propter aliquid, motus hic, & aut cum phantaſia, aut appetitu eſt. Nihil enim non appetens, aut fugiens, mouetur, niſi violentia.

h Amplius, & plantæ vtique motæ eſſent, & vtique haberent aliquam partem organicam ad motum hunc.

i Similiter autem neque ſenſitiuum. Multa enim ſunt animalium, quæ ſenſum quidem habent, manentia autē & immobilia ſunt per finem. Si igitur natura nihil facit fruſtra, neq; deficit in neceſſariis niſi in orbatis, & imperfectis, huiuſmodi autē animalia perfecta, & non orbata ſunt, ſignum autem eſt, quia generatiua ſunt, & augmentum habent, & decrementum, quare & haberent vtique partes organicas proceſſionis.

k At vero neque rōcinatiua potentia, & vocatus intellectus, eſt mouēs. Speculatiuus n. nihil ſpeculatur agibile, neq; dicit de fugibili, & perſequibili. Semper autē motus aut fugientis, aut perſequentis aliquid eſt. Sed neque cū ſpeculatus fuerit aliqd huiuſmodi, iā præcipit aut perſequi, aut fugere, puta cū multoties intelligit terribile aliquid, aut delectabile, non iubet autē timere, ſed cor mouetur. Si autem delectabile, altera aliqua pars.

*animal? motu enim auctionis & diminutionis, qui omnibus inſunt, id quod omnibus ineſt, nempe generatiuū & nutritiuum, mouere videatur. De reſpiratione autem & expiratione poſt conſiderandum eſt, nam de his quoq; non leuis eſt quæſtio.*

G *Verum de motu loci quid ſit quod moueat animal motu inceſſus, conſiderandum eſt. Conſtat igitur non eſſe nutritiuam potentiam, ſemper enim alicuius gratia motus hic eſt, atque vel cum phantaſia, vel cum appetitu, nihil enim, niſi appetat vel fugiat, mouetur, niſi vi.*

*Præterea etiam plantis hic ineſſet motus, ac partem aliquam organicam ad hunc motum haberent.*

H *Pari quoque modo nec ſenſitiuum, extant enim pleraque animalia, quæ ſenſum quidem habent, attamen ſtabilia ac immobilia perpetuo ſunt. Quod ſi natura neque facit fruſtra quidquam, nec aliquid neceſſariorum prætermittit, niſi in mutilis, & imperfectis, ac eiuſmodi animalia perfecta & non mutila ſunt, argumento quod generandi vim habeant & ſtatum & diminutionem, ſane etiam organicas inceſſus partes haberent.*

I *Quin ne intellectiuum quidem, & qui vocatur intellectus eſt is qui mouet. Contemplatiuus enim nihil agendum contemplatur, neque de fugiendo, & perſequendo quidquam dicit: at motus ſemper aut fugientis aliquid, aut perſequentis eſt. Neque vero cum aliquid eiuſmodi conſiderat, iam iubet vel perſequi vel fugere Verbi cauſa; ſæpe intelligit aliquid formidoloſum aut iucundum, nec iubet timere, cor autem mouetur, ſin iucundum, pars aliqua alia.*

De motu autem augmenti & decrementi qui eſt communis omnibus viuentibus, manifeſtum eſt quod habet principium commune omnib. viuentibus, ſecundum generatiuam & vegetatiuam. Quædam autem aliæ mutationes animalium ſunt, ſicut reſpiratio, & expiratio, ſomn⁹ & vigilia, de quib. poſterius determinandum eſt, quid cauſet ea. Habent n. multam dubitationem, & propter hoc ſpecialem exigunt tractatum. Deinde cum dicit.

g ¶ Procedit diſputatiue ad inquirendum quid ſit principium motus ſecundum locum in animalib. Et primo oſtendit, quod non ſit vegatatiua potentia. Secūdo, quod nec ſenſitiua, ibi, [Similiter autem neque ſenſitiua.] Tertio, quod nec intellectiua ibi, [At vero neque ratiocinatio.] Quarto, quod nec appetitiua, ibi, [At vero neque appetitus.] Dicit ergo primo quod conſiderādum nunc eſt, quid ſit mouens animal ſecundum locum motu proceſſiuo. Et quod non ſit potentia vegetatiua, oſtendit duabus rationibus, quarum prima talis eſt. Semper motus proceſſiuus ſecūdum locum, eſt propter aliquid imaginatum, & deſideratum. Non enim animal mouetur niſi appetens aut fugiens aliquid, niſi forte per violentiam. Sed phantaſia & appetitus non competit parti vegetatiuę. ergo pars vegetatiua non eſt principium motus localis proceſſiui. Secundam rationem ponit ibi.

Text. cō. 44. — Te. com. 45. — Te. com. 46.

h ¶ Quæ talis eſt. Pars vegetatiua eſt etiam in plantis. Si igitur pars vegetatiua eſſet principium motus localis proceſſiui, ſequeretur quod plantæ eſſent motiuæ ſuipſarum ſecundum hunc motum, & haberent partes organicas conuenientes huic motui, quod patet eſſe falſum. Non ergo pars vegetatiua eſt principium motus localis, proceſſiui in animalibus. Deinde cum dicit.

i ¶ Oſtendit, quod neque etiam ſenſus eſt principium talis motus tali ratione. Senſus enim eſt omnibus animalibus, ſi ergo ſenſus eſſet principium prædicti motus, ſequeretur quod omne animal hoc modo moueretur. Quod patet eſſe falſum, quia multa ſunt habentia ſenſum, quæ tamen manent ſemper in eodem loco, & ſunt immobilia per finem, i. quandiu viuunt. Et quia poſſet aliquis credere quod hoc non eſt propter hoc quod deficiat eis principium motiuum, ſed quia deficiunt eis inſtrumenta apta ad motum, ideo ad remouendum hoc, ſubiungit quod natura nihil facit fruſtra, neque deficit in neceſſariis, niſi in animalibus orbatis & imperfectis, ſicut ſunt animalia monſtruoſa, quæ quidem monſtra animalibus accidunt, præter intentionē naturæ, ex corruptione alicuius principii in ſemine. Sed animalia immobilia ſunt perfecta in ſua

F ſpecie, & non ſunt orbata, quaſi monſtra, cuius ſignū eſt, quia generant ſibi ſimile, & habent debitum augmentum & decrementum, ꝙ non eſt in animalib. orbatis, ergo & in huiuſmodi animalib. natura nihil facit fruſtra neque deficit in neceſſariis. Vnde ſequitur quod ſi haberent principium motus, quod haberent partes organicas diſpoſitas ad motum proceſſiuū. Alias principium motiuū eſſet in eis ſuperfluū, & neceſſaria ad executionem potentiæ motiuæ eis deficerēt. Ex hoc autem accipere poſſumus, quod cuicumque ineſt aliquod principium vitæ, inſunt ei organa conuenientia illi principio, & quod partes corporis ſunt propter partes animæ. Deinde cum dicit.

k ¶ Oſtendit, quod etiam intellectus non eſt principium motiuum, & dicit quod neque pars ratiocinatiua, quæ vocatur intellectus, videtur eſſe mouens. Vnde accipere poſſumus, quod ratio, & intellectus non ſunt diuerſæ partes animæ, ſed ipſe intellectus dicitur ratio, inquantum per inquiſitionem quandam peruenit ad cognoſcendum intelligibilem veritatem. Et quod intellectus non ſit principium mot⁹, probat primo quantum ad ſpeculatiuum intellectum quia cū intellectus ſpeculatiuus ſpeculatiue conſideret ea, quæ ſunt tantum ſpeculabilia, & nullo modo agibilia, ſicut cum conſiderat quod triangulus habet tres angulos æquales duob. rectis, & alia hmōi, manifeſtum eſt, quod ſpeculatiuus intellectus non ſpeculatur aliquid agibile, neq; dicit aliquid de fugibili & perſequibili, & ſic non poteſt mouere, quia ſemper motus eſt fugientis aliquid ſecundum appetitū, aut proſequentis. Ali-

K quando autem intellectus conſiderat aliquid agibile, non tamen practice, ſed ſpeculatiue, quia cōſiderat ipſum in vniuerſali, & non ſecundum quod eſt principium particularis operis. Et de hoc conſequenter dicit, quod neque intellectus, [cum fuerit ſpeculatus,] id eſt ſpeculatiue conſiderauerit, [aliquid huiuſmodi] id eſt aliquid agibile, nondum præcepit proſequi vel fugere, ſicut cum multoties intelligimus terribile aliquod, vel delectabile. Sed intellectus non iubet timere, vel deſiderare, ſed aliquando mouetur cor ad timendum, abſque imperio intellectus. Et ſi iterum delectabile moueat appetitum, erit aliqua alia pars, quam cor, quæ mouet. Et hoc dicit propter opinionem Platonis, qui poſuit partes animæ eſſe ſubiecto diſtinctas, ita quod iraſcibilis, cuius eſt timere, ſit in corde, & concupiſcibilis, ſit in aliqua alia parte corporis, puta in hepate. Sic igitur manifeſtum eſt quod intellectus ſpeculatiue cōſiderando aliquid agibile, nō mouet, ex quo patet, ꝙ intellectus ſpeculatiuus nullo modo mouet aliquid. Deinde cum dicit.

l ¶ Probat,

i ¶ Probat, quod nec etiam intellectus practicus mouet, dicens A quod nec etiam intellectu practico præcipiente, quod contingit cum intelligentia dicit aliquid fugiendum aut proſequendum, non propter hoc homo mouetur, ſed agit ſecundũ concupiſcentiam. ſicut patet de incontinentibus, qui habent rationem rectam, ſed
Te.com.47. non inhærent rationi rectæ, vnde videtur quod intellectus non moueat. Probat autẽ idem ex medicis, qui habentes ſcientiam medicatiuam & non ſanantur, quia non faciunt ea in ſeipſis quę præcipit alijs eis. Ex quo videtur ꝙ agere ſecũdum ſcientiã non ſit ſcientiæ practicæ,
Tex.c. 48. ſed alicuius alterius. Deinde cum dicit.

k ¶ Oſtendit, ꝙ pars appetitiua non ſit dominatiua ſuper hunc motũ, quia videmus quod continentes appetũt & concupiſcũt, ſed non operantur ea quorum habent appetitum. Econuerſo eſt in incontinentib. vt manifeſtius apparet in 7. Eth. Videtur igitur quod neq; appetitus moueat.

LECTIO. XV.

a POſtquam Philoſophus proceſſit diſputatiue ad inqui-
Te.com.49. rendum quid ſit principium motus localis in animalibus, hic determinat veritatem. Et primo oſtendit in vniuerſali quid ſit principium motus. Secundo quomodo hoc principiũ diuerſimode in diuerſis reperitur, ibi, [Omnino quidem igitur.] Circa primum duo facit. Primo oſtendit quid ſit principium motus in animalib. Secundo docet ordinem, quõ motus iſte cõpletur,
Tex. c. 50. quantum ad motores & mobilia, ibi [Spẽ quidem igitur.] Circa primum tria facit. Primo ponit eſſe duo principia motus. Secundo reducit ea in vnum, ibi, [Intellectus autem.] Tertio ſoluit obiectionem ſuperius poſitam, ibi, [Quoniam autem.] Dicit ergo primo, ꝙ conſideratis his quæ prædicta ſunt, cum manifeſtum ſit quod
Sup. t.c.46. vegetatiua pars non ſit mouens, & ſimiliter neque ſenſus, cum non omnia in quibus hæc ſunt moueri inueniantur, vt patet ex dictis, videntur duo hæc eſſe mouentia, ſ. appetitus & intellectus, ita tamen quod ſub intellectu phantaſia comprehendatur quæ habet aliquid ſimile intellectui, inquãtum mouet ad abſentiam ſenſibilium ſicut intellectus, quia hæc etiam eſt principium motus, Mul-

i Amplius & præcipiente intellectu & intelligentia fugere aliquid aut proſequi, nõ mouetur, ſed ſecundum concupiſcentiam agit, vt incontinens. Et totaliter videmus, ꝙ habens medicatiuã non ſanat, tamquam alterius proprium ſit agere ſecundum ſcientiam, ſed non ſcientiæ.

B k At vero neque appetitus huiuſmodi motus dominus eſt. Abſtinentes enim appetentes & concupiſcentes, non operantur ea quorum appetitum habent, ſed conſequuntur intellectum.

LECTIO XV.

a VIdentur autem duo hæc, mouẽtia, aut appetitus aut intellectus, ſi aliquis phãtaſiam poſuerit, ſicut intellectum quẽdam. Multa enim præter ſcientiam, ſequuntur phantaſiam. Et C in aliis animalibus, non intellectiuum neq; ratio eſt, ſed phantaſia. Vtraque hæc ergo motiua ſunt ſecundum locum, intellectus & appetitus.

b Intellectus autem qui propter aliquid ratiocinatur, & qui practicus eſt. Differt autem à ſpeculatiuo ſecundum finem. Et appetitus propter aliquid omnis eſt. Cuius enim appetitus, hoc principium practici intellectus. Vltimum autem principium actionis eſt. Quare rationabiliter hæc duo videntur mouentia D appetitus & ratio practica. Appetibile enim mouet, & propter hoc ratio mouet, quia principium eius eſt appetibile. Et phantaſia aũt cum moueat, non mouet ſine appetitu. Vnum igitur eſt mouẽs, nempe id quod appetimus. Si n. duo, intellectus & appetitus mouerent, ſecundum communem vtique aliquam ſpeciem mouerent. Nunc autẽ intellectus non videtur mouens ſine appetitu. Volũtas enim appetitus eſt. Cum autem ſecun- E dum rationem mouetur, & ſecundum voluntatem mouetur. Appetitus autem mouet præter rationem. Cõcupiſcentia enim appetitus quidam eſt.

*Præterea, quamuis intellectus iubeat moneatq; dianœa auſugere aliquid aut perſequi, non mouetur, ſed ex cupiditate agit, quemadmodum incontinentes, denique videmus eum, qui medendi ſcientiam teneat, non mederi, vtpote cum aliud quidpiam ſit quod habeat poteſtatem agendi ex ſcientia, & non ſcientia.*

*Neque vero penes appetitum eſt huius motus poteſtas, nam continentes, quamuis appetant & cupiant, non tamen ea agunt quæ appetunt, ſed parent intellectui.*

LECTIO XV.

*VIdentur igitur duo hæc mouere, aut appetitus aut intellectus, ſiquis phantaſiã ſtatuat velut intellectionem quandã, in multis enim poſthabita ſcientia ſequimur phantaſias, & quidem in cæteris animalibus, nec intellectio ineſt, neque ratio, ſed phantaſia. Ambo igitur hæc motiua ſunt motu loci, intellectus & appetitus.*

*Intellectus (inquam) qui alicuius gratia ratiocinatur & actiuus, differt autem à contemplatiuo ſine. Appetitus etiam omnis, alicuius eſt gratia, cuius enim eſt appetitus, id principium eſt actiui intellectus. at quod vltimum eſt principium eſt actionis. Quamobrẽ merito hæc duo videntur eſſe ea quæ moueant, appetitus & dianœa actiua, nã appetibile mouet, & propterea dianœa mouet; quia principium eius eſt * appetibile. Quinetiam cum phantaſia mouet non ſine appetitu mouet. vnum igitur quidpiam eſt quod mouet primo, videlicet appetitiuum, nam ſi duo intellectus nimirum & appetitus mouerent, communi aliqua ſpecie mouerent nunc autem intellectus non videtur ſine appetitu mouere. Nam voluntas appetitus eſt. cum autem ratione mouetur, voluntate etiam mouetur, appetitus autem ſine ratione mouet, cupiditas enim appetitus eſt quidam.*

* *a.l. appetitiuum.*

ti enim homines prætermiſſa ſcientia intellectus, ſequuntur in ſuis motibus phantaſiam, ſicut illi qui non ſecundum rationem agunt, ſed impetu mouentur ad aliquid agendum. Et in aliis animalibus manifeſtum eſt, quod numquam intellectus eſt, neque ratio quæ mouere poſſit, ſed ſolum phantaſia. In hominibus vero eſt phantaſia & intellectus. Sic ergo manifeſtum eſt quod vtraque hæc mouent, ſcilicet intellectum comprehendens ſub ſe phantaſiam, & appetitum. Deinde cum dicit.

b ¶ Reducit prædicta mouentia in vnum. Et circa hoc tria facit. Primo oſtẽdit propoſitum. Secundo ex eo quod eſt oſtenſum aſſignat cãm cuiuſdam accidentis circa motum animalium, ibi, [Intellectus quidem igitur.] Tertio improbãt diuiſionem potentiarum, quam antiqui ponebãt, ibi, [Diuidentibus aũt.] Dicit ergo primo, quod intellectus qui mouet, eſt intellect⁹, qui ratiocinatur propter aliquid, non propter ratiocinari tamẽ, & hic eſt intellectus practicus, qui differt à ſpeculatiuo, ſecundum finem. Nam ſpeculatiuus ſpeculatur veritatem, non propter aliquid aliud, ſed propter ſeipſum tantum: practicus autem ſpeculatur veritatem propter operationem. Et manifeſtum eſt, quod omnis appetitus eſt propter aliquid: Stultum enim eſt dicere quod aliqs appetat propter appetere. Nã appetere eſt quidam motus in aliud tendens. Sed illud cuius eſt appetitus ſ. appetibile, eſt principiũ intellect⁹ practici. Nã illud ꝙ eſt primo appetibile, eſt finis, à quo incipit conſideratio intellectus practici. Cum n. volum⁹ aliquid deliberare de agendis, primo ſuponimus finem, deinde procedimus per ordinem ad inquirendum illa, q̃ ſunt propter finẽ, ſic ꝓcedentes ſemper a poſteriori ad pri⁹ vſq; ad illud qđ nobis ĩminet prio agendũ. Et hoc eſt qđ ſubdit, qđ vltimũ de actione intellectus practici, eſt principium actionis, i. illud, vnde debemus actionẽ incipere. Vnde rationabiliter dictum eſt quod hæc duo ſunt mouentia, ſcilicet appetitus, & intellectus practicus, quia enim ipſum appetibile quod eſt primum conſideratum ab intellectu practico, mouet, propter hoc dicitur intellectus practicus mouere, quia ſcilicet eius prin-

principium quod eſt appetibile, mouet. Et quod dicitur de intellectu, intelligendum eſt etiam de phantaſia, quia cũ phantaſia mouet, non mouet ſine appetitu. Nõ n. mouet niſi inquãtum repręſentat appetibile, ſicut nec intellectus. Sic igitur apparet, ꝙ vnum eſt mouens, ſ. appetibile, hoc n. appetitum mouet, & eſt principium intellectus, quæ duo *Tex. cõ. 51.* ponebantur mouentia. Et hoc rationabile eſt ꝙ hæc duo mouentia reducantur in vno, quod eſt appetibile, quia ſi ponebantur hæc duo intellectus & appetitus eſſe mouentia, reſpectu eiuſdem motus, cum vnius effectus ſit vna cauſa propria, neceſſe eſt quod mo- *Tex. cõ. 52.* ueant hæc duo ſecundum aliquam cõmunem ſpeciem. Non ē autem dicedum qđ appetitus moueat ſub ſpecie intellectus, ſed magis econuerſo, quia intellectus, non *Te. com. 53.* inuenitur mouens ſine appetitu, quia voluntas ſecundum q̃ mouet intellectus, eſt quidam appetitus, Et rõ huius aſſignatur in 9. Metaph. quia cum rõ ſciæ practicæ ſe habeat ad oppoſita, non mouet, niſi determinetur ad vnum, per appetitũ. Sed appetitus mouet *Tex. c. 106.* ſine rõne, ſicut patet ex his q̃ ex concupiſcentia mouentur. Concupiſcentia n. eſt appetitus quidam. Exemplificat autem magis de cõcupiſcentia, quam de ira, quia ira habet aliquid ra- *Tex. c. 54.* tionis, non aũt concupiſcentia, vt probat *Cap. 9.* Philoſophꝰ in 7. Eth. Et ſic patet ꝙ mouẽtia reducuntur ad vnum, q. eſt appetibile. Deinde cum dicit.

c ¶ Aſſignat ex prædictis rationē cuiuſdam accidentis circa motum vel actionem oſtendens, ſcil. quare in actionibus, & motibus noſtris erramus. Et dicit, quod, [omnis intellectus eſt rectus,] quod intelligendum eſt de intellectu principiorum. Non enim erramus circa prima principia in operabilibus, cuiuſmodi ſunt, Nulli nocendum eſſe, Non eſſe aliquid iniuſte agendum, & ſimilia: ſicut nec erramus circa prima principia in ſpeculatiuis. In his autem quæ ſunt poſt principia, ſiquidem recte conſideramus, procedit ex rectitu- K dine quæ eſt circa prima principia. Si autem à rectitudine deuiamus, proceditur ex errore qui accidit in ratiocinando. Sed appetitus & phantaſia, qui etiam mouent, ſunt & cum rectitudine, & ſine rectitudine. Et ideo in actionibus noſtris contingit deficere à rectitudine ſecundum quod deficimus ab intellectu & ratione. Vnde patet ex prædictis, ꝙ appetibile ſemp mouet. Hoc aũt appetibile eſt aut vere bonum, quando perſiſtitur in iudicio intellectus recti: aut apparens bonum, quãdo declinat à iudicio intellectus recti, propter appetitũ vel phantaſiam. Non autem omne bonum eſt appetibile & mouēs ſed bonum agibile, q. eſt bonum applicatum ad operationem, & hoc contingit aliter ſe habere, ſicut omnia quæ noſtræ actioni ſubduntur. Vnde bonum vltimum & neceſſariũ in ſua vniuerſalitate conſiſtens non mouet. Manifeſtum eſt igitur ꝙ potentia animę quę dicitur appetitus, ſit mouens. Deinde cum dicit.

c Intellectus quidē igitur omnis rectus eſt. Appetitus aũt & phantaſia, recta & non recta. Vnde ſemper quidem mouet appetibile. Sed hoc eſt bonum, aut apparens bonum. Non omne autem, ſed agibile bonum. Agibile autē eſt contingens & aliter ſe habere. Quod igitur huiuſmodi potentiã mouet animæ quæ voca- G tur appetitus, manifeſtum.

d Diuidentibus autem animæ partes, ſi ſecundum potentias diuidatur & ſeparent, valde multæ fiunt, vegetatiuum, ſenſitiuum, intellectiuum, conſiliatiuum, adhuc appetitiuũ. Hęc n. plus differunt abinuicem, quam concupiſcibile & iraſcibile.

e Quoniam aũt appetitus fiunt contrarii adinuicem, hoc aũt accidit, cum rõ & cõcupiſcentia cõtrariæ fuerint. Fit aũt in ipſis tpis ſenſum habentib. Intellectus n. H ꝓpter futurũ retrahere iubet. Cõcupiſcentia aũt ꝓpter ipſum iã. Videtur n. quod iam delectabile & ſimpliciter delectabile & bonum ſimpliciter, propterea quod non videtur futurum.

f Specie quidem igit̃ vnum erit mouens, appetibile autē appetitiuum. Primo aũt omnium appetibile, Hoc enim mouet, & non mouet̃, eo quod ſit intellectum aut imaginatum. Numero autem plura mouentia.

g Qm̃ aũt tria ſunt, vnum quidē I mouēs: ſecundũ aũt quo mouet, & tertium ꝙ mouet̃. Mouēs aũt duplex, aliud q. dē imobile, aliud autem, qđ mouet & mouet̃. Eſt aũt immobile, agibile bonum: mouens aũt & ꝙ mouetur appetitiuum. Mouetur n. quod appetit ſecundum quod appetit,

*Ac intellectus quidem omnis rectus eſt, appetitus autem & phantaſia, & recta & non recta, itaque fit vt ſemper quidem appetibile moueat, id vero eſt vel bonum, vel apparens bonum, non omne tamen, ſed agendum bonum, agendum autem bonum eſt, quod poteſt etiam aliter ſe habere. Eiuſmodi igitur animæ potentiam, quæ vocatur appetitus, mouere palam eſt.*

*Ex eorum autem ſententia qui partes animæ diuidunt, ſi eas per potentias diuidãt, ac ſeparent, permultæ euadunt, nutritiua, ſenſitiua, intellectiua, deliberatiua, atque etiam appetitiua, hæc enim plus inter ſe differunt, quam concupiſcitiua & iraſcitiua.*

*Sed quia appetitiones mutuo ſibi cõtrariæ fiunt, quod tunc accidit cum ratio & cupiditas contrariæ fuerint, fit autem in his quæ temporis ſenſum habent, nam intellectus propter futurum reluctari iubet, cupiditas vero propter id quod iam eſt, videtur enim quod iam iucundum eſt, etiam ſimpliciter eſſe iucundum, & bonum ſimpliciter, propterea quod non videt futurum.*

*Vtique vnum ſpecie fuerit quod mouet, videlicet appetitiuum quatenus appetitiuum, primum autem omnium appetibile, (hoc enim mouet, & non mouetur, quod intellectu aut phantaſia apprehenſum ſit) numero autem plura ſunt ea quæ mouent.*

*Sed cum tria ſint, vnum quod mouet, ſecundum quo mouet, tertiumque item quod mouetur, atque id quod mouet duplex ſit, partim immobile, partim quod moueat & moueatur, eſt autem immobile quidem, bonum agendum, quod vero mouet & mouetur appetitiuum (mouetur n. quod appetit, quatenus appetit, ac appetitus mo-*

F d ¶ Excludit illud quod antiqui dixerunt de diſtinctione partiũ motiuarũ, dicens, qđ diuidentib. partes animæ in rõnalē, iraſcibilem & concupiſcibilē, ſi ipſi intendunt diſtinguere potentias animæ abinuicem ſeparatas, multo plures fient, quam ipſi ponant, ſ. vegetatiuũ, ſenſitiuũ, intellectiuum, cõſiliatiuũ, & appetitiuum. Diſtinguit autem conſiliatiuum ab appetitiuo, ſicut & in 6. Ethi- *Cap. 2.* corum, diſtinguitur ratiocinatiuũ quod eſt contingentium, à ſcientifico, quod eſt neceſſariorum, & ea ratione quæ ibi tangitur. Hæ autem partes animæ plus differunt abinuicem, quã concupiſcibile & iraſcibile, quæ comprehenduntur ſub appetitu ſenſitiuo, vnde plures ſunt partes, quam ipſi ponant. Deinde cum dicit.

e ¶ Excludit quandam obiectionem ſupra poſitam ad oſtendendum, ꝙ appetitus non mouet, per hoc qđ continentes appetitum non ſequũtur. Sed hæc ratio ſoluitur q̄a in homine ſũt contrarii appetitus, quorum vnum continentes ſequuntur, & alii repugnãt. Dicit ergo, qđ quia poſſunt fieri appetitus contrarii adinuicem, hoc cõcupiſcentiæ contrariatur, & fit & accidit hoc in habētibus ſenſum temporis, i. qui non ſolum cognoſcunt quod in præſenti eſt, ſed conſiderãt præteritum & futurum, quia intellectus quandoque ab aliquo concupiſcibili retrahere iubet, propter futuram conſiderationem. Sicut cum febricitanti, ex iudicio intellectus videtur à vino abſtinendum eſſe, ne febris incaleſcat. Sed concupiſcentia incitat ad accipiendum propter ipſum iam, id eſt propter illud quod in præſenti eſt. Videtur enim quod in præſenti eſt delectabile, eſſe ſimpliciter delectabile, & bonum, ex eo quod non conſideratur vt futurum. Deinde cum dicit.

f ¶ Oſtendit ordinem motus. Et circa hoc tria facit. Primo oſtendit q̃o mouentia ſunt vnum, & q̃o plura. Secundo q̃o ordinantur adinuicē, ibi, [Quoniam autem tria ſunt.] Tertio ſummarie determinat de vnoquoque eorũ quædam, quæ ad motum requiruntur, ibi, [Nunc autem.] Dicit ergo primo, ꝙ ſi mouentia conſiderantur formaliter, & ſecundum ſpeciem, vnum erit mouens, ſ. appetibile vel appetitiuum, quia inter omnia primum mouens eſt appetibile, hic n. eſt mouens nõ motum, inquantum eſt imaginatum, vel intellectum. Manifeſtũ eſt enim, ꝙ ſecunda mouentia non mouentur, niſi inquantum participant primum. Vnde omnia conueniunt in ſpecie primi mouentis. Quamuis autem omnia conueniant in ſpecie primi mouentis, tamen numero ſunt plura.

g ¶ Aſſignat ordinem motus, & dicit quod tria ſunt quæ inueniuntur in motu. Vnum quod eſt mouens, & aliud eſt organum quo mouens mouet, & tertium eſt quod mouetur. Mouens autem eſt duplex, vnum quidem immobile, & aliud quod eſt mouens motum. In motu igitur animalis, mouens

quod

&appetitus, actus aut motus quidam eſt. Quod autem mouetur, animal eſt. Quo vero mouet organo appetitus, iã hoc corporeũ. Vnde in cõib. animæ & corporis operib. conſiderandũ eſt de ipſis.

*b* Nunc aũt vt in ſumma dicatur, mouens organice, vbi principiũ & finis idẽ, velut in circulatione hoc eſt gibboſum & concauum. Hoc quidẽ finis, illud vero principium. Vnde aliud quidẽ quieſcit, aliud vero mouetur. Ratione quidem altera, magnitudine vero inſeparabilia ſunt. Omnia n. pulſu & tractu mouentur. Propter quod oportet, ſicut in circulo, manere aliquid, & hinc incipere motum.

*LECTIO XVI.*

*a* OMnino igitur ſicut prædictum eſt, inquantum appetitiuum animal, ſic ſui ipſius motiuum eſt. Appetitiuum autem non ſine phantaſia. Phantaſia autem omnis aut rationalis aut ſenſibilis eſt. Hanc igitur & alia animalia participant.

*b* Conſiderandum aũt & de impfectis, quid mouens eſt, quib. ſenſus tactus ſolũ ineſt, vtrũ contingat phantaſiam & concupiſcentiam ineſſe his, an non. Videtur n. lætitia & triſtitia ineſſe. Si autem hæc, & concupiſcentiam neceſſe. Phantaſia aũt quõ vtique inerit? An ſicut mouentur indeterminate, & hæc inſunt quidem, indeterminate autem inſunt.

*c* Senſibilis igitur phantaſia, ſicut dictum eſt, & in aliis animali-

A *tus quidam eſt aut operatio) quod vero mouetur animal: inſtrumentum vero quo mouet appetitus, id demum corporeum eſt, quamobrem in communibus corporis, & animæ muneribus de iis conſiderandum eſt.*

*Nunc autem vt ſummatim dicam, id quod mouet organice, eſt vbi princi-*
B *pium & finis eſt idem, veluti cardo. hic enim conuexum & concauum, alterum finis; alterum principium eſt; iccirco alterum quieſcit, alterum mouetur, cum ratione diuerſa, magnitudine inſeparabilia ſunt, cuncta enim pulſu & tractu mouentur. quapropter oportet veluti in circulo, aliquid maneat, & inde incipiat motus.*

LECTIO XVI.

*ADſummam ſicuti diximus, animal qua appetitiuum eſt, eatenus*
C *ſui ipſius motiuum eſt. Appetitiuum autem ſine phantaſia non eſt, phantaſia porro omnis, aut ratione prædita eſt aut ſenſitiua. atque hanc quidem reliqua etiam animalia participant.*

*Sed de imperfectis etiam conſiderandum eſt, quid ſit quod ea moueat, quibus ſenſus duntaxat tactus ineſt, vtrum fieri poſsit vt phantaſia & cupiditas in iis inſit, an non? nam & dolorem, & voluptatem ineſſe apparet, quod ſi hæc inſunt, & cupiditatem ineſſe neceſſe eſt. Atqui phantaſia quomodo inerit, an quemadmodum mouentur*
D *indefinite, ita hac etiam, inſunt illa quidem, verum indefinite inſunt.*

*Senſitiua igitur phantaſia (quemadmodũ dictum eſt) reliquis etiam ineſt*

quod non mouetur, eſt bonum actuale quod mouet appetitũ, prout eſt intellectum vel imaginatum. Sed mouens motum, eſt ipſe appetitus, quia omne quod appetit, inquantum appetit, mouetur, & ipſum appetere eſt quidam actus vel motus, prout motus eſt actus perfecti, prout dictum eſt de operatione ſenſus, & intellectu. Quod aũt mouetur, eſt animal. Organũ autem quo appetit⁹ mouet, eſt aliquid corporeum, ſ. quod eſt primum organũ motus, & ideo de huiuſmodi organis cõ-

Te. com. 55. ſiderandum eſt in operationib. cõmunibus animæ & corporis. Determinat n. de hoc in Libro de Cauſa mot⁹ animalium. In hoc enim libro intendit determinare de anima ſecundum ſe. Deinde cum dicit.

*b* ¶ Sũmarie determinat de organo motus localis, & dicit in ſumma, quod primum mouens organice oportet tale eſſe, vt in eodem ſit & principium & finis

Tex. com. 56. motus, ſicut in quadam circulatione, in qua eſt gibboſum & concauum, quorum vnum eſt quaſi finis, & aliud quaſi principium. Nam concauum eſt ſicut finis, gibboſum autem videtur eſſe ſicut principium motus. Secũdum concauitatẽ n. cõtrahitur in ſeipſo; ſecundũ gibboſitatẽ vero attenditur eius dilatatio, prout ab ipſo fit principium motus & pulſus. Et quia in ipſo eſt principium motus & finis, principium autẽ motus oportet eſſe immobile in vnoquoque motu, ſicut

Tex. c. 57. cum mouetur manus, quieſcit brachiũ, & cum mouetur brachium, quieſcit humerus, & ſic omnis motus ab aliquo immobili procedit, oportet quod in ipſo organo mot⁹ quod eſt cor, ſit aliquid quieſcens, inquantum eſt principium motus, & aliud quod mouetur, inquantum motus terminatur ad ipſum. Et hæc duo in ipſo ſ. quieſcens & motum ſunt diuerſa ratione, licet ſubiecto & magnitudine ſint abinuicem inſeparabilia. Et quod oporteat ibi eſſe principium motus, & finis, & per conſequens quieſcens & mobile, manifeſtum eſt hoc quod omnis motus animalis cõponitur ex pulſu & tractu. In pulſu autẽ id quod eſt mouens, eſt tantũ principiũ mot⁹, quia pellẽs elongat à ſe id q̃d pellitur. Sed in tractu, id ꝙ mouet, eſt terminus mo- E tus, quia trahẽs ad ſe mouet id quod trahitur. Et pp hoc oportet ꝙ primum organũ motus localis in aĩali, ſit & vt principiũ motus, & vt terminus. Et iõ oportet ꝙ in eo ſit aliquid manẽs, & tamẽ ꝙ hinc incipiat mot⁹, ſicut apparet ĩ motu circulari. Nã corpus ꝙ circulariter mouetur pp immobilitatẽ centri, & polorũ, non mutat totaliter locũ niſi forte rõne, ſed ſecundũ totũ manet in eodẽ loco ſecundũ ſubiectũ, partes aũt variant locũ ſubiecto, & nõ rõne tantũ, ſic etiã eſt in omni motu cordis. Nã cor in eadẽ parte corporis confixũ, manet, ſed mouetur ſecundum dilatationẽ & conſtrictionẽ, vt cauſet motũ pulſus & tractus, & ſic quodãmodo eſt mobile, & quodãmodo quieſcens.

*LECTIO. XVI.*

*a* POſtquam Philoſophus determinauit de principio motiuo ſecundum localem motum in communi & ſecundum ſe, nunc determinat de ipſo, per comparationem ad diuerſa genera animalium. Et circa hoc tria facit. Primo oſtendit quid ſit

A commune omnibus animalibus participantibus motum. Secundo quõ principium motiuum inueniatur in animalib. imperfectis, ibi, [Conſiderandum autem de imperfectis.] Tertio oſtendit quõ hoc principiũ motus ſit in animali perfectiſſimo quod eſt homo, differenter ab aliis animalibus, ibi, [Senſibilis quidem.] Dicit ergo primo, quod omne animal inquantum eſt appetitiuũ, ſic eſt ſui ipſius motiuum. Nam appetitus eſt cauſa propria motus. Sed appetitiuum non eſt ſine phãtaſia, quæ eſt vel rationalis, vel ſenſibilis. Senſibili autem phantaſia, alia aĩalia ab homine participant, non autem rationali phantaſia. Conſiderandum aũt eſt, quod ſicut ſupra dictum eſt, ſicut ſub intellectu phantaſiam comprehendit, ita etiã phantaſiam vſq; ad intellectum extendit, ſequens nominis rõnem. Nã phantaſia apparitiõ quædam eſt, apparet autem aliquid & ſecundum ſenſum, & ſecundum rationem. Phantaſia etiã habet ſuam operationem, in abſentiã ſenſibilium, vt ratio & intellectus. Deinde cum dicit.

*b* ¶ Oſtendit quid ſit principium motus in animalib. imperfectis. Et dicuntur animalia imperfecta, quibus ineſt ſolum ſenſus tactus. Et dicit, quod conſiderandum eſt quid moueat ea, vtrum ſ. in eis ſit phantaſia & concupiſcentia, vel non. Videtur autẽ quod in eis ſit concupiſcentia, quia in eis videtur eſſe lætitia & triſtitia. Retrahunt n. ſe, cum ab aliquo nociuo tanguntur. & aperiunt ſe, & extendunt in illud quod eſt eis conueniens, quod non fieret, niſi in eis eſſet dolor & delectatio. Si hæc autem ſunt in eis, neceſſarium eſt quod in eis ſit concupiſcentia. Sed cum concupiſcentia ex ſenſu fiat delectationis, ſequitur quod concupiſcentia non ſit ſine phantaſia. Reſtat ergo quærendum, quomodo in eis ſit phantaſia. Et reſpondet quod ſicut mouẽtur, ita ineſt huiuſmodi animalibus, & phantaſia, & concupiſcentia. Mouentur autem non determinate, quaſi intendẽtes aliquem determinatum locum, in ſuo motu, ſicut accidit in animalibus quæ mouentur motu proceſſiuo, quæ imaginatur aliquid diſtans, & illud concupiſcunt: & ad illud mouentur. Sed hmõi animalia imperfecta nõ imaginantur aliquod diſtans, quia nihil imaginantur, niſi ad præſẽtiã ſenſibilis. Sed cũ læduntur, imaginantur illud vt nociuũ, & retrahunt ſe, & cũ delectantur, extẽdunt ſe ſup illud, & applicant ſe illi. Et ſic in eis eſt phantaſia vel cõcupiſcentia indeterminata, inquantũ imaginantur & cõcupiſcunt aliquid vt conueniens, non autem vt hoc aut illud, aut hic, aut ibi, ſed habent confuſam imaginationem & concupiſcentiam. Deinde cum dicit.

*c* ¶ Oſtendit, q̃d principium motiuum ſit in hominib. Et circa hoc tria facit Primo oſtendit quõ principium mouens in hoĩbus eſt ratio deliberans. Secundo quõ aliquãdo deliberatio rõnis. per appetitũ vincitur, ibi. [Vincit aũt.] Tertio oſtẽdit quę rõ ſit mouens, ibi, [Scientificũ autẽ.] Dicit ergo primo, q̃d phãtaſia ſenſibilis, vt ex dictis patet, eſt ẽt in aliis aĩalib. ſed illa quę eſt per deliberationem, eſt tantum in rõnalibus, qa conſiderare, vtrum hoc ſit agendũ, aut hoc (ꝙ eſt deliberare) opus eſt ra-

tionis. Et in tali consideratione necesse est accipere aliquā vnā regulam, vel finem, vel aliquid hmōi, ad quod mensuretur q̄d sit magis agendum. Manifestum est enim ꝙ hō [imitatur] id est desiderat id quod est magis in bonitate, & id quod est melius, melius autem semper diiudicamus mēsura, & iō oportet accipere aliquam mensuram in deliberando quid magis sit agendum. Et hoc est medium ex quo rō practica syllogizat quid sit eligendum. Vnde manifestum est, ꝙ rō deliberans potest ex plurib. phantasmatibus vnum facere, s. ex trib. quorum vnū præeligitur alteri, & tertium est quasi mensura quæ præelegit. Et hæc est causa quare animalia non hn̄t opinionem, licet habeant phantasiam, quia non possunt vti syllogismo, per quem vnum præeligant alteri. Sed deliberatio rōnis habet illam s. opinionem, alias non faceret ex pluribus phantasmatibus vnū. Et inde est quod appetitus inferior, qui sequitur phantasiam,

*Tex. cō. 58.* non hēt deliberationem, sed absque deliberatione mouetur ad concupiscendum vel irascendum, quia s. sequitur phantasiam sensibilem. Deinde cum dicit.

*Tex. cō. 59.* d ¶ Ostendit q̄ō deliberatio rationis vincatur ab appetitu inferiori, & dicit quod appetitus inferior qui est sine deliberatione, vincit deliberationem, quod remouet hominem ab eo quod deliberauit. Aliquando ecōuerso, appetitus mouet appeti-

*Te. com. 60.* tum s. superior qui est rōnis deliberantis eū, qui est phantasiæ sensibilis, sicut in corporibus cælestib. sphæra superior mouet inferiorem, quod accidit cum aliquis continens fuerit. Continentis n. est per deliberationem rationis vincere passiones. Et iste est naturalis ordo, vt superior appetit⁹ moueat inferiorem, quia etiam in corporibus cœlestibus naturaliter sphęra superior principalior est, & mouet inferiorem, ita quod inferior mouetur tribus motibus localibus. Sicut sphæra Saturni mouetur à motu diurno, qui est super polos mundi, & motu contrario, qui est super polos zodiaci, & præter hoc motu proprio. Et similiter appetitus inferior, etsi aliquid de motu proprio retineat, mouetur tamen naturali ordine, motu appetitus superioris, & motu rationis deliberantis. Si autem econuerso accidit, quod appetitus superior transmoueatur ab inferiori, hoc est præter ordinem naturalem. Vnde & hoc facit peccatum in morib. sicut peccata sunt monstra in natura. Deinde cum dicit.

e ¶ Ostendit, quæ ratio sit mouens. Et primo sciendū est ꝙ rō speculatiua, quam appellat scientificā, non mouet, sed in q̄ete est quia nihil de imitando vel fugiendo dicit, vt supra dictum est. Rō aūt practica, quædam est vniuersalis, & quædam parti-

*Te. com. 46.* cularis. Vniuersalis quidem, sicut quæ dicit, quod oportet talē

bus inest. Deliberatiua autem rationalibus inest. Vtrum n. aget hoc aut hoc, iam rōnis est opus. Et necesse est vno mēsurare. Maius n. imitatur. Quare potest vnum ex pluribus phantasmatibus facere. Et causa hæc est, cur opinionem non putatur habere, quoniam eam quæ ex syllogismo non habet. Hæc autem illam. Propter quod deliberatiuum non habet appetitus. G

d Vincit autem & mouet aliquādo appetitus deliberationē. Aliquando autē mouet & hunc illa, sicut sphæra, appetitus appetitū cum incōtinentia fuerit. Natura autem semper quæ sursum, principalior est, & mouet, vt tribus lationibus iam moueatur.

e Scienticū autē non mouet, sed manet. Quoniā autē hoc quidē vniuersalis existimatio & ratio, alia vero particularis. Hæc quidē n. dicit quod oportet talem tale agere, hoc aūt, ꝙ hoc quidem est tale, & ego talis. Iam hæc mouet opinio, non quę vniuersalis. Aut vtraque, sed hæc quidem quiescens magis, hæc autem non. H

LECTIO XVII.

a Vegetabilem igitur animā necesse habere omne q̄d cumque viuit & habet animā, à generatione vsque ad corruptionem. Necesse est enim quod generatur, augmentum habere, & statum, & decremētum, hoc autem sine alimento esse, impossibile est. Necesse est igitur, inesse vegetabilem potentiam in omnibus generabilibus & corruptilibus. I

b Sensum aūt non necesse est oībus viuentib. inesse. Neque n. ea quorum simplex corpus, contingit habere tactum. Neq; sine hoc possibile est esse vllum animal. Neque quæcumque non susceptiua specierum sine materia.

F tale agere, sicut filium honorare parentes. Ratio autem particularis dicit, quod hoc quidem est tale, & ego talis, puta, quod ego filius, & hunc honorem debeo nūc exhibere parenti. Hæc autem iam opinio mouet, non autem illa quæ est vniuersalis. Aut si vtraque mouet, illa quæ est vniuersalis mouet vt causa prima & quiescens, particularis vero vt causa proxima, & quodammodo motui applicata. Nam operationes & motus in particularibus sunt, vnde oportet ad hoc, quod motus sequatur, opinio vniuersalis ad particularia applicetur. Et propter hoc etiā peccatum in actionib. accidit, quoniam opinio in particulari operabili corrumpitur propter aliquam delectationem vel propter aliquam aliam passionem, quæ tamē vniuersalem opinionem non corrumpit.

*animalibus, deliberatiua vero in iis quæ rationē habent; vtrum n. hoc aget an illud, id iam rationis officium est, atque necesse est vno quodam semper metiri, maius n. persequitur, quare potest ex pluribus phantasmatibus vnum facere, atque hæc est causa cur non habere opinionem videatur, nimirum, quia eam qua ex syllogismo proficiscitur, non habet, proinde deliberatiuum appetitus non habet.*

*Vincit tamen interdum, & mouet voluntatem, nonnumquam hæc illum veluti sphæra, appetitus scilicet appetitum, cum incōtinētia sit, quæ vero superior est, semper est natura dominantior, & mouet, ita vt tribus demum lationibus moueatur.*

*Scientiale autem non mouet, sed manet. Sed cum existimatio ac ratio, quædam sit rei vniuersalis, quædam singularis, altera namque dicit oportere hunc talem, hoc tale agere, altera, hoc esse tale, & me etiam talem, hæc demū opinio mouet, non illa vniuersalis: An vtraque, sed illa quiescens potius, hæc non item.*

LECTIO XVII.

a Postquam Philosophus determinauit de singulis partib. aīæ, hic ostendit q̄ō adinuicem ordinantur. Et primo ostendit, ꝙ necesse est aīę partem vegetabilem in oīb. viuētib. inueniri. Scdo ostendit q̄d sensitiua non est in omnib. sed in aliquibus ibi, [Sensum aūt non necesse.] Dicit ergo primo ex his quæ supra de partib. aīæ determinata sunt concludens, q̄d oē quod viuit, & per consequens quācunque partē aīæ habens necesse est, quod habeat aīam vegetabilem à principio suæ generationis vsque ad suam corruptionē. Ex quo īnuit hoc esse in aīalib. quæ generantur & corrumpuntur intelligendū. Hoc aūt probat sic quia necesse est quod oē viuens quod generatur, habeat augmentum & statū & decrementum, sed hæc non possunt accidere sine alimento,

K quia tempore augmenti oportet quod plus de alimento conuertatur, quam sufficiat ad conseruationem præexistentis magnitudinis, tempore autem status, æqualiter, sed tempore diminutionis, minus. Cum igitur vti alimento pertineat ad partem vegetabilem, necesse est quod hæc pars animæ sit in omnibus viuentibus quæ generantur & corrumpuntur. Et sic patet ordo istius partis animæ ad alias partes animæ, quia omnes aliæ præsupponunt istam. Deinde cum dicit.

b ¶ Ostendit q̄ō se habeat pars sensitiua ad viuentia. Et primo ostendit, quod non est in oīb. viuentib. Secundo ostendit in q̄bus viuentib. sit, ibi, [Aīalia aūt necesse.] Dicit ergo primo, ꝙ non est necessarium, quod oīa viuentia habeant sensum, quia sensus tactus (sine quo nullus alius pōt esse, & per consequens neq; aliq̄d aīal, cuius rō perficitur ex hoc quod hēt sēsum) esse nō potest in aliquo corpore simplici, quia organū sensus tactus necesse est eē in quadā medietate inter contraria, vt supra ostensū est, ꝙ nulli corpori simplici cōuenit, cum in corporib. *Lib. 2. Tex. c. 118.*

simpli-

*LECTIO XVII.*

**Necesse igitur est, quidquid viuit & animam habet, nutritiuam habere animam, ab ortu vsque ad interitum suum, quod enim genitum est, habere auctionem & statum & diminutionem necesse est, quæ sine nutrimēto haberi nequeunt, ergo necesse est nutritiuam potentiam omnibus iis inesse quæ oriuntur & intereunt.**

*Sensum omnibus inesse viuentibus, necesse non est, neque enim ea quorum corpus est simplex, possunt tactum habere, neque sine eo vllum animal esse potest, neque item ea quæ non sunt receptiua specierum sine materia.*

A

*c* Animal autem neceſſe eſt ſenſum habere, ſi nihil fruſtra facit natura. Propter aliquid n. oĩa q̃ ſunt natura, ſubſiſtunt, aut concidentia ſunt eorũ, quæ ſunt pp aliquid. Si igitur omne proceſſiuum corpus non habet ſenſum, corrumpetũ vtique, & ad finem non vtique veniet, qui eſt naturæ opus. Quomodo n. aletũ? Manentibus quidem enim exiſtit, vnde nutriri nata ſunt.

B

*d* Non poteſt autem corpus habere quidem animam, & intellectum diſcretiuum, ſenſum autẽ non habere, non manſiuum exiſtens, generabile autem. At vero neq; ingenerabile. Quare n. non habebit? Aut enim animæ melius, aut corpori. Nunc autẽ neutrum eſt. Hæc quidem non magis intelligit. Hoc autem nihil erit magis propter illud. Nullũ ergo habet animal corpus non manens ſine ſenſu.

C

*e* At vero ſi habet ſenſum, neceſſe eſt corpus eſſe, aut ſimplex aut miſtum. Impoſſibile autem eſt eſſe ſimplex. Tactum enim non haberet. Eſt autem neceſſe hunc habere.

*f* Hoc autem ex his manifeſtum: qm̃ enim animal, corpus animatum eſt, corpus autem omne tã-

*At animal neceſſe eſt ſenſum habeat, ſi nihil fruſtra facit natura. cuncta n. quæ natura ſunt, alicuius ſunt gratia, aut ſunt caſus eorum quæ alicuius gratia ſunt: ergo ſi corpus quodque greſſile nõ haberet ſenſum, vtique corrumperetur, & ad finem non perueniret, quod naturæ opus & officium eſt. quo enim pacto nutrietur? iis enim quæ ſtabilia ſunt, hoc adeſt in eodem illo loco vnde orta ſunt.*

*Fieri autem non poteſt, vt corpus vllum habeat quidem animam & intellectum indicandi vi præditum, ſenſum vero non habeat, quod non ſtabile ſit, ſed generabile (quinimo ne ingenerabile quidem) cur* enim non habebit? nam aut animæ melius erit, aut corpori: nunc autem neutrum eſt, illa enim non magis intelliget: hoc vero nõ ideo magis erit propter illud. Nullum ergo corpus non ſtabile, habet animam ſine ſenſu.*

** al. cur enim habebit.*

*Enim vero, ſi ſenſum habet, neceſſe eſt corpus ſit aut ſimplex aut mixtum. Sed fieri non poteſt vt ſimplex ſit, nam tactum non habebit, quem tamen neceſſe eſt habeat.*

*Quod ex his perſpicuum erit, nam cum animal corpus ſit animatũ, atque omne corpus tactile ſit, tactile autem*

ſimplicibus ſint excellentiæ qualitatũ ſenſibiliũ, puta in igne excellentia calidi, in aqua excellentia frigidi. Similiter etiã q̃cunq; non ſunt ſuſceptiua ſpecierum ſine materia, non habẽt ſenſum. Nã ſenſus ẽ ſuſceptiuꝰ ſpecierũ ſine materia, vt ſupra Tex. c. 122. dictum eſt. Sunt aũt quædã viuentia, ſ. plantę, q̃ ſunt ꝓpinqua corporibus ſimplicib. pp earum terreſtreitatem, & non recipiunt ſpecies ſenſibiliũ, niſi ꝑ materialem immutationẽ, non ergo oĩa viuentia habent ſenſum. Deinde cũ dicit.

*c* ¶ Oſtẽdit, quod oĩa animalia habent ſenſum. Et circa hoc duo facit. Primo oſtendit hoc de animalibus quæ mouentur motu proceſſiuo. Secundo ſimpliciter de oĩbus Tex. cõ. 61. animalibus, ibi, [At vero.] Circa primum duo facit. Primo oſtẽdit propoſitum. Secundo excludit quoddam per quod poſſet ſuæ rationi obuiari, ibi, [Non põt autem corpus.] Dicit ergo primo, ꝙ neceſſe eſt ꝙ aĩal ſenſum hẽat. Ad quod probãdum ꝓponit primo, quod natura nihil facit fruſtra, quia oĩa quæ sũt Tex. cõ. 62. in natura, ſunt ꝓpter aliud, i. proueniunt ex neceſſitate ex his quæ pp aliquid ſunt, ſicut natura facit mẽbra propter aliquas operationes. Sed ex hoc ꝙ membra ſunt Tex. c. 63. talis diſpoſitionis, ſequitur ꝙ habeant aliqua accidentia, ſicut quod habeãt piloſitates quaſdã, vel colores, vel corruptiones, quæ non ſunt propter finem, ſed magis proueniunt ex neceſſitate materiæ. Sic igitur cum natura operetur propter aliqd, ſi res naturales non poſſent peruenire ad finem quem natura intendit, eſſent fruſtra. Sed natura fecit corpꝰ proceſſiuũ, i. aĩalis quod põt moueri motu proceſſiuo, ſic organizatum & diſpoſitum, propter motũ, & vt per motũ vlterius proſequeretur alimentum, per quod conſeruaretur in eſſe. Hoc aũt non poſſet eſſe, ſi non haberet ſenſum, quia nõ diſcerneret corruptibilia, quæ poſſunt ei obuiare, & ſic corrumperetur, & non perueniret ad finem quem natura intendit, vt ſ. conſeruetur alimento ꝙ ex motu acquiritur. Qũo n. alerentur, niſi quærerent alimẽtũ per motum? Nec eſt inſtantia de aĩlibus immobilib. quia aĩalibus manentib. i. immobilib. exiſtit adiunctum illud vnde nata ſunt nutriri. Vnde nõ oportet quod à remotis quęrant. Manifeſtum eſt igitur quod ſi corpora proceſſiua non haberẽt ſenſum, non poſſent conſequi finem ad quem natura ordinauit, & ita eſſent fruſtra, quod eſt inconueniens. Deinde cum dicit.

D

*d* ¶ Excludit quoddam per quod poſſet obuiari prædictæ rationi. Poſſet n. aliquis dicere quod corpus proceſſiuum poteſt peruenire ad finem intentum à natura, diſcernendo corruptibilia per intellectum, etiam ſi non haberet ſenſum. Sed excludit hoc, dicens quod corpus non exiſtens manſiuum, ſed proceſſiuum, non poteſt habere aĩam & intellectum diſcernentẽ nociua, ita quod nõ habeat ſenſum, neq; ſi ſit generabile, neq; ſi ſit ingenerabile. Et de generabili quidem oſtenſum eſt. Nam viuentia generabilia habentia intellectum ſunt tantum hoĩes. Intellectus aũt humanus indiget ſenſu, vt ſupra oſtenſum eſt. Sed quod dicit, [quod neq; illud ꝙ eſt ingenerabile habet intellectũ ſine ſenſu,] videtur eſſe falſum ſecundũ opinionẽ Ariſ. Te. com. 20. & 30. Nã corpora cœleſtia quæ ponit eſſe aĩata, habent de partibus aĩę, intellectum. Non habent aũt ſenſum, cũ ſint corpora vniformia, non habentia diſtinctionẽ in organis q̃ requiruntur ad ſenſum. Vnde quidã ſic exponũt, vt ibi terminetur ſnĩa, vbi dicit [generabile aũt,] vt ſit ſenſus, ꝙ nullum corpus nõ manens põt habere intellectũ ſine ſenſu, dummodo ſit generabile. Sed quod ſubdit, [At vero neque ingenerabile,] eſt principium alterius ſententiæ, ac ſi dicat, qđ hoc quod dictum eſt de corpore generabili, non ſic ſe habet circa corpus ingenerabile, vt ſ. nõ poſſit habere intellectũ ſine ſenſu. Et hoc eſt ꝙ ſubdit, [Quare n. non habebit.] Intelligendum eſt magis relatiue q̃ interrogatiue, vt ſit ſenſus quod cã quare corpus ingenerabile ſ. corpus cœleſte non habet ſenſum, licet habeat intellectũ, eſt iſta, qa ſi haberet ſenſum, aut hoc eſſet vt exinde eſſet aliqd melius aĩæ corporis, aut vt exinde eſſet melius corpori cœleſti, ſed neutrum horum eſt, quia aĩa corporis cœleſtis non magis intelligeret per ſẽſum quã ſine ſenſu, intelligit enim per modum ſubſtantiarũ ſeparatarum ea quæ ſunt ſecundum ſe intelligibilia. Neq; ẽt corpus cæleſte magis poſſet cõſeruari in eſſe propter ſenſum, quia non eſt poſſibile ipſum corrumpi, vnde non indiget ſenſu ad vitandũ corrumpentia. Sed ad hunc ſenſum non adaptatur concluſio cõſequens ſ. ꝙ nullum corpus nõ manens, i. non immobile, habet aĩam ſine ſenſu. Niſi forte dicatur ꝙ hæc cõcluſio, nõ ſequitur ex eo ꝙ immediate dictum eſt, ſed ex eo ꝙ primo fuit dictum. Quia igitur hęc expoſitio extorta videtur, dicendũ eſt, ꝙ per corpus ingenerabile non intelligit corpus cœleſte, ſed corpora quorundam animalium aereorum q ponebãt Platonici, noĩantes ea dæmones, quos quidem Apule. Platonicus ſic diffinit. Dæmones ſunt aĩalia corpore aerea, mente rationalia, aĩo paſſiua tempore ęterna. Et de hmõi aĩaliũ corporib. vult Philoſophus oſtendere q non eſt poſſibile ꝙ habeant intellectũ ſine ſenſu, ſicut Platonici poſuerunt, vt interrogatiue legatur quod dicitur: [Quare n. non habebit?] ſ. huiuſmodi corpus ſenſum? q. d. Non ẽ huius rõnem aſſignare. Si n. non habet, aut hoc eſt propter bonum aĩæ, aut propter bonũ corporis. Sed neutrum horum, qa ſine ſenſu, neque anima eiꝰ intelligit melius, neq; corpus magis conſeruabitur. Et ex hoc ſtatim directe ſequitur concluſio q̃ inducit ꝙ nullũ corpꝰ mobile habens aĩam, careat ſenſu. Apparet aũt hanc eſſe intẽtionem Ariſt. ex hoc ꝙ immediate ſubiũgit, quod impoſſibile eſt aliquod corpus ſimplex eſſe corpus aĩalis. Deinde cum dicit.

E

*e* ¶ Oſtendit, quod ſenſus ſit ſimpliciter neceſſarius omni animali. Et circa hoc duo facit. Primo oſtendit propoſitum. Secundo inducit quandam concluſionem ex dictis, ibi, [Manifeſtum igitur quoniam neceſſe.] Circa primum duo facit. Primo proponit quod intendit. Secundo probat propoſitum, ibi, [Hoc autem ex his] Proponit, autem duo, quorum primum eſt quod ſi aliquod corpus habet ſenſum, neceſſe eſt quod vel ſit ſimplex, vel miſtum. Et impoſſibile eſt quod ſit ſimplex, quia ſi eſſet corpus ſimplex, non haberet tactum, quem quidem ſenſum neceſſe eſt omne animal habere, non ſolum animalia proceſſiua, ſed etiam animalia immobilia, ſicut oſtendit ſupra. Deinde cum dicit.

*f* ¶ Probat propoſitum. Et primo ꝙ ſenſus tactus ſit in omnib. animalib. Secundo qđ corpus aĩalis non poſſit eſſe corpꝰ ſimplex ibi, [Quod aũt poſſibile.] Circa primum duo facit. Primo oſtendit ꝙ neceſſe eſt ineſſe oĩb. aĩalib. ſenſum tactus, ſecundo quod alii ſenſus à ſenſu tactus non inſunt oĩb. ibi, [Alii autem ꝓpter bonum &c.] Circa primũ duo facit. Primo oſtẽdit, quod neceſſe eſt tactum ineſſe omnib animalib. Scđo oſtẽdit idem de guſtu, ibi, [Propter qđ & guſtus.] Dicit ergo primo quod hoc ſ. ꝙ neceſſe ſit tactũ ineſſe omnib. animalib. manifeſtum eſt ex his quæ nunc dicentur. Animal n. eſt corpus animatum.

matum. Omne autem corpus, ſ. generabile & corruptibile, eſt tangibile, & dico tangibile quod eſt ſenſibile tactu. Corpora aũt cœleſtia quæ ſunt ingenerabilia & incorruptibilia, nõ ſunt tangibilia. Non n. ſunt de natura elementorum, vt poſſint habere qualitates elemẽtares, quę ſunt qualitates tangibiles. Sed omnia corpora corruptibilia neceſſe eſt habere qualitates tangibiles, cum ſint vel elementa ſimplicia, vel ex elemẽtis compoſita. Et ex hoc concludit quod neceſſe eſt corpus animalis habere ſenſum tact⁹, ſi debeat ſaluari corpus animalis, quia cũ corpus animalis ſit tangibile, i. habens tangibiles qualitates & ſimiliter corpora quæ ipſum tangunt, immutari poteſt corpus animalis ab his quæ ipſum tangunt, naturali immutatione vſq; ad ſuam corruptionem. Aliter aũt eſt de aliis ſenſib. quę ſentiunt per alia media, & non tangendo, ſicut olfactus, viſus & auditus. Vnde illa ſenſibilia cum ſint remota, non tangunt corpus animalis, nec poſſunt alterare ipſum ad corruptionem ſicut tangibilia. Et ideo niſi animal haberet ſenſum tactus, per quem diſcerneret cõuenientia à corruptiuis, non poſſet hæc fugere, & illa accipere, & ita non poſſet ſaluari aĩal. Neceſſarium eſt igitur ad ſalutẽ aĩalis, ꝙ hẽat ſenſum tact⁹. Deinde cum dicit.

Tex. c. 64.

*g* ¶ Oſtendit idem de guſtu, ſ. ꝙ guſtus eſt ſicut tactus quidã. Eſt enim guſtus alimẽti, quo ſ. diſcernitur alimentũ, vtrum ſit cõueniens vel non. Alimẽtum autem eſt ꝙdam corpus tangibile. Nutrit n. ex hoc ꝙ eſt calidum, humidũ, frigidum, & ſiccum. Ex eiſdem enim nutrimur, ex quib. ſumus. Sed ſonus, & color, & odor, nihil faciunt ad alimentum, neque ad augmentum, vel ad decrementum. Sapor autem confert ad alimentum, inquantum eſt ſequela complexionis. Sic igitur patet quod guſtus eſt qdã tactus, quia eſt ſenſus alicuius tangibilis & vegetatiui, id eſt nutritiui, ſ. alimenti. Et ſic patet quod hi ſenſus neceſſarii ſunt animali. Ex quo etiam manifeſtum eſt quod animal non poteſt eſſe ſine tactu. Deinde cum dicit.

*a.l. Thomã in fin. huius lib 3. Te.com. 65.*

*h* ¶ Oſtẽdit, qđ alii ſenſus nõ inſunt omnib. animalib. ſed quibuſdam: Et circa hoc duo facit. Primo oſtẽdit propoſitum. Secundo manifeſtat quoddam ꝙ dixerat, ibi, [Sicut n. mouens.] Dicit ergo primo, ꝙ alii ſenſus, ſ. viſus, auditus & olfact⁹, cõueniunt animali nõ, ꝓpter neceſſitatẽ, ſed ꝓpter bene eſſe. Sed neceſſarium eſt eos ineſſe non cuilibet generi animalium, ſed quibuſdam, ſ. quæ mouentur motu proceſſiuo, quia ſi debet huiuſmodi animal ſaluari, non ſolum debet ſentire id quod tangit, ſed debet ſentire id quod eſt à longe, quia ad aliquid remotum mouetur. Hoc autem, ſ. quod ſentiat aliquid à longe, erit ſi habeat ſenſus qui ſentiant per medium, eo ꝙ medium patitur, & mouetur à ſenſibili, ſenſus autem à medio. Et hoc oſtendit conſequenter cum dicit.

*i* ¶ Oſtendit per ſimile in motu locali. Videmus enim, quod mouens ſecundũ locũ, facit permutationem vſq; ad aliquẽ determinatum locum, quia quod primo depellit, facit, vt illud depulſum, iterum depellat aliud, & ſic primũ depellens mouet tertium per mediũ, & primum quidẽ mouens depellit, ſed nõ depellitur. Vltimum aũt vbi terminantur mot⁹, depellitur, ſed non depellit. Medium autẽ habet vtrunque, ſcilicet quod depellit, & depellitur, & contingit multa media eſſe talia. Et ſicut hoc eſt in motu locali, ita cõtingit in alteratione, quod ſit primum mouens & vltimum motum, & medium quod ſit mouẽs, & motum. Sed in hoc tamen differt, quod primum alterãs manet ſecundũ locum dum alterat, quod non contingit dici de pellente. Et ponit exemplum, ſicut ſi aliquis tangat ceram liquefactam vſque ad alium terminum mota eſt, quouſque per actionem caloris actio tangentis pertingit. Sed lapis quia durus eſt non eſt ſuſceptiuus talis impreſſionis. In aqua autem talis actio magis ꝓtenditur procul, q̃ in cera. Sed adhuc aer qui eſt paſſibilior, in maxime remotum mouetur, & facit & patitur, vt medium exiſtens, dummodo maneat & ſit vnus, vt ſ. non iterũ patiatur per aliquod obſtaculum interpoſitum. Et ideo circa repercuſſionẽ ſenſus, melius eſt dicere quod aer patiatur à figura & colore quouſque permanet vnus & continuus, quod contingit quando eſt lenis, & non interruptus, quam quod radii egredientes à viſu, repercutiantur à viſibili, vt Platonici poſuerunt. Et ideo aer ſic motus à figura & colore, mouebit viſum, inquantum viſibile immutat totum aerem vſque ad viſum. Et eſſet ſimile de cera & ſigillo, ſi figura ſigilli imprimeretur in ceram, vſque ad vltimum terminum eius, ſicut viſibile imprimit ſpeciem ſuam in aerem vſque ad viſum.

F

gibile. Tangibile autem quod ſenſibile tactu, neceſſe & aĩalis corpus tactiuum eſſe ſi debet ſaluari animal. Alii n. ſenſus per altera ſentiũt, vt olfactus, viſus, auditus. Tactiuum autem niſi habeat ſenſum, non hæc quidẽ poterit fugere, illa autem accipere. Si vero hæc, impoſſibile eſt ſaluari animal.

G

*g* Propter ꝙ & guſtus eſt, ſicut tactus qdam, alimentum autem corpus tãgi poſſibile. Sonus autem, & color & odor non alunt, neq; faciunt augmentum, neq; decrementum. Quare & guſtũ neceſſe eſt tactum eſſe quendã, quia tangibilis & vegetatiui ſenſus eſt. Hi quidem igitur neceſſarii ſunt animali. Quo & manifeſtum, quod non poſſibile ſine tactu animal eſſe.

H

*h* Alii autem propter bonum, & generi animalium iam, non cuicumque, ſed quibuſdam, vt proceſſiuo neceſſe ineſſe. Si n. debet ſaluari, non ſolum oportet tactum ſentire, ſed & de lõge. Hoc autẽ erit, ſi per medium, ſenſitiuum fuerit, eo quod illud quidem à ſenſibili patiatur, & moueatur, ipſum autem ab illo.

*i* Sicut n. mouens ſecundũ locũ vſq; ad permutationem facit, & pellẽs alterũ facit vt pellatur, & eſt per mediũ motus. Et primũ quidem mouens depellit & non depellitur, vltimum autem ſolum depellitur non pellens, medium autem vtraque; multa autem media ſic & in alteratione. præterquam quod manet in eodem loco id quod alterat. Vt ſi in ceram tinxerit aliquis vſque ad id mota eſt, vſque quo tinxit. Lapis autem nihil, ſed aqua vſque procul. Aer autem ad plurimum mouetur, & facit & patitur, ſi maneat, & vnus ſit. Vnde & de repercuſſione eſt melius quam viſum egrediẽtem repercuti, aerem pati à figura & colore, vſquequo ſit vnus. In leni autem eſt vnus, propter quod hic iterum viſum mouebit ſicut vtique ſi in ceram ſigillum ingrederetur vſque ad finem.

I

K

*eſt quod eſt tactu ſenſibile, neceſſe eſt etiam animalis corpus, tactiuum eſſe, ſi ſaluum futurum eſt animal. cæteri nanq; ſenſus per alia ſentiunt, vt odoratus, viſus, auditus, quod ſi tangendo non ſentiet, alia vitare, alia parare non poterit, quod ſi ita eſt, fieri non poterit, vt conſeruetur animal.*

*Quapropter & guſtus eſt veluti tactus quidam. nam alimenti eſt; at alimentum corpus eſt tactile. Sonus autem & odor & color non nutriunt, neque auctionem, aut diminutionem efficiunt. ideo etiam guſtum tactum eſſe quendam neceſſe eſt, quia rei tactilis & ſenſitiuæ ſenſus eſt. Atque hi quidem animali neceſſarii ſunt, & perſpicuum eſt fieri non poſſe, vt ſine tactu animal ſit.*

*Reliqui vero gratia eius quod bene eſt, ac generi demum animalium non cuilibet, ſed cuidam, veluti greſſili, neceſſe eſt inſint, nam ſi ſaluum futurum eſt animal, non ſolum oportet tangendo ſentiat, verum etiam è longinquo. Quod quidem fiat, ſi per intermedium ſenſitiuum ſit, eo quod illud quidem à ſenſibili patiatur & moueatur, ipſum autem ab illo.*

*Quemadmodum enim quod loco mouet, quadantenus tranſmutari facit, & quod pepulit aliud efficit vt pellat, & eſt per medium motus, ac primum quidem mouens, pellit nec pellitur, vltimum vero duntaxat pellitur, non pellens, medium autem horum vtrunque (multa autem ſunt media) ſic etiam in alteratione; niſi quod in eodẽ loco manentia alterant, vt ſi quis in ceram mergat quidpiam, vſq; eo mota eſt, quo tinxit, lapis autem nihil prorſus, at aqua longius, aer vero longiſſime mouetur, & agit & patitur, ſi permaneat & vnus ſit. proinde de refractione rectius cenſendum eſt, aerem pati à colore & figura, donec ſit vnus, (in leui autem eſt vnus) quam viſionem egredientem refringi. quamobrem rurſus is quoque viſum mouet, non ſecus ac ſi ſignum quod in ceram imprimitur, vſque ad imam ceram tranſmitteretur.*

*LECTIO*

## LECTIO XVIII.

a POſtquā Philoſophus oſtēdit, quod tactus de neceſſitate ineſt omnibus animalibus, hic intendit oſtendere, ꝙ impoſſibile ſit corpus animalis eſſe ſimplex, puta quod ſit igneū, vel aereum, ſicut Platonici poſuerunt quædam animalia eſſe aerea. Hoc autē probat, quia nullum aliū ſenſum contingit eſſe ſine tactu, oportet enim omne animal habere tactum, vt oſtenſum eſt; & per cōſequēs oportet quod omne corpus animatum, ſ. anima ſenſibilis, ſit tale, vt per ipſū poſſit fieri ſenſus tactus. Omnia autem elementa præter terram, poſſunt eſſe organa vel media aliorum ſenſuū, ſ. aer, & aqua, eo quod aer, & aqua faciunt ſentire per alterum, i. per medium. Sed tactus non fit per mediū, ſed in tangendo ipſa ſenſibilia, & ideo ſic nominantur, quamuis & alii ſenſus ſentiant, quodammodo in tangendo, non quidem immediate, ſed per mediū. Nam ſenſibile tangit ſenſum per medium, ſicut & per medium immutat ipsū. Solus aūt ſenſus tactus in tangendo ſenſibile, ſentit per ſeipſum, & non per aliquod medium. Ex quo manifeſtum eſt ꝙ corpus animalis dēt eſſe tale, vt per ipſum poſſit fieri tactus, non aūt vt per ipſum poſſit fieri viſ⁹, & auditus, qa hi ſenſus fiunt per medium extrinſecum. Et quia corpus aīalis oportet eſſe tale, vt per ipſum fiat ſenſus tactus, impoſſibile eſt, ꝙ vllum elementorū ſit corp⁹ aīalis, neq; terra, per quā non ſunt alii ſenſus, neq; alia elemēta per quæ fiūt alii ſenſus. Cuius rō eſt, quia illud per quod fit tactus, oportet eſſe medium inter qualitates tangibiles, ad hoc ꝙ ſit ſuſceptiuum earū, vtpote in potētia exiſtens ad eas, vt ſupra oſtenſum eſt. Et hoc ē verū, non ſolū reſpectu qualitatū terræ, ſed etiā omniū tangibilium qualitatum. In corporibus autem ſimplicib. non inueniturmediū inter qualitates tangibiles, ſed inueniuntur ipſæ qualitates ſecūdū extremitatē contrarietatis. Et inde manifeſtū eſt, ꝙ per nullū corpus ſimplex, nec per aliquid ex corporib. ſimplicibus vicinum, poteſt fieri ſenſus tactus. Et ideo oſſib & capillis, & talibus partibus non ſentimus; quia ſuperabundat in eis ꝙ terræ eſt, & non reducuntur ad medium, prout tactus requirit. Propter iſtam etiam rōnem, plantæ nullum hēnt ſenſum, quia habent multum de terreſtri, & ſine tactu non eſt poſſibile eſſe aliquem alium ſenſum, nec tactum fieri poſſibile per aliquod ſimplex elementum. Sic ergo manifeſtum eſt ꝙ nullum corpus ſimplex pōt eſſe aīatum anima ſenſibili. Deinde cum dicit.

b ¶ Concludit ex prædictis habitudinem ſenſuum ad aīalia. Et primo quantū ad tactum. Secundo quantū ad alios ſenſus, ibi, [ Alios autē ſenſus. ] Dicit ergo primo, qđ cum neceſſe ſit omne animal habere tactū, vt oſtenſum eſt, manifeſtum eſt ꝙ ſolum ꝑ priuatione huius ſenſus, ſ. tactus, neceſſe ē aīalia mori. Hic enim ſenſus conuertitur cū animali, nec aliquid poteſt eſſe animal, niſi habeat hunc ſenſū. Et inde vlterius concludit, ꝙ ſenſibilia aliorum ſenſuum ( ſi ſint excellentia ) corrumpunt quidem ſingulos ſenſus, puta nimis fulgida corrumpunt viſum, & fortes ſoni corrumpunt auditum: quia tamen, corruptis his ſenſib. pōt animal remanere, horum excellentię non corrumpunt animal niſi per accidens, inquantum, ſ. accidit animal pati ſimul ab aliquibus tangibilib. corrumpentibus, puta ſi ſimul cum ſono fiat depulſio & ictus, vt accidit in tonitruo ex quo interdum aīalia moriuntur. Et ſimiliter ab his ꝗ vidētur, aliqua moriuntur, nō inquātum ſunt viſa, ſed inquantum aerē inficiunt, vt dicitur de quibuſdā venenoſis. Et ſimiliter intelligendū eſt de odorib. ſecūdum ꝙ cum malis odoribus interdum adiungitur corruptio aeris. Et ita ēt de ſapore eſt ꝙ poteſt corrūpere aīal, non inquantum ſapor ē, ſed inquātum ſapori adiungitur aliqua qualitas tāgibilis puta ꝙ talis ſapor cōſequitur calorē excedētē, vel frig⁹. Sed excellentiæ qualitatum tangibiliū corrūpunt aīal pſe, & non ꝑ accidēs, quia oīs excellentia ſenſibilis corrumpit ſenſum. Vnde & ꝙ tangi poteſt, id eſt tangibile,

*Tex. c. 66.* (beside "ſe ſine tactu")
*Secundo te. com. 27.* (beside "tum, ſ. anima ſenſibilis")
*Te. com. 67. Legito ſuperius. te. 117. 118 143.* (beside "poſſibile eſt, ꝙ vllum elementorū")
*Secundo te. com. 118.* (beside "ſed etiā omniū tangibilium")
*Te. com. 68.* (beside "In corporibus autem")

## LECTIO XVIII.

a QVod autē impoſſibile ſit, ſimplex eſſe animalis corpus, manifeſtum eſt, dico autē, puta igneum, aut aereum. Sine tactu enim nullū alium ſenſum eſſe poſſibile eſt. Corpus enim tactiuum animatum omne, ſicut dictum eſt. Alia autem, præter terram, ſenſoria quidem vtique B fient, omnia autem per alterum ſentiendo faciunt ſenſum, & per medium. Tactus autem eſt in tangendo ipſa, propter quod & habet hoc nomen. Et tamen alii ſenſus tactu ſentiu. . ſed per altera. Hic autem vid. r ſolus per ſeipſum. Quare huiuſmodi elementorum, nullum vtiq; erit corpus animalis. Neque itaque terrenum. Omnium enim tangibilium tactus eſt, ſicut medietas, & ſuſceptiuus ſenſus, non ſolum quæcunque differentiæ ter- C reæ ſunt, ſed calidi, & frigidi, & aliorum omnium tangi poſſibilium. Et propter hoc oſſibus, & capillis, & huiuſmodi partibus non ſentimus; quia terreæ ſunt: Et plantæ etiam ob hoc, nullum habent ſenſum quia terreę ſunt, ſine autem tactu, nullum poſſibile eſt alium eſſe. Hic autem ſenſus non eſt, neque terræ, neque vllius alius elementorum.

b Manifeſtum igitur, quod neceſſe hoc ſolo priuata ſenſu animalia mori. Neque enim hunc D poſſibile eſt habere non aīal exiſtens, neq; cū ſit animal neceſſe eſt habere præter hunc. Et ꝓpter hoc quidem alia ſenſibilia excellentiis non corrumpunt animal, vt color, & odor, & ſonus, ſed ſolum ſenſus, niſi ſecundum accidens, puta ſi ſimul cum ſono depulſio fiat, & ictus, & à viſis, & odore alia mouentur, quæ tactu corrumpunt, & humor autem, ſecundum quod accidit ſimul tactiuū eſſe, ſic corrumpit. Tāgibilium autem excellentia, vt E calidorum, & frigidorum, & durorū, corrumpit animal. Omnis enim ſenſibilis ſuperfluitas corrumpit ſenſum. Quare & ꝙ tangi pōt, tactum. Hoc autem tactu, determinatum eſt viuere. Sine n. tactu mōſtratū eſt, ꝙ impoſſibile eſt animal eſſe. Vnde tangibilium excellentia non ſolum corrumpunt ſenſum, ſed & animal, quia neceſſe eſt ſolum habere hunc animalia.

## LECTIO XVIII.

*PErſpicuum igitur eſt fieri non poſſe vt ſimplex ſit corpus animalis, verbi cauſa, igneum aut aereum, nam ſine tactu, nullus alius ſenſus haberi poteſt, omne enim animatum corpus, tactiuum vt diximus eſt. Reliqua vero præter terram ſenſoria quidem fieri poſſunt, cuncta vero per aliud ſentiendo ſenſum efficiunt, & per intermedia, at tactus in tangendo ea conſiſtit. quamobrem etiam nomen hoc habet. atqui & alia ſenſoria tactu ſentiunt, ſed per alia: hic autem videtur ſolus per ſe. Quare nullum eiuſmodi elemētorum fuerit corpus animalis. Neque vero terreum, tactus enim quaſi mediocritas eſt omnium tactilium, atque ſenſorium hoc, non ſolum differentiarum, quæ terræ ſunt, receptiuum eſt, verum etiam calidi, & frigidi, ac reliquorum omnium tactilium, quo fit vt nec oſſib. nec pilis nec id genus aliis partibus ſentiamus, quia terreæ ſunt, & plantæ; propterea nullum habent ſenſum, quia terræ ſunt, at ſine tactu, nullus alius eſſe poteſt, hoc autem ſenſorium neque terræ eſt, neque vllius alterius elementorum.*

*Non ergo dubium eſt quin animalia, cum hoc ſolo ſenſu priuantur, neceſſario moriantur, neque enim fieri poteſt vt eum habeat quod non ſit animal, neque ſi ſit animal alium præter eum habeat neceſſe eſt. Quamobrem cætera quidem ſenſibilia animal exceſſib. non corumpunt ſuis, vt color, vt odor, vt ſonus, ſed ſenſoria tantummodo; niſi forte per accidens; verbi cauſa ſi vna cum ſono, pulſus fiat & ictus; & à quibuſdam viſis & ab odore alia moueantur, quæ tactu corrumpant. Quin etiam ſapor, qua ſimul accidit vt tactilis ſit eatenus corrumpit: at tactilium exuperantia, vt calidorum, frigidorum, durorum corrumpit animal. Nam ſenſilis cuiuſuis exuperantia corrumpit ſenſorium, quamobrem tactile etiam tactum. hoc autem animal definitum eſt: oſtenſum namque eſt fieri non poſſe, vt ſine tactu animal ſit. itaque fit vt tactilium exceſſum non ſolum ſenſorium, ſed animal etiam corrumpant, quandoquidem neceſſe eſt animalia hunc ſolum habere.*

gibile, ſi fuerit excellens, corrumpit tactum. Secundum autem hunc ſenſum determinatur vita animalis, tamdiu n. durat animal, quamdiu durat ſenſus tactus in eo. Oſtenſum eſt enim, quod impoſſibile eſt eſſe ſine tactu. Vnde manifeſtũ eſt, quod excellentiæ tangibilium, non ſolum corrumpant ſenſum tactus, ſed etiam corrumpunt animal, in quãtum hunc ſolum ſenſum neceſſe eſt ineſſe animali. Deinde cum dicit. Sup.tex.63.

*e* Alios autem ſenſus habet animal, ſicut dictum eſt, non propter bene, vt viſum, quia in aere, & aqua, vt videat, omnino autem, quoniam in diaphano. Guſtum autem habet propter delectabile, & triſte, vt ſentiat quod in alimento, & concupiſcat, & moueatur. Auditum autem vt ſignificetur aliquid ipſi. Linguam autem habet, quatenus ſignificet aliquid alteri.

*Reliquos autem ſenſus habet, vt diximus, animal, non vt ſit, ſed vt bene ſit, veluti viſum, quãdoquidẽ in aere, & in aqua, & omnino in translucido verſatur, vt videat. Guſtatum, propter iucundum, & moleſtum, vt id quod in alimento eſt, ſentiat, idque cupiat ac moueatur. Auditum, vt ei aliquid ſignificetur. Linguam, vt ipſum quidpiam alteri ſignificet.*

*e* ¶ Oſtendit qualiter ſe habeant alii ſenſus ad animal, & dicit quod alios ſenſus habet animal, non propter neceſſitatem ſui eſſe, quia ſine eis poteſt eſſe & viuere, ſed propter bene eſſe, ſicut viſum habet, quia viuit in aere, & in aqua, vt videat per aerem, & aquam ea quæ procul ſunt. Et non ſolum per aerem & aquam, ſed etiam per quodcumque diaphanum, quia etiam per corpora cœleſtia videmus. Guſtum autem habet animal propter delectationem & triſtitiam quæ eſt in cibo, vt ſentiat delectationem in alimento, & ſic concupiſcat ipſum, & moueatur ad quærendum ipſum.

F Sed notandum eſt, quod ſupra poſuit guſtum neceſſarium animalibus, inquantum eſt tactus quidam alimenti: hic autem numerat ipſum inter ſenſus non neceſſarios, inquantum eſt diſcretiuus ſaporum, qui faciunt alimentum delectabile vel triſte, vt accipiatur facilius, vel refutetur. Et quod dicitur de guſtu, intelligendum eſt de odoratu, quia per odoratum attrahuntur animalia ad alimentum à remotis, licet etiã in hominibus ſit alia ſpecies, & alia vtilitas odoratus, vt in Libro de Senſu, & ſenſato dicitur. Auditus autem eſt in animali ad hoc, quod ei aliquid ſignificetur. Eſt enim neceſſarium, quod conceptiones vnius animalis alteri ſignificentur, ſecundum quod vnum animal iuuatur ex altero, vt patet maxime in gregabilibus animalibus, in quibus geniti educantur à generantibus. Et ideo oportet etiam quod animal habeat linguam, per quam ſonando, ſignificet ſuas affectiones alteri. Et hæc dicta de anima ad præſens ſufficiant. Sup.t.64. & li. 2. tex. 101.

*Expoſitionis D. Thõ. Aquin. in tres Libros de Anima Ariſtotelis, Finis.*

# DIVI THOMÆ AQVINATIS DOCTORIS ANGELICI,

## IN EOS, QVI PARVA NATVRALIA *Ariſtotelis dicuntur, libros, expoſitio.*

## LECTIO PRIMA.

### ARISTOTELIS STAGIRITÆ PERIPATETICORVM PRINCIPIS DE SENSV ET SENSATO, LIBER.

*Antiqua tranſlatio.*

a QVoniam autem de anima ſecundum ſeipſam determinatum eſt, & de virtutum qualibet, ex parte ipſius, conſequens eſt facere cõſiderationem de animalibus & vitam habentibus omnibus, quę ſunt propriæ, & quæ communes operationes eorum. Quæ igitur dicta ſunt de anima ſubiiciantur. De reliquis autem dicamus, & primum de primis.

C Nic. Leoniceni interpretatio.

*QVoniam de anima per ſe, nec non de poteſtatibus ſingulis, quæ per partes illi inſunt, pertractatum eſt prius, proximum eſt de Animalibus perſcrutari, & de iis quæ vitam habent omnibus, quænam propria, & quæ communia illorum ſunt opera. Quæ igitur dicta ſunt de anima, ſupponantur. de reliquis vero dicamus, & de primis prius.*

*Te. com. 11. & 36.* SICVT Philoſophus dicit in Tertio de Anima, ſicut ſeparabiles ſunt res à materia, ſic & quæ circa intellectum ſunt. Vnumquodque enim intantum eſt intelligibile, inquantum eſt à materia ſeparabile, vnde ea, quæ ſunt ſecundum naturam à materia ſeparata, ſunt ſecundum ſeipſa intelligibilia actu: quæ vero à nobis à materialib. conditionibus ſunt abſtracta, fiunt intelligibilia actu per lumen noſtri intellectus agentis. Et quia habitus alicuius potentiæ diſtinguuntur ſpecie ſecundum differentiam eius, quod eſt per ſe obiectũ potentiæ, neceſſe eſt, ꝙ habitus ſcientiarum, quib. intellectus perficitur, etiam diſtinguantur ſecundũ differentiã ſeparationis à materia. & ideo Philoſophus in Sexto Meta. diſtinguit genera ſcientiarum ſecundum diuerſum modum ſeparationis à materia. Nam ea, quæ ſunt ſeparata à materia ſecundum eſſe & rationem pertinent ad Metaphyſicum: quæ aũt ſunt ſeparata ſecundum rõnem, & non ſecundum eſſe, pertinent ad Mathematicum: quæ autem in ſui ratione concernunt materiã ſenſibilẽ, pertinẽt ad Naturalem. Et ſicut diuerſa genera ſcientiarũ diſtinguuntur ſecundum hoc, ꝙ res ſunt diuerſimode à materia ſeparabiles, ita etiam in ſingulis ſcientiis, & præcipue in ſcientia naturali, diſtinguuntur partes ſcientiæ ſecundum diuerſum ſeparationis & concretionis modum: & quia vniuerſalia ſunt magis à materia ſeparata, ideo in ſcientia naturali ab vniuerſalibus ad minus vniuerſalia proceditur, ſicut Philoſophus docet Primo Phyſi. *Tex. com. 2.* Vnde & ſcientiã naturalem incipit tradere ab his, quæ ſunt communiſſima omnib. naturalibus, quę ſunt motus, & principium motus, & demum proceſſit per modum concretionis ſiue applicationis principiorum cõmunium, ad quædam determinata mobilia, quorum quædam ſunt corpora viuentia: circa q̃ etiã ſimili modo proceſſit, diſtinguens hanc conſiderationem in tres partes. Nã primo quidem conſiderauit de anima ſecundum ſe, quaſi in quadam abſtractione. Secundo, conſiderationẽ facit de his, quę ſunt animæ ſecundum quandam concretionem, ſiue applicationem ad corpus, ſed in generali. Tertio, conſiderationem facit applicando omnia hæc ad ſingulas ſpecies animalium & plantarum, determinando quid ſit proprium vnicuique ſpeciei. Prima igitur conſideratio continetur in Libro de Anima. Tertia vero conſideratio cõtinetur in Libris, quos ſcribit de Animalib. & Plantis. Media vero conſideratio cõtinetur in libris, quos ſcribit de quibuſdam, quæ pertinent cõmuniter, vel ad omnia animalia, vel ad plura genera eorum, vel etiam ad omnia viuentia, circa quæ huius libri eſt præſens intentio. Vnde cõſiderandum eſt, ꝙ in Secundo de Anima quatuor gradus viuentium determinauit, *Viuentium gradus in 2. de Anima. Te. com. 13.* quorum primus eſt eorum, quæ habent ſolam partem animæ nutritiuam, per q̃ viuunt, ſicut ſunt plantæ: quædam autem ſunt, quæ cum hoc habent etiam ſenſum ſine motu progreſſiuo, ſicut ſunt animalia imperfecta, puta conchilia: quædam vero, B quæ habent inſuper motum localem progreſſiuum, ſicut animalia perfecta, vt equus, & bos: quædam vero inſuper intellectum, ſicut homines. Appetitiuum enim quamuis ponatur quintum genus potentiarum animæ, non tamen conſtituit quintum gradum viuentium, quia ſemper conſequitur ſenſitiuum. Horum autẽ intellectus quidem nullius partis corporis actus eſt, vt probatur Tertio de Anima. vnde non põt conſiderari per cõcretionẽ vel applicationem ad corpꝰ, vel aliq̃ organũ corporeũ. Maxima n. cõcretio eiꝰ eſt in anima: ſumma aũt eius abſtractio eſt in ſubſtantiis ſeparatis. Et ideo præter librũ de Anima, Ariſt. non fecit librũ de intellectu & intelligibili: vel ſi feciſſet, nõ pertineret ad ſcientiã naturalẽ, ſed magis ad Metaphyſicum, cuius eſt conſiderare de ſubſtantiis ſeparatis. Alia vero omnia ſunt actus alicuius partis corporis, D & ideo eorum poteſt eſſe ſpecialis conſideratio per applicationem ad corpus, vel organa corporea præter conſiderationem, quæ habita eſt de ipſis in lib. de Anima. Oportet ergo huiuſmodi conſiderationem mediam in tres partes diſtingui, quarum vna contineat ea, quæ pertinent ad viuum, inquantum eſt viuum, & hæc continetur in libro, quem ſcribit de Morte & Vita, in quo etiam determinat de Reſpiratione & Expiratione, per quæ in quibuſdam vita conſeruatur, & de Iuuentute & Senectute per quæ diuerſificatur ſtatus vitæ. Similiter autem & in libro, qui inſcribitur de Cauſis longitudinis & breuitatis vitæ, & in libro, quem fecit de Sanitate & ægritudine, quæ etiam pertinent ad diſpoſitionem vitæ, & in libro, quem dicitur feciſſe de Nutrimento & Nutribili, qui duo Libri, apud nos nondum habentur. Alia vero pertinent ad motiuum, quæ quidem continentur in duobus, ſcilicet in libro de Cauſa motus animalium, & in libro de Progreſſu animalium, in quo determinatur de partibus animalium opportunis ad motum. Tertia vero pertinet ad ſenſitiuum. Circa quod conſiderari poteſt: & E id quod pertinet ad actum interioris vel exterioris ſenſus: & quantum ad hoc conſideratio ſenſitiui continetur in hoc libro, qui inſcribitur de Senſu & ſenſato, id eſt, de Senſitiuo & ſenſibili, ſub quo etiam continetur tractatus de Memoria & Reminiſcentia. Et iterum, ad conſiderationem ſenſitiui pertinet id, quod facit differẽtiam circa ſenſum in ſentiendo, quod per ſomnum, & vigiliam determinauit in libro, qui inſcribitur de Somno & vigilia. Sed quia oportet per magis ſimilia ad diſſimilia tranſire, talis videtur eſſe rationabiliter horum librorum ordo, vt poſt librum de Anima, in quo de anima ſecundum ſe determinatur, immediate ſequatur hic liber de Senſu & ſenſato, quia ipſum ſentire, magis ad animam quam ad corpus pertinet, poſt quem ordinandus eſt liber de Somno & vigilia, quæ important ligamentum & ſolutionem ſenſus. Deinde ſequuntur libri, qui pertinent ad motiuum, quod eſt magis propinquum ſenſitiuo. Vltimo autem ordinantur libri, qui pertinent ad communem conſiderationem viui:

*b* Videntur autem † maximà, & communia,& propria animalibus, eſſe communia corporis & animæ.

*Videntur autem quæ maxima ſunt & communia & propria animalibus,cum animæ,tum corpori eſſe communia.*

*c* Puta ſenſus & memoria, ira & deſiderium,& omnino appetitus,& cum his gaudium & triſtitia.etenim hæc fere inſunt omnibus animalibus. Cum his aũt hæc quidem omnibus ſunt vitam participantibus communia,hæc vero animaliũ quibuſdam. Exiſtunt autẽ horum maxime quatuor cõiugationes numero,velut vigilia & ſomnus, iuuentus & ſenectus,expiratio & reſpiratio, & vita & mors:de quibus cõſiderandum eſt quid ſit vnumquodque corũ, & quibus de cauſis accidat.Verũ Phyſici eſt de ſanitate & infirmitate prima inuenire principia , nec n.ſanitatẽ nec infirmitatẽ poſſibile fieri carentibus vita Quare fere Phyſicorũ plurimi & Medicorum,qui magis phyſice artem proſequuntur,hi quidẽ finiunt ad ea , quæ de medicina: hi vero ex his , quæ de natura, incipiunt de medicina.

*Vt ſenſus,& memoria,ira,& deſiderium,& omnino appetitio,voluptaſque, inſuper & dolor, hæc enim fere omnibus inſunt animalibus. Et præterea, alia quidem omnibus quæ vita participãt ſunt communia,alia vero animalibus dumtaxat quibuſdam. Horum autem maxime coniunctiones ſolum ſunt quatuor,vigilia & ſomnus, iuuentus & ſenectus, ſpiratio & expiratio, vita & mors, de quibus ſpeculandũ eſt, quid quodque illorum eſt,& quas ob cauſas fieri contingat. Phyſici etiam eſt ſanitatis,& morbi prima cognoſcere initia:cur neque ſanitatem, neq; morbum fieri poſſe conſtet iis, quæ vita carent. Quamobrem Phyſicorum fere plurimi, & Medicorum ii, qui Phyſice artem exercent magis, illi quidem ad ea quæ ſunt Medicinæ artem deſinunt. Ii autem ex iis,quæ de natura ſunt, ea quæ ad medicinam ſpectant,exordiuntur.*

quia iſta conſideratio maxime concernit corporis diſpoſitionem.

Hic igitur liber, qui de Senſu & ſenſato inſcribitur, primo quidem in duas partes diuiditur,in Procœmiũ , & Tractatum, qui incipit,ibi,[Sed de ſenſu & ſentire.] Circa primum duo facit. Primo manifeſtat ſuam intentionem , oſtendens de quibus ſit tractandũ. Secundo aſſignat rationem , quare neceſſarium eſt de his tractari , ibi,[ Videntur autem maxime.] Dicit ergo primo,iam determinatum eſſe in libro de Anima , de anima ſecundum ſeipſam , vbi ſcilicet animam definiuit. Iterum conſequenter determinatum eſt de qualibet virtute & potentia eius , ſed hoc dico [ ex parte ipſius. ] Cum enim potentiæ animæ præter intellectum , ſint actus quarũdam partium corporis , dupliciter de his conſiderari põt. vno modo ſecundum ꝙ pertinent ad animam , quaſi quædam potentiæ vel virtutes eius: alio modo ex parte corporis. De ipſis ergo potentiis animæ ex parte ipſius animæ determinatũ eſt in libro de Anima , ſed nunc conſequens eſt facere conſiderationẽ de animalibus [ & omnib. habentibus vitam.] quod addit propter plantas [determinando,] ſcilicet quæ ſunt operationes corũ [propriæ , ] ſcilicet ſingulis ſpeciebus animalium & plantarum. [ Et quæ communes, ] ſcilicet omnibus viuentibus, vel omnibus animalibus, vel multis generibus eorum. [ Illa igitur,quæ dicta ſunt de anima,ſubiiciantur,vel ſupponantur, ] id eſt vtamur ipſis in ſequentibus, tamquam ſuppoſitionibus iam manifeſtis. [ De reliquis autem dicamus , & primum de primis, ]id eſt, primo de communibus,& poſtea de propriis. Iſte enim eſt debitus ordo ſciẽtiæ naturalis , vt determinatum eſt in principio libri Phyſicorum. Deinde cum dicit.

Te.c.3.& 4. *b* ¶ Oſtendit neceſſitatem præſentis conſiderationis. Si enim operationes tam propriæ quam communes animaliũ & plantarum eſſent propriæ ipſius animæ, ſufficeret ad hoc cõſideratio de anima:ſed quia ſunt communes animæ & corpori, ideo oportet poſt conſideratione de anima, de huiuſmodi conſiderare , vt ſciatur qualis diſpoſitio corporum ad huiuſmodi operationes vel paſſiones requiritur. Et ideo Philoſoph⁹ hic oſtẽdit omnia communia eſſe animæ & corpori. Circa autem hoc tria facit Philoſophus.primo proponit quod intendit:ſecundo enumerat ea, de quib.eſt intẽtio,ibi,[Puta ſenſus.] tertio, probat propoſitum, ibi, [ Quod autem omnia dicta.] Dicit ergo primo, quod illa quæ ſunt maxima,& præcipua inter ea, quæ pertinent ad animalia & plantas,ſiue ſint communia omnium animalium aut plurium,ſiue ſint propria ſingulis ſpeciebus,etiam ex ipſo primo aſpectu videntur eſſe communia animæ & corporis. Vnde aliam conſiderationem requirunt præter eam, quæ eſt de anima abſolute. Deinde cum dicit.

*c* ¶ Enumerat ea,de quibus eſt intentio, & primo ponit ea,quæ pertinent ad ſenſitiuum , ſcilicet ſenſum & memoriam. Non facit autem de aliis mentionem, ſc. de imaginatione & æſtimatione , quia hęc non diſtguuntur à ſenſu ex parte rei cognitę:ſunt enim præſentium, vel quaſi præſentium: ſed memoria diſtinguitur per hoc quod eſt præteritorũ inquantũ præterita ſunt:ſecundo ponit illa, quæ pertinent ad motiuum. Eſt autem propinquum principium motus in animalib. appetitus ſenſitiuus,qui diuiditur in duas vires. ſcilicet iraſcibilẽ & concupiſcibilem, ſicut dictum eſt in tertio de Anima. Ponit ergo iram (Te.com.50.)

pertinentem ad vim iraſcibilem , & deſiderium pertinens ad concupiſcibilem,à quibus duabus paſſionibus, tamquã à manifeſtioribus,prædictæ duæ vires denominantur. Concupiſcibilis enim denominatur à deſiderio , iraſcibilis autem ab ira. Sed quia ſunt quædam aliæ animæ paſſiones ad vim appetitiuam pertinẽtes , ideo ſubiungit: [ Et omnino appetitus,] vt comprehendat omnia , quæ ad vim appetitiuam pertinent. Ad omnes autem paſſiones animæ , ſiue ſint in iraſcibili , ſiue in concupiſcibili , ſequitur gaudium , vel triſtitia , vt dicitur ſecundo Ethicorum,& ideo ſubdit:[ & cum his gaudium & triſtitiam ] quaſi finales , & vltimæ paſſiones. Et ſubiungit, quod hæc quæ enumerata ſunt, fere inueniuntur in omnib. generib. animalium. Dicit autẽ fere, quia plura eorum inueniuntur in omnibus animalibus tam perfectis, quam imperfectis , ſcilicet ſenſus & deſiderium , & appetitus , & gaudium, & triſtitia Habent enim animalia imperfecta de ſenſibus ſolum tactum , habent etiam phantaſiam & concupiſcentiam , & gaudium & triſtitiã, licet indeterminatæ ſint , & indeterminatæ moueantur , vt dictum eſt ſecundo de Anima. Memoria vero & ira in eis totaliter non inuenitur, ſed ſolum in animalibus perfectis. Cuius ratio eſt , quia non omnia quæ ſunt inferioris generis, ſed ſolum ſuprema & perfectiora , pertingunt ad aliquam participationem ſimilitudinis eius,quod eſt proprium ſuperiori generi. Differt autem ſenſus ab intellectu & ratione,quia intellectus vel ratio eſt vniuerſaliũ,quæ ſunt vbique & ſemper, ſenſus autem eſt ſingularium, quæ ſunt hic & nunc. Et ideo ſenſus ſecundum ſuam propriam rationem,non eſt cognoſcitiuus niſi præſentiũ. Quod autem ſit aliqua virtus ſenſitiuæ partis , ſe extendens ad alia, quæ non ſunt præſentia , hoc eſt ſecundum ſimilitudinariam participationem rationis,vel intellectus. Vnde memoria,quæ eſt cognoſcitiua præteritorũ, conuenit ſolum animalibus perfectis, vtpote ſupremum quoddam in cognitione ſenſitiua. Similiter etiã appetitus ſenſitiuus , conſequens ſenſum ſecundũ propriam rationem,eſt eius quod eſt delectabile ſecundũ ſenſum,quod pertinet ad vim concupiſcibilem,quæ eſt cõmunis omnibus animalibus. Sed quod animal tendat per appetitum ad aliquod laborioſum, puta ad pugnã, vel aliquod huiuſmodi,habet ſimilitudinẽ cum appetitu rationali,cuius ẽ appetere aliqua ꝓpter finem, quæ nõ ſecundum ſenſum ſunt appetibilia. Et ideo ira, quæ eſt appetitus vindictæ, pertinet ſolum ad animalia perfecta , propter quandam appropinquationem ad genus rationalium. Deinde ponit ea,quæ pertinent aliqualiter ad rationem vitæ : & dicit, quod cum præmiſſis inueniuntur alia in animalibus , quorum quædam ſunt communia omnibus participantibus vitã , non ſolum animalibus, ſed etiã plantis. Quædam vero pertinent ſolum ad quædã genera animaliũ, & horum pręcipua ſub quadruplici coniunctione enumerantur vel coniugatione. Primam quidem coniugationem ponit vigiliam & ſomnum, quę inueniuntur in omnib. animalibus,non tamen in plantis. Secundam autem ponit iuuentutem & ſenectutem, quæ inueniuntur tam in animalibus, quã in plantis. Cuiuslibet n. corruptibilis & generabilis vita diſtinguitur per diuerſas ætates. Tertiam ponit reſpirationem , & expirationem, quæ inueniuntur in quibuſdam generibus animalium , ſcilicet in omnibus habentibus pulmonem. Quartam ponit vitam & mortem, quæ inueniuntur in omnibus viuentibus

Cap.2.

A

uentibus in hoc mundo inferiori: & de his omnibus dicit conſiderādum quid vnumquodq; eorum ſit, & quæ ſit cauſa eius. Et quia prædicta dixerat eſſe maxima, ſubiungit de quibuſdā, quæ non ſunt ita præcipua, ſicut ſanitas & ægritudo, quæ non inueniuntur in omnibus indiuiduis generum, in quibus nata ſunt eſſe, ſicut accidit de præmiſſis: ſunt tamen nata inueniri in omnibus viuentibus, tam animalib. quam plantis. Dicit autem ꝙ ad naturalem Philoſophum pertinet inuenire prima & vniuerſalia principia ſanitatis & ægritudinis, particularia aūt principia conſiderare pertinet ad Medicū, qui eſt artifex factiuus ſanitatis, ſicut ad quamlibet artem factiuam pertinet conſiderare ſingularia circa ſuum propoſitum, eo quod operationes in ſingularibus ſunt: & quod hæc cōſideratio pertineat ad Naturalem, probat, ibi, [Nec n. ſanitatem &c.] Et hoc dupliciter. Primo q. dem per rationem, non enim poteſt inueniri ſanitas, aut infirmitas, niſi in habētibus vitam. Ex quo patet, quod corpus viuum eſt propriū ſubiectum ſanitatis & ægritudinis. Principia enim ſubiecti ſunt principia proprię paſſionis. Vnde cum ad Philoſophum naturalem pertineat conſiderare corpus viuum, & eius principia, oportet etiam quod ipſe conſideret principiā ſanitatis & ægritudinis. Secundo probat idem per ſignum ſiue exemplum, qđ concludit ex ratione inducta, plurimi enim Philoſophorum naturalium finiunt ſuam conſideratione̅ ad ea etiam quæ ſunt de Medicina. Similiter etiam plurimi Medicorum, qui ſcilicet magis phyſice, artem medicinæ proſequuntur, non ſolum experimentis vtentes, ſed cauſas inquirentes, incipiunt medicinalem conſiderationem à naturalibus. Ex quo patet, quod cōſideratio ſanitatis & ægritudinis, communis eſt & medicis &

D

naturalibus. Cuius ratio eſt, quia ſanitas cauſatur quandoque quidem ſolum à natura, & propter hoc pertinet ad conſiderationem naturalis, cuius eſt conſiderare opera naturæ: quandoque vero ab arte, & ſecundum hoc conſideratur à Medico. Sed quia ars nō principaliter cauſat ſanitatem, ſed quaſi adiuuat naturam & eſt miniſtrans ei, ideo neceſſe eſt quod Medicus à naturali tamquam à principaliori, principia ſuæ ſcientiæ accipiat, ſicut gubernator nauis ab Aſtrologo. Et hæc eſt ratio quare Medici bene artem proſequentes, à naturalibus incipiunt. Si qua vero ſunt artificialia, quæ ſolum fiunt ab arte, vt domus & nauis, hæc nullo modo pertinent ad conſiderationem naturalis, ſicut ea, quæ fiunt ſolum à natura, nullo modo pertinent ad conſiderationem artis, niſi inquantum ars vtitur re naturali. Deinde cum dicit.

*d* ¶ Probat propoſitum, ſcilicet quod omnia prædicta ſunt cōmunia animæ & corpori, & vtitur tali ratione. Omnia prædicta ad ſenſum pertinent: ſenſus autem communis eſt animæ & corpori (ſentire enim cōuenit animæ per corpus:) ergo prędicta omnia ſunt communia animæ & corpori. Primum manifeſtat quaſi per inductionem. Prædictorum enim quædam cum ſenſu accidunt, ſcilicet quæ pertinent ad cognitionem ſenſitiuam, vt ſenſus, phantaſia, & memoria: quędā vero accidunt per ſenſum, ſicut ea, quæ pertinent ad vim appetitiuam, quæ mouetur per apprehenſionem ſenſus. Aliorum vero, quæ pertinēt manifeſtius ad corpus, quædam ſunt paſſiones ſenſus, ſcilicet ſomnus, qui eſt ligamentum ſenſus, & vigilia, quæ eſt ſolutio eius: quædā vero ſunt habitudines ſenſus, ſcilicet iuuentus & ſenectus, quæ pertinent ad hoc, quod ſenſus bene ſe habeant vel debiliter: quædam vero ſunt cōſeruationes & ſalutaria ſenſus, ſcilicet reſpiratio, vita, & ſanitas: quædam vero corruptiones & priuationes, ſicut mors, & infirmitas. Secundum autem, ſcilicet quod ſenſus, communis ſit animæ & corpori, dicit eſſe manifeſtum & per rationem, & ſine ratione, ratio enim eſt in promptu, quia cum ſenſus patiatur à ſenſibili, ſicut oſtenſum eſt in lib. de Anima, ſenſibilia autem materialia ſint & corporea, neceſſe eſt corporeum eſſe, quod à ſenſibili patitur. Abſque autem ratione manifeſtum eſt experimento: quia turbatis corporeis organis, impeditur operatio ſenſus, & eis ablatis, totaliter ſenſus tollitur. *2. de Anima Tex. cō. 61.*

*d* Quod autem omnia dicta communia ſint animæ & corpori, non immanifeſtum eſt. Omnia enim hæc cum ſenſu accidunt, hæc vero per ſenſum. quædam autem hæc quidem paſſiones huius entia exiſtunt, hæc vero habitudines, hæc autem conſeruationes & ſalutaria, hæc vero corruptiones & priuationes. Senſus autem, quod per corpus inſit animæ, manifeſtum per rationem, & abſque ratione.

B

*Quod autem ſupradicta omnia, cum animæ, tum corpori communia ſint, non eſt obſcurum, ſiquidem ex iis alia cum ſenſu fieri contingit, alia per ſenſum. Præterea, ex illis pleraq; affectiones ſunt, nonnulla habitus, alia quin etiam cuſtodiæ & conſeruanes, quædam interitus & priuationes. Senſum autem medio corpore animæ ineſſe, & ratione clarum eſt, & ſine ratione.*

## *LECTIO II.*

*a* SEd de ſenſu & ſentire quid ſit: & quare accidat animalibus hęc paſſio, dictum eſt prius in his, quæ de Anima.

*b* Animal autem vnumquodque ſecundum quod animal, neceſſe eſt habere ſenſum. Per hoc enim determinamus animal eſſe, & non animal.

*c* Proprie autem ſecundum vnumquodq;, tactus & guſtus in-

## LECTIO II.

*CAeterum de ſenſu quidem, & ſentiendi ratione, & cur animalib. iſthæc accidat paßio, in Commentariis de Anima dictum eſt.*

*Animalibus autem omnibus, qua animal eſt vnumquodque, neceſſe eſt ſenſum ineſſe: hoc enim eſſe animal, & non animal diiudicamus.*

C

*Proprie aūt ac ſingulatim tactus & guſtatus omnia neceſſario conſe-*

## *LECTIO II.*

*a* PRæmiſſo procemio, in quo oſtēdit Philoſophus ſuam intentionem, hic incipit proſequi ſuum propoſitum. Et primo determinat ea, quæ pertinent ad ſenſum exteriorem. Secundo determinat ea, quæ pertinent ad cognitionem ſenſitiuam interiorem, ſcilicet de memoria & reminiſcentia, ibi, [De memoria & reminiſcentia.] Ille enim Tractatus eſt pars iſtius libri ſecundū Græcos. Circa primum tria facit. Primo reſumit quædam, quæ de ſenſu dicta ſunt in libro de Anima, quibus vtendum eſt tamquam ſuppoſitionibus, vt ſupra dictum eſt. Secundo determinat veritatem, quam intendit circa opera ſenſuum & ſenſibilium ibi, [In quibus autem habent fieri.] Tertio ſoluit quaſdam dubitationes circa præmiſſa, ibi, [Obiiciet autem aliquis, ſi omne corpus.] Circa primum duo facit. Dicit enim primo quid circa ſenſum in libro de Anima dictum ſit, ſecundo aſſumit quædam eorum, ibi, [Animal autem ſecundum quod animal.] Dicit ergo primo, quod in libro de Anima dictum eſt de ſenſu & ſentire, id eſt de potētia ſenſitiua & actu eius, & duo dicta ſunt de eis, ſcilicet quid ſit vtrumque eorum, & cauſa quare animalibus hæc accidant. Vocat autem ſentire paſſionem: quia actio ſenſus in patiendo fit, vt probatum eſt in Secundo de Anima. Quid autem ſit ſenſus & quare animalia ſentiant, oſtendit circa finem Secundi de Anima, per hoc, ſcilicet quod animalia recipere poſſunt ſpecies ſenſibilium ſine materia. Deinde cum dicit. *Tex. cō. 52.*

*b* ¶ Aſſumit tria ex his, quæ in Libro de Anima dicta ſunt circa ſenſum: quorum primum pertinet ad ſenſum in communi: ſecundum pertinet ad ſenſus, qui ſunt communes omnib. animalibus, & hoc, ibi, [Proprie autem ſecundum vnumquodq;] Tertiū pertinet ad alios ſenſus, qui inueniuntur in animalib. perfectis, ibi, [Sēſus aūt qui per exteriora.] Dicit ergo primo, quod omne animal in quātum eſt animal neceſſe eſt quod habeat ſenſum aliquem. In hoc n. quod eſt ſenſitiuum eſſe, conſiſtit ratio animalis, per quā animal à nō animali diſtinguitur.

E

Attingit enim animal ad infimum gradum cognoſcentiū, quæ quidem aliis rebus cognitione carentibus præeminent in hoc, quod plura entia in ſe continere poſſunt. & ita virtus eorum oſtenditur eſſe capacior, & ad plura ſe extendens. Et quanto quidem aliquod cognoſcens vniuerſaliorem habet rerum cognitionem, tanto virtus eius eſt abſolutior, & immaterialior & perfectior. Virtus autem ſenſitiua, quæ ineſt animalibus, eſt quidem capax extrinſecorum, ſed in ſingulari tantum. vnde & quandam immaterialitatem habet, inquantum eſt ſuſceptiua ſpecierum ſenſibilium ſine materia, infimam tamen in ordine cognoſcentium, inquantum huiuſmodi ſpecies recipere non poteſt, niſi in organo corporali. Deinde cum dicit.

*c* ¶ Ponit id quod pertinet ad ſenſus communes & neceſſarios animali. Circa quod cōſiderandū eſt, ꝙ ſenſus cōmunes & ne-

ceſſarii omni animali, ſunt illi, qui ſunt cognoſcitiui eorum, quæ ſunt neceſſaria animali. Eſt autẽ animali aliquod ſenſibile neceſſarium dupliciter. Vnò modo inquantum corpus eſt mixtum ex quatuor elementis, & ſic neceſſarium eſt animali debita commenſuratio calidi & frigidi, humidi & ſicci, & aliorum huiuſmodi quæ ſunt differentiæ corporum mixtorum. Aliud autem eſt neceſſarium animali, inquantum corpus eius eſt viuum nutribile, & ſic neceſſarius eſt ei cibus conueniens, per contraria autem horum animal corrumpitur. Et quamuis primum ſit neceſſariũ omni mixto corpori, ſecundum autem ſit neceſſarium etiam plantis, tamen animal ſuperabundat in hoc, quod horum notitiam habere poteſt ratione iam dicta ſecundum gradum ſuæ naturæ. Ad hoc igitur quod cognoſcat ea, quæ ſibi ſunt neceſſaria, vel contraria ſecundum rationem corporis mixti, ordinatur ſenſus tactus, qui eſt cognoſcitiuus prædictarum differentiarum: ad hoc autem quod cognoſcat conueniens nutrimentum, neceſſarius eſt ei guſtus, per quem cognoſcitur ſapidum & inſipidum, quod eſt ſignũ nutrimenti conuenientis vel inconuenientis. Et ideo dicit quod guſtus & tactus ex neceſſitate conſequuntur omnia animalia, & de tactu quidem, cauſa aſſignata eſt in Libro de Anima, quia ſcilicet tactus eſt cognoſcitiuus eorum, ex quibus componitur animal. Guſtus autem eſt ei neceſſarius propter alimentum, quia per guſtum animal diſcernit delectabile & triſtabile, ſiue ſapidum & inſipidum circa cibum, vt vnum eorum proſequatur tamquam conueniens, alterum fugiat tamquam nociuum. Et totaliter ſapor eſt paſſio nutritiuæ partis animæ, non quod ſit obiectum potentiæ nutritiuæ, ſed quia ordinatur ad actum nutritiuæ potentiæ, ſicut ad finem, vt dictum eſt. Alex. tamen dicit in Com. quod in quibuſdam libris inuenitur in græco, quod ſapor eſt guſtatiuæ nutribilis partis animæ paſſio: quia videlicet ſapor apprehenditur à guſtu ordinario ad nutritionem. Deinde cum dicit.

*† a.l. guſtatiuæ.*

*‡ de Anima Tex. cõ. 63.*

*d* ¶ Proſequitur de ſenſibus, qui inſunt ſolum animalibus perfectis. Et primo aſſignat cauſam, propter quam communiter huiuſmodi ſenſus inſunt omnibus talibus animalibus. Secundo aſſignat cauſam, propter quam ſpecialiter inſunt quibuſdam perfectioribus eorum, ibi, [Et habentibus autem prudentiam.] Sciendum eſt circa primũ, quod animalia perfecta dicuntur, quibus non ſolum ineſt ſenſitiuum ſine motu progreſſiuo, vt oſtrea, ſed quæ præter id habent motiuum ſecundum motum progreſſiuum. Eſt autem conſiderandum, quod huiuſmodi animalia excedunt animalia imperfecta, id eſt immobilia, ſicut illa animalia excedunt plantas, & alia corpora mixta. Plantæ enim & corpora inanimata non habent aliquam notitiam eorum, quæ ſunt in eis neceſſaria, ſed animalia immobilia habent quidem cognitionem eorum, quæ ſunt neceſſaria ſolum ſecundũ ꝙ eis præſentialiter offeruntur: animalia vero progreſſiua accipiunt notitiã eorum etiam, quæ à remotis, vnde hęc magis accedunt ad cognitionem intellectiuã, quæ non determinatur ad hic & nunc. Et ſicut omnib. animalibus ad cognoſcendum neceſſaria, quæ pertinent ad nutritionem, ſecundum ꝙ præſentialiter offerũtur, ordinatur guſtus, ita ad ea cognoſcenda etiam à remotis, ordinatur odoratus. Odor enim & ſapor quandam affinitatem habent, vt infra dicetur. Et ſicut per ſaporem cognoſcitur conuenientia cibi coniuncti, ita per odorem cognoſcitur cõuenientia cibi à remotis. Alii autem duo ſenſus, ſcilicet viſus, & auditus ordinantur ad cognoſcendum à remotis omnia neceſſaria animali, vel corru-

ſequitur omnia neceſſario. Tactus quidem propter dictam cauſam in his quæ de Anima: guſtus vero propter eſcam. Delectabile enim & triſtabile diſcernit ipſo circa eſcam, vt hoc quidem fugiat, hoc autem proſequatur: & omnino ſapor eſt† nutritiuæ partis animæ paſſio.

G

*d* Senſus autẽ, qui per exteriora media, animalibus proficiſcentibus inſunt: quemadmodum odoratus, auditus, viſus, omnibus quidem habentibus vitam cauſa ſalutis inſunt, vt præſentientia proſequantur alimentum, mala autem & corruptiua fugiant.

*e* Et habentib. autem prudentiam eius quod boni gratia. Multas enim annunciant differentias, ex quibus contemplabilium ineſt diſcretio, & agibilium.

H

*f* Horum autem ipſorum, ad neceſſaria quidem, melior eſt viſus, & ſecundum ſe: ad intellectum autem & ſecundum accidens, auditus.

*quuntur animalia, & tactus quidem eam ob cauſam, quæ in commentariis de Anima dicta eſt, guſtatus vero propter alimentum: ſuaue enim is diiudicat, & moleſtum in eſculentis, vt alterum fugiat, conſectetur alterum, & omnino ſapor guſtatiuæ partis eſt paſſio.*

*Senſus autem, qui per externa fiunt iis, quæ greſſu mouentur, vt olfactus, auditus, & viſus, omnibus quidem quæ illos habent, ſalutis inſunt gratia, vt præſentiendo alimentum conſectentur, malaque & pernicioſa fugiant.*

*Iis etiam quæ prudentiam habent, boni gratia inſunt, multas enim ſignificant differentias, ex quibus intelligibilium agendarumque rerum prudentia comparatur.*

*Horum autem ad neceſſarios vitæ vſus melior eſt viſus, & quidem per ſe: ad intelligentiam vero per accidens, auditus.*

F ptiua: ſiue ſint ei neceſſaria ſecundũ rationem corporis mixti, ſiue ſecundum rationem viui corporis nutribilis. Manifeſtum enim eſt ꝙ animalia per viſum & auditum fugiunt corruptiua quælibet & ſalubria proſequuntur. Et ideo dicit ꝙ illi ſenſus, qui per exteriora media fiunt, vt dictum eſt ſecũdo de Anima, *Tex. cõ. 97.* ſcilicet odoratus, & auditus, & viſus, inſunt illis de numero animalium, [quæ proficiſcuntur] id eſt, motu progreſſiuo mouẽtur, [omnibus quidem his propter vnam cauſam communem] ſcilicet cauſam ſalutis, vt à remotis ſcilicet neceſſaria cognoſcant, ſicut per guſtum & tactum præſentialiter. Et hoc eſt quod ſubdit [vt præſentientia] id eſt à remotis ſentientia proſequantur conueniens alimentum, & fugiant mala, & corruptiua quæcunque, ſicut ouis fugit lupum vt corruptiuum. Lupus autem ſequitur ouem viſam, vel auditam, aut odoratam, vt conueniens alimentum. Deinde cum dicit.

*e* ¶ Aſſignat aliam cauſam ſpecialem quibuſdam perfectioribus animalibus. Et primo proponit hanc cauſam, ſecundo circa has cauſas comparat ſenſus adinuicem, ibi, [Horum autem ipſorum.] Circa primũ conſiderandum eſt, ꝙ prudentia eſt directiua in agendis; & vniuerſalis quidem prudentia eſt directiua reſpectu quorumcunque agendorum. vnde non eſt in animalibus, niſi in ſolis hominibus, qui habent rationem vniuerſalium cognoſcitiuam: in aliis autem animalibus ſunt quædam prudentiæ particulares ad alios aliquos determinatos actus, ſicut formica, quæ congregat in æſtate cibum, de quo viuat in hyeme. Prædicti autem ſenſus, maxi-

I me auditus & viſus præficiunt animalibus ad huiuſmodi prudentias particulares, & hominibus ad prudentiam vniuerſalem ad hoc quod aliquid bene fiat. Odoratus autem totaliter videtur neceſſitati nutrimenti deſeruire, parum autem prudentiæ. Vnde in omnibus, in quibus eſt perfecta prudentia, eſt deficientiſſimus iſte ſenſus, vt dicitur libro de Anima. Quomodo autem deſeruiant prædicti ſenſus prudentiæ, oſtendit per hoc quod multas differentias rerum oſtendunt, ex quibus homo proficit ad diſcernendum & contemplabilia & agibilia: per effectus enim ſenſibiles homo eleuatur in intelligibilium & vniuerſalium conſiderationem: & etiam ex ſenſibus per ea, quæ audiuit & vidit, inſtruitur circa agenda. alia vero animalia in nullo participant de contemplatione: actionem autem participant particularem, ſicut dicitur Decimo Ethic. Ideo aũt hi *Cap. 8 & in exordio Metaphyſ.* duo ſenſus multas differentias annunciant, quia obiecta eorũ inueniuntur in omnib. corporibus: quia conſequuntur ad ea, quæ ſunt communia omnibus corporibus, & inferiorib. & ſu-

K perioribus. Color enim cõſequenter ſe habet ad lucem & diaphanum: in quibus inferiora cõmunicant cœleſti corpori, ſonus autem conſequitur motũ localem, qui etiam inuenitur in vtriſq; corporibus: odor autem conſequitur ſola corpora mixta ex quibus animal natum eſt nutriri. Deinde cum dicit.

*f* ¶ Comparat circa prædictas cauſas viſum & auditũ. Et primo ponit comparationẽ. Secũdo probat, ibi, [Multas quidẽ.] Circa primum quidem dicit, quod viſus dupliciter præeminet auditui. vno quidẽ modo quantũ ad neceſſaria, puta ad quærendum cibum, & ad vitandum corruptiua, quæ certius apprehenduntur per viſum, qui immutatur ab ipſis rebus, quam per auditum, qui immutatur à ſolis cõſequentibus motus aliquos rerum: alio modo viſus eſt præuium auditui ſecundũ ſe: quia magis eſt cognoſcitiuus & plurium quã auditus. Sed auditus præeminet viſui inquantum deſeruit intellectui, & hoc eſt ſecundum accidens, vt poſt manifeſtabit. Deinde cum dicit.

*g* ¶ Manife-

*g* Multas quidem differentias & multimodas viſus annunciat potentia : quia omnia corpora colore participant. Quare & communia magis per hunc ſentiuntur. Dico autem communia, magnitudinem, motum, quietem, figuram, numerum. Auditus autem ſoni tantum differentias: paucis autem & eas, quæ vocis.

*Multas enim differentias & multiiugas videndi denunciat poteſtas, quando corpora omnia colore participant, quapropter & communia per hanc ſentiuntur maxime. Communia autem appello conformationem, magnitudinem, motum, ſtatum, numerum. Auditus autem tantummodo ſonorum differentias indicat, paucis autem & vocis.*

*h* Secundum vero accidens ad prudentiam auditus plurimam confert partem. Sermo enim audibilis exiſtens cauſa eſt diſciplinæ, non ſecundum ſe, ſed ſecundum accidens; ex nominibus enim conſtat. Nominum vero vnumquodq; ſymbolum eſt. Quare à natiuitate priuatorum vtroque ſenſu ſapientiores ſunt cæci, mutis & ſurdis. De virtute itaque quam habet ſenſuum vnuſquiſque, dictum eſt.

*Cum autem per accidens ad prudentiam multum quantũ conferat, ſermo enim audibilis exiſtens diſciplinæ eſt cauſa, non per ſe, verum ex accidenti, ex nominibus enim conſtituitur : nominum autem quodcunque ſignum eſt. Quamobrem obortu vtroque ſenſu priuatorum cæci ſunt mutis, & ſurdis prudentiores. De facultate igitur quam vnusquiſque habet ſenſus, dictum eſt prius.*

### *LECTIO III.*

*a* IN quib. autem habent fieri corporis inſtrumenta, nunc quidam inquirunt ſecundum elementa corporum. Non potentes autem ad quatuor quinque exiſtentibus coaptare, cupiunt de quinto.

### LECTIO III.

*VErum in quibuſnam corporis nati ſint fieri ſenſiteriis: nõnulli ſane in ipſis corporum elementis id quærunt, cum autem non poſſint quinque ad quatuor deducere ſenſus, de quinto optare videntur.*

---

*g* ¶ Manifeſtat quod dixerat. Et primo quod viſus ſit ſecundũ ſe melior. Secundo quod auditus ſit melior per accidens, ibi, [Secundum vero accidens.] Dicit ergo primo, quod viſus ideo
*Tex. cõ. 97.* ſecundum ſe eſt melior, quia potentia viſiua ſua apprehenſione annunciat nobis multas differentias rerum, & diuerſorum modorum. Et hoc ideo eſt: quia eius obiectum, quod eſt viſibile, inuenitur in omnibus corporibus. Fit enim aliquid viſibile per hoc quod diaphanum illuminatur actu à corpore lucido: in quib. inferiora corpora cum ſuperioribus communicant, & ideo dicit, quod colore omnia corpora participant tam ſuperiora, quã inferiora: quia in omnibus corporibus, vel inuenitur ipſe color ſecundum propriam rationem, ſicut in corporibus in quibus eſt diaphanum terminatum : vel ſaltem in eis inueniuntur principia coloris, quæ ſunt diaphanum, & lux. & ideo plura manifeſtantur per viſum, per hũc etiam ſenſum magis cognoſcuntur communia ſenſibilia: quia quanto potentia habet virtutem cognoſcitiuam vniuerſaliorem, & ad plura ſe extendentem, tanto eſt efficacior in cognoſcendo : quia omnis virtus quanto eſt vniuerſalior, tanto eſt potentior. Et dicun-
*2. de Anima. Te. c. 9.* tur ſenſibilia communia, quæ non cognoſcuntur ab vno ſenſu tantum, ſicut ſenſibilia propria, ſed à multis ſenſibus: ſicut magnitudo, figura, quies, motus, & numerus. Qualitates enim, quæ ſunt propria obiecta ſenſuum, ſunt formæ in continuo : & ideo oportet quod ipſum continuum, inquantum eſt ſubiectum talibus qualitatibus, moueat ſenſum non per accidens; ſed ſicut per ſe ſubiectum & commune omnium ſenſibilium qualitatum. Omnia autem hæc, quæ dicuntur ſenſibilia communia, pertinent aliquo modo ad continuum, vel ſecundum menſuram eius, vt magnitudo vel ſecundum diuiſionem, vt numerus, vel ſecundum terminationem, vt figura : vel ſecundum diſtantiam & propinquitatem, vt motus. Sed auditus annunciat nobis ſolas differentias ſono-
*Cap. 8 & in exordio Metaphyſ.* rum, quæ non inueniuntur in omnibus corporibus, nec ſunt expreſſiuæ multarum differentiarum, quæ ſunt in rebus paucis. Animalib. autem oſtendit auditus differentias vocis. Vox enim eſt ſonus ab ore animalis prolatus cum imaginatione
*Tex. cõ. 90.* quadam: vt dicitur in Secundo de Anima. & ideo vox animalis inquantum huiuſmodi, naturaliter ſignificat interiorem animalis paſſionem, ſicut latratus canũ ſignificat iram ipſorum: & ſic perfectiora animalia ex vocibus inuicem cognoſcunt interiores paſſiones, quæ tamen cognitio in imperfectis animalibus deeſt. Si ergo auditus non cognoſcit per ſe, niſi vel differentiam ſonorum, vt puta graue & acutum, aut aliquod huiuſmodi; vel differentias vocis, ſecundum quod ſunt indicatiuæ diuerſarum paſſionum : & ſic cognitio auditus non ſe extendit ad cognoſcendum per ſe tot rerum differentias, ſicut viſus. Deinde cum dicit.

*h* ¶ Manifeſtat quod auditus per accidens melior ſit ad intellectum. Et dicit, quod auditus multum confert ad prudentiã. Et accipitur hic prudentia pro quadam intellectiua cognitione; non ſolum prout eſt recta ratio agibilium, vt dicitur Sexto Ethicorum, ſed hoc eſt per accidens: quia ſermo, qui eſt audibilis, eſt cauſa addiſcendi non per ſe, id eſt, ſecundum ipſas ſonorum differentias, ſed per accidens, inquãtum ſcilicet nomina, in quib. ſermo eſt, id eſt, locutio componitur, ſunt ſymbola, id eſt, ſigna intentionum intellectiuarũ, & per conſequẽs rerum. Et ſic Doctor docet diſcipulum inquantum per ſermonem ſignificat ei conceptionem intellectus ſui. Et plus homo poteſt cognoſcere addiſcendo ad quod eſt vtilis auditus quãuis per accidens, quam de ſe inueniendo, ad quod præcipue eſt vtilis viſus. Inde eſt quod inter priuatos à natiuitate vtrolibet ſenſu, ſcilicet viſu & auditu, ſapientiores ſunt cæci, qui carent viſu, mutis & ſurdis, qui carent auditu. Addit autem mutis, quia omnis ſurdus à natiuitate ex neceſſitate, mutus eſt. Non enim poteſt addiſcere formare ſermones ſignificatiuos, qui ſignificant ad placitum. Vnde ſic ſe habet ad locutionem totius humani generis, ſicut ille, qui nunquam audiuit aliquã linguam, ad imaginandum illam. Non eſt autem neceſſarium quod econuerſo omnis mutus ſit ſurdus : poteſt enim contingere ex aliqua cauſa, aliquem eſſe mutum, puta propter impedimentum linguæ. Vltimo autem epilogando concludit, quod dictum eſt de virtute, quam habet vnuſquiſque ſenſus.

### *LECTIO III.*

*a* POſtquam Philoſophus reſumpſit ea, quæ ſunt neceſſaria ad præſentem conſiderationem de ipſis virtutibus ſenſitiuis, nunc accedit ad principale propoſitum in hoc libro applicando conſiderationem ſenſus ad corporalia. Et primo quantum ad organum ſenſuum, ſecundo quantum ad ſenſibilia, ibi, [De ſenſibilibus autem his.] Circa primum duo facit. Primo attribuit organum ſenſuum elementis improbando ſermones aliorum. Secundo determinando id, quod verius eſſe poteſt, ibi, [Igitur ſiquidem in his.] Circa primum duo facit. Primo tangit in generali quomodo Antiqui attribuebant organa ſenſuum elementis : ſecundo deſcendit ſpecialiter ad organum viſus, circa quod à pluribus errabatur, ibi [Faciunt autem omnes viſum.] Dicit ergo primo, quod priores Philoſophi quærebant ſecundum elementa corporum, qualia eſſent corporea inſtrumenta, in quibus, & per quę operationes ſenſuum exercerentur. Et hoc ideo, quia ſicut in Primo de Anima dictum eſt, ponebant ſimile ſimili *Tex. c. 79.*
cognoſci. Vnde & ipſam animam ponebant eſſe de natura principiorum, vt per hoc poſſet omnia cognoſcere, quaſi omnibus conformis. Nam omnia in principiis communicant, & pari ratione, quia organa ſenſuum omnia corporalia cognoſcunt, attribuebant ea elementis corporum. Sed ſtatim occurrebat eis vna difficultas: ſunt enim quinque ſenſus, & quatuor elementa, & ideo inquirebant cui poſſent organum quinti ſenſus applicare. Eſt autem inter aerem & aquam quoddam medium, aere quidem denſius, aqua autem ſubtilius, quod dicitur fumus vel vapor, quem etiam quidam poſuerunt eſſe primum principium, & huic attribuebant organum odoratus: quia odor ſecundum quandam euaporationem fumalem ſentitur, alios vero quatuor ſenſus attribuebant quatuor elementis, tactum autem terræ, guſtum autem aquæ, quia ſapor ſentitur per humidum, auditum autem aeri, viſum igni. Deinde cum dicit.

*b* Faciunt autem omnes viſum ignis: quia paſſionis cuiuſdam ignorant cauſam. Conſtricto enim & moto oculo videtur ignis lucere. Hoc autem in tenebris habet accidere, & palpebris ſuper velantibus. Fiunt enim & tunc tenebræ.

*Verum omnem viſum ad ignem pertinere volunt, quando paſſionis cuiuſdam ignorant cauſam. Conſtricto enim & commoto oculo præfulgens apparet ignis. id autem in tenebris accidere ſolet, aut palpebris ſuperinductis, fit enim tunc etiam in tenebris.*

G

*c* Habet aũt dubitationem hoc & aliam. Si enim non eſt latere ſentientem & videntem viſibile quippiam, neceſſe erit ſe videre oculũ, quare ergo quieſcente illo, hoc non accidit?

*Sed hoc ipſum alteram etiam habet difficultatem. Si n. ſentientem, & quippiam viſu percipientem non contingit latere, neceſſarium certe eſt ſe ipſum conſpicere oculum, cur igitur id quieſcenti non accidit?*

H

*d* Cauſa quidem huius, & obiectionis, & putãdi ignem viſum eſſe, hinc ſumenda. Lenia enim in tenebris nata ſunt fulgere, nõ tamen lucẽ facere. Oculi autem vocatum nigrum & mediũ lene. apparet autem hoc moto oculo: quia accidit, quaſi duo fieri vnum. Hoc autẽ celeritas facit motus, vt videatur aliud eſſe vidẽs & viſum: quare & nõ fit niſi celeriter, & in tenebris hoc accidat. Lene enim in tenebris natum eſt fulgere, quemadmodum quædam capita piſciũ & ſepiæ turbidũ. Sed lente moto oculo non accidit, vt videatur ſimul & vnum & duo eſſe, vidẽs & viſum. Illo autem modo ipſe ſe ipſum videt oculus; quemadmodum & in refractione.

*Huiuſq; autem rei cauſæ, & dubitationis, & cur viſus ignis eſſe videatur, hinc ſunt accipiendæ, lenia enim in tenebris nata ſunt fulgere, non tamen lucem facere. id autem, quod in oculis nigrum appellatur, & mediũ eſt, leue eſſe apparet, id autem commoto apparet oculo, quoniam tunc accidit, vt vnum quaſi duo fiat: iſtuc autẽ celeritas efficit motionis, vt appareat diuerſum eſſe à vidẽte id quod cernitur, quamobrem non fit hoc niſi celeriter, & in tenebris fieri contingat: leue namque in tenebris natum eſt ſplendeſcere, vt piſcium quorundam capita, & ſepiæ atramentũ. Et oculo tarde commoto non contingit, vt ſimul appareat duo & vnum eſſe, videns, & id quod cernitur. Eo autem modo ipſe ſeipſum cernit oculus ceu in quodam repercuſſu.*

I

*b* ¶ Accedit ſpecialiter ad organum viſus quod attribuebant igni. Et primo improbat cauſam poſitionis. Secũdo ipſam poſitionem, ibi, [Quoniam autem ſi ignis eſſet.] Circa primum tria facit. Primo ponit cauſam, ex qua quidem mouebantur ad attribuendum organum viſus igni. Secundo mouet quandam dubitationem, ibi, [Habet autẽ dubitationem.] Tertio determinat veritatẽ circa vtrumque, ibi, [Cauſa vtiq; huiuſmodi.] Ait ergo primo, quod omnes q attribuũt organum viſus igni, hoc ideo faciunt q a ignorant cauſam cuiuſdã paſſionis: quę circa oculum accidit: ſi enim oculus cõprimatur & fortiter moueatur videtur ꝙ ignis luceat: quod accidit ſi ſint apertę palpebrę ſolum, quando aer exterior eſt tenebroſus: aut etiã in aere claro, ſi primo claudãtur palpebræ: q a per hoc fiunt tenebræ oculo clauſo. Et hoc reputabant eſſe manifeſtum ſignum, quod organum viſus ad ignem pertineret. Deinde cum dicit.

*c* ¶ Mouet quandam dubitationẽ circa prædicta. Manifeſtum eſt enim quod ſenſus cognoſcunt ſenſibile ꝑſens, vnde & viſus cognoſcit viſibile præſens, ſicut ignis propter ſuam lucem eſt quid viſibile præſens. Si ergo ſemper eſt præſens ignis viſui, vtpote organo viſus in eo exiſtente, videtur quod ſemper viſus ignem deberet videre. Sed hoc quidẽ ſecundum principia, quæ Ariſt. ſupponit, non ſequitur. Supponit enim quod ſenſus eſt in potentia ad ſenſibile: & oportet quod per aliquod medium à ſenſibili immutetur. Vnde ſecundum ipſum ſenſibile ſuperpoſitum ſenſui non ſentitur, vt dicitur ſecundo de Anima. vnde, ſi etiam

Tex. cõ. 98.

organum viſus eſſet igneum, propter hoc viſus non videret ignem. Sed ſecundum alios Philoſophos, viſus & alii ſenſus percipiunt ſenſibilia inquantum ſunt actu tales, id eſt ſimiles ſenſibilibus: vtpote naturam principiorum habentibus, vt dictum eſt. Et ideo ſecundum eos, quia organum viſus erat igneum, ſequebatur quod prædicto modo videret ignem. Sed tunc remanet dubitatio, quam Ariſto. hic inducit, quare oculus quieſcens non videt ignem, ſicut oculus motus. Deinde cum dicit.

*d* ¶ Aſſignat cauſam prædictę apparitionis, per quam & dubitatio mota ſoluitur, & oſtenditur quomodo inaniter putauerunt ignem viſum, & ad hoc accipiendum eſt, quod corpora lenia, id eſt polita & terſa, ex proprietate ſuæ naturæ habent quendam fulgorem, quod in corporibus aſperis & non planis non accedit: quia quædam partes ſupereminẽt aliis & obumbrant eas. Et quamuis in ſe aliqualiter fulgeant huiuſmodi corpora, non tamen habent tantũ de fulgore, quod de ſe poſſint facere medium lucidum actu, ſicut facit Sol & huiuſmodi copora. Manifeſtum eſt igitur, quod illud, quod eſt medium oculi, quod vocatur nigrum oculi, eſt quaſi lene & politum. Vnde habet quendam fulgorem ex ratione lenitatis; non ex natura ignis, ſicut illi exiſtimabant. Per hoc ergo iam remota eſt neceſſitas attribuendi organũ viſus igni: quia ſcilicet huius claritatis, quæ apparet cauſa, poteſt aliunde aſſignari quã ab igne. Sed ſiue hoc ſit ex igne, ſiue ex lenitate pupillæ, remanet

F

cõmunis dubitatio, quare huiuſmodi fulgorẽ videt ocul⁹ motus, quieſcens vero non. Et ideo aſſignat cauſam huius, & dicit quod talis fulgor apparet moto oculo: quia accidit per oculi motionem quaſi quod vnũ fiat duo; vnum enim & idem ſubiecto eſt pupilla fulgens & videns. Inquantum autem eſt fulgens, proiicit fulgorem ſuum ad extra: inquantum autem eſt videns, cognoſcit fulgorem, quaſi recipiendo ipſum ab exteriori, cum autem eſt quieſcens, emiſſio fulgoris fit ab exterius, & ita viſus huiuſmodi fulgorem non recipit, vt videre poſſit. Sed quando oculus celeriter mouetur, illud nigrum oculi tranſfertur ad exteriorem locum, in quem pupilla emittebat ſuum ſplendorem, antequam ille ſplendor deficiat. & ideo pupilla ad alium locum velociter tranſlata recipit ſplendorem ſuũ quaſi ab exteriori, vt ſic videatur eſſe aliud videns, & viſum, quamuis ſit idem ſubiecto. Et ideo huiuſmodi ibi apparitio fulgoris non fit, niſi oculus celeriter moueatur, quia ſi moueatur tarde, prius deficiet impreſſio fulgoris ab exteriori loco, ad quem fulgor perueniebat, quam pupilla illuc perueniat. Sed videtur, quod nulla celeritas motus ad hoc ſufficiat: Quantumcumque enim motus localis ſit velox, oportet tamen, quod in tempore, emiſſio autem fulgoris ad præſentiam corporis fulgentis, & eius ceſſatio ab ipſius abſentia, vtrumque fit in inſtanti. non ergo videtur poſsibile quantumcunq; oculus celeriter moueatur, quod prius perueniat pupilla ad exteriorem locum, quam ceſſet fulgor illuc perueniens ex pupilla in alio loco exiſtente. Sed ad hoc dicendum eſt ſecundum Alexand. in commento. Pupilla corpus eſt quoddam, & in partes diuiſibile. vnde celeriter commoto oculo, cum aliqua pars pupillæ ad alium locum peruenire incepetit, adhuc fulgor illuc peruenit ex reſiduo corpore pupillæ, quod nondum attingit locum illum. & inde eſt, quod pupilla incipit videre fulgorem, quaſi aliunde reſplendentem, Et huius ſignum eſt, quod huiuſmodi fulgor non videtur defeciſſe: ſed pertranſit & ſubito diſparet viuo. Aſſignat etiam cauſam, quare talis apparitio accidit in tenebris & non in lumine: quia fulgor corporum lenium

K

propter ſui modicitatem obſcuratur à magna claritate, ſed in tenebris videtur, ſicut etiam accidit de quibuſdam aliis, quæ modicum habent lucis, & propter hoc videntur in tenebris, & non in lumine, ſicut quædam capita piſcium, & humor turbidus piſcis, qui dicitur Sepia. Et ſubiungit, quod ſi aliquis lente vel tarde moueatur, non accidit prædicta apparitio, per hoc; quod videns & viſum ſimul videatur eſſe vnum & duo, vt dictum eſt, ſed illo modo, quando ſcilicet celeriter mouetur oculus, tunc oculus videt ſeipſum; quaſi ſecundum diuerſum ſitum à ſeipſo immutatus, ſicut accidit in refractione vel in reflexione, puta cum oculus videt ſeipſum in ſpeculo, à quo ſcilicet ab exteriori redit ſpecies oculi ad ipſum oculum per modum reflexionis cuiuſdam, ſicut & in prædicta apparitione, fulgor oculi redit ad ipſum, vt dictum eſt. Deinde cum dicit.

e ¶ Accedit ad improbandum ipſam poſitionem : & primo quantũ ad hoc quod viſum attribuebant igni. ſecundo quantum ad hoc quod ponebant viſum videre extramittendo, ibi, [Irrationale vero omnino eſt.] Circa primum tria facit. Primo proponit opinionem Platonis, ſecundo Empedoclis, ibi, [Empedoclis autem videtur. ] Tertio opinionem Democriti, ibi, [ Democritus autem quoniam. ] Circa primum duo facit. Primo obiicit contra Platonem : Secundo remouet eius reſponſionem, ibi, [Dicere autem quod extinguatur. ] Circa primum ſciendum eſt, quod Empedoc. & Plato in Timæo in duobus cõueniebant, quorum vnum eſt quod organũ viſus pertinet ad ignẽ : ſecundum eſt quod viſio contingit per hoc quod lumen exit ab oculo, ſicut ex lucerna. Ex his autem duabus poſitionibus cõcludit Philoſophus quod viſus deberet videre in tenebris, ſicut in luce. Poteſt enim etiam in tenebris lumen à lucerna emitti illuminans medium. Et ita, ſi per emiſſionem luminis oculus videt, ſequitur ꝙ etiam in tenebris oculus videre poſſit. Deinde cum dicit.

f ¶ Excludit poſitionem Platonis, quam in Timæo ponit, dicens, quod quando lumen egreditur ex oculo, ſiquidem inueniat in medio lumen, ſaluatur per ipſum, ſicut per ſibi ſimile : & ex hoc accidit viſio. Si autem non inueniat lumen, ſed tenebras, propter diſſimilitudinem tenebrarum ad lumen ab oculo egrediens extinguitur : & ideo oculus non videt. Sed Ariſtot. dicit hanc cauſam non eſſe veram : & hoc probat ibi.

g ¶ Non enim poteſt aſſignari ratio, quare lumen oculi à tenebris extinguatur. Dicebant enim Platonici tres eſſe ſpecies ignis, ſcilicet lumen, flammam, & carbonem. Ignis autem, cum ſit naturaliter calidus & ſiccus, extinguitur vel ex frigido, vel ex humido, & hoc manifeſte apparet in carbonibus & flamma: ſed neutrum contingit in lumine: quia nec per frigidum, nec per humidum extinguitur. Non ergo bene dicitur quod extinguitur ignis per modum ignis. Alexander autem in commento dicit, quod inuenitur alia litera talis, qualis videtur quidem in carbonibus eſſe ignis & flamma in lumine, neutrum autem videtur conueniens. Neque enim humidum, nec frigidum, quibus extinctio fit. Et ſecundum hanc literam ratio Ariſto. magis videtur eſſe ad propoſitum. Lumẽ enim igneum quod apparet in carbonibus, & flamma extinguitur frigido aut humido. Tenebrę autem neq;

e Quoniam ſi ignis eſſet, vt dicit Empedo. & in Timæo ſcribitur: & accideret videre exeunte lumine, quemadmodum ex lucerna lumen, quare non in tenebris videret vtiq; viſus?

f Dicere autem quod extinguatur in tenebris egrediens, ſicut Timæus dicit, vanum eſt omnino. B

g Quæ enim extinctio luminis eſt? extinguitur enim aut humido, aut frigido, calidum & ſiccum, qualis videtur quidem in carbonibus ignis & flamma, quorum neutrum in lumine apparet exiſtens.

h Si igitur eſt quidem, ſed propter debilitatẽ latet nos: oportebat per diem & in aqua extingui lumẽ, & in glacie magis fieri tenebras. flãma enim & ignita corpora patiũtur hæc. Nunc autem nihil tale accidit. C

i Empedocles aũt videtur exiſtimare ꝙ exeũte lumine, ſicut dictũ eſt prius videre. Ait enim.

„ Vt quando quis progreſſum meditans præparet lucernam,<br>
„ Hyemalem per noctem ignis lumen ardentis,<br>
„ Adaptans omnium ventorũ prohibitrices laternas:<br>
„ Hæ ventorum quidem ſpiritum diſpergunt flantium,<br>
„ Lumen aũt extra diſſiliens, quãtũ magis expãſum fuerit,<br>
„ Illuſtrat pauimentum indomitis radiis: D<br>
„ Sic quod in membranis coercitum antiquum lumen,<br>
„ Subtilib. voluminib. diffunditur per circularẽ pupillam.<br>
„ Hæ autem aquæ profundum repellunt circumfluentis,<br>
† Lumẽ autem extra peruenit, quanto magis expulſum fuerit. Aliquando quidẽ igitur ſic nos videre ait: aliquando autem de fluxibus his, quæ ab his quæ videntur, decidunt. E

a. Lignis.

*Quoniam ſi ignis eſſet, vt dicit Empedocles, & in Timæo ſcriptum eſt, & videndi ratio contingeret exeunte quaſi ex laterna lumine, curnam in tenebris non cerneret viſus?*

*Nam dicere in tenebris reſtingui exeuntem viſum, vt Timæus aſſerit, vanum eſt omnino.*

*Quænam enim luminis eſt extinctio? reſtinguitur namq; aut in humido, aut in frigido calidum, & ſiccum, cuiuſmodi ignis eſſe videtur, quin carbonaceo eſt genere & ipſa flamma, quorum neutrum lumini ineſſe videtur.*

*Si autem ineſt quidem, verũ, quia læuiter nos latet, oportebat profecto per diem, & in aqua lumen reſtingui, in glacie vero maxime tenebras fieri: flamma enim & ignita corpora iſtuc pati percipiuntur. nunc autem nihil accidit huiuſmodi.*

*Empedocles autem arbitrari videtur, interdum quidem exeunte vt dictum eſt lumine viſionem fieri: ſcribit namque ſic.*

*„ Ceu cum quis progredi meditans laternam præparauit,*<br>
*„ Hibernam noctem ignis ardentis, lumen,*<br>
*„ Accedens ſplendidum cornu, omnimodi obſtaculum flatus,*<br>
*„ Quod ventorum quidem flantium diſſipat ſpiritum,*<br>
*„ Extrinſecus autem extenſum exiliens quantum procurrerit lumen,*<br>
*„ Splendeſcit per pauimentum indomitis radiis:*<br>
*„ Sic qui in tuniculis conſtringitur, antiquus ignis,*<br>
*„ Subtilibus velis rotundam complectitur pupillam,*<br>
*„ Quæ circunfluentis profundum, continent aquæ,*

*Ignis autem exiliens extenſius ſe porrigit. & interdum quidem ſic viſionem fieri dicit Empedocles, interdum autem per defluxus, quia rebus, quæ cernuntur, fiunt.*

ſunt aliquid frigidum nec humidum. Non ergo per tenebras poteſt extingui lumen igneum egrediens ab oculo. Poſſet autem aliquis dicere, quod lumen igneum egrediens ab oculo nec extinguitur in tenebris: ſed quia debile eſt, non confortatur ab exteriori lumine, ideo latet nos, & propter hoc non fit viſio. Sed Ariſtot. hoc reprobat ibi.

h ¶ Circa quod ſciendum eſt, quod lumen igneum extinguitur vel obtenebratur dupliciter. Vno quidem modo ſecundum proprietatem luminis, prout paruum lumen extinguitur ex præſentia maioris luminis. Alio modo ſecundum proprietatem ignis, qui extinguitur in aqua. Si ergo illud debile lumen ab oculo egrediens eſſet igneum, oporteret quod extingueretur in die propter excellentiorem claritatem, & in aqua propter contrarietatem ad ignem, & per conſequens inter glacies magis obtenebraretur prædictum lumen viſibile : videmus enim hoc accidere in flamma, & in corporibus igneis vel ignitis, quod tamen non accidit circa viſum. vnde patet prædictam reſponſionem vanam eſſe. Deinde cum dicit.

i ¶ Narrat opi. Empedoc. de cuius improbatione iam dictum eſt, & dicit quod Emped. videtur exiſtimare, ſicut dictum eſt, quod viſio fiat lumine exeunte, & ponit verba eius quæ metrice protulit. Dicebat enim, quod ita accidit in viſu, ſicut quando aliquis cogitans progredi per aliquod iter per noctem hyemis: flant venti, præparat lucernam, accendens lumen ardentis ignis, licet impetus omnium ventorum ſufficienter prohibens, ponens accenſum in laternam, & per hoc flatum ventorum ſpirantium, impediens ſcilicet eos, ne poſſint eorum flatus peruenire vſque ad lumen ignis, lumen autem ignis contentum extragrediatur, & quanto magis expanſum fuerit extra, tanto magis illuſtrat aerem, ita tamen quod radii exeuntes ſunt domiti, id eſt, attenuati per velum laternæ, puta per pellem, vel aliud huiuſmodi. Non enim ita clare illuminatur aer per laternam, ſicut illuminaretur ab igne non velato. Et ſimiliter dicit accidere in oculo [in quo lumen antiquum, ] id eſt, à prima formatione oculi, [ ad ſenſum conturatur.] id eſt, tute conſeruatur, [in miringis, ] id eſt, in tunicis oculi, per quas ſicut per quaſdam ſubtiles linteos lumen diffunditur circunquaque per pupillam, quæ quidem tunicæ reuelant radiis per eas emiſſis, profundum aquæ fluentis circa ignẽ accenſum in pupilla ad nutritionem:

Vel potius contemperationem ignis in profundo collocati. Et ſic lumen extra peruenit, quãto magis fuerit expanſum ab interiori procedens. Vel quod dicit circulo, referendum eſt ad circularitatem pupillæ. Notandum eſt, quod ſignanter dixit [per velum domitis radiis] ad ſignandum cauſam quare non videtur in tenebris: quia ſcilicet lumen egrediens debilitatur per hoc, quod tranſit per prædicta velamēta vt poſſint perfecte aerem illuminare. Poſitis autem verbis Empedo. ſubiungit quod aliquando dicebat viſionem fieri per emiſſionem luminis, vt dictum eſt: aliquãdo autem dicebat, quod viſio fit per quędam corpora defluentia à viſibilibus & peruenientia ad viſum, & forte eius opinio erat, quod vtrunque coniungeretur ad viſionem.

## LECTIO IIII.

*a* DEmocritus aũt quoniam quidem aquam dicit eſſe bene dixit, quia autem putauit ipſum videre eſſe illam apparitionem, non bene, hoc enim accidit, quoniam oculus lenis eſt, & eſt nõ in illo, ſed in vidente, paſſio enim refractio eſt. Sed omnino de apparentibus, & de refractione nondum ipſi manifeſtum erat, vt videtur.

*b* Incongruum autem eſt & nõ ſuperueniſſe ipſi dubitare, quare ſolus oculus videt, nullum autem aliorum, in quibus apparent idola.

*c* Quod viſus nanque eſt aquæ, verum quidem. Non tamē accidit videre ſecundum ꝙ aqua eſt, ſed ſecundum quod perſpicuum, quod & aeri commune eſt. Sed magis ſeruabilis ē aqua aere & magis ſpiſſa. Quare pupilla & oculus aquæ ſunt.

*d* Et hoc eſt in ipſis operibus manifeſtum. Videtur n. aqua ꝙ diſcurrit corruptis oculis, & in oĩno nouiter formatis frigiditate excedens, & claritate Et albũ oculi habẽtib. ſanguinē pinguem & craſſum, pp hoc eſt vt pmaneat humidũ incoagulatũ.

## LECTIO IIII.

*DEmocritus autem, quod aquã quidem dicit eſſe, recte dicit, quod vero videndi opus imaginem exiſtimauit illam non recte. hoc n. accidit quoniam leuis eſt oculus, & non eſt in illo, ſed in vidente, reflexio enim quædam illa eſt paßio. Cæterum de imaginibus, & reflexione nondum illi vt videtur erat perſpectum.*

*Abſurdum quin etiam eſt, illi in mentem non veniſſe vt ambigeret. Quamobrem ſolus videt oculus, aliorum autem nullum, in quibus apparent imagines.*

*Quod igitur viſio ſit aquæ verum eſt. Videre autem contingit non vt aqua eſt, verũ vt eſt perſpicua, quod etiam ipſi commune eſt aeri, ſed conſeruans magis, & firmius recipiens aere eſt aqua. Propterea pupilla, & oculus aquæ adſeribuntur.*

*Quod etiam ex ipſis clarum eſt rebus: corruptis enim oculis deflues apparet aqua, & in inchoatis fœtibus ſplendore claritate excellere percipitur. Album quinetiam oculi in ſanguine præditis pingue & nitidum eſt hanc ob cauſam, vt incõcretus permaneat humor, propterea ex corpo-*

## LECTIO IIII.

*a* POſt opin. Plat. & Emped. hic tertio Philoſoph⁹ proſequitur de opinione Democriti Circa qđ tria facit. Primo oſtendit in quo Democritus bene dixerit, & in quo male. Secundo proſequitur illud, in quo male dixit, ibi [Incongruum autē eſt] Tertio proſequitur illud, in quo bene dixit, ibi, [Qđ viſus nanque.] Dicit ergo primo, quod Democritus bene dixit in hoc, quod viſum attribuit aquæ. Sed in hoc male dixit, quod putauit viſionem non aliud eſſe quam apparitionem rei viſæ in pupilla ex corporali diſpoſitione oculi, quia ſcilicet oculus eſt lenis, id eſt, politus & terſus. Et ita patet, quod ipſum videre non conſiſtit in hoc, quod eſt apparere talem formam in oculo, ſed conſiſtit in vidente, id eſt, in h bente virtutem viſiuam: non enim oculus eſt videns propter hoc, quod eſt lenis, ſed propter hoc, quod eſt virtutis viſiuæ. Illa enim paſſio, ſcilicet quod forma rei viſæ in oculo appareat, eſt reuerberatio, id eſt, cauſatur ex refractione, ſiue reuerberatione formæ ad corpus politum. Sicut videmus in ſpeculo accidere, cum enim immutatio diaphani, quæ fit à corpore viſibili, peruenerit ad corpus non diaphanum, non poteſt vltra immutatio tranſcendere, ſed quodammodo reflectitur ad ſimilitudinem pilæ, quæ repercutitur proiecta ad parietem, & ex tali repercuſſione redit forma rei viſæ ad partem oppoſitam. Vnde contingit, quod aliquis in ſpeculo videat ſeipſum, vel etiam aliam rem, quæ non directe viſui eius obiicitur, ſed hoc locum non habet niſi duo concurrant, quorum vnum eſt, vt corpus ſit in ſuperficie lene, & ex hoc quodam modo fulgens, vt ſupra dictum eſt, per quē quidem fulgorem moderatum manifeſtatur ſpecies in reflexione. Aliud eſt, qđ corpus illud ſit interius ad aliquid terminatum, vt immutatio prædicta vltra nõ tranſeat. Et ideo videmus, quod niſi in vitro apponatur plumbum vel aliquod huiuſmodi, quod impediat eius penetrationem, ne vlterius procedat immutatio, non fit talis apparitio, vtrumque autem horum concurrit in oculo. Eſt enim moderate fulgens propter leuitatem, vt ſupra habitũ eſt, & habet aliquid in fundo, quod terminet eius penetratem. Vnde manifeſtum eſt quod hoc accidens, ſcilicet quod forma rei viſę appareat in oculo, accidit pure propter refractionem, quę eſt paſſio corporalis, ꝗ cauſatur ex determinata corporis diſpoſitione. Democrito tamen nondum erat manifeſtũ de huiuſmodi refractionibus, & de formis, ꝗ apparent in corporibus ſpecularibus propter refractionem prædictã. Ipſa aũt viſio ſecundum rei veritatē non eſt paſſio corporalis, ſed principalis eius cauſa eſt virtus animæ. Democritus tamē ponebat animam eſſe aliquid corporale, & ideo non eſt mirum ſi operationem animæ nihil aliud eſſe dicebat quam paſſionem corporalem. Sciendum tamen quod prædicta apparitio, quantũ ad primam receptionem formæ, quæ eſt, cauſa viſionis, eſt corporalis, non enim viſio eſt actus animæ niſi per organum corporum. & ideo non eſt mirum ſi habeat aliquam cauſam ex parte corporeæ paſſionis, non tamen ita quod ipſa corporea paſſio ſit idem ꝙ viſio. Sed aliqua cauſa eſt eius quantum ad primam, vt ita dicam, percuſſionem formæ viſibilis ad oculum, namque reflexio conſequens, nihil facit ad hoc, ꝙ oculus videat rem viſam per ſpeciē in eo apparentem, ſed facit ad hoc, quod alteri poſſit apparere. Vnde etiam oculus videns rem per ſpeciem non videt ipſam ſpeciem in eo apparentem. Deinde cũ dicit.

*b* ¶ Proſequitur quantum ad hoc quod Democritus male dixit. Et dicit, quod valde incongruum videtur, quod Democrito ponenti viſionem nihil aliud eſſe quam apparitionem prædictã, non occurrerit iſta dubitatio: quare alia corpora, in quibus formę rerum viſibiliũ, quas idola nominabat, ſpecialiter apparent, non videbant, ſed ſolus oculus. Ex quo manifeſte apparet, quod non tota ratio viſionis eſt prædicta apparitio, ſed in oculo eſt aliquid aliud, quod viſionem cauſat, ſcilicet virtus viſua. Deinde cum dicit.

*c* ¶ Proſequitur id, quod Democritus bene dixit. Et primo proponit neceſſitatem, ſecundo manifeſtat per ſigna, ibi, [Et hoc eſt & in ipſis operibus.] Dicit ergo primo, hoc quod Democritus organum viſus attribuit aquæ, verum eſt. Sciendum tamen quod viſio attribuitur aquæ non ſecundũ quod eſt aqua, ſed ratione perſpicuitatis, quæ communiter in aqua & aere inuenitur Nam viſibile eſt motiuum perſpicui, vt dicitur in lib. de Anima. Attribuitur magis tamen viſio aquæ quam aeri propter duo. Primo quidem, quia aqua magis poteſt conſeruari quam aer. Aer enim de facili diffunditur, & ideo ad conſeruationem viſus conuenientior fuit aqua quam aer. Natura autem facit ſemper quod melius eſt. Secundo quia aqua magis ſpiſſa quam aer, & ex ratione ſuę ſpiſſitudinis habet quod in ea per quandam reuerberationem appareat forma rei viſæ, & hoc competit inſtrumento viſus: eſſe autem perſpicuum competit medio in viſu, eo quod commune eſt aeri & aquæ. & ideo concludit quod oculus & pupilla magis attribuuntur aquæ quam aeri. Eſt etiam & corpus cœleſte perſpicuum: ſed quia non venit in compoſitione corporis humani, propter hoc hic prætermittitur. Deinde cum dicit.

*Secundo te. com. 68. De iuuentute & ſenec. lec 3.*

*d* ¶ Manifeſtat organum viſus eſſe aquæ, per tria ſigna, quę in ipſis operibus manifeſta ſunt. quorum Primũ eſt, quod ſi oculi deſtruãtur, ad ſenſum, apparet inde aqua diſcurrens. Secũdũ eſt, quod in oculis embryonũ de nouo formatis, ꝗ quaſi adhuc recipientes magis virtutē ſui principii, excedunt & in frigiditate, & claritate, ꝗ duo ſunt connaturalia aquæ. Tertiũ ſignum eſt, quia in animalib. habentibus ſanguinem, in quibus

poteſt

&ideo corporis minime eſt frigens oculus. Nulli enim vnquã quod infra palpebras eſt, friguit. Animalium vero quæ ſine ſanguine ſunt, duræ pellis ſunt oculi, & hoc facit protectionẽ.

e Irrationale vero omnino eſt exeunte quodam viſum videre, B & aut extendi vſque ad aſtra, aut quodantenus prodeunte coherere, ſicut quidam dicunt.

f Iſto enim melius eſt in principio coniungi oculi.

g Sed hoc ſtultum. Quid enim coniungi eſt lumen lumini? vel quomodo hoc poſſibile eſt eſſe? Non enim quodlibet coniũgitur cuilibet, & interius exteriori, quomodo meninga enim intus eſt. C

*ris partibus minime friget oculus, nulli enim nunquam id quod intra palpebras eſt, obriguit. Animalium vero, quæ ſanguine carent, duri pelles ſunt oculi, quod illis pro munimento facit.*

*Omnino autem eſt ratione carens quapiam egrediente re viſum cernere, & vſque ad aſtra protendi: aut quodantenus egreſſum coaleſcere, vt nonnulli autumant.*

*Hoc melius enim eſt in principio ſtatim oculi eo coaleſcere.*

*Quod etiam fatuum eſt, quæ enim luminis ad lumen copulatio, aut quo nam hoc fieri poteſt modo? non enim cuicunque coaleſcit quodlibet, & intrinſecum cum extrinſeco quomodo cum meninge membranula media fit.*

poteſt eſſe pinguedo, quaſi ex ſanguine generata, circa pupillam ponitur album oculi habens pinguedinem & craſſitudinem quandam, vt ex eius caliditate permaneat aqueum pupillæ humidum abſque congelatione, quæ perſpicuitatem aquæ diminueret, & ſic impediretur viſio. Et ideo ratione prædictæ pinguedinis oculus qui pingueſcit, propter eius caliditatem nullum vnquam paſſus eſt frigus in toto, eo quod intra palpebras continetur. In animalibus vero, quæ ſunt ſine ſanguine, in quibus non inuenitur pinguedo, natura facit oculos duræ pellis, ad protegendum humidum aqueum, quod eſt intra pupillam. Deinde cum dicit.

e ¶ Accedit ad improbandum quod aliqui poſuerunt viſionem fieri extra mittendo, quod erat ratio attribuendi viſum igni. Vnde hoc remoto, & illud remouetur. Et circa hoc duo facit. Primo proponit duas opiniones ponentium, quod videmus extra mittendo. Secundo improbat alteram illorum, ibi, [Iſto enim melius eſt.] Dicit ergo primo, quod irrationale videtur quod viſus videat aliquo ab eo exeunte. Quod quidem aliqui poſuerunt dupliciter. Vno modo, vt id, quod egreditur ab oculo, extendatur vſque ad rem viſam, ex quo ſequitur, quod cum nos videamus etiam aſtra, id quod egreditur à viſu, extendatur vſque ad aſtra, quod continet manifeſtam impoſſibilitatem, cum enim egredi non ſit niſi corporum ſequitur quod aliquod corpus egrediens ab oculo, perueniret vſque ad aſtra, D quod idem apparet falſum multipliciter. Primo quidem quia ſequeretur plura corpora eſſe in eodem loco, tum quia illud, quod egrederetur ab oculo, ſimul eſſet cum aere, tum quia huiuſmodi egredientia ab oculis oporteret multiplicari in eodem medio ſecundum multitudinem videntium per idem medium. Secundo quia quælibet emiſſio corporis in principio quidem eſt maior, in fine vero attenuatur, propter quod contingit, quod flamma ex corpore accenſo procedens, tendit in ſummum, hic autem accidit contrarium. Dicunt enim Mathematici, quorum eſt hæc poſitio, quod corpus corporis egredientis ab oculo, eſt intra oculum, baſis illius in re viſa. Tertio, quia non poſſet quantitas oculi ſufficere ad hoc quod tantum corpus ab eo progrederetur, quod attingeret vſque ad aſtra quantumcunque ſubtiliaretur: aliquis enim eſt terminus ſubtilitatis corporum naturalium, & propterea quanto eſſet ſubtilius, tanto facilius corrumperetur, & iterum oporteret, quod vel eſſet aer vel ignis illud corpus emiſſum ab oculo, & aerem E quidem emiſſum emitti ab oculo non eſt neceſſarium, quia abundat exterius. Si vero eſſet ignis, videremus etiam ignem, vel non poſſemus videre mediante aqua, nec etiã poſſemus videre niſi in ſurſum quo tẽdit motus ignis. Non aũt poteſt dici, quod illud corpus, quod egreditur ab oculo, ſit lumen, quia lumẽ non eſt corpus, vt probatum eſt lib. de Anima. Alia opi. eſt Pla. qui poſuit, quod lumen egrediens ab oculo non procedit vſque ad rẽ: ſed quodantenus, id eſt, ad aliquod determinatum ſpatium, vbi ſcilicet cohæret lumini exteriori, ratione cuius cohærentiæ fit viſio; vt prius dictum eſt. Deinde cum dicit. *tex.cō 69.*

f ¶ Prætermiſſa prima opinionẽ tanquam maxime inconuenienti, conſequenter improbat ſecundam dupliciter. Primo quidẽ, quia inutiliter, & vane aliquid ponitur. Et hoc eſt quod dicit. Melius eſſet dicere, quod lumen interius coniungeretur exteriori in ipſa interiore extremitate oculi quam extra per aliquam diſtantiam. Et hoc ideo, quia in illo ſpatio inter- A medio, ſi non eſt lumen exterius, extingueretur lumen interius à tenebris ſecundum eius poſitionem, vt ſupra habitum eſt. Si vero attingat lumen vſque ad oculum, melius eſt quod ſtatim coniungatur, quia quod poteſt fieri ſine medio, melius eſt quã quod fiat per medium, cum aliquid fieri per pauciora melius ſit quam per plura. Deinde cum dicit.

g ¶ Improbat coniunctionem luminis interioris ad exterius etiam ſi fiat in principio oculi. Et hoc tripliciter. Primo quidem, *Primo Phy. c.50.* quia coniungi vel ſeparari eſt proprie corporum, quorum vtrũque habet per ſe ſubſiſtentiam, non autem qualitatem, quæ non ſunt niſi in ſubiecto. vnde, cum lumen non ſit corpus, ſed accidẽs quoddam, nihil eſt dictum, quod lumen adiungatur lumini, niſi forte corpus luminoſum adiungeretur corpori luminoſo: poteſt autem contingere quod lumen intendatur in aere per multiplicationem luminarium, ſicut & calor intenditur per augmentum calefacientis, quod tamen non eſt per additionem, vt patet in quarto Phyſic. Secũdo improbat per hoc, quod etiam dato *Text.cō.84.* quod vtrunq; lumen eſſet corpus, non tamẽ eſſet poſſibile quod vtrunque coniungeretur, cum non ſint eiuſdẽ rationis. Non enim quodlibet corpus natum eſt coniungi cuilibet corpori, ſed ſolum illa, quæ ſunt aliqualiter homogenea. Tertio, quia cum inter lumen interius & exterius intercidat corpus medium, ſcilicet meninga, id eſt, tunica oculi, non poteſt vtriuſque luminis eſſe coniunctio.

## LECTIO V.

a QVod quidem igitur ſine lumine impoſſibile eſt videre, dictum eſt in aliis. Sed ſiue lumen, ſiue aer eſt, quod eſt inter rem viſam, & oculũ, mot⁹ qui per ipſum eſt, facit videre.

## LECTIO V.

*QVod quidem ſine lumine non contingit videre, alibi pertractatum eſt. Cæterum ſiue lumen id eſt, ſeu aer quod interiacet inter rem viſam & cernentem oculum, profecto motus in hoc viſionis eſt cauſa.*

## LECTIO V.

a POſtquam Philoſophus improbauit opinionem ponentium viſionem fieri extra mittendo, hic determinat veritatem, & circa hoc tria facit. Primo manifeſtat qualiter viſio fiat ſecundum ſuam ſententiam. Secundo ex hoc reddit cauſam eius, quod ſupra poſitum eſt de organo viſus, ibi, [Et rationabiliter.] Tertio manifeſtat cauſam illam per ſignum, ibi [Et hoc eſt ab accidentibus.] Reſumit ergo primo quod dictum eſt in libro de Anima, Quod ſine lumine impoſſibile eſt videre. quia *2 tex c.87.* enim viſio fit per medium, quod eſt diaphanum, requiritur ad viſionem lumen, quod facit aliquod corpus eſſe actu diaphanum, vt dicitur Libro de Anima. Et ideo ſiue illud medium, quod eſt inter rem viſam & oculum, ſit actu aer illuminatus, ſiue ſit lumen, non quidem per ſe ſubſiſtens, cum non ſit corpus, ſed in quocumque alio corpore, puta aqua vel vitro, motus, qui fit per huiuſmodi medium, cauſat viſionem. Non eſt autem intelligendum quod huiuſmodi motus ſit localis, quaſi quorundam corporum defluentium à re viſa ad oculum, ſicut Democritus & Empedocles poſuerunt: quia ſequeretur quod per huiuſmodi defluxum corpora viſa diminuerẽtur quouſq; totaliter conſumerentur: ſequeretur etiam quod oculus ex occurſu continuo huiuſmodi corporum deſtrueretur, neque etiam eſſet impoſſibile vt totum corpus ab oculo videretur, ſed ſolum ſecundum tantam quantitatem, quantam poſſet pupilla capere. Eſt autem motus iſte ſecundum alterationem: alteratio autem eſt motus ad formam, quæ eſt qualitas rei viſæ, ad quem medium eſt in potentia inquantum eſt lucidum in actu, quod eſt diaphanum interminatum. Color autem eſt qualitas diaphani terminati, vt infra dicetur. Quod autem interminatum eſt, ſic ſe habet ad terminatum ſicut potentia ad actum. Nam forma eſt quidam terminus materiæ, ſed pro-

per alią̃xationẽ diaphanęitatis in medio perſpicuo ſequitur, quod medium recipiat alio mõ ſpeciẽ coloris quam ſit in corpore colorato, in quo eſt diaphanum terminatũ, vt infra dicetur. Actus n. ſunt in ſuſceptiuis ſecundum modum ipſorum. & ideo color eſt quidem in corpore colorato ſicut qualitas completa in ſuo eſſe naturali: in medio autẽ incomplete ſecundũ quoddam eſſe intentionale, alioquin non poſſet ſecundum idẽ mediũ videri album & nigrum. Albedo autem & nigredo prout ſunt formæ completæ in eſſe naturali, non poſſunt ſimul eſſe in eodem: ſed ſecundum prædictum eſſe incompletũ ſunt in eodẽ: quia iſte modus eſſendi propter ſuam imperfectionẽ, appropinquat ad modum, quo aliquid eſt in aliquo in potentia. Sunt autem in potentia oppoſita ſimul in eodem. Deinde cum dicit.

*b* ¶ Aſsignat ſuper id, quod dictum eſt, cauſam, quare neceſſe ſit viſũ attribuere aquę, quod ſupra ſolum per ſigna oſtenderat, & dicit, quod quia immutatio medii illuminati à corpore viſo cauſat viſionem, rationabiliter id, qđ eſt intra pupillã, quæ eſt organum viſus, eſt aqueum. Aqua enim eſt de numero perſpicuorum. Oportet autem quod ſicut exterius medium eſt aliquod perſpicuum illuminatum, ſine quo nihil poteſt videri, ita etiam, quod intra oculũ ſit aliquod lumen, & cum non ſit viſio niſi in pſpicuo, neceſſe eſt ꝙ etiam intra oculum ſit aliquod perſpicuũ, non autem corpus cœleſte, quia non venit in compoſitionem humani corporis, & ideo neceſſe eſt, quod ſit aqua, quæ ſit ſeruabilior & ſpiſſior, quam aer, vt dictum eſt. Quare autem ad videndum requiratur lumen interius, manifeſtat cum dicit: Nõ enim in vltimo. Si enim virtus viſiua eſſet in exteriori ſuperficie oculi, ſufficeret ad videndum ſolum lumen exterioris perſpicui, per quod immutatio coloris perueniret ad exteriorem ſuperficiem pupillæ. Sed anima, ſiue ſenſitiuum animæ nõ eſt in exteriori ſuperficie oculi, ſed intra. Et eſt attẽdendum quod ſignanter addit, [Aut animæ ſenſitiuum.] anima enim, cum ſit forma totius corporis, & ſingularium partium eius, neceſſe eſt quod ſit in corpore & in qualibet parte eius, quia neceſſe eſt formã eſſe in eo, cuius eſt forma: ſed ſenſitiuum animæ dicitur potentia ſenſitiua, quę, quia eſt principium ſenſibilis operationis animæ, quę per corpus exercetur, oportet eſſe in aliqua determinata parte corporis, & ſic principium viſionis eſt interius iuxta cerebrum, vbi coniunguntur duo nerui ex oculis procedentes. Et ideo oportet quod intra oculum ſit aliquod perſpicuum receptiuum luminis, vt ſit vniformis immutatio à re viſa vſque ad principium viſiuum. Deinde cum dicit.

*c* ¶ Manifeſtat quod dixerat per ſignum, quod accidit in quibuſdam, qui in pugnis circa tempora vulnerantur, ſciſſis enim poris, qui pupillam continuãt viſiuo principio, ſubito tenebrę fiunt per viſus amiſſionem, ac ſi lucerna extingueretur. Pupilla enim eſt ſicut quędã lampas illuminata ab exteriori lumine, & ideo, quando præſcindũtur pori continuantes pupillam principio viſiuo, non poteſt lumen huius lampadis vſq; ad viſiuũ principiũ peruenire, & ideo viſus obſcuratur. Deinde cũ dicit.

*d* ¶ Excluſis falſis opinionibus aliorũ accedit ad principale ꝓpoſitum. Et primo quantum ad organa ſenſuũ nõ neceſſariorum. Secũdo quãtũ ad organa ſenſuum neceſſariorũ, ibi, [Tactiuum autem.] Circa primum duo facit. Primo adaptat organa ſenſuũ elementis. Scđo manifeſtat qđ dixerat, ibi, [Quod enim actu odoratur.] Circa primum conſiderandum eſt ꝙ non fuit ſecundum ſententiam Ariſt. ꝙ organa ſenſuum elementis attribuerentur, vt patet in libro de Anima: ſed quia alii Philoſophi organa ſenſuũ quatuor elementis attribuebant, ideo quaſi in hoc condeſcendens, dicit ꝙ ſuppoſitis his, quæ dicta ſunt de viſu, oportet ſecundum ꝙ aliqui dicunt, vnumquodq; ſenſitiuorum, id eſt, organorum ſenſus, attribuere alicui vni elementorum, ſicut alii faciunt. Exiſtimandum eſt, ꝙ viſiuum oculi attribuendum ſit aquæ, ſenſitiuum autem ſonorum ſit attribuendum aeri, igni vero odoratiuum. Sed hoc videtur eſſe contra id, qđ dictum eſt in libro de Anima. Pupilla eſt aquæ, auditus vero aeris, olfactus autem alterius, horum autẽ ignis, aut nullius eſt, aut omnibus communis. *2. com. 130.* Sed dicendum eſt quod id, ꝙ eſt odoratus, poteſt accipi dupliciter. Vno modo ſecundum potentiã, & ſic organum odoratus eſt aeris vel aquę, vt dicitur in Secũdo de Anima. Alio modo ſecundum actum: & ſic eſt verum quod hic dicitur, vt ipſe probauit. Et ideo ſignanter non dixit odoratiuum eſſe ignis, ſicut dixerat ſenſitiuum ſonorum eſſe aeris, & viſiuum oculi eſſe aquæ: ſed dicit odoratum eſſe ignis. *Tex. cõ. 97.* Odoratiuum enim dicitur ſecundum potentiam: ſed odoratus ſecundum actum. Deinde cum dicit.

*e* ¶ Probat quod dixerat de organo odoratus. Et circa hoc tria facit. Primo oſtẽdit odoratiuum eſſe in actu ignis. Secundo cõcludit quale debeat eſſe organum odoratus, quod eſt odorat⁹ in potentia, ibi, [Propter ꝙ & circa cerebrum.] Tertio oſtendit ſimilitudinem organi odoratus ad organum viſus, ibi, [Oculi aũt generatio.] Ait ergo primo, ꝙ odoratiuum, id eſt, organũ habens virtutem odorãdi, oportet quod ſit hoc in potentia, ꝙ actualis odoratus eſt in actu, quod manifeſtat per hoc quod ſenſibile facit ſenſum agere, i. eſſe in actu vel etiam operari. Oportet n. quod ſenſitiuum ſit in potentia ſenſibile, alioquin nõ pateretur ab ipſo. vnde relinquitur quod ſenſitiuum ſit in potẽtia ſenſus in actu. Manifeſtum eſt aũt quod odor eſt fumalis euaporatio, non quidem ita, quod fumalis euaporatio ſit ipſa eſſentia odoris: hoc n. improbatum eſt ſecundo de Anima. lõgius enim diffunditur odor quam fumalis euaporatio: ſed hoc dicitur, qa fumalis euaporatio eſt cauſa quod ſentiatur odor. *Te. com. 92. Et de Sen. & Senſa. c. 2.* Fumalis enim euaporatio eſt ab igne, vel à quocumque calido, ergo odoratus in actu fit per caliditatem, quæ principaliter eſt in igne, & ideo in temporibus & locis calidis flores ſunt maioris odoris. Deinde cum dicit,

*b* Et rationabiliter quod interius, aquæ eſt. Aqua enim perſpicua eſt. Videtur autem ſicut exterius non ſine lumine, ita & interius. Perſpicuum igitũ oportet eſſe. Neceſſe eſt igitur aquã eſſe, quia nõ eſt aer. Non enim in vltimo oculi anima, aut animæ ſenſitiuum eſt: ſed manifeſtum quoniam interius. Quare neceſſario perſpicuum eſt & receptibile luminis, quod interius oculi.

*Et rationi certe conſentaneum eſt, vt quod intra eſt aquæ aſcribatur: perſpicua n. eſt aqua, cernitur autem ſicut extrinſecus non ſine lumine, ita & intrinſecus. Perſpicuum igitur oportet eſſe, & aquam neceſſe eſt eſſe, quando non eſt aer, non enim in extrema oculi parte anima & illius eſt ſenſiterium, ſed in intima, quãobrem perſpicuum eſſe, & luminis capax quod intrinſecus eſt oculi, neceſſe eſt.*

*c* Et hoc etiam ab accidentibus manifeſtum. Iam enim quibuſdam vulneratis in bello iuxta tempora, ita vt abſcinderentur pori oculi, accidit fieri tenebras, ſic lucerna extincta, eo quod quaſi lampas quædam abſciſſum fuit perſpicuum, vocatum pupilla.

*Quod etiam ex iis quæ contingere ſolent, palam eſt. nam quibuſdam in prælius, ſecundum tempora vulneratis, ita vt oculi meatus abſcinderentur, viſæ ſunt effundi tenebræ ceu extincta lucerna, quoniam perſpicuum & ea, quam vocant pupillam, ceu lucerna quædam effecta eſſet.*

*d* Igitur ſi quidem in his accidit, ſicut diximus, manifeſtũ quod ſi oportet ſecundum hunc modum attribuere, & aſſignare vnumquodque ſenſitiuum vni elementorum, oculi quidem viſiuum aquæ exiſtimandum, aeris vero ſonorum ſenſitiuum, ignis autem odoratum.

*Quamobrem ſi in iis contingit, vt diximus, manifeſtũ eſt quod oportet hæc reddere modo, & aßignare vnũ quodq; ſenſiterium elemẽtorum vnicuique, vt oculi quidem viſiua poteſtas aquæ aſcribatur, aeri autem ſonorum ſenſitiua, igni vero odoratus.*

*e* Quod enim actu odorat⁹, hoc potentia odoratiuum eſt. Senſibile enim facit agere ſenſum, quare neceſſe exiſtere ipſum potentia prius. Odor vero fumalis euaporatio eſt, fumalis autem euaporatio ab igne.

*Quod enim actu odoratus eſt: id poteſtate odoratiuum eſt. Senſibile namque operari facit ſenſum, iccirco neceſſe eſt ipſum eſſe id, quod poteſtate erat prius. Odor autem fumida quædam exhalatio, huiuſmodi vero exhalatio ab igne eſt.*

f ¶ Conclu-

*f* ¶ Concludit ex præmiſſis, quod organum odoratus dicitur eſſe in loco, qui eſt circa cerebrum. Organum enim odoratus eſt in potentia, odor in actu, qui eſt per calorē vel ignem, & ita oportet quod ſit potentia calidum. Potentia autem calidum eſt materia frigidi: quia eadem eſt materia contrariorum, nec poteſt eſſe in potentia ad vnum eorum, niſi ſecundum quod eſt actu ſub altero, vel perfecte, vel imperfecte: imperfecte, ſicut quādo eſt ſub forma medii, & ideo oportet quod ſubſtantia & eſſentia organi odoratus ſit id, quod eſt actu frigidum & humidū, quod præcipue eſt in loco cica cerebrum. Vnde organum odoratus eſt circa cerebrum. Deinde cum dicit.

*g* ¶ Oſtendit conuenientiam organi odoratus ad organum viſus, & dicit, quod etiam oculi generatio habet eundem modum quātum ad hoc, quod conſtat ex cerebro, quia cerebrum inter omnes partes corporis eſt humidius & frigidius, & ita habet naturam aquæ, quæ eſt naturaliter frigida & humida, & ſic congruit organo odoratus, quod debet eſſe calidum in potentia, & organo viſus, quod debet eſſe aquę. Sed tunc videtur conuenienter attribuiſſe Plato viſum igni, ſicut & hic Ariſtot. odoratum. Dicendum eſt autem, quod organum odoratus eſt aquæ, in quantum aqua eſt potentia calidum, quod eſt ignis: organum autem viſus eſt aquæ inquantum eſt perſpicua, & per conſequens lucida in potentia: ſed quia ignis eſt etiam lucidus actu ſicut & calidum, adhuc poſſet aliquis dicere, quod conuenienter viſus attribuitur igni. Dicendum eſt ergo quod eodem modo, quo Ariſt. attribuit odoratum igni, nihil prohibet viſum attribui igni non ſecundum proprias eius qualitates, quæ ſunt calidum & ſiccum: ſed ſecundum quod eſt lucidus actu, quod etiam attendiſſe videtur aliqui Philoſophi, argumentum ſumentes à fulgore, qui apparet moto oculo. Sed tamen quantum ad hoc improbauit eorum opi. Ariſt. non quidem quia ponebant viſum in actu eſſe ignem, quod aliqualiter eſſet verum, inquantum ſcilicet viſus in actu, non fit ſine lumine, ſicut odoratus in actu ſine calore: ſed quia ponebant organum viſus eſſe lucidum actu, ponentes viſionem fieri non ſuſcipiendo, ſed extramittendo. Deinde cum dicit.

*h* ¶ Determinat de organis ſenſuum neceſſariorum. Et primo oſtendit quæ cuique elemento ſunt attribuenda, ſecundo in quo loco ſint ſita, ibi, [Et ideo iuxta cor.] Dicit ergo primo ꝙ organum tactus attribuitur terræ. & ſimiliter organum guſtus, qui eſt tactus quidam, vt in Tertio de Anima dictum eſt, quod quidem non eſt ſic intelligendum, quaſi organum tactus vel guſtus ſit ſimpliciter terreum. Capillis enim & crinibus non ſentimus, quæ ſunt magis terrea: ſed quia, vt Tertio de Anima dicitur, terra maxime miſcetur in organo ipſorum ſenſuum, & de organo quidem tactus ratio iſta eſt, quia vt dicitur Secundo de Anima, organum tactus, ad hoc quod ſit in potentia ad contrarias qualitates tangibiles, debet eſſe mediocriter complexionatū, & ideo oportet quod ſit ibi ſecundum quantitatem plus de terra, quæ inter alia elementa minus habet de virtute actiua, de organo autem guſtus ratio manifeſta eſt. Text. c. 83. Text. c. 66.

*f* Propter quod & circa cerebrum loco, odoratus propriū ſenſitiuum eſt. Potentia enim calida frigidi materia eſt.

*g* Oculi autem generatio eundem habet modum: à cerebro enim conſtat. Cerebrum autem frigidius, & humidius omnibus partibus corporis eſt.

*h* Tactiuum autem terræ. Guſtatiuum vero ſpecies quædam tactus eſt.

*i* Et ideo iuxta cor ſenſitiuum eſt ipſorum, ſcilicet guſtus & tactus: cor enim oppoſitum eſt cerebro, & eſt calidiſſimum partium. Et de ſenſitiuis quidem partibus corporis, hoc modo ſit determinatum.

*Quamobrem odoratus ſenſiterium eo proprium eſt loco, vbi cerebrū eſt: frigidi enim materia poteſtate eſt calida.*

*Oculi quinetiam conſtitutio hunc ipſum habet modum; à cerebro nanque conformatus eſt oculus, id autē ex omnibus corporis partibus frigidiſsimum eſt, & maxime humidum.*

B

*Tactus autem poteſtas terræ eſt: Guſtatiuum vero tactus quædam eſt ſpecies.*

*Et iccirco iuxta cor ipſorum eſt ſenſiterium, guſtatus inquam, & tactus: cerebro enim oppoſitum eſt cor, & omnium eſt partium calidiſsimum. Et de ſenſitiuis quidem corporis partibus, hoc determinatum ſit modo.*

C

### LECTIO VI.

*a* DE ſenſibilibus autem his, quæ ſecundum vnumquodque ſenſitiuum, puta dico colore, ſono, odore, guſtu, & tactu, vniuerſaliter dictum eſt, quæ actio ipſorum in his, quæ de Anima, & quid operari ſecundum vnumquodque ſenſitiuorum. Quid autem oporteat dicere quodlibet eorum, ſcilicet quid color, quid ſonus, quid odor, quid ſapor, ſimiliter & de tactu conſiderandum eſt, & primum de colore.

### LECTIO VI.

*DE ſenſibilibus autem per vnumquodque ſenſiterium, vt de colore, ſono, odore, ſapore, & tactu, generatim quidem dictum eſt in iis, quæ de Anima, quod ſcilicet illorum ſit opus, & quid per vnumquodque ſenſiterium ſit operari. Quid autem illorum quodque dicendum ſit, vt quid color, aut ſonus, aut odor, aut ſapor, ſimilique modo de tactu, conſiderandum eſt, & primum de colore.*

A Sicut enim organum odoratus debet eſſe aqueum vt ſit ibi potentia calidum, ſine quo non fit odoratus in actu, ita etiam organum guſtus debet eſſe terreum, vt ſit potentia humidum, ſine quo non eſt guſtus in actu. Deinde cum dicit.

*i* ¶ Oſtendit vbi ſit organum tactus & guſtus conſtitutum, & dicit quod eſt iuxta cor, & aſſignat huius rationem, quia cor eſt oppoſitum cerebro ſecundum ſitum & qualitatem, & ſicut cerebrū eſt frigidiſſimum omnium, quæ in corpore ſunt, ita & cor eſt calidiſſimum inter omnes corporis partes; & propter hoc ſibi inuicem opponuntur ſecundum ſitum, vt per frigiditatem cerebri temperetur caliditas cordis. Et inde eſt, quod illi qui habent paruum caput ſecundum proportionem cæterorum membrorum impetuoſi ſunt, tanquam calore cordis non ſufficienter reflexo per cerebrum. Et econuerſo; illi qui excedunt immoderate in magnitudine capitis, ſunt nimis humoroſi, & pinguiores per magnitudinem cerebri, calorem cordis impedientem, propter quod oportet organum tactus quod terreum eſt, eſſe principaliter in loco calidiſſimo corporis, vt per caliditatem cordis ad temperiem terræ frigiditas reducatur. Nec obſtat; quod per totum corpus animal ſentit ſenſu tactus, quia ſicut alii ſenſus fiunt per medium extrinſecum, ita tactus & guſtus per medium intrinſecum, quod eſt caro. Et ſicut viſiuum

D

principium nō eſt in ſuperficie oculi, ſed intrinſecus, ita etiam principium tactiuum eſt intrinſecus circa cor, cuius ſignum eſt quod læſio, ſi accidat in locis circa cor, eſt maxime doloroſa. nec tamen oportet eſſe duo principia ſenſitiua in animali. Vnum circa cerebrum, vbi conſtituitur principium viſiuum, odoratiuum, & auditiuum: & aliud circa cor, vbi conſtituitur principium tactiuum & guſtatiuum. Senſitiuum enim principium primo quidem eſt in corde, vbi eſt fons caloris in corde animalis. Nihil enim eſt ſenſitiuum ſine calore, vt dicitur in li. 2. de Anima, ſed à corde deriuatur virtus ſenſitiua ad cerebrum; & exinde procedit ad organa trium ſenſuum, viſus, auditus, & odoratus: tactus autem & guſtus referuntur ad ipſum cor per medium coniunctum, vt dictum eſt. Vltimo Tex. c. 130. autem epilogat quod de ſenſitiuis partibus corporis ſit hoc modo determinatum, ſicut in ſuperioribus habitum eſt.

E

### LECTIO VI.

*a* POſtquam Philoſophus ad organa ſenſuum applicauit conſiderationem de ſenſibus animalium, hic applicat ea ad ipſa ſenſibilia. Et primo dicit de quo eſt intentio. Secundo exequitur propoſitum, ibi, [Quemadmodum igitur dictum eſt de lumine.] Circa primum duo facit. Primo proponit intentum. Secundo manifeſtat quod dixerat, ibi, [Eſt quidem igitur vnumquodque.] Dicit ergo primo, quod de ſenſibilibus propriis, quæ ſentiuntur ſecundum vnumquodque ſenſitiuum, id eſt, ſecundum ſingula organa ſenſuum, quod dicitur ad differentian ſenſibilium communium, ſcilicet

deçolore, ſono, & odore, quæ ſentiuntur per viſum, auditũ, & odoratũ, & de guſtu, & tactu, id eſt, de ſenſibilib. horum ſenſuum dictum eſt in libro de Anima vniuerſaliter, & quomodo habẽt in ſenſum agere, & qualis ſit operatio ſenſus ſecundum vnumquodque organum immutatum à prædicto ſenſibili. Dictum eſt enim in Le.10.&11. Secundo de Anima, quod ſenſus eſt potentia ſenſibile, & qđ ſenſibilia faciunt ſenſum eſſe in actu. Sed nunc conſiderandum eſt quid ſit quodlibet ſenſibile ſecundum ſe ipſum, ſcilicet qd ſit color, quid ſonus, qd odor, quid ſapor, & ſimiliter de tactu, id eſt de ſenſibilibus tact⁹. Sed primum dicendum eſt de colore, q eſt obiectum viſus, eo ꝙ viſus eſt ſpiritualior inter omnes ſenſus. Non eſt autẽ per hoc intelligẽdum ꝙ de omnib⁹ his ſenſibus in hoc libro determinare intendat, ſed ꝙ omnium horũ ſenſibilium conſideratio, neceſſaria ſit ad propoſitam intentionem: ſed cum ſenſibilia tactus ſint vel proprietates elementorum, ſcilicet calidũ, frigidum, humidum, & ſiccum, de quibus determinatũ eſt in libro de Generatione; vel ſint proprietates corporum diſtinctorum, ſicut durũ & molle & alia huiuſmodi, de quibus determinatum eſt in libro Meteororum. vnde nunc reſtat determinare de trib. ſcilicet de colore, odore, & ſapore. 2.lec.16. De ſono enim determinatum eſt in libro de Anima, eo quod eadem eſt ratio generationis ſoni, & immutationis auditus organi à ſono. Qualiter autem immutentur organa ſenſuum à ſenſibilibus, pertinet ad conſiderationem libri de Anima. Deinde cum dicit.

b Eſt quidẽ igitur vnumquodque dupliciter dictum, hoc quidem actu, hoc autem potentia. Quomodo quidem igitur actu color & ſonus, & quomodo eſt idem vel alterum his, qui ſecundum actũ ſenſibus, puta viſioni & auditioni, dictum eſt in eis, quæ de Anima. Quid autem, vnumquodque eorum exiſtens faciat ſenſum, & actum, nunc dicamus.

*Illorum igitur vnumquodque bifariam dicitur, actu ſcilicet & poteſtate. Quomodo autẽ color actu, & ſonus eadem ſint, vel diuerſa à ſenſibus, qui ſunt actu, vt à viſione, & auditione, in commentariis de Anima dictum eſt. Quid autem eorum vnumquodq; exiſtens ſenſum efficiat, & actum, nunc recenſeamus.*

G

c Quemadmodum igitur dictũ eſt de lumine in aliis, quod ſit color perſpicui ſecundum accidens. Quando enim ineſt aliquid ignitum in perſpicuo, præſentia quidem lumen eſt, priuatio vero tenebræ.

*Quemadmodum igitur dictum eſt de lumine in illis, quod ſcilicet eſt color perſpicui per accidens. Nam quotiens igneum quippiam ineſt perſpicuo, illius quidem præſentia lumen eſt, abſentia vero tenebræ.*

H

d Quod autem dicimus perſpicuum, non eſt proprium aeris vel aquæ, nec alicuius ſic dictorum corporum, ſed eſt quędam cõmunis natura & virtus, quæ ſeparata quidem non eſt In his vero eſt, & in aliis corporibus. In his quidem magis, in his vero minus.

*Quid autem vocamus perſpicuum non eſt aeris aut aquæ, aut alicuius ſic appellatorum corporũ proprium; ſed communis quædam natura & poteſtas, quæ ſeparata quidem non eſt, in iis autem eſt, & aliis etiam ineſt corporibus, iis quidem magis, illis vero minus.*

b ¶ Exponit quod dictum eſt, ſcilicet quod conſiderandum ſit quid ſit color & ſapor, &c. Vnumquodque horum enim dupliciter eſt. Vno quidem modo prout ſentitur in actu. Alio vero modo, prout eſt ſenſibile in potentia. Quod autem ſit vnumquodque eorum ſecundum actum, id eſt, ſecundum quod eſt color actu perceptus à ſenſu, vt ſapor, vel quodcunq; aliud ſenſibile, dictum eſt in libro de Anima, quomodo ſcili- Tertio l.2. cet vnumquodque horum idem ſit, vel alterum ſenſui ſecundum actum, ſcilicet viſioni vel auditioni, quia videlicet viſibile in actu eſt idem viſioni in actu; viſibile autem in potentia non eſt idem viſui in potentia, ergo quid vnumquodque ſenſitiuum ſit in actu, dictum eſt in libro de Anima; in quo determinatum eſt de ſenſibilibus in actu. ſed quid ſit vnumquodque eorum ſecundum ſeipſum, quod natum eſt facere ſenſitiuum actu; eſt nunc dicendum in hoc libro. Deinde cum dicit.

c ¶ Determinat de ſenſibilibus ſecundum modum prætactũ. Et primo de colore. Secundo de ſapore, ibi, [ De odore vero & ſapore. ] Tertio de odore, ibi, [ Eodẽ autem mõ oportet intelligere. ] Prima autem pars diuiditur in duas partes. In prima oſtendit quid ſit color in communi. In ſecunda parte determinat de differẽtiis colorũ, ibi, [ Eſt ergo ineſſe perſpicuo. ] Circa primum duo facit. Primo proponit principia coloris. Secundo inueſtigat coloris definitionem ex huiuſmodi principiis, ibi, [ Quemadmodum ergo & corporum. ] Eſt aũt duplex coloris principium. Vnum quidem formale, ſ. lumen, aliud materiale ſcilicet perſpicuum. Primo ergo tangit principium formale ſcilicet lumen. Secundo principium materiale ſcilicet perſpicuum, ibi, [ Quod autem dicimus perſpicuum. ] Dicit ergo pri- 2.Te.c.69. mo quod ſicut dictum eſt libro de Anima, lumẽ eſt color perſpicui, quod quidem dicitur ſecundum quãdam proportionẽ, ex eo quod ſicut color eſt forma & actus corporis colorati, ita

F lumen eſt forma & actus perſpicui. Differt autem quãtum ad hoc, ꝙ corpus coloratũ in ſeipſo habet cauſam ſui coloris. Sed corpus perſpicuũ ſecundum accidens, id eſt per aliud, nõ quia eſt color perſpicui ſecundum accidens, id eſt per aliud nõ quia lumen ſit actus perſpicui inquantum huius. Quod aũt ſit act⁹ eius ſecundum aliud, manifeſtat per hoc, quod quãdo aliquod corpus ignitum, id eſt actu lucidum, adeſt perſpicuo, ex præſentia eius ſit lumen in perſpicuo, ex priuatione vero fiunt tenebrę. Non ſic autem eſt de colore, quia color manet in corpore colorato quocunque præſente vel abſente, licet non ſit actu viſibilis ſine lumine. Deinde cum dicit.

d ¶ Determinat de perſpicuo, & dicit ꝙ hoc quod dicitur perſpicuum, non eſt proprium vel aeris, vel aquæ, vel alicuius huiuſmodi corporum, ſicut eſt vitrũ & alia corpora tranſparentia: ſed eſt quædam natura communis, quæ in multis corporibus inuenitur, id eſt quædam naturalis ꝓprietas in multis inuenta, quam etiam virtutem nominat, inquãtum eſt quoddã principium viſionis. Et quia Plato ponebat communia, ſicut ſunt ſeparata ſecundum rationem, ita etiam ſeparatã eſſe ſecundum eſſe, ideo ad hoc excludendum, ſubiungit, quod natura perſpicuitatis non eſt aliqua natura ſeparata: ſed eſt in his corporibus ſenſibilibus, ſcilicet in aere, & aqua, & in aliis: in quibuſdam quidem magis in quibuſdam vero minus. Ad cuius euidentiam ſciendum eſt, quod Philoſophus dicit in ſecundo de Anima, Tex.c.72. I viſibile non ſolum eſt color, ſed etiam quoddam aliud, quod ratione comprehenditur innominatum. Eſt autem in genere viſibilis communiter accepti, aliquid, vt actus, aliquid vero, vt potentia: nõ eſt aũt in hoc genere, vt actus, aliqua qualitas propria, alicuius elementorum: ſed ipſum lumen, quod eſt quidem primo in corpore cœleſti, deriuatur autem ad inferiora corpora: vt potentia quidem in hoc genere eſt id, quod eſt proprium luminis ſuſceptiuum, quod quidem in triplici ordine graduum ſe habet. Primus quidem gradus cum id quod eſt luminis ſuſceptiuum eſt totaliter lumine repletũ, quaſi perfecte in actu reductum ita ꝙ vlterius non ſit receptiuum alicui⁹ qualitatis vel formæ huius generis, quod quidem inter omnia corpora maxime competit Soli. Vnde corpus ſolare non põt eſſe medium in viſu, vt ſit recipiens, & reddens formã viſibilem. Proprietas aũt lucendi ſecundum ordinem quendam deſcendẽdo, procedit vſque ad ignem, vlterius vſq; ad quædam corpora, q propter paruitatem ſui luminis, non poſſunt lucere niſi in nocte, vt ſupra dictum eſt. K Secundus gradus eſt eorum, quę de ſe nõ habẽt lumen in actu, ſed ſunt ſuſceptiua luminis per totũ, & huiuſmodi corpora proprie dicuntur perſpicua ſiue tranſparentia, vel diaphana. Phanon n. in græco idem eſt quod viſibile. Et hęc quidem proprietas tranſparendi inuenitur quidem maxime in corporibus cœleſtib. præter corpora aſtrorum, quæ ocultant quod poſt ſe eſt, ſecundario autem in igne, ſecundum ꝙ eſt in propria ſphęra, ꝓpter raritatem, tertio in aere, quarto in aqua, quinto etiam in quibuſdã terrenis corporib. propter abundantiam aeris vel aquæ in ipſis. Terti⁹ & infimus gradus eſt terrę, q maxime diſtat à corpore cœleſti, quæ minime nata eſt recipere de lumine: ſed in ſuperficie tantum: exteriores enim partes propter ſui groſſitiem interiores obumbrant, vt ad eas non perueniat lumen, quamuis autẽ in ſolis corporib. medii gradus proprie dicatur perſpicuum, vel diaphanum ſecundum nominis proprietatem, cõmuniter tamen

men loquendo, poteſt dici perſpicuum quod eſt luminis ſuſceptiuum qualitercunque. Et ita videtur Philoſophus hic de perſpicuo loqui. Deinde cum dicit.

e¶ Inueſtigat definitionem coloris. Et primo inueſtigat genus, Secundo differentiam, ibi, [Sed eandem naturam.] Tertio definitionem concludit, ibi, [Quare color vtique etiam.] Eſt autē conſiderādum quod ſemper oportet ſubiectum ponere in definitione accidentis, vt dicitur ſeptimo Meta. differenter tamen. Nam ſi accidens definitur in abſtracto, ſubiectum ponitur loco differentiæ: id autem, quod pertinet ad genus accidentis, ponitur loco generis, ſicut cum dicitur, ſimitas eſt curuitas naſi. Cum autem accidens definitur in concreto, econuerſo ſubiectum ponitur loco generis; ſicut cum dicitur, ſimus eſt naſus curuus. Quia ergo hic color definiendus eſt in abſtracto, primo incipit inueſtigare loco generis id, qđ eſt eſſentialiter ipſe color. Et concludit ex prædictis, qđ cum perſpicuum non ſit natura ſeparata, ſed in corporibus exiſtens, neceſſe eſt qđ ſicut corporum, in quibus hæc natura inuenitur, eſt aliquod vltimum, ſi ſit finita, ita, & ipſius perſpicui, quod ſignificat qualitatem taliū corporum, oportet eſſe aliquod vltimum. Et eadem ratio eſt de omnibus qualitatib. corporum, quæ per accidēs fiunt quanta ſecundum corporum quantitatem. vnde ꝑ accidens terminatur ſecundum corporum terminationem. Eſt ergo conſiderandum, quod ſicut corporū quædam terminata dicuntur, quia propriis terminis terminātur, ſicut corpora terreſtria, quædam interminata, eo quod nō terminantur propriis terminis, ſed alienis, ita etiam eſt & circa perſpicuum. Quoddam enim eſt interminatum ex ſeipſo, quia nihil habet in ſe determinatum, vnde ipſum videatur. Quoddam autem eſt terminatum, quia determinate habet aliquid in ſeipſo, vnde videatur ſecundum propriam terminationem. Perſpicuum igitur indeterminatum eſt ſuſceptiuum luminis, cuius natura non eſt vt ſuſcipiatur ſolum in extremo, ſed per totum medium. Manifeſtum eſt autem ꝙ ipſius perſpicui, quod ſignificat qualitatem in corporibus exiſtentem, vt dictū eſt, eſt aliquid vltimum, & quod ſit color, manifeſtum eſt ex his, quę accidunt. non n. videntur corpora colorata niſi ſecundum ſuas extremitates. Per quod apparet ꝙ color, vel eſt extremitas corporis, vel eſt in extremitate corporis. Et inde eſt qđ Pythagorici colorem vocabāt epiphaniam, id eſt apparitionē: quia illud, quod apparet in ſuperficie corporum, color eſt. Non eſt autem verum quod color ſit extremitas corporis, vt Pythagorici poſuerunt, quia ſic eſſet ſuperficies, vel linea, vel punctus: ſed eſt in extremitate corporis, ſicut natura perſpicui eſt in corporibus. Deinde cum dicit.

Tex. com. 4.

Tex. c. 72.

f¶ Inueſtigat id quod ponitur in definitione coloris ſicut differentia, ſ. eius ſubiectum quod eſt perſpicuum. Et dicit ꝙ oportet exiſtimare eandem naturā eſſe, quæ eſt ſuſceptiua coloris in corporibus, quæ colorantur exterius, id eſt non ꝑ proprium colorē, ſed ex aliquo exteriori. & in his, quæ colorātur interius per proprium colorem. Illa autem, quæ colorantur ab exteriori, ſunt perſpicua, ſicut aer, & aqua, & hoc manifeſtat ꝑ colorem, qui apparet in aurora ex reſplendentia radiorū ſolis ad aliqua corpora. Aſſignat tamen differentiam inter corpora, quæ colorantur ab exteriori, vel à ſeipſis. In his enim, quæ ab exteriori colorantur propter hoc, ꝙ non habent determinatum colorem de ſe, non videtur idem color de prope & de longe, ſicut apparet in aere & aqua maris, quæ de longe apparet alterius coloris, quam de prope. Quia enim horum color videtur ſecundum aliquā reuerberationem, neceſſe eſt, ꝙ ſecundū varietatem ſitus proſpicientium varietur apparitio propter diuerſam reuerberationis figurā: ſed in corporibus, quæ de ſe hābent determinatum colorem, eſt determinata phantaſia, id eſt apparitio coloris, & non variatur ſecundum diuerſum ſitum aſpicientium, niſi forte per accidens, puta cum corpus continens facit aliquam tranſmutationem apparitionis, vel quando color videtur per alium, ſicut quæ continentur in vaſe vitri rubei, videntur rubea: vel etiam per aliquam reuerberationem ſplendoris, ſicut patet in collo columbæ. Quia igitur color, q videtur in vtriſque corporibus, non differt ſecūdum proprium ſubiectum coloris, ſed ſecundum apparitionis cauſam, quæ eſt vel interius, vel exterius, manifeſtum eſt quod vtrobique eſt idem ſuſceptiuum coloris. Manifeſtum etiam, quia in iis, quæ colorantur ab exteriori, perſpicuum eſt ſuſceptiuum coloris: & etiam quod in his, quæ colorantur interius, perſpicuum eſt quod facit ea participare colorem; quod quidem perſpicuum in corporibus inuenitur ſecundum magis & minus, vt dictum eſt. Quæ enim iſtorum corporum plus habent de aere vel aqua, plus habent de perſpicuo, minus autem habent, quæ ſuperabundant in terreſtri. Si ergo coniungamus duo, quæ dicta ſunt, ſ. quod color ſit in extremitate corporis, & quod corpora participent colorem ſecundum perſpicuum, ſequitur quod color ſit quædam extremitas perſpicui. Deinde cum dicit.

g¶ Concludit definitionem coloris, & primo in his, quæ ꝑ ſe colorantur interius, ſecundo in his, quæ colorātur ab exteriori, ibi, [Et ipſorum autem perſpicuorū.] Concludit ergo ꝙ color eſt extremitas perſpicui in corpore determinato; quod quidē additur, eo ꝙ huiuſmodi corpora ſunt, quæ ſecundū ſe colorantur. In definitione aūt debet poni id, ꝙ eſt ꝑ ſe. Quod autem dicit colorem eſſe extremitatem perſpicui, non repugnat ei, quod dixerat ſupra, colorem non eſſe extremitatem, illud n. dixit de extremitate corporis, hoc aūt de extremitate perſpicui: quod nominat corporis qualitatem, ſicut calidum & albū. Et ideo color non eſt in genere quātitatis, ſicut ſuperficies, quę eſt extremum corporis, ſed eſt in genere qualitatis, ſicut & ꝑſpicuitas: quia extremum, & id cuius eſt extremū, vnius generis ſunt. Si aūt corpora intrinſecus quidem habent ſuperficiē in

---

A

e Quemadmodum ergo & corporum, neceſſe eſt vltimū eſſe, & huius luminis quidem igitur natura in indeterminato perſpicuo eſt. Ipſius autem quod in corporibus perſpicui vltimum, quod quidē erit vtique aliquid palam eſt. Quod autem hoc ſit color ex accidentibus manifeſtum. Namque color in extremitate, aut extremitas eſt. Vnde Pythagorici epiphaniam colorem vocabant. Eſt quidem n. in corporis extremitate, ſed non eſt extremitas corporis.

*Quemadmodum igitur corporū neceſſe eſt aliquod eſſe vltimum, ita & huius. Quod autem illius, quod in corporibus eſt perſpicui extremum ſit quiddam, palam eſt omnibus. Quod vero id ſit color, ex iis, quæ accidunt, eſt manifeſtum; color enim aut in extremitate eſt, aut extremum. Quā-* B *obrem Pythagorei ſuperficiem colorem vocabant. Eſt autem in extremo ſane corpore, ſed non eſt corporis extremum.*

f Sed eandem naturam oportet exiſtimare, & eam quæ exterius coloratur, & hanc quæ & interius. Videntur autem aer, & aqua colorata. Etenim aurora talis. Sed ibi quidem, quoniā in indeterminato accidit, non eundem colorē habet accedentibus prope, & longe, nec aer, nec mare. In corporibus vero, niſi continens faciat trāſmutationem, determinata eſt phātaſia coloris. Manifeſtum igitur quod idem & ibi, & hic, ſuſceptiuum coloris eſt. Perſpicuum ergo ſecundum, quod exiſtit in corporibus (ineſt autem, aut plus aut minus) in omnibus coloris facit participare. Quoniam autem in extremitate color, huius vtique extremitas aliqua erit.

*Verum eandem oportet cenſere naturam quæ coloratur extrinſecus, intrinſecus etiam colorari. Apparēt autem aer & aqua colorata, quoniam ſplendor talis eſt. Sed in iis quidem, quoniam in terminato eſt de prope* C *& accedentibus, & à longe, neque aer, neque mare eundem habent colorem, in corporibus vero, niſi id, quod continet, mutationem faciat, determinata eſt coloris apparentia. Manifeſtum igitur eſt quod idem & hic & ibi capax coloris eſt. Propterea perſpicuum, in quantum corporibus ineſt: ineſt autem aut plus, aut minus, vt colore participent, omnia ſane præſtat. Quoniam autem in extremo eſt color, in huius ſane erit extremo.*

D

g Quare color vtique erit perſpicui extremitas in determinato corpore.

*Iccirco color perſpicui in corpore determinato erit extremum.*

E

in potentia, non aũt actu, ita etiam intrinſecus non coloratur in actu, ſed in potentia quæ reducitur ad actum facta corporis diuiſione. Illud aũt intrinſecum non habet virtutem mouendi viſum, quod per ſe colori conuenit. Deinde cum dicit.

*b* ¶ Manifeſtat rationem coloris quantum ad ipſa perſpicua interminata, ſicut eſt aqua vel quicquid aliud huiuſmodi habet aliquem colorem, quia in omnibus his non eſt color niſi ſecundum extremitatem.

*LECTIO VII.*

*a* POſtquam Philoſophus oſtendit quid eſt color, hic procedit ad diſtinguẽdum ſpecies colorum. Et primo quantum ad colores extremos, ſecũdo quantum ad colores medios, ibi, [De aliis autem coloribus.] Quia vero differentiæ, quibus ſpecies diſtinguuntur, debent eſſe per ſe generis diuiſiuæ, & non per accidens, vt patet ſeptimo Meta. iõ ex ipſa natura coloris, quam per definitionem ſupra poſitam explicauerat, concludit diuerſitatem ſpecierum ipſius. Habitum eſt enim ex præmiſſis, ꝙ ſubiectum coloris eſt perſpicuũ ſecundum ſuum extremum in corporibus terminatis: proprius autem actus ꝑſpicui inquantum huius, eſt lux, cuius præſentia in diaphano nõ derterminato, ſicut eſt aer, facit lumen: eius autem abſentia facit tenebras. Contingit ergo in extremo perſpicui terminatorum corporum ineſſe illud, quod in aere facit lumen, & hoc faciet ibi colorẽ album, & per eius abſentiam efficietur color niger. quod quidẽ non eſt ſic intelligendum quaſi in colore nigro nihil ſit luminis, ſic n. nigredo non eſſet contraria albedini, vt pote non participans eandem naturam, ſed eſſet pura priuatio ſicut tenebra aeris. Sed dicitur nigredo cauſari ꝑ abſentiam luminis, quia minimum habet de lumine inter omnes colores, ſicut albedo plurimum. Contraria enim ſunt, quæ in eodem genere maxime diſtant, vt dicitur decimo Metaphyſic. Deinde cum dicit.

*b* ¶ Procedit ad diſtinguendum colores medios, & diuiditur in partes duas. In prima ponit quoſdã modos generationis & diſtinctionis colorum mediorũ non ſecundum ipſorum exiſtentiam, ſed ſecũdm apparentiã: ſecundo aſſignat verã generationẽ mediorum colorum ſecundum ſuam naturam, ibi, [Si aũt cõmixtio eſt corporum.] Circa primũ Philoſoph⁹ duo facit. Primo ponit duos modos generationis & diſtinctionis mediorũ colorum ſecundum apparentiam. Secundo cõparat illos modos adinuicẽ, ibi, [Dicere aũt ſicut Antiqui.] Prima pars diuiditur in duas, ſecundũ duos modos, quos ponit. ſecunda pars incipit, ibi [Vnus aũt apparere.] Circa primũ duo facit. Primo ponit generationem colorum mediorum, ſecundo aſſignat diſtinctionem ipſorum, ib, [Multos autem proportione.] Dicit ergo primo, ꝙ cum dictum ſit de coloribus extremis, dicendũ eſt de aliis coloribus ſ. mediis, diſtinguendo quot modis con-

*b* Et ipſorum autem perſpicuorum, puta aquæ, & ſi quid aliud tale quorumcunque videtur aliquis color proprius eſſe, ſecundum extremitatem ſimiliter omnibus ineſt.

*LECTIO VII.*

*a* EST ergo ineſſe in perſpicuo hoc quod in aere facit lumen, eſt autem non, ſed priuatum eſſe. Quemadmodum igitur ibi hoc quidem lumen, hoc vero tenebræ, ita & in corporibus ineſt album & nigrum.

*b* De aliis autem coloribus iam diuidentes quot modis contingit fieri, dicẽdum. Contingit n. inuicem poſitis albo & nigro, ita ꝙ vnumquodq; eorum ſit inuiſibile propter paruitatem. Quod autẽ ab ambobus viſibile, ſic fieri, hoc n. neque album poteſt videri, neque nigrũ: quoniam autem neceſſe quidẽ eſt quendam colorem habere, neutrum autem horũ poſſibile eſt, neceſſe eſt commixtum eſſe, & ſpeciem quandã coloris aliam. Eſt quidem ergo ſic accipere plures colores eſſe, quam album, & nigrum.

*c* Multos autem proportione, tria n. ad duo & tria ad quatuor, & ſecundum alios numeros eſt iuxta ſe inuicem latere. Hi autem omnino ſecundum nullam proportionem ſunt, ſed ſecundum abundantiam quandam & defectum incommenſurabilem.

*Et ipſorum etiam perſpicuorum, vt aquæ, & ſiquid aliud huiuſmodi eſt, quibuſue proprius apparet ineſſe color, in extremo ſimiliter omnibus ineſt.*

LECTIO VII.

G *ET ſane accidit ipſi ineſſe perſpicuo huiuſmodi quippiam, quod in aere facit lumen, contingit etiam non ineſſe; ſed priuari. Quemadmodum igitur ibi hoc quidem lumen, illud vero tenebræ, ita in corporibus fiunt album, & nigrum.*

*De aliis autem coloribus nobis dicẽdum eſt prius, tamen diuidendo, quot fieri modis contingit illos. Contingit autem iuxta ſe poſitis albo & nigro, ita vt eorum neutrum ob paruitatem cernatur. ambo autem iuncta videantur, ſic fieri, id enim neque album,*
H *neque nigrum eſſe poteſt. Quoniam vero neceſſe eſt quempiam habere colorem, illorum autem neutrum eſſe poteſt, mixtum quiddam, coloriſque ſpeciem diuerſam eſſe neceſſe eſt. Et hoc profecto exiſtimare licet modo, plures eſſe colores quam album & nigrum.*

*Multos autem proportione. Tria enim ad duo, & rurſum tria ad quatuor, & per alios numeros iuxta ſe in-*
I *uicem conſiſtere contingit. Alios autem nulla omnino proportione; ſed exceſſu defectuque incommenſurabilis*

F tingit eos generari. Supponitur ergo aliquid eẽ inuiſibile propter eius paruitatem: contingit ergo duob. paruis corporibus non viſibilibus propter paruitatem iuxta ſe poſitis, quorũ vnũ ſit nigrum, & aliud ſit album, illud quod ex vtroque compoſitum eſt, videri propter maiorem quantitatem. Omne autẽ ꝙ videtur in huiuſmodi corporibus, ſecundũ aliquẽ colorem videtur. Illud aũt totum nec videtur vt album, nec vt nigrum, quia tam illud, quod eſt album, quam illud, quod ẽ nigrũ in ipſo poſitum eſt eſſe inuiſibile propter paruitatẽ. Vnde neceſſe eſt ꝙ videatur quaſi quidam color ex vtroque commixtus, & ſic fit alia ſpecies coloris præter album & nigrũ. Ex quo patet ꝙ contingit colores plures accipere, quam albũ & nigrũ. Deinde cum dicit.

*c* ¶ Aſſignat diſtinctionem mediorum colorũ, & primo aſſignat cauſam diſtinctionis mediorũ colorum ex diuerſa proportione albi & nigri: ſecundo aſſignat cauſam, quare quidã colores medii ſunt delectabiles, & quidam non, ibi, [Et eodem itaq; modo.] Circa primũ conſiderandum eſt, ꝙ ſicut Philoſophus dicit 10. Meta. ratio mẽſuræ primo quidem inuenitur in numeris, *Tex.c.2. Et 8.Phyſi. Tex.cõ.68.* ſecundo in quantitatibus continuis, deinde vltimo transfertur etiã ad qualitates ſecundũ ꝙ in eis põt inueniri exceſſus vnius qualitatis ſuper aliã: ſiue per modum intenſionis prout aliqđ dicitur alio albius, ſiue per modum extenſionis, prout dicitur albedo maior, quę eſt in maiori ſuperficie. Quia vero proportio eſt quædam habitudo quantitatum adinuicem, vbicunque dicitur quantum aliquo modo, ibi põt dici proportio, & primo quidem in numeris, qui omnes ſunt adinuicem commenſurabiles. Communicant aũt omnes in prima mẽſura, quæ eſt vnitas. Sunt aũt diuerſæ proportiones numerorum, ſecundum ꝙ diuerſi numeri adinuicem comparantur. Alia n. eſt proportio, tria ad duo, quæ vocatur ſexquialtera, & alia quatuor ad tria q̃ vocatur ſexquitertia. Quia vero quã-
K titates continuæ non reſoluuntur in aliquod indiuiſibile, ſicut numeri in vnitatem, non eſt neceſſe omnes quantitates continuas eſſe adinuicem cõmenſurabiles, ſed eſt inuenire aliquas quarum vna excedat alteram, quæ tamen non habet cõmenſurationem. Quæcunque tamen quantitates continuæ proportionantur adinuicem, ſecundum proportionem numeri ad numerum, earum eſt vna menſura communis, puta ſi vna ſit trium cubitorum, & alia quatuor, vtraq; menſuratur cubito. Et ad hunc modum in qualitatib. etiã contingit eſſe exceſſum, & defectũ: vel ſecundũ aliquã proportionẽ numeralem, vel ſecundũ exceſſũ cõmenſurabilẽ. Et hoc eſt ꝙ dicit, ꝙ contingit eſſe multos medios colores ſecũdm diuerſas proportiones: contingit n. ꝙ albũ iaceat iuxta nigrũ, ſecundũ proportionẽ duorũ ad tria, vel triũ ad quatuor, vel quorũlibet aliorũ numerorũ, aut ſecundum nullã proportionẽ numeralẽ, ſed ſolũ ſecundũ incõmenſurabilem ſuperabundantiam & defectũ. Deinde cũ dicit.

Oſtendit,

d ¶ Oſtendit, quare quidam colores ſunt delectabiles, & quidam non. & aſſignat circa hos duas rationes. Secundam ponit, ibi, [Vel etiã omnes colores.] Dicit ergo primo, quod ex quo medii colores diſtinguuntur ſecundum diuerſas proportiones albi & nigri; Eodem modo oportet ſe habere in mediis coloribus ſicut & in conſonantiis] quæ cauſantur ſecundum proportionem vocis grauis & acutæ. Sicut enim in conſonantiis illæ ſunt [proportionatiſſimæ] & delectabiliſſimæ, quæ conſiſtunt in numeris, ſicut diapaſon in proportione duorum ad vnum, & diapente in proportione trium ad duo: ita etiam in coloribus illi, qui conſiſtunt in proportione numerali, ſunt proportionatiſſimi, & hi etiam videntur delectabiliſſimi, [ſicut croceus, & purpureus,] id eſt, rubeus & ſubrubeus. Et ſicut paucæ ſunt ſymphoniæ delectabilis, ita etiam pauci ſunt colores tales. Alii vero colores, qui non conſiſtunt in proportione numerali. Deinde cum dicit.

e ¶ Aſſignat aliam rationem, quare quidam colores ſunt delectabiles, & quidam non. Et dicit quod omnes ſpecies colorũ poſſunt dici, q[d] ſint ordinatæ ſecundum numeros. Et poteſt ad hoc mouere, quia ſi ſit exceſſus ſolum, ſecundum ſuperabũdantiam & defectum, non erit alia ſpecies coloris: ſed tunc ſolum quando ſuperabundantia & defectus eſt ſecundum aliquam proportionẽ numeralem. Hoc autem ſuppoſito adhuc ſequeretur ipſos eoſdem colores eſſe inordinatos [quando non ſunt puri] vt puta ſi in vna parte ſit exceſſus albi ſupra nigrum ſecundum vnam proportionem, in alia autem parte ſecundum aliquam aliam numeralem proportionem, & hoc confuſe & abſque ordine. Et ideo quando non erit per totum eadem proportio numeralis, ſequitur quod huiuſmodi colores erunt inordinati & indelectabiles. Vltimo autem concludit hunc eſſe vnum modum generationis mediorum colorum. Deinde cum dicit.

*Tex.c.2. Et 8.Phyſi. Tex.cõ.68.*

f ¶ Ponit ſecundum modum generationis mediorum colorũ. Et primo aſſignat generationem colorum mediorum. Secũdo diſtinctionem ipſorum, ibi, [Multi aũt & ſic erunt.] Dicit ergo primo, quod præter modum prædictum, eſt vnus alius modus generationis mediorũ colorum ſecundũ apparẽtiam, per hoc quod vnus colorum apparet per alium. Ita ꝙ ex duob. coloribus reſultat apparitio cuiuſdã medii coloris. Et ponit duo exẽpla. primum in Artificibus, ſicut quandoque faciunt pictores ponentes vnum colorem ſuper alium, ita tamen ꝙ manifeſtior color, id eſt fortior & tenacior ſubtus ponatur: alioquin ſi debilior poneretur ſubtus, nullatenus appareret, & hoc præcipue faciunt quando volunt facere in ſua pictura ꝙ aliquid appareat, ac ſi eſſet in aere vel aqua, vt puta cum pingunt piſces quaſi in mari natantes. tunc enim ſuperponunt fortiori colori piſcium, quendam debilẽ colorem, quaſi aqua. Aliud vero exemplum ponit in rebus naturalibus. Sol enim ſecundum ſe videtur albus propter luminis claritatem: ſed quando videtur à nobis mediante caligine ſiue fumo reſoluto à corporibus, fiet tunc puniceus, id eſt rubicundus. Et ſic patet quod id, quod ſecundum ſe eſt vnius coloris quando videtur per alium colorem facit apparentiam tertii coloris. Fumus n. ſecundum ſe non eſt rubeus ſed magis niger. Deinde cum dicit.

g ¶ Aſſignat etiam ſecundum hunc modum rationem diſtinctionis colorum. Et dicit, quod eodẽ modo multiplicãtur medii colores ſecundum hunc modum generationis eorum, ſicut & ſecundum prędictum, ſcilicet, ſecundum proportiones. Eſt enim accipere quandam proportionem coloris infra poſiti, quod dicit eſſe in profundo, ad colorem ſupra poſitum, quem dicit eſſe in ſuperficie. Et quidam tamen colores, ſuper & infra poſiti, non ſunt in proportione aliqua numerali. & ideo cauſantur colores vt delectabiles & indelectabiles. vt ſupra dictum eſt.

A

d Eodem itaque mõ, hoc oportet habere & in conſonantiis. Qui quidẽ in numeris, proportionatiſſimi ſunt colores, quẽadmodum ibi concordantias, hi autem delectabiliſſimi colorum eſſe videntur, veluti croceus & puniceus. Pauci autem tales propter cauſam, propter quam quidem & ſymphoniæ paucæ. Qui autem non in numeris, alii colores.

B

e Vel etiam omnes colores in numeris eſſe, alios quidem ordinatos, alios vero inordinatos, & hos ipſos, quando non puri ſunt, quia non ſunt in numeris, tales fieri. Vnus ſi quidem modus generationis colorum, hic eſt.

f Vnus autem apparere alterum per alterum. Quemadmodum animalium Pictores faciunt alterum colorum ſuper alterum, & manifeſtiorem ſuper ponentes, quemadmodum quando in aqua vel aere, volunt aliquid facere apparens, & quemadmodum Sol ſecundum ſe quidem albus videtur: per caliginem vero & fumum puniceus.

C

g Multi autem, & ſic erunt colores eodem modo prius dicto. proportio enim erit vtiq; quædam eorum, qui in ſuperficie, ad eos, qui ſunt in profundo. Quidam autem & omnino non ſunt in proportione.

*Et eodẽ iſthæc ſe habere modo exiſtimandum eſt, vt conſonantiæ ſe habent. Qui enim exactiſſimæ proportionis numeris ſunt colores, quemadmodum ibidem conſonantiæ, gratiſſimi profecto eſſe videntur, vt purpureus & puniceus, & alii id genus pauci, quam etiam ob cauſam conſonantiæ ſunt paucæ, qui autem non ſunt in numeris, alii ſunt colores.*

*Aut certe omnes in numeris eſſe colores, & alios quidem ordine diſpoſitos, alios nullo ordine, & hos ipſos cum minus puri fuerint, quoniam non ſint in numeris, tales fieri. Vnus quidem colorum conſtitutionis modus, hic eſt.*

*Alter autem, cum per alterutrum apparent, quemadmodum interdum Pictores ſolent, cum alium colorem euidentiori alio ſuperinducunt. ſi quando in aqua quippiam, aut in aere quod appareat, efficere cupiũt. Atque vt Sol, qui de per ſe quidem albus cernitur, per caliginem autem vel fumum puniceus apparet.*

*Multi autem ſic erunt colores eodem, quo dictum eſt, modo, proportio enim quædam ſane erit eorum, qui in ſuperficie ſunt, ad illos qui in profundo exiſtunt. quidam autem in nulla penitus erunt proportione.*

D

## *LECTIO VIII.*

a Dicere autem, ſicut Antiqui, defluxionem eſſe colorem & videri propter talem cauſam, incongruum. Omnibus enim modis per tactũ neceſſe ipſis facere ſenſum. Quare mox melius eſt dicere per moueri inter medium ſenſus à ſenſibili fieri ſenſum, quã tactu, & defluxionibus.

## LECTIO VIII.

*Abſurdum igitur eſt dicere, vt Veteres voluerunt, colores defluxus eſſe quoſdam, & talem ob cauſam videri. omnium enim de illorum ſententia per contactum ſenſationes fieri neceſſe eſt. Quamobrẽ melius continuo eſt dicere ſenſationem fieri, quia ſenſus interſtitium à re ſenſibili moueatur, quam contactu & defluxionibus.*

E

## *LECTIO VIII.*

a Poſitis duobus modis generationis colorum mediorum, hic comparat prædictos modos adinuicem. Et circa hoc tria facit. Primo excludit quandam poſitionem, ex qua procedebat vnus prędictorum modorum. Secundo comparat prædictos modos adinuicem, ibi, [Inſunt ſecus inuicem.] Tertio oſtendit quantum ad quid vtrique prædictorum modorum ſuſtineri poſſint, ibi, [Quare ſi non contingit.] Dicit ergo primo, quod Antiqui poſuerunt colorem nil aliud eſſe, quam quendam effluxum à corporibus viſis, ſicut ſupra Democritus, & etiam Empedocles poſuerunt, quod viſio fit propter huiuſmodi cauſam, ſcilicet propter defluxum idolorum à corporibus viſis. Et quia vnumquodque videtur per proprium colorem, ideo crediderunt nihil aliud eſſe colorem, quam huiuſmodi defluxionem. Sed hoc dicere eſt omnino incongruum. non enim poterant ponere, quod huiuſmodi corpora, defluentia à corporibus viſis, ingrederentur infra oculum, quia ſic corrumperetur ſubſtantia eius. vnde oportebat omnibus modis quod ponerẽt, quod viſio fieret

fieret per contactum corporum reſolutorum ad ipſum oculū, ex huiuſmodi contactu immutatū ad videndum. Si ergo immutatio talis ſufficit ad cauſandum viſionem, meliuſ ē dicere quod viſio fiat per hoc quod mediū ſtatim à principio moueatur à ſenſibili, quam dicere viſionē fieri per contactū & defluxionē. Natura enim per pauciora ſe expedit inquantum poteſt. Sunt autem, & alia, quibus prædicta poſitio oſtenditur eſſe falſa. primo q̄dem quia ſi viſio fieret per contactum, tunc ſenſus viſus non diſtingueretur à tactu, q̄d patet eſſe falſum. Viſus enim non eſt cognoſcitiuus contrarietatum tactus. Secundo, quia corpora viſa per continuum defluxum diminuerentur: & tandem totaliter conſumerentur, niſi aliis defluxionibus ſuperuenientibus, eorum quātitas ſeruaretur. Tertio, quia huiuſmodi corpora defluentia à rebus viſis cū ſint ſubtiliſſima, à ventis propellerentur. Vnde nō fieret recta viſio. Quarto, quia viſus non indigeret lumine ad videndum, ex quo viſio fieret per contactum viſibilis: & multa alia huiuſmodi inconuenientia ſequuntur, quæ quia manifeſta ſunt, Philoſophus prætermiſit. Dinde cum dicit.

*b* ¶ Comparat prædictos modos adinuicem. Vbi conſiderandum eſt, quod primus modus generationis mediorum colorum aſſignabatur ab illis, qui ponebant colorem eſſe defluxionē. Et ideo, poſtquam Ariſt. oſtendit falſitatem huius poſitionis ſecundum ſe, cōcludit inconueniens, quod ſequitur eis in hac aſſignatione generationis colorum mediorum. Et dicit, quod in hoc ꝙ ponunt medios colores generari, per hoc quod colores extremi [ſecus inuicem ponuntur] neceſſe eſt eis dicere, non ſolum ꝙ magnitudo ſit inuiſibilis, ſed etiam quod [aliquod temp⁹ ſit inſenſibile] ad hoc quod habeant propoſitum, quia ponebant viſionem fieri per motum localem corporū defluentium. Nihil aūt mouetur ad aliquam diſtantiam ſecundum motum localem niſi in tempore. Oportet autem aſſignare aliquod temp⁹, K in quo defluxus fiat à re viſa ad oculū, & tanto oportet ponere maius tempus, quanto fuerit maior diſtātia. Manifeſtū eſt autem quod corporum minimorum ſecus inuicem poſitorū nō eſt omnino eadem diſtantia ad oculū, & ſic oportet diuerſa eſſe tempora, in quib. perueniunt motus ab eis ad oculum. Non ergo videbitur totū, quod ex huiuſmodi corporib. componitur vt vnum, ſicut ſupra ponebatur, niſi lateat tempus, in quo vnus motus pręocupat alium. Et ita neceſſe eſt ponere tempus inſenſibile in hoc modo generationis colorum. Sed [hic] i. in ſecundo modo generationis colorum [nulla neceſſitas eſt] ꝙ ponatur tempus inſenſibile, quia nō ponitur viſio fieri per defluxum ſecundum modum localem [ſed ille color, q in ſuperficie] ponitur [immobilis exiſtēs] id eſt cum maneat immobilis ſecundum locum, immutatur tamen per motū alterationis ab inferiori colore: ita [vt non ſimiliter moueat] viſum, ſicut per ſe

F moueret vel color ſupra poſitus vel ſuppoſitus, vel [alius] color medius [apparebit] & nec album, nec nigrum.] Eſt aūt conſiderandum quod ponentibus viſum fieri per defluxionē & tactum etiam remota generatione mediorum colorum q̄ ponebant, ſequitur tempus eſſe inſenſibile. Oportet enim eos dicere quod nullum corpus totum ſimul videatur: ſed per aliquam temporis ſucceſſionem, cum ponant viſum fieri per contactum. Non eſt autem poſſibile quod totum aliq̄d magnum corpus, vel defluxus eius ſimul tangatur à pupilla, propter eius paruitatem. Et ideo ſequitur tempus eſſe inſenſibile, cum de aliquib. nobis videatur quod ſimul ea tota videamus.

Eſt tamen conſiderādum quod aliquod corpus viſui ſe offerens poteſt conſiderari dupliciter. Vno modo ſecundum quod eſt totum vnum in actu: & ſingulæ partes eius in eo exiſtentes ſunt quodammodo in potentia: & ſic viſio fertur in totum ſimul, ſicut in aliquid vnum, non autem in aliquam eius partem determinate. Alio autem modo poteſt conſiderari corpus, quod viſui ſe offert ſecundum quod aliqua pars ipſius accipitur, vt determinata in ſeipſa, & quaſi ab aliis partibus diſtincta: & ſic viſus non fertur in totum ſimul ſed in vnam partem poſt aliā. Et hoc quidem tempus, quo viſio totius menſuratur nō eſt inſenſibile ſimpliciter, cum anima ſentiendo prius & poſterius in motu, ſentiat tempus, vt patet in Quarto Phyſicor. Sed tanto ē huiuſmodi tempus ſenſibilius, quanto ſenſus fuerit perſpicacior, & maior diligentia fuerit appoſita. Deinde cum dicit.

*c* ¶ Oſtendit, qualiter prædicti duo modi generationis colorū ſuſtineri poſſint, & vſque ad quid ſe extendant, ſcilicet vſq; ad apparentiam, concludens ex prædictis [quod ſi non contingit aliquā magnitudinem eſſe inuiſibilem: ſed quęlibet magnitudo ab aliqua diſtantia eſt viſibilis] vt ſequitur, erit [quædam commixtio colorum hæc] ſ. per alternos colores [& illo] etiam [modo] per poſitionem colorum, ſecus inuicem [nihil prohibet] quin appareat quidam color communis ab aliqua diſtantia, ex qua ſcilicet, non poteſt videri per ſe vterque color ſimplicium propter corporis paruitatem, Quod autem [nulla magnitudo ſit inuiſibilis] ſimpliciter propter paruitatem, dicit in ſequentibus eſſe videndum. Deinde cum dicit.

*d* ¶ Ponit modum generationis mediorum colorum, qui eſt non ſolum ſecundum apparentiam, ſed ſecundum exiſtentiā. Et primo determinat generationē mediorum colorum: ſecundo aſſignat rationē diſtinctionis ipſorum ſecundū iſtum modum generationis, ibi, [Multi aūt erunt.] Quia vero iſte modus generationis mediorum colorum accipitur ſecundum mixtionem corporum, ideo præmittit primo de mixtione corporum adinuicē, & ſubiungit ſecundo de mixtione colorum, ibi, [Simul autem quæ ſit neceſſitas.] Dicit ergo primo, quod mixtio corporum adinuicem non ſolum eſt ſecundum quidem hunc

*b* In his autem, quæ ſecus inuicē ponuntur, neceſſe ſicut & magnitudinem accipere inuiſibilē, ita & tempus inſenſibile, vt lateant motus peruenientes, & vnum putetur eſſe propter ſimul apparere. Hic autem nulla neceſſitas. Sed qui in ſuperficie color, immobilis exiſtens, & motus à ſuppoſito, non ſimilem facit mo- G tum. Quare aliud apparebit: & nec album nec nigrum.

*In iis igitur, quæ iuxta ſe inuicem collocantur, q..emadmodum magnitudinem non viſilem, ita non ſenſile tempus accipere neceſſe eſt vt accedentes lateant notiones, & vnum videatur eſſe, quia ſimul apparent. Hic autem nulla eſt neceſſitas. Verum is, qui in ſuperficie eſt color, cum immobilis ſit, & à ſuppoſito moueatur, haud ſimilem faciet notionem. Quamobrem diuerſus apparet, & neque albus, neque ater.*

*c* Quare, ſi non contingit nullam magnitudinem eſſe inuiſibilem: ſed quamlibet ab aliqua diſtantia viſibilem, & hæc quædam vtique colorum commixtio, & illo autē modo nihil obſtat quin appareat quidam color communis eis, qui à longe. Quoniam enim non eſt vlla magnitudo inuiſibilis in eis quæ deinceps, conſide- H randum.

*Quamobrem, ſi nullam contingit non viſilem eſſe magnitudinem, ſed quamlibet ex certo diſtantiæ cerni ſpacio, huiuſmodi certe colorum quædam erit permixtio: illoque etiam modo nihil prohibet iis, quia à longe ſpectant, communem quendam apparere colorem. Nullam autem non eſſe viſilem magnitudinem in iis, quæ ſequuntur, eſt conſiderandum.*

*d* Si autem commixtio eſt corporum non ſolum ſecundum hunc modum, quem putant quidam ſolum, iuxta inuicem poſitis minimis, immanifeſtis autem nobis propter ſenſum, ſed omnino omniquaque, ſicut in eis quæ de commixtione dictum eſt vniuerſaliter de omnibus. Illo enim modo miſcentur hæc ſolum, quæcunque contingit diuidere ad minima, quemadmodum homi- I nes, equi, aut ſemina. Hominum enim hominem minimū, equorum vero equum. Quare horum ſecus inuicem poſitione multi-

*Si autem mixtio eſt corporum, non ſolum eo quo quidam arbitrantur modo; ſcilicet iuxta ſe inuicem minima collocentur, quæ à nobis ſenſu percipi nequeant, ſed omnifariam, & omnino, quemadmodum in iis quæ de permixtione in vniuerſum de omnibus eſt pertractatum. Illo namque modo hæc ſolum permiſceri cenſentur, quæ ſecare contingit ad minima, vt homines, equos, aut ſemina; hominum namque minimus eſt homo, ſicut equorum equus. Quamobrem illorum iuxta ſe inuicem poſitione vtrorumque permixta eſt multitudo, vnum autem hominem vnico permi-*

tudo commixta eſt, quæ ſimul vtrorumq; hominem vero vnũ vni equo non dicimus commiſceri. Quæcunque vero non diuiduntur ad minimum, horum commixtiones non contingit fieri ſecundum hunc modum, ſed per commiſceri ex toto, quæ quidem & maxime commiſceri nata ſunt. Quomodo autem hoc fieri poſſibile, in eis, quæ de Mixtione, dictum eſt prius.

*e* Simul autem, quæ ſit neceſſitas commixtis illis & colores miſceri, manifeſtum eſt. & hanc cauſam eſſe principalem, cur multi ſint colores: ſed non ſupernatationem, nec ſecus inuicem poſitionem. Non enim de longe quidem, de prope autem non, videtur vnus commixtorum colorum, ſed vndique.

*f* Multi autem erunt colores, quoniam multis contingit proportionibus commiſceri ſibi inuicem commiſta; & hoc quidẽ in numeris, hoc vero ſecundum abundantiam ſolum; & alia eodem modo, quo quidem nec ſecus inuicem poſitis coloribus, aut de ſupernatatione contingit dicere, & de commixtis. Sed qua de cauſa colorum ſpecies terminatæ, & non infinitæ, & ſaporum, & ſonorum, poſterius conſiderandum. Quid quidem igitur ſit color, & qua de cauſa multi colores, dictum eſt. De ſono autem, & de voce, prius in his, quæ de Anima, eſt dictum.

### LECTIO IX.

*a* DE odore vero & ſapore dicendum eſt; fere enim eadem eſt paſſio, non in eiſdem autem eſt vtrumq; eorum.

*b* Manifeſtius autem eſt nobis ſaporum genus, quam odorum. huius autem cauſa, quoniam

*ſceri equo non dicimus: quæcunque vero minutatim non ſecantur, horũ certe hoc fieri modo mixtionem non contingit, ſed quia vndequaq; commiſcentur, quæ certe maxime commiſceri nata ſunt. Quo autem hoc fieri maxime poſſit modo, in ijs, quæ de Commixtione diximus ante, eſt determinatum.*

B

*Cæterum, quænam ſit neceſſitas, vt commixtis corporibus ipſi etiam permiſceantur colores, palam certe eſt, præcipuamq; inſuper hanc eſſe cauſam, cur multi exiſtant colores, & non ſi ſuperinducantur, aut iuxta ſe inuicem conſtituantur, non enim à longe quidem, de prope autem minime vnus & idem commixtorum apparet color, ſed vndique.*

*Multi quin etiam erunt colores, quoniam multiplici proportionis ra-*
C *tione, qua inter ſe inuicem confunduntur, permiſceri contingit, & hæc quidem in numeris, illa vero ſolummodo per exceſſum. Eoq; modo erunt alij, quo & de ijs, qui iuxta ſe inuicem ſunt conſtituti, & de ijs, qui ſuperinducuntur, dicere contingit. Verum de ijs, quæ miſcentur, alibi eſt pertractatum. Cur autem colorum terminatæ ſint ſpecies, & non infinitæ, necnon ſaporum & ſonorum, poſthac dicemus. Quid igitur eſt color, & quam ob cauſam multi ſunt colores dictum eſt.*

D

### LECTIO IX.

*DE odore vero & ſapore nunc eſt dicendum; eadem enim fere eſt paßio, quamuis non in eiſdem eorum eſt vtrumque.*

*Clarius autem ſaporum nobis eſt genus, quam odoris. huius autem rei cauſa, quoniam peßimũ animalium,*

hunc modum, quem quidam putauerunt, quod quædam minima iuxta alia ponerentur: quæ propter paruitatem eſſent noſtris ſenſibus immanifeſta. Sed contingit aliqua corpora totaliter immiſceri, ita ſcilicet, quod totum toti immiſceatur, ſicut dictum eſt in libro de Generatione, vbi vniuerſaliter tractatum eſt de corporum mixtione. Eſt autem verum, ꝙ quædam miſcentur illo modo, ſcilicet per poſitionem minimorum iuxta inuicem, quæcunq; ſcilicet poſſunt vſque ad minima diuidi, ſicut multitudo hominũ diuiditur vſque ad vnum hominem, tanquam vſque ad aliquod vnum minimum, & multitudo equorum vſque ad vnum equum, & multitudo ſeminum vſq; ad vnũ ſemen, quod eſt vnum granum tritici, vel aliquid huiuſmodi. Vnde bene poteſt dici, quod talium multitudo eſt permixta, per hoc, quod minima ſecus inuicem ponuntur, ſicut ſi homines confuſe equis permiſceantur, vel ſemina tritici ſeminibus hordei; non tamen erit permixtio talium totaliter. Singulæ enim partes multitudinũ remanebunt impermixtæ, quia vnus homo non permiſcetur vni equo; nec aliquod aliud huiuſmodi alicui tali: ſed eorum, quæ non diuiduntur vſq; ad minimum ſcilicet corporum continuorũ, & ſimilium partium, ſicut vinum & aqua, non poteſt fieri mixtio modo prædicto, ſcilicet per poſitionem minimorũ iuxta inuicem, quia non eſt in eis accipere minimum, ſed per hoc, quod totum toti cõmiſcetur, ita quod nulla pars remanet impermixta. Et hæc ſunt, quæ maxime & veriſſime nata ſunt permiſceri. Quomodo autem hæc fieri poſſint, determinatum eſt in libro de Generatione. Deinde cum dicit.

*e* ¶ Poſt commixtionem corporum tangit commixtionem colorum. Et dicit, manifeſtum eſſe ſecundum prædeterminata, quæ ſit neceſſitas, quod commixtis corporibus colores miſceantur. Dictũ enim eſt ſupra, ꝙ perſpicuum, ſecundum quod exiſtit in corporibus, facit colores participari. Perſpicuum autem diuerſimode inuenitur in corporibus, ſecundũ maius & minus, & ſimiliter lucidum, & ideo permixtis corporibus, in quibus eſt lucidũ & diaphanum, neceſſe eſt, quod fiat permixtio colorum. Et iſta eſt principalis cauſa, quod ſunt multi colores præter album & nigrum. Non autem eſt principalis cauſa ſupernatatio, id eſt, quod vnus color ponatur ſuper alium, neq; ſecus inuicem poſitio, ſcilicet quod minima colorata iuxta inuicem ponantur, quia color medius videtur præter album & nigrum, non quidem de longe, nec de prope, ſed ex quacunque diſtantia. Et ita patet, quod
A iſte eſt modus generationis colorum mediorum ſecundum ipſorum exiſtentiam: alij autem duo modi pertinent ad ſolam apparentiam. Deinde cum dicit.

*f* ¶ Aſſignat cauſam diſtinctionis colorum mediorum ſecundum prædictum modum generationis. Et dicit, quod multi generãtur colores medij, quoniã multis proportionibus ſolum inuicem cõtingit commiſceri corpora, & per conſequens, ipſos colores. Quędam quidem ſecundum determinatos numeros, quædam vero ſecundum ſolam ſuperabundãtiam incommenſurabilẽ, & alia omnia eodem hic dicenda ſunt circa mixtionẽ, quæ ſupra dicta ſunt in aliis duobus modis, ſcilicet in poſitione colorum iuxta inuicem, & in ſuperpoſitione vnius coloris ſuper alterum. Vnũ autem eſt, quod reſtat poſterius determinandum, quare ſcilicet ſint finitæ, & non infinitæ ſpecies colorum, ſaporum, & ſonorum. Vltimo autem epilogando concludit: Iam dictũ eſt, quid ſit color, & propter quam cauſam ſint multi colores. Excuſat autem ſe deinceps à determinatione ſoni & vocis: quia de his iam determinatum eſt in libro de Anima; eo, *Lect. 16.*
quod eadem eſt ratio *Tex. 18.*
generationis ipſorũ, & immutationis, q ſecundum quod immutant, pertinent ad conſiderationem libri de Anima. *Lect. 16.*

### *LECTIO IX.*

*a* POſtquam Philoſophus determinauit de colore, hic conſequenter determinat de ſapore. Et primo dicit, de quo eſt intentio. Secũdo exequitur propoſitum, ibi, [Igitur aquæ natura.] Dicit ergo primo, quod poſt colorem dicendum eſt de odore & ſapore. Et circa hoc aſſignat duorum cauſam. Primo quidem, quare coniunctim de eis ſit agendum, ſcilicet propter eorum conuenientiam:
E quia vtrumque eorum eſt fere eadem paſſio. Nominat autem vtrumque paſſionem; quia vtrumque eorum eſt in tertia ſpecie qualitatis, quæ eſt paſſio, vel paſſibilis qualitas. Dicit autem, ſaporem & odorem fere eſſe eandem paſſionem: quia vtrumque cauſatur ex permiſtione humidi & ſicci, ſecundum aliqualem terminationem à calido: non tamen vtrumque eorum eſt omnino in eiſdem, quia odor magis ſequitur ſiccum, & ideo principalius eſt in fumali euaporatione; ſapor autem magis ſequitur humidum. Deinde cum dicit.

*b* ¶ Aſſignat cauſam, quare prius dicendum eſt de ſapore, quam de odore. Videbatur eſſe dicendum de odore immediate poſt colorem, quia odor ſentitur per medium extrinſecum, ſicut & color, non autem ſapor. Sed ordo diſciplinæ

peiorem habemus aliis animalibus odoratum, & ipſis ſenſibus, qui in nobis. Tactum vero certiſſimum aliorum animalium. Guſtus vero tactus quidam eſt.

c Igitur aquæ natura vult inſipida eſſe. Neceſſe eſt itaque aquam in ſeipſa habere genera ſaporum inſenſibilia propter paruitatem, ſecundum quod Empedocles dicit, vel materiam talem ineſſe, quemadmodum panſperma ſaporum, & omnia quidem ea aqua fieri. alia quidem ex alia parte; vel nullã habente differentiam aqua, faciens cauſam eſſe, ac ſi calidum, & Solem dicat quis.

d Horum autem, ſicut Emped. dicit, multum apertum mendacium. Videmus enim permutari per calorẽ ſapores, oblatis fructibus ad Solem, & ignitis tanquam nõ ab aqua trahere ſapores tales factos: ſed in ipſo fructu tranſmutantes, & reſudantes, & iacentes, propter tempus auſteros à dulcibus, & amaros, omnimodos factos, & decoctos, & ad omnia ſaporum genera, vt eſt dicere, trãſmutatos.

e Similiter autem & panſpermæ materiam eſſe aquã impoſſibile. ex eodem enim videmus, ſicut ex eſca factos alios ſapores. Reſtat igitur in pati aliquid aquam tranſmutari.

*omnium hunc habemus ſenſum, & horum etiam, qui nobis inſunt, ſenſuum, exquiſitiſſimum autem tactum ex reliquis animalibus, guſtatus namq; tactus quidam eſt.*

*Aquæ certe natura, vt ſit inſipida, exigit. Cæterũ neceſſe eſt aquam in ſe omnia ſaporum habere genera,* G *quæ propter paruitatem ſentire nequeant, vt inquit Empedocles, aut talem illi ineſſe materiam, tanquam ſaporum ſeminarium, & omnia quidem ex aqua fieri, alia autẽ ex parte illius alia. Vel nullum in aqua eſſe diſcrimen, cum efficiens ſit in cauſa, vt ſi calidum & Solem quiſpiam dicat.*

*Verum ex iis, vt Empedocles dicit, valde manifeſta eſt falſitas, perſpicimus enim à calido deceptorum* H *pomorum immutari ſapores, ſiue Soli, ſeu igni exponantur illa, vt appareat non ab aqua trahere eiuſmodi ſactos, ſed in ipſis pomis permutatos, & tempore exhalantes, cum auſteros ex dulcibus, tum amaros, & omnimodos factos excocti, quinetiam ad omnia ſaporum genera, vt ita dicatur, tranſmutantur.*

*Similiq; modo ſeminarium eſſe aquam & materiam, non eſt poſſibile, ex eadem enim videmus, tanquam ex eodem alimento diuerſos fieri ſa-* I *pores. Reſtat igitur, aquam ſane permutari, quoniam quippiam patitur.*

requirit, vt à manifeſtioribus ad minus manifeſta procedatur: manifeſtius eſt autem nobis genus ſaporum, quam odorum: vnde de ſaporibus prius eſt agendum. Ideo autem *Lib.2.de Anima, tex.92.99.* ſapor eſt nobis manifeſtior, quia certiori ſenſu ſentitur à nobis. Senſum enim olfactus peiorem habemus, & per comparationem ad cætera animalia, & per comparationem ad cæteros ſenſus, qui in nobis ſunt. cuius ratio eſt, quia, ſicut ſupra dictum eſt, odoratus in actu perficitur per calidũ igneũ: eſt autem organum olfactus circa cerebrum, quod eſt frigidius & humidius omnib. partibus corporis, vt ſupra habitum eſt. *Lect.2.* Homo autẽ inter omnia animalia habet cerebrum maius ſecundũ quãtitatem ſui corporis, vt dicitur in libro de *Lib.2.c.7.* partibus animalium. Et ideo oportet, qđ homo deficiat in ſenſu odoratus. Sed homo habet certiſſimũ tactum inter omnia animalia. cum enim tangibilia ſint ea, ex quibus conſtituitur corpus animalis, ſcilicet calidum & frigidum, & humidum, & ſiccum, & alia huiuſmodi, quæ conſequuntur, non potuit eſſe, quod organum tactus eſſet denudatum ab omni qualitate tangibili, ſicut pupilla caret omni colore. Sed oportuit organum tactus eſſe in potentia ad qualitates tangibiles, ſicut medium eſt in potentia ad extrema, vt dicitur in Secundo de Anima. Et ideo oportet, quod ſenſus tact9 tanto ſit certior, quanto complexio corporis eſt magis temperata, quaſi ad medium reducta. Hoc autem maxime oportet eſſe in homine, ad hoc, quod corpus eius ſit proportionatum nobiliſſimæ formæ. Et ideo homo inter alia animalia habet certiſſimum tactum, & per conſequens guſtum, qui eſt tactus quidam. & huius ſignum eſt, quod homo minus poteſt ſuſtinere vehementiam frigoris & caloris, quam alia animalia, & etiam inter homines tanto eſt aliquis magis aptus mente, quanto eſt melioris tactus, quod apparet in his, qui habent molles carnes, ſicut dictum eſt in Secundo de Anima. Deinde cum dicit.

c ¶ Exequitur propoſitum. Et primo determinat de ſapore ſecundum veritatem. Secũdo excludit falſas poſitiones quorundam de natura ſaporis, ibi, [Democritus autem.] Prima pars diuiditur in duas. In prima determinat, quæ ſit natura ſaporis. In ſecunda determinat de ſpeciebus ſaporum, ibi, [Quemadmodum autem colores.] Circa primum duo facit. Primo excludit opiniones quaſdam circa generationem ſaporum. Secundo determinat veritatem, ibi, [Apparent autem ſapores.] Circa primum duo facit. Primo ponit tres opiniones circa generationem ſaporum. Secundo improbat eas, ibi, [Horum autem, ſicut Empedocles.] Incipit autem determinare naturam, ſiue generationem ſaporum ab aqua, quæ videtur eſſe ſubiectum ſaporum, & dicit, ꝙ ipſa natura aquæ ſecundum ſe, vult eſſe, id eſt, habet naturalem aptitudinẽ ad hoc, ꝙ ſit inſipida, & ſi aqua habeat aliquem ſaporẽ, hoc eſt ex permixtione alicuius terreſtris: & tamen quamuis aqua ſit ſecundum ſe inſipida, eſt tamen radix & principium omnium ſaporum. Qualiter autem hoc eſſe poſſit, tripliciter aliqui aſſignauerunt. F Empedocles etiam dixit, ꝙ omnes *T.com.10.* ſapores ſunt actu in ipſa aqua, ſed ſunt inſenſibiles propter paruitatem partium, in quibus radicantur. Secunda opinio fuit Democriti & Anaxagoræ, ſicut dixit Alexander in Commento, quod in aqua quidem non erant ſapores in actu, ſed erat ibi quædam materia ſaporũ, quemadmodum panſperma, id eſt, vniuerſale ſemen, ita ſcilicet, ꝙ omnes ſapores fiant quidem ex aqua, ſed alij ſapores ex aliis aquę partibus. Ponebant enim partes indiuiſibiles eſſe principia corporũ. Nullũ autem indiuiſibile eſt actu ſaporoſum, ſed oportet corpus ſapidum eſſe compactum. Et ideo non ponebant eſſe ſapores in actu, ſed ſaporum ſemina, ita tamen, quod diuerſa inuiſibilia corpora ſint ſemina diuerſorum ſaporum, ſicut & diuerſarum naturarum. Tertia opinio eſt dicentium, quod differentia ſaporum nõ eſt ex parte ipſius aquæ, ſed ſolum ex parte agentis, quod aquam tranſmutat, diuerſimode, ſicut Sol, vel quodcunque aliud calidum. Deinde cum dicit.

d ¶ Improbat per ordinem prædictas tres opiniones. Et primo opin. Emped. dicens, quod dictum Emped. eſt apertum mendacium. Si enim diuerſitas ſaporum eſſet actu in paruis partibus aquæ, oporteret, quod immutatio ſaporum non fieret, niſi per hoc, qđ diuerſæ partes aquæ, attraherentur ad corpus, cuius ſapores immutantur: hoc autem non ſemper fit. Si enim fructus ablati ab arbore, exponantur Soli, vel etiam decoquantur ad ignem, manifeſtũ eſt, quod immutatur eorum ſapor per actionem caloris, & non per aliam actionem ab aqua, quod poſſet dici de fructibus, qui, dum pendent in arbore, mutant ſaporem attrahendo diuerſos humores à terra, ſed in fructibus deciſis ab arbore, videmus tranſmutationem ſaporum factam per hoc, quod ipſi fructus tranſmutantur facta reſolutione interioris humoris per modum cuiuſdam reſudationis, & ita dum iacent aliquo tempore ad Solem, tranſmutantur de dulcedine in amaritudinem, aut è conuerſo, vel ad quoſcunque alios ſapores, ſecundum diuerſam qualitatem decoctionis. Secundo cum dicit.

e ¶ Improbat ſecundam opinionem Democriti & Anaxagoræ. Et dicit, quod etiam impoſſibile eſt aquam eſſe materiam K ſaporum, quaſi continentem omnia ſemina eorum; ita ſcilicet, quod diuerſæ partes eius ſint ſemina diuerſorum ſaporum, quia videmus omnes vnum & idem corpus immutari ad diuerſos ſapores: ſicut enim eadem eſca, quæ ſumitur ab animali vel planta, conuertitur in diuerſas partes animalis, vel plantæ, ita & conuertitur in diuerſos ſapores conuenientes diuerſis partibus, ſicut vnius plantæ alius ſapor eſt radicis ſeminis, & fructus, & diuerſarum plantarum ex eodem cibo nutritarum, ſunt diuerſi ſapores. Et hoc eſt manifeſtum indicium, quod diuerſi ſapores non cauſantur ex diuerſis partibus aquæ. Vnde relinquitur, quod cauſantur ex hoc, quod aqua tranſmutatur in diuerſos ſapores, ſecundum quod aliqualiter patitur ab aliquo immutante. Tertio ibi

f ¶ Impro-

T.com.19.

*f* ¶ Improbat tertiam opinionem dicentium, quod ſapores cauſantur ex mutatione aquæ a ſolo calido. Et dicit, manifeſtum eſſe, quod aqua non accipit qualitatem ſaporis ex ſola virtute calidi immutantis. aqua enim eſt ſubtiliſſima inter omnes humores, & inter omnia corpora, quæ ſenſibiliter humectant. Non autem dicit inter omnia humida: quia aer, qui eſt humidus, eſt ſubtilior aqua. Poterat autem eſſe dubium de oleo, propter hoc, quod ſupernatat aquæ, & plus diffunditur, quã aqua. Et ideo ad hoc remouendum ſubdit, quod aqua eſt ſubtilior etiam ipſo oleo, & quod oleum ſupernatet aquæ, eſt propter acritatem vel raritatem ipſius, ſicut & ligna ſupernatant aquæ. Sed quod oleum plus diffundatur, quam aqua, contingit propter eius lubricitatem & viſcoſitatem. Aqua enim eſt valde diuiſibilis, & ita vna pars eius non ſequitur ad aliam, ſicut contingit in oleo. Et propter hoc, quia aqua eſt ſubtilior oleo, & magis diuiſibilis, difficilius eſt conſeruare aquam in manu, quam oleum. facilius enim tota cum manu elabitur, quã oleum. Quia igitur aqua propter ſui ſubtilitatem, ſi ſit pura, non habens aliquid permixtum, non ingroſſatur a calido agente, ſicut alia, in quibus ſunt partes terreſtres, quę remanent ſubtili humido exhalante, manifeſte ſequitur, quod oportet aliquam aliã cauſam ponere generationis ſaporũ, quam immutationẽ aquæ a caliditate, quia omnes ſapores inueniuntur in corpore aliquo groſſitudinem habente: non tamen remouetur, quod calidum ſit aliqua cauſa immutans aquam ad ſaporem, ſed non eſt tota cauſa: requiritur enim aliquid aliud. vnde eſt magis concauſa, quam cauſa.

*f* Quod quidem igitur non à calidi ſolum virtute accipit hãc virtutem, quam dicimus ſaporem, manifeſtum eſt. Subtiliſſimum enim omnium humorum aqua eſt, & ipſo oleo: ſed protẽditur oleum plus quam aqua, propter viſcoſitatem. Aqua autem frãgibilis eſt. Quare & grauius eſt ſeruare aquam in manu, quam oleum. Quoniam autem calida facta aqua, non apparet ingroſſata aqua ipſa ſola, manifeſtum, quoniam alia quædam vtique erit cauſa. Sapores enim omnes groſſitudinem habent magis: calidum autem cõcauſa.

LECTIO X.

*a* APparent autem ſapores quicunq; quidem in fructibus, hi exiſtentes in terra.

*b* Quare multi antiquorũ Phyſiologorum dicunt talem eſſe aquam, per qualemcunque terram trãſeat. & hoc manifeſtum eſt in ſalſis aquis maxime. Sal enim quædã terræ ſpecies eſt. Et quæ per cinerem colatæ, ipſo amaro exiſtente, amarum faciunt ſaporem. Sunt quoque fontes multi, hi quidem amari, alii vero acuti, hi autem omnimodos habentes ſapores alios.

*c* Rationabiliter itaque in naſcentibus fit ſaporum genus maxime.

*d* Pati enim natum eſt humidum, quemadmodum & alia à contrario. Contrarium autem ſiccum. Quare & ab igne patitur quidem; ſicca enim ignis natura. Sed proprium ignis calidum eſt, terræ vero ſiccum, ſicut dictum eſt in his, quæ de Elementis.

LECTIO X.

*a* POſtquam Philoſophus excluſit opiniones aliorum de cauſa generationis ſaporum, hic aſſignat veram cauſam ſecundum propriam opinionem. Et circa hoc tria facit. Primo aſſignat cauſam generationis ſaporum. Secundo definit ſaporem, ibi, [Et hoc ſapor.] Tertio manifeſtat, quod dixerat, ibi, [Quoniam autem non omnis ſicci.] Circa primum tria facit. Primo oſtendit, quod ſapor eſt terræ, & non ſolum aquæ, vt Antiqui ponebant. Secundo oſtendit, quod aqua immutatur a ſicco terreſtri ad ſapores, ibi, [Pati enim, &c.] Tertio concludit cauſam generationis ſaporum, ibi, [Quemadmodum igitur qui lauant.] Circa primum duo facit. Primo proponit, quod intendit. Secundo manifeſtat propoſitum, ibi, [Quare multi Antiquorum.] Dicit ergo primo, quod omnes ſapores, quicunque apparent in fructibus plantarum, in quibus manifeſte diuerſificantur ſapores, ſunt & in terra, non quidem ita, quod terra pura ſaporem habeat, cum non habeat humorem, ſed ad modicam permixtionem

A humidi cum aliqua alteratione calidi acquirit aliquem ſaporem. Deinde cum dicit.

*b* ¶ Manifeſtat, quod dixerat per duo ſigna. Quorum primum ſumitur ſecundum dictum, in quo multi Antiquorum Naturalium conueniunt, qui dicunt, talis ſaporis eſſe aquã, per qualem terram tranſeat. Et hoc manifeſtum eſt maxime in ſalſis aquis, non quidem ipſius maris, quia hoc habet aliam cauſam, vt in libro Meteororum oſtenſum eſt, ſed quia aquæ quorundam fontium ſunt ſalſæ, propter hoc, quod tranſeunt per ſimilem terram. Nec hoc debet videri mirum, quia ſal eſt quædam ſpecies terræ, ſicut & alumen, vel ſulphur. Vnde & quidam mõtes inueniuntur de ſale, hoc etiam apparet in aquis colatis per cinerem, quæ habent amarum ſaporem, ſicut & cinis, per quem colantur. Inueniuntur quoque fontes diuerſorum ſaporum, propter diuerſas terras, per quas tranſeunt. Eſt autem conſiderandũ, quod Ariſtot. non inducit hoc ad oſtendendum vniuerſaliter cauſam generationis ſaporũ: quia per hoc nõ manifeſtatur, niſi cauſa ſaporum in aquis, ſed totum hoc inducit quaſi quoddam ſignum, ad oſtendendum, quod ſapores conueniunt terræ, & non ſoli aquæ. Secundum ſignum ponit ibi. Secunda lect.5.

*Quod autem ſolum à calidi virtute hanc accipiat vim aqua, quam ſaporem vocamus, manifeſtum eſt, humidorum enim omnium tenuiſſima eſt aqua, & ipſo etiam oleo, licet illud lentore ſuo extendatur magis. fragilis enim eſt aqua. Quamobrem manu ſeruare aquam difficilius eſt, quam oleum. Quoniam autem* B *caleſcens aqua nihilo plus craſſeſcere videtur, manifeſtum eſt, aliam eſſe cauſam, ſapores enim omnes craſſitudinem habent magis, calidum autem eſt concauſa.*

LECTIO X.

*QVicunq; autem in pomis ſunt ſapores, ijdem in terra etiam eſſe percipiuntur.*

*Quocirca veterum pleriq; Phyſiologorum talem dixerunt eſſe aquam: qualis terra eſt, per quã illa permeat.* C *id autem potiſſimum in ſalſis declaratur aquis; ſal enim terræ quædam eſt ſpecies. Quamobrem quæ per cinerem colantur aquæ, qui ſane amarus eſt, amarum reportant ſaporem, eodemq; modo in alijs. Nõnulli quinetiam amari ſunt fontes, pleriq; aciduli ſaporis, alij vero omnimodos ſapores alios in ſe habentes.*

*Quapropter non immerito in terra naſcentibus ſaporum maxime fiunt genera.*

*Humor enim, vt alia omnia à cõtrario pati natus eſt, porro contra*D*rium ſiccitas eſt, propterea quippiam ab igne patitur, ſicca namque ignis eſt natura. verum ignis proprius eſt calor, terræ autem ſiccitas, vt dictum eſt in ijs, quæ de Elementis.*

*c* ¶ Et dicit, quod ſapores conueniũt terræ rationabiliter: quia ſaporum genus maxime manifeſtatur & diuerſificatur in his, quæ naſcuntur immediate ex terra, propter affinitatem ipſorum ad terram. Deinde cum dicit.

*d* ¶ Probat, quod humidum aquæ immutatur ad ſapores à terra. Et primo probat propoſitum. Secundo excludit quandam obiectionem, ibi, [Qua quidem igitur.] Dicit ergo primo, quod humidum natum eſt dari a ſuo contrario, ſicut & omnia alia patiuntur a ſuis contrariis, vt probatum eſt in primo de Generatione. Contrarium autem humido eſt ſiccum. vnde humidum naturaliter patitur à ſicco. Et quia non ſolum terra eſt ſicca, ſed etiam ignis, ideo etiam patitur ab T.com.20.

E igne: Quamuis quatuor qualitates elementalium duæ conueniant ſingulis: nam ignis eſt calidus & ſiccus, aer calidus & humidus, aqua frigida & humida, terra frigida & ſicca. In ſingulis tamen elementis ſingulæ harum qualitatum principaliter inueniuntur quaſi proprię ipſis. Nam ignis proprie calidus eſt, quia ignis eſt nobiliſſimum inter elementa, & propinquiſſimum cœleſti corpori, ideo contingit ei proprie & ſecundum ſe calidum eſſe, quod eſt maxime actiuum: ſiccum vero competit ei propter exceſſum caliditatis, quaſi iam humiditate conſumpta. Aeri vero competit quidem calidum ſecundario ex affinitate ad ignem: ſecundum ſe autem competit ei humidum, quod eſt nobilius inter qualitates paſſiuas, quaſi calore reſoluente humiditatem, & non conſumente propter maiorem diſtantiam a prima cauſa

*e* Qua quidem igitur ignis, & qua terra nihil natum eſt facere, vel pati, nec aliud quicquam. Quatenus autem ineſt contrarietas in vnoquoque, eatenus omnia & faciunt, & patiuntur.

*f* Quemadmodum ergo, qui lauant in humido colores & ſapores, talem faciunt habere aquam: ſic & natura ſiccum, & terreum; & per terreum & ſiccum colans & mouens per calidum, quale quiddam humidum facit.

*g* Et hoc eſt ſapor, paſſio facta à dicto ſicco in humido, guſtus alteratiua ſecundum potentiam in actum.

*h* Ducit enim ſenſitiuum ad hoc potentia præexiſtens. Non enim ſecundum diſcere, ſed ſecundum ſpeculari eſt ſentire.

*i* Quoniam autem non omnis ſicci, ſed nutritiui ſapores, aut paſſio ſunt, aut priuatio, oportet ſumere hinc: quoniam nec ſiccum abſque humido, nec humidum abſque ſicco. Eſca enim ipſis animalibus non eſt vnum ſolum, ſed commixtum, neque ipſis plantis, ſed mixtum.

*Ignis igitur, vt ignis eſt, & terra, vt terra, nihil agere aut pati nata ſunt, neque aliud quippiam, quatenus autem illis ineſt contrarietas, eatenus omnia agunt & patiuntur.*

*Quemadmodum igitur qui colores & ſapores in humore diluunt, talem efficiunt aquam, eo natura mo-*
G *do ſiccum & terreum, & per ſiccum & terreum calidi agitans & percolans vi, qualitate quadam ipſum afficit humidum.*

*Et hoc eſt ſapor, ea ſcilicet, quæ à prædicto ſicco in humore fit paſſio, guſtatus, qui potentia eſt immutatrix ad actum.*

*Deducit enim ſenſitiuum ad id, quod poteſtate præexiſtebat, ſentire namque ipſum non vt diſcere eſt, ſed vt ſpeculari.*

*Quod autem non cuiuſque ſicci, ſed*
H *nutritiui ſapores vel paſſio vel priuatio exiſtunt, hinc accipiendum eſt, quod neque ſiccum abſque humido, neque humidum abſque ſicco. Nutrimentum namque animalibus neutrum illorum ſolitarium eſt, ſed ex illis mixtum.*

caloris, quæ eſt corpus cœleſte. Aquæ vero proprie & ſecundum ſe competit frigidum, quod eſt ſecunda qualitas actiua, quaſi priuatiue ſe habens ad calidum. competit autem ei humidum ſecundario, ſecundum propinquitatem ad aerem. Terræ vero competit quidem frigidum ſecundario, quaſi ex propinquitate aquæ; ſiccum autem competit ei proprie & per ſe, quaſi propter longiſſimam diſtantiam à fonte caloris non reſoluta terra in humiditatem, ſed in vltima groſſitie permanente. Et hæc determinata ſunt in libro de Elementis, id eſt, in Secundo de Generatione: vnde humidum maxime natum eſt pati à ſicco terreſtri. Deinde cum dicit.

*Vide S.T. in 2. de Gener. & Corrupt. text. 23.*

*e* ¶ Excludit quandam obiectionem. Non enim ſequitur, quod humidum à magis ſicco patiatur, niſi patiatur à ſicco, in quantum eſt ſiccum. Poſſet autem aliquis hoc negans dicere, quod humidum patitur maxime ab igne, in quantum eſt ignis, & ideo ad hoc excludendū dicit, quod ignis, in quantum eſt ignis, nihil natum eſt facere, vel pati, nec aliquod aliud corporum. Et hoc probat, quia ſecundum hoc nata ſunt aliqua agere & pati abinuicem, quia habent contrarietatem, vt oſtenſum eſt in Primo de Generatione. Igni autem, in quantum ignis, & terræ, in quantum terra, nihil eſt contrarium, ſicut nec alicui ſubſtantiæ. Vnde relinquitur, quod huiuſmodi corpora non agant & patiantur, in quantum ſunt ignis vel terra, vel aliquid huiuſmodi, ſed in quantum calidum vel frigidum, humidum & ſiccum. Sed contra hoc videtur eſſe dubitatio. Si enim igni competit per ſe eſſe calidum & ſiccum, ſi agit in quantum eſt calidum, videtur ſequi, quod agit in quantum eſt ignis. Ad hoc ſciendū eſt, quod quidam opinati ſunt, calorem eſſe formam ſubſtātialem ignis, & ſecundum hoc ignis ſecūdum ſuam formam ſubſtantialem habebit aliquid contrarium, & per conſequens erit actiuus: ſed quia ignis non ſolum ſignificat formam, ſed compoſitum ex materia & forma, ideo hic dicitur, quod ignis non eſt actiuus, nec eſt ei aliquid contrarium. Et ſic ſoluit Alex. in Commen. Sed hoc non poteſt ſtare, quia idem non poteſt eſſe in genere ſubſtantiæ & accidentis, ſecundum illud Philoſophi primo Phyſicorum: Quod vere eſt, nulli accidit: forma autem ſubſtantialis ignis reducitur ad genus ſubſtantiæ: ergo non poteſt eſſe, quod calor ſit forma ſubſtantialis ignis, cum ſit accidens aliorum. Item: Forma ſubſtantialis non percipitur ſenſu, ſed intellectu: nam quodquideſt eſt proprium obiectum intellectus, vt dicitur Tertio de Anima. Vnde, cum calidum ſit ſenſibile per ſe, non poteſt eſſe forma ſubſtantialis alicuius corporis. Eſt ergo dicendum, quod calor per ſe ineſt igni, non ſicut forma ſubſtātialis, quæ non percipitur ſenſu, ſed ſicut proprium accidens eius. & quia actio naturalis eſt alicuius contrarij alterantis, ideo ignis agit ſecundum ſuum calorem, cuius eſt aliquid contrarium: non autem ſecundum ſuam formam ſubſtantialem, quæ caret contrarietate, niſi contrarietas large accipiatur ſecundum differentiam perfecti & imperfecti in eodem genere, per quem modum etiam in numeris contrarietas inuenitur, ſecundum quod minor numerus eſt vt imperfectum, & pars reſpectu maioris. formæ autem ſubſtantiales rerum ſunt ſicut numeri, vt dicitur Octauo Metaph. Et per hunc modum eſt etiam inter differentias cuiuslibet generis contrarietas, vt in Decimo Metaphyſ. ſic enim animatum &

*T. com. 20.* *1. Phyſ. c. 27.* *cap. 11.* *T. com. 15.*

F inanimatum, ſenſibile & inſenſibile ſunt contraria. Sed adhuc poteſt eſſe dubitatio. Si enim in elementis non eſt principium actionis forma ſubſtantialis, ſed accidentalis, cum nihil agit vltra ſuam ſpeciem, non videtur, quod per actionem naturalem elementorum materia tranſmutetur ad formam ſubſtantialem, ſed ſolum ad formam accidentalem. Et propter hoc quidam poſuerunt, quod omnes formæ ſubſtantiales ſunt à cauſa ſupernaturali, & quod agens naturale ſolum alterando diſponat ad formam. Et hoc reducitur ad opinionem Platonicorum, qui poſuerunt, quod species ſeparatæ ſunt cauſæ generationis, & quod omnis actio eſt à virtute incorporea. Stoici autem, ſicut Alex. dicit, poſuerunt, quod corpora ſecundum ſeipſa agunt, in quātum ſcilicet ſunt corpora. Ariſtoteles autem hic tenet mediam viam, quod corpora agunt ſecundum qualitates ſuas. Et ideo dicendum, quod vnumquodque agit ſecundum quod eſt in actu, vt patet primo de Generatione: neceſſe eſt autem, quod eſſe qualitatum elementalium deriuetur à principiis eſſentialibus eorum, ita etiam, vt virtus agendi competit huiuſmodi qualitatibus ex virtute formarum ſubſtantialium: omne autem, quod agit in virtute alterius, facit ſimile ei, in cuius virtute agit: ſicut ſerra facit domum ex virtute domus, quæ eſt in anima, & calor naturalis generat carnem animatam ex virtute animæ, & per hunc etiam modum, per actionem qualitatum elementalium tranſmutatur materia ad formas ſubſtantiales. Deinde cum dicit.

I

*f* ¶ Concludit ex præmiſſis generationem ſaporum. Et dicit, quod ſicut illi, qui in humido aqueo lauant colores & ſapores, id eſt, corpora colorata & ſaporoſa, faciunt aquam habere talem colorem & ſaporem, ita etiam è conuerſo, quando humidum aqueum colatur per ſiccum terreſtre, & cum hoc fit aliqua immutatio à calido digerente, & quodammodo commiſcente humido ſicco, qualificatur humor aqueus qualitate ſaporoſa. Deinde cum dicit.

*g* ¶ Inducit ex præmiſſis prædictis definitionem ſaporum, & dicit, quod ſapor nihil eſt aliud, quam paſſio facta in humido aqueo à dicto ſicco, ſcilicet terreſtri, cum additione calidi, quæ guſtum ſecundum potentiam alterando, in actum reducit, quod quidem additur ad differentiam odoris, & quarundam aliarum paſſionum; quæ cauſantur ab humido & ſicco per actionem calidi; quæ tamen non ſunt immutatiua guſtus, ſed aliorum ſenſuum. Deinde cum dicit.

*h* ¶ Manifeſtat definitionem ſaporis, quantum ad vltimam partem eius, nam prima pars eius manifeſta eſt ex præcedentibus. Dixerat autem, quod ſapor alterat guſtum ſecundum potentiam, & ad hoc manifeſtandum ſubdit, quod ſapor, ſicut & quodlibet ſenſibile, reducit in actum ſenſitiuum, quod prius erat in potentia ad ſenſibile: quia ſentire, quod ſequitur actionem ſenſibilis in ſenſum, non fit ſecundum addiſcere, ſed ſecundum ſpeculari, id eſt, non habet ſimilitudinem cum eo, quod eſt addiſcere: quia alias in eo, qui addiſcit, generatur habitus ſcientiæ de nouo: ſed in eo, qui ſentit, non generatur ſenſus de nouo per actionem ſenſibilis, ſed ſenſus fit actu operans, ſicut contingit in eo, qui ſpeculatur actu. Deinde cum dicit.

*Vide 1. de Anima, tex. 51. vſque ad 62.*

K

*i* ¶ Manifeſtat, quod ſupra dixerat, ſcilicet quod ſapor non fit ſolum in humido, ſiue ſicco. Et circa hoc tria facit. Primo oſten-

oſtendit, quod ſapor fundatur ſimul in humido & ſicco. Secundo probat quoddam, quod ſuppoſuerat, ibi, [ Et ſunt oblati cibi.] Tertio probationem manifeſtat, ibi, [ Oportet quidem.] Dicit ergo primo, quod ſapores ſunt paſſiones, quantum ad dulce, vel priuationes, quantum ad amarum, quod ſe habet vt imperfectum, & priuatio ad dulce, ſicut nigrum ad album: ſed non cuiuslibet ſicci, ſed nutrimẽtalis, ex quo ſcilicet poſſunt nutriri animalia & plantæ. Ex hoc poſſumus accipere, quod nec ſiccum ſine humido, nec humidum ſine ſicco pertinet ad ſapores, quia eſca, qua nutriuntur animalia, non eſt ſolum humidum, vel ſolum ſiccum, ſed commixtum ex his. Ex iiſdem enim nutrimur, ex quibus ſumus, vt dictum eſt Secundo de

T.com 50. Generatione: & eadem ratio eſt de plãtis. Deinde cum dicit.

k ¶ Probat, quod ſuppoſuerat, quod ſapor ſit paſſio vel priuatio nutrimenti. Vbi conſiderandum eſt, quod cibi, qui offeruntur animalibus, ad duo eis deſeruiunt, ſcilicet ad augmentum, quo perducuntur ad perfectam quantitatem, & ad nutrimentum, per quod conſeruatur ſubſtantia. Deſeruiunt etiam cibi & ad generationem, ſed hoc iam non pertinet ad indiuiduum, ſed ad ſpeciem. Dicit ergo, quod cibi animalibus oblati, cum ſint de numero ſenſibilium, in quantum ſunt tangibilia, cauſant augmentum & decrementum, quia calidum & frigidum facit augmentum & decrementum, ita quod calidum proprie facit augmentum. eius enim eſt dilatare & diffundere, quaſi mouendo ad circumferentiam: frigidum autem cauſat decrementum, quia eius eſt conſtringere, quaſi mouendo ad centrum. Vnde in iuuentute, animalia augentur: in ſenectute decreſcunt. Nec eſt contrarium, quod dicitur Secundo de anima, quod cibus auget, prout eſt quantus, quia quantitas non ſufficeret ad augmentum, niſi eſſet calor conuertens & digerens: ſed cibus oblatus nutrit, in quantum eſt guſtabilis. Et hoc probat per hoc, quod omnia nutriuntur dulci, quod percipitur guſtu, & hoc vel ſimplici dulci, vel commixtione aliorum ſaporum. Nec etiam eſt contrarium, quod Secundo de

Vide 2. de Anima, tex.51. vſq; ad62.

Anima dictum eſt, quod tactus eſt ſenſus animalium alimenti, quia ibi humorem, id eſt, ſaporem ponit inter tangibilia, & ibidem dicit, quod ſapor eſt delectamentum nutrimenti, in quantum ſcilicet indicat conuenientiam eius. Deinde cum dicit.

l ¶ Confirmat probationem præmiſſam. Et primo, quantum ad hoc, quod dixit, omnia nutriri dulci. Secundo, quantum ad hoc, quod dixerat de cõmixtione aliorũ, ibi, [ Commiſcentur autem.] Dicit ergo primo, quod de his, quę pertinent ad augmentum & nutrimentum, oportet determinare in his, quæ ſunt de Generatione. Dixit autem de his in lib. de Generatione in vniuerſali, ſed adhuc magis dicendum eſt de his in libro de Generatione animalium, ad quem pertinet conſideratio de alimento animalium. nunc autem, quãtum ad propoſitum pertinet, tangendum eſt aliquid, ſcilicet

A quod calor naturalis actiue cauſat augmentum per extenſionem quandam, & conſtituit nutrimentum digerendo, in quantum ſcilicet attrahit id, quod eſt leue & dulce, & relinquit id, quod eſt ſalſum & amarum propter grauitatem, vnde omnes fæces animalium ſunt ſatis amaræ, vel ſalſæ: & hoc manifeſtat per ſimilitudinem in toto vniuerſo, quia illud facit calor naturalis in animalibus, & plantis, quod facit calor Solis in corporibus exterioribus: attrahit enim humidum ſubtile, & relinquit id, quod eſt terreſtre & groſſum, vnde aquæ complutæ ſunt dulces, quamuis mare, à quo plurima fit reſolutio, ſit ſalſum. Et ex hoc concludit, quod omnia nutriuntur dulci, ꝙ eſt attractum à calido naturali. Deinde cum dicit.

m ¶ Aſſignat cauſam commixtionis aliorum ſaporum ad nutrimentum. Et dicit, quod alij ſapores commiſcentur in cibo dulci, quod ſolum nutrit loco condimenti, ſicut manifeſte apparet de ſapore ſalſo & acuto, vt ſcilicet per huiuſmodi ſapores reprimatur dulce, ne nimis nutriat. Eſt enim nimis repletiuum & ſupernatatiuũ: quia facile attrahitur à calore propter ſui leuitatem.

k Et ſunt oblati cibi animalibus tangibilia quædam ſenſibilium, & augmentum facientia, & decrementum. Horum enim cauſa, calidum aut frigidum oblatum: hæc enim faciunt & augmentum & decrementum. Nutrit autem, ſecundum quod guſtabile oblatum. Omnia enim nutriuntur dulci, vel ſimpliciter, vel commiſto.

l Oportet quidem igitur de his determinare, in his, quæ de generatione, nunc autem, quantum neceſſe eſt tangere de ipſis. Calidum enim augmentat, & ſtruit nutrimentum, eo quod lene quidem attrahit, amarum autem & ſalſum relinquit propter grauitatem. Quod itaque facit in exterioribus corporibus exterior calor, hoc quidem in natura animalium & plantarum. quare nutriuntur dulci.

m Commiſcentur autem alii ſapores ad cibum eodem modo, ſalſo & acuto pro condimento, hoc autem propterea, quod reprimant, eo quod nimis nutritiuum ſit dulce & ſupernatatiuum.

*Et oblati animalibus alimenti ea quidem, quæ tactu ſentiuntur, accretionem ſane faciunt, & diminutionem. Horum autem cauſa, quatenus calidum fuerit & frigidum id, quod offertur, hæc enim accretiones faciunt & diminutiones. Alia autem id, quod profertur, quod ad guſtabile eſt. Omnia namq; dulci aluntur, ſiue ſimpliciter, ſiue permixtim.*

B

*De huiuſmodi autem re in commentarijs de Generatione & Corruptione determinare oportet: nunc autem quatenus cogit neceßitas, de illis eſt prælibandum. Calidum enim auget, & alimentum affingit, & leue quidem attrahit, ſalſum autem & amarum ob grauitatem relinquit; quod igitur in exterioribus corporibus externus facit calor, id in animalium ſtirpiumq; natura internus plane efficit, & iccirco dulci*

C *aluntur.*

*Alij autem alimento commiſcentur ſapores eodem ſane modo, quo ſalſum & acidum condimenti gratia. Hoc autem ideo, vt diducant id, quod in dulci nutritiuum eſt nimis, & redundans.*

## *LECTIO XI.*

a QVemadmodum autẽ colores ex albi & nigri cõmixtione ſunt, ita & ſapores ex dulci & amaro.

## LECTIO XI.

*QVemadmodum autem colores de albi & nigri ſunt mixtione,*

D *ita & ſapores ex dulci & amaro.*

## *LECTIO XI.*

a POſtquam Philoſophus determinauit generationes ſaporum, hic diſtinguit ſpecies ſaporum. Et circa hoc tria facit. Primo oſtendit in communi generationem mediorum ſaporum. Secundo oſtendit, quomodo medij ſapores diuerſificantur, ibi, [ Et ſecundum proportionem, &c.] Tertio oſtendit, quomodo album & nigrum ſe habeant adinuicem, ibi, [ Et quemadmodum nigrum.] Dicit ergo primo, quod ſicut alij colores medij generantur ex commixtione albi & nigri, vel ipſorum ſecundum ſe, vel ex commixtione cauſarum albi & nigri, ita medij ſapores generantur mixtione dulcis & amari: vel ipſorum ſecundum ſe, vel ex mixtione cauſarum dulcis & amari. Calidum enim perfecte digerens humidum, cauſat ſaporem dulcem: priuatio autem humidi perfecte digeſti eſt cauſa amaritudinis. Alij vero ſapores cauſan-

E tur, ſecundum quod humidum medium modo ſe habet, nec totaliter eſt conſumptum, nec totaliter eſt indigeſtum. Quia enim ſapor propinquius ſequitur humorem, quam calorem, non oportet conſiderare medium & extrema ſecundum calidum, ſed ſecundum humidum aliqualiter paſſum à ſicco & calido: quia in hoc principaliter conſiſtit natura ſaporis: alioquin ſi medium & extrema acciperentur in ſaporibus ſecundum calidum, non eſſent dulce & amarum extrema, ſed dulce eſſet medium. Nam calidum intenſum, & conſumens frigidum, aut digerens calidum, aut omnino deficiens in digerendo propter victoriam frigidi, cauſat ponticum vel acetoſum ſaporem: calor autem moderatus ſufficiens ad digerendum cauſat dulcedinem. Deinde cum dicit.

b ¶ Agit de diſtinctione mediorum ſaporum. Et primo, quantum ad differentiam delectabilis & indelectabilis. Secundo, quantum ad nomina, ibi, [Qui quidem ergo pinguis.] Tertio, quantum ad numerum, per ſimilitudinem ad colores, ibi, [Fere enim æquales.] Dicit ergo primo, quod medij ſapores diuerſificantur ſecundum proportionem commixtionis, in quantum ſcilicet vnuſquiſque eorum vel magis vel minus accedit ad dulcedinem, ſiue amaritudinem. Quod quidem contingit dupliciter, ſicut in coloribus dictum eſt. vno modo ſecundum numeralem proportionem obſeruatam in prædicta commixtione & tranſmutatione humidi à calido. alio modo ſecundum indeterminatam ſuperabundantiam, abſq; proportione numerali. Solum autem illi ſapores delectãt guſtum, qui ſunt commixti ſecundum numeralem proportionem. Deinde cum dicit.

c ¶ Diſtinguit ſapores medios ſecundum nomina. Et dicit, quod ſapor pinguis eſt quaſi idem cum dulci. vterque enim ſapor deſignat digeſtionem humidi à calido, veruntamē in dulci ſapore oſtēditur calor magis dominati ſuper humidum. vnde pinguis ſapor propinquior eſt aquoſo, ſiue inſipido ſapori, propter abundantiam humiditatis. Similiter etiam amarus ſapor & ſalſus, fere ſunt idem. vterque enim oſtendit exceſſum caloris conſumentis humidum. veruntamen in amaro videtur eſſe maior conſumptio humiditatis, quam in ſalſo; quia in ſalſo videtur eſſe conſumptum humidum infuſum corpori: in amaro autem videtur eſſe vlterius reſolutum & conſumptum, vel totaliter, vel in parte humidum, conglutinans ſubſtantiam corporis. Vnde fæces corporum reſolutorum & interminatorum ſunt amaræ. In medio autem ſunt ponticus, ſiue mordicatiuus ſapor & auſterus, id eſt, acetoſus, & ſtypticus, & acutus, ita tamen, quod ponticus & acetoſus conſiſtunt in humore nondum digeſto propter defectum caloris: propter quod fructus indigeſti ſunt vel acetoſi ſaporis, vt poma acerba, vel pontici, ſicut pyra acerba. Ponticus tamen ſapor videtur plus habere de terreſtri. Vnde & terra fere ponticum ſaporem habet, acetoſus autem videtur plus habere de frigido. Stypticus autem ſapor videtur etiam multum habere de terreſtri: propinquius enim eſt pontico, ſed plus habet de calido: magis enim ad digeſtionem accedit. vnde etiam quædam digeſta habent ſaporem ſtypticum, ſicut fructus myrti. Acutus autem ſapor ſignificat exceſſum caloris, non quidem conſumentis, ſed ſuperdigerentis humidum. Deinde cum dicit

d ¶ Diſtinguit ſapores medios ſecundum numerum per ſi-

F

militudinem ad colores. Et dicit, quod ſpecies humorum, id eſt, ſaporum ſunt fere æquales numero ſpeciebus colorum, ſeptem autem ſpecies ſaporum ſic numerandæ ſunt, vt pinguis ſapor non diſtinguatur à dulci. Salſus autem diſtinguatur ab amaro, ita quod ſi his tribus ſaporibus addantur alij quatuor ſuperenumerati, erunt ſeptem ſapores. Similiter etiam rationabiliter dicitur ex parte colorum, quod liuidum ſe habet ad nigrum, ſicut ſalſum ad amarum. Flauum autem ad album, ſicut pingue ad dulcem. In medio autem erunt hi colores: Puniceus, id eſt, rubeus, & alurgon, id eſt, citrinus, & viridis: & ciarium, id eſt, color cœleſtis: ita tamen, quod viride & ciarium magis appropinquãt ad nigrum: puniceum autem, & citrinum, magis appropinquant ad album. Sunt autem aliæ ſpecies plurimæ colorum & ſaporum, ex commixtione prædictarum ſpecierum adinuicem. Deinde cum dicit.

e ¶ Comparat amarum ad dulce. Et dicit, quod ſicut nigrum eſt priuatio albi in perſpicuo, ita amarum & ſalſum eſt priuatio dulcis in humido nutrimentali. Semper enim alterum contrariorum eſt vt priuatio, vt patet ex decimo Metaphyſic. Et quia amarum eſt priuatio dulcis, inde eſt, quod omnium combuſtorum cinis eſt amarus, propter exhalationem humidi nutrimentalis, quod potabile vocat. Deinde cum dicit.

f ¶ Excludit falſas opiniones aliorum de natura ſaporum. Primo in generali, quantum ad omnia ſenſibilia. Secundo in ſpeciali, quantum ad ſapores, ibi, [Quidam autem proprie.] Circa primum duo facit. Pri-

K

mo improbat opinionem Antiquorum, quantum ad hoc, quod reducebant omnia ſenſibilia ad qualitates tangibiles. Secundo, quantum ad hoc, quod reducebant ſenſibilia propria ad ſenſibilia communia, ibi, [Amplius autem communibus.] Dicit ergo primo, quod Democritus, & plurimi Naturalium Philoſophorum, quicunque intromittunt ſe ad loquendum de ſenſibilibus, faciunt quoddam incongruiſſimum, quia omnia ſcilicet ſenſibilia dicunt eſſe tangibilia, quod ſi eſſet verum, ſequeretur, quod quilibet ſenſus eſſet tactus, cum potentiæ diſtinguantur ſecundum obiecta. Quod autem hoc ſit falſum, facile eſt videre: quia alij ſenſus ſentiunt per medium extraneum, non autem tactus. Deinde cum dicit.

g ¶ Arguit aliquos in hoc, ꝙ vtebãtur ſenſibilibus cõmunibus quaſi ꝓpriis. Reducebãt enim colores, & ſapores, & alia ſenſibilia, ad magnitudinē & figuram. Magnitudo enim, & figura, & aſperũ, & lene, ſecundũ quod ad figurã pertinet, & ſimili-

b Et ſecundum proportionem etiam, eo quod magis vel minus vnuſquiſque eſt ſecundum numeros quoſdam commixtionis & motus, ſiue indeterminate. Qui autem delectationem faciunt, commixti hi in numeris ſolum.

c Qui quidem ergo pinguis, eſt dulcis ſapor. Amarum vero & ſalſum fere idem ſunt. Ponticus vero, & auſterus, & ſtypticus, & acutus in medio.

d Fere enim æquales humorum ſpecies & colorum ſunt. Septem enim amborum ſpecies, ſi quis ponat, ſicut rationabile, liuidum nigrum aliquid eſſe. Relinquitur enim flauum quidem albi eſſe, quemadmodum & vnctuoſum eſt dulcis. puniceus vero, & alurgon, & viride, & ciarium in medio albi & nigri. Alii vero mixti ex his.

e Et quemadmodum nigrum priuatio eſt albi in perſpicuo, ita amarum & ſalſum dulcis in nutrimentali humido. Quare & cinis combuſtorum amarus omnium. exhalatum enim eſt ex ipſis potabile.

f Democritus autem, & plures Phyſiologorum, quicunque dicunt de ſenſibilibus, incongruiſſimum aliquid faciunt. Omnia enim ſenſibilia tangibilia faciunt. Etenim ſi hoc taliter ſe habet, manifeſtum, quod & aliorum ſenſuum vnuſquiſque tactus quidam eſt. hoc autem, quod ſit impoſſibile, non difficile eſt diſcernere.

g Amplius autem communibus ſenſuum omnium vtũtur quaſi propriis. Magnitudinem enim & figuram, & aſperum, & lene; amplius autem acutũ & obtuſum, quod in magnitudine eſt,

*Et proportione quidem, eo quod tum magis, tum minus illorum vnuſquiſq; ſuſcipiat ſiue per quoſdam mixtionis numeros, & motiones, ſeu indefinite. Quicunq; autem ex illis mixti voluptatem faciunt ſolum in numeris.*

G

*Pinguis igitur dulcis eſt ſapor. ſalſus autem & amarus idem fere ſunt, acris vero & auſterus, & acerbus, & acidus, in mediocritate conſiſtunt.*

*Æquales enim fere ſaporum & colorum ſunt ſpecies. Septem namq; vtrinq; ſpecies, ſi quis, vt recta dictat ratio, fuſcum nigrum quidam eſſe poſuerit. Reſtat igitur flauum quidem albi eſſe, quemadmodum pingue eſt dulcis. Puniceum vero, & purpureum, & viride, & cæruleum in intermedio albi & nigri eſſe. Reliqui autem ex ijs ſunt mixti.*

H

*Et quemadmodum nigrum albi eſt priuatio in perſpicuo, ita ſalſum & amarum dulcis in nutritiuo humido, quamobrem omnium, quæ cõburuntur, amarus eſt cinis, ab illis enim potabile exhauſtum eſt.*

*Democritus autem, & plurimi Phyſiologorum, qui de ſenſibus pertractarunt, abſurde ſane faciunt. Senſibilia enim omnia tactilia eſſe volunt. Atqui ſi iſtuc hoc ſe habet modo, manifeſtum certe eſt, quod a-*

I

*liorum vnuſquiſq; ſenſuum tactus eſt quidam, quod autem hoc fieri non poſſit, haudquaquam difficile eſt animaduertere.*

*Præterea etiam cõmunia ſenſuũ omniũ vſurpãt pro proprijs, magnitudo enim, & figura, & aſperũ, & lene, acutũ quinetiam, & obtuſum, quæ in corporum ſunt mole, communia ſunt ſenſuum: & ſi non omnium*

ſimiliter acutum & obtuſum, quæ etiam pertinent ad diſpoſitiones figurarum habentium angulos, ſunt cõmunia ſenſibus; quamuis non omnia hæc percipiantur ab omnibus ſenſibus, percipiuntur tamen ſaltem tactu & viſu. & ita non ſunt propria ſenſibilia, quia ſic vno ſolo ſenſu ſentirentur. Dicit autem, quod acutum & obtuſum, quod eſt in melodiis, vel in magnitudinibus ſecundum aliam literam, id eſt, in corporibus, ad differẽtiam acuti, ſecundũ quod eſt in vocibus, & in ſaporibus. Et quod prædicta ſunt ſenſibilia communia, manifeſtat per quoddã ſignum, quod circa huiuſmodi, quæ dicta ſunt, decipiuntur ſenſus: qui tamen non decipiuntur de propriis ſenſibilibus. ſicut viſus non decipitur de colore, nec auditus de ſonis. Deinde cum dicit.

*h* ¶ Excludit opiniones prædictas in ſpeciali. Et primo narrat eas. Secundo improbat, ibi, [ Quamuis autem nullius. ] Dicit ergo primo, ꝙ quidam reducũt ꝓpria ſenſibilia ad iſta communia, ſicut Democritus, qui nigrũ dixit eſſe aſperum, exiſtimans, obſcuritatem nigri cauſari, propter hoc, quod partes, quæ ſupereminent in aſpero, occultant alias. Album autem dixit eſſe lene, exiſtimans, claritatem albi prouenire ex hoc, quod lene totaliter illuſtretur, propter hoc, qđ partes eius æqualiter iacent. Sapores autem reduxit ad figuras, propter hoc, quod inuenit acutum & obtuſum in ſaporibus, ſicut in figuris, æquiuocatione deceptus. Secundo ibi.

*i* ¶ Improbat prædictam opinionem de ſaporibus, tribus rationibus. Quarum prima eſt, quod nullus ſenſus cognoſcit figuras, quaſi propria ſenſibilia, & ſi eſſent alicui ſenſui propria, maxime pertinerent ad viſum. ſed ſi ſapores eſſent figuræ, ſequeretur, quod guſtus magis ea cognoſceret. Si ergo hoc eſt verum, cum ſenſus aliquis, quanto eſt certior, tanto poſſit maxime diſcernere etiam minima in quoque genere, ſequeretur, quod guſtus, tanquam certiſſimus, cognoſcet communia ſenſibilia, & maxime diſcerneret figuras. quod patet eſſe falſum, quia viſus in hoc eſt potentior. Secundam rationem ponit ibi.

*k* ¶ Quæ talis eſt: Omnia ſenſibilia habent contrarietatem, quia ſecundum ea fit alteratio, vt probatum eſt ſeptimo Phyſicorum, ſicut in colore ſunt contraria album & nigrum, in ſaporibus autem dulce & amarum. & idem patet in aliis. Videtur autem eſſe inſtantia in lumine, quod ſecundum ſe non habet contrarietatem, vtpote qualitas propria exiſtens ſupremi corporis contrarietate carentis. Tenebra vero opponitur ei vt priuatio, non vt contrarium. habet tamen contrarietatem, ſecundum quod participat in colori-

A bus, ſed figura non videtur eſſe contraria figuræ, non enim eſt aſſignare, quod pologoniarum, id eſt, figurarum habentium multos angulos, ſit contrarium circumferens, id eſt, circulus, qui nullum angulum habet. Contraria enim maxime diſtant. Non enim eſt dare aliquam figuram, qua non ſit inuenire aliam plures angulos habentem: ergo ſapores non ſunt figurę. Tertiam rationem ponit ibi.

*l* ¶ Quæ talis eſt: Figuræ ſunt infinitæ, ſicut & numeri: multiplicantur enim ſecundum numerum angulorum & linearum, vt patet in triãgulo & quadrangulo. Si ergo ſapores eſſent figuræ, ſequeretur, quod eſſent infinitæ ſpecies ſaporũ, quod patet eſſe falſum: quia nulla eſſet ratio, quare vnus ſapor ſentiretur, & nõ alius. Nõ autem diſcernit ſenſus infinitos ſapores: ergo ſapores non ſunt figuræ. Vltimo autẽ epilogando concludit, quod dictum eſt de ſapore & guſtabili, quædam autem aliæ proprietates ſaporũ propriã habent conſiderationem in lib. de plantis, quem Ariſtot. non fecit, ſed Theophraſtus, vt Alexander hic dicit in commento.

*LECTIO XII.*

*a* POſtquam Philoſophus determinauit de ſaporibus, hic incipit determinare de odoribus. Et diuiditur in duas partes. In prima determinat de odoribus. In ſecunda comparat ſenſum odoratus ad alios ſenſus, ibi, [ Videtur autẽ ſenſus, qui eſt odorãdi. ] Circa primum duo facit. Primo determinat generationem & naturam odoris. Secundo determinat ſpecies ipſius, ibi, [ Species autem odorabilis. ] Circa primũ duo facit. Primo manifeſtat, quid ſit paſſiuum in generatione odorum. Secundo, quid ſit actiuum, ibi, [ Quoniam vero ab enchymo. ] Circa primum tria facit. Primo proponit, E quod intendit. Secundo exponit, quod dixerat, ibi, [ Commune autem his. ] Tertio probat, ibi, [ Non enim ſolum. ] Dicit ergo primo, quod eodem modo oportet intelligere in generatione odorum, ſicut & in generatione ſaporum, ſcilicet, quod aliquid eſt in generatione ſaporum paſſiuum, & aliquid actiuum. Dictum eſt enim circa ſapores, quod humidum aqueum patitur à ſicco terreſtri, & ſic reducitur per actionem caloris ad hoc, quod ſit ſaporoſum: in generatione autem odoris eſt actiuum humidum enchymum. Et dicitur enchymum, ab En, quod eſt, in, & Chymus, quod eſt humor: quaſi humore exiſtente imbibito, & incorporato alicui ſicco: hoc igitur eſt actiuum in odore: paſſiuum autem eſt aliquod aliud genus, quod comprehendit ſub ſe aerem & aquam. Deinde cum dicit.

---

communia ſunt ſenſuum, & ſi nõ omnium, ſed viſus & tactus. Quare & de his decipiuntur, de propriis autem non decipiuntur, velut viſus de colore, & auditus de ſonis.

*h* Quidam autem propria ad iſta reducunt, quemadmodum Democritus album quidem & nigrum, hoc quidem aſperum dicit eſſe, hoc vero lene eſſe. Ad figuras autem reducit ſapores.

*i* Quamuis aut nullius, vel magis viſus eſt communia cognoſcere. Si ergo guſtus magis minima quidem, certiſſimi ſenſus eſt diſcernere circa vnumquodq; genus. Quare oportebat guſtum & alia omnia ſentire, maxime & figurarum eſſe diſcernentiſſimum.

*k* Amplius ſenſibilia quidem omnia habent contrarietatem, velut in colore, nigro album, in ſapore, dulci amarum; figura autem figuræ non putatur eſſe contrarium. Cui enim pologoniarum circumferens contrarium.

*l* Amplius & figuris exiſtentibus infinitis, neceſſe & ſapores eſſe infinitos. Quare enim hic quidem idem faciet ſenſum, hic vero non faciet? De ſapore & guſtabili quidem igitur dictum ſit. aliæ namque paſſiones ſaporum propriam habent conſiderationem in de Naturalis ſcientiæ parte, quæ eſt de plantis.

*LECTIO XII.*

*a* EOdem vero modo oportet intelligere, & circa odores. Quod enim facit in humido ſiccum, hoc facit in genere alio enchymum humidum in aere, & in aqua ſimiliter.

---

*viſus ſaltem & tactus. Quamobrem in iis falli poſſint, in propriis autem non falluntur, vt viſus in colore, & auditus in ſonis.*

*Quidam autem propria ad iſta referunt, vt Democritus, album enim & nigrum, hoc quidem aſperum eſſe vult, illud vero lene. Ad figuras* B *autem ſapores refert.*

*Atqui vel nullius, vel certe viſus magis eſt communia dignoſcere; ſi igitur magis eſt ipſius guſtatus, exquiſitiſſimi autem eſt ſenſus circa vnumquodque genus diiudicare, quæ ſunt minima, oportebat ſane & alia communia guſtum ſentire maxime, & in aliis etiam figuris iudicii eſſe exquiſitiſſimi.*

*Omnia præterea ſenſibilia contrarietatem habent, vt in colorum genere, nigro album contrarium; &* C *in ſaporibus, dulce amaro: figuræ autem figura contraria nulla eſt, cui enim ex multangulis contrarius eſt circulus.*

*Iam vero cum infinitæ ſint figuræ, infinitos etiam eſſe ſapores neceſſe eſt: quam enim ob cauſam hic quidem ſenſum faciet ſapor, ille autem facere non poteſt. Et de ſapore quidem & guſtabili ſatis ſit dictum. Aliæ namq; ſaporum paſſiones in ea Philoſophiæ parte, quæ de ſtirpibus eſt, peculiarem perſcrutationis ha-* D *bent modum.*

LECTIO XII.

*EOdem etiam modo de odoribus intelligere opus eſt. Quod enim in humido ſiccum efficit; id alio facit in genere ſapidum, humidum in aere, ſimiliter & aqua.*

*b* Commune autem his, nunc quidem dicimus perſpicuum. Eſt autem odorabile, nõ ſecundum quod perſpicuum, ſed ſecundũ quod lauabile, vel mundabile enchymæ ſiccitatis.

*c* Non enim ſolum in aere, ſed & in aqua quod odoris eſt. Manifeſtum eſt autem in piſcibus, & oſtra codermis. Videntur enim odorare, nec aerẽ exiſtente in aqua. Supernatat enim aer, cum in aqua fuerit, nec ipſa reſpirantia.

*d* Si quis ergo ponat aquam & aerem vtraque humida, erit vtique, quæ in humido enchymi ſicci natura odor, & odorabile tale.

*e* Quoniam vero ab enchymo paſſio, eſt manifeſtum & per habentia & nõ habentia odorem. Elementa enim inodorabilia ſunt, velut ignis, aer, terra, aqua, quia ſicca & humida eorum enchyma ſunt, niſi aliquod commixtum faciat, propter quod & mare habet odorem. Habet enim humorem & ſiccitatem, & ſal magis, quam nitrum odorabile eſt. Manifeſtat autẽ etiam, quod ab illis effluit oleum. Nitrum autẽ terræ eſt magis. Amplius lapis inodorabile, enchymus enim. Ligna autem odorabilia, enchyma enim & horum aquatica minus. Amplius in eis, quæ metallantur, aurum inodorabile, achymum enim: æs autẽ odorabile, & ferrum. Quando vero exuritur humidũ, inodorabiles ſcoriæ fiũt omnium. Argentum vero, & ſtannum, his quidem magis odorabilia: his vero minus, aquatica enim.

*f* Videtur autem quibuſdã fumalis euaporatio eſſe odor, cõmunis exiſtens terræ & aeri, & omnes in hanc opinionem concurrunt. Quare & Heraclitus ſic dicit, quod ſi omnia entia fu-

*Horum autem commune omniũ, nunc quidem perſpicuum dicimus. Eſt autem odorabile, non qua perſpicuum, ſed quia ſapidæ ſiccitatis dilutiuum abſterſiuumq; eſt.*

*Non enim ſolum in aere, ſed in aqua etiam odora exiſtit vis, quod ex piſcibus & oſtreacio genere eſt ma-*
G *nifeſtum, olfacere namq; videntur, cum neq; ſub aquis ſit aer, ſupernatat enim, ſi fuerit, neq; ipſa reſpirent.*

*Si quiſpiam igitur & aerem & aquam ponat humida, erit certe odor ſapidæ natura ſiccitatis in humido, huiuſmodiq; etiam ipſum eſt olfactile.*

*Quod autem à ſapido iſthæc prouenit paſſio, ex iis, quæ odorem habent, quæve illo carent, manifeſtum eſſe poteſt. Elementa enim oderem*
H *non habent, vt ignis, aer, terra, aqua, quoniam ex illis cum ſicca, tum humida, inſipida ſunt, niſi commixtum quippiam ſaporem faciat. Et iccirco mare odorem habet, quoniam ſaporem & ſiccitatem habet, ſalq; nitro odoratior eſt, quod ſane defluens ex illo indicat oleum. Nitrum vero terreum eſt magis: lapis præterea caret odore; inſipidus enim eſt. Ligna odora ſunt, quoniam ſapida, & horum aquatica minus. Metallorum quinetiam aurum odore caret, inſipidum enim eſt: æs autem & ferrum ſunt*
I *odora, cum vero exuſtum fuerit humidum, omnium odore carent ſcoriæ. Argentum vero & ſtannum nonnullis quidem odoratiora exiſtunt, aliis vero minus odora, aquea enim ſunt.*

*Pleriſq; autem fumida euaporatio odor eſſe videtur, quæ terræ & aeri eſt communis, & omnes in hoc conueniũt de odore, quamobrẽ dixerat Heraclitus, ſi oẽs res fumus fierent, ꝙ nares illas dignoſcerẽt. Cæte-*

*b* ¶ Exponit, quid ſit illud genus commune aeri, & aquæ, quod eſt ſuſceptiuum odoris. Et dicit, quod commune vtrique dicitur eſſe perſpicuum, non tamen perſpicuum, in quãtum perſpicuum eſt ſuſceptiuum odoris, ſed coloris, vt ſupra habitum eſt: ſed eſt ſuſceptiuum odoris, ſecundum quod eſt lauabile vel mundabile enchymæ ſiccitatis, id eſt, ſecũdum quod eſt receptiuum enchymi ſicci, quam quidem receptionẽ vocat lauationẽ, vel mundationẽ, in quãtum aliquid per humidum receptiuum natum eſt ablui vel mundari. Deinde cum dicit.

*c* ¶ Probat, ꝙ ſuppoſuerat, ſcilic. quod ſuſceptiuum odoris non ſolum ſit aer, ſed etiam aqua. Et primo inducit huius probationem. Secundo cõcludit, quid ſit proprium ſuſceptiuum odoris, ibi, [Si quis ergo.] Dicit ergo primo, quod odor non ſolum ſuſcipitur in aere, ſed etiam in aqua: & hoc manifeſte oſtenditur, propter hoc, quod piſces aliqui, vt ſunt oſtra coderma, id eſt, animalia duræ teſtæ, viuentia in aqua, videntur odorare, ex hoc, ꝙ à longe odore trahuntur ad alimentum, ꝙ videre non poſſunt. Et ex hoc apparet, ꝙ aqua eſt ſuſceptiua odoris, duplici ratione. Primo quidẽ, quia huiuſmodi animalia non viuunt in aere, ſed in aqua. Quod autem ſub aqua, in qua huiuſmodi piſces degunt, non ſit aer, ſed aqua, probat per hoc, quod aer ſupernatet aquæ, etiamſi infra aquam ponatur, ſicut patet de vtre inflato, per violentiam ſubmergatur, quod ſupernatabit aquæ. Secundo etiam, quia ſi daretur, quod aer eſſet infra aquam, cum tamen huiuſmodi animalia non reſpirent aerem, ita non ſentirent odorem, ſi ſolus aer eſſet odoris ſuſceptiuus. Deinde cum dicit.

*d* ¶ Concludit, quod ſit proprium ſuſceptiuum odoris. Et dicit, quod ex quo aer & aqua, quæ ſunt ſuſceptiua odoris, ſunt humida, ſequitur, quod odor nihil ſit aliud, quam quædam natura, ſcilicet forma ab enchymo ſicco impreſſa in humido, quod eſt aer & aqua, & illud eſt odorabile, quod eſt tale, id eſt, humidum habens naturam ſibi impreſſam ab enchymo ſicco. Deinde cum dicit.

*e* ¶ Probat, quod enchymus ſit effectiuum odoris. Et hoc probat tripliciter. Primo quidem per ea, quæ habent, vel nõ habent odorem. Secũdo per diuerſas opiniones quorundam de odore, ibi, [Videtur autem quibuſdam.] Tertio per affinitatem odoris ad ſaporem, ibi, [Adhuc autem ſiquidem.] Dicit ergo primo, quod manifeſtum eſt & per ea, quæ habent odorem, quod hæc paſſio, quæ eſt odor, ſit impreſſa ab en-
F chymo, id eſt, ab humore imbibito, & comprehenſo à ſicco, vt ſupra dictum eſt. Primo enim elementa omnia, ſcilicet ignis, aqua, terra, carent odore, quia ſiue ſint humida, ſiue ſicca, ſunt enchyma, id eſt, ſine humore comprehenſo à ſicco, quia quæ eorum ſunt humida, habent humidum ſine ſicco; quæ autem eorũ ſunt ſicca, habẽt ſiccum ſine humido, niſi ſit facta aliqua cõmixtio elemẽtorum. Vnde mare habet aliquem odorem; quia in eo ſiccum terreſtre eſt admixtum humido, adeo, vt manifeſtatur per ſalſum ſaporem. Sal etiã magis habet odorem, ꝗ nitrum. Et quod iſta duo, ſcilicet ſal & nitrum, habeant aliquid de enchymo, manifeſtatur ꝑ hoc, quod oleum exit ab eis per aliquod artificium, & ex hoc manifeſtatur, quod eſt in eis aliquis humor pinguis, comprehenſus a ſicco, ſed nitrũ minus habet de huiuſmodi humore, ꝗ ſal; & ideo eſt minus odorabile. Secundo manifeſtat idem in lapidibus & lignis, & dicit, quod lapis ſolidus durus caret odore, quia nõ habet prędictum humorem, à quo odor cauſatur ꝓpter magnam ſui terreſtreitatem: ſed ligna habent odorem, quia habent aliquid de ꝑdicto humore; quod patet ex hoc, quia inflammabilia ſunt ꝓpter pinguedinem in eis exiſtentem. Vnde ligna, quæ habent humorem magis aquoſum, & minus pinguem, quaſi non comprehẽſum à ſicco, ſunt minus odorabilia, ſicut patet de ligno populeo: ligna autem abietis, & pineæ, ſunt multum odorabilia, propter pinguedinem humoris ipſorum. Tertio manifeſtat idem in metallis, inter quæ aurum eſt minime odorabile, eo quod ca-
K ret prædicto humore, quod contingit propter eius magnam terreſtreitatem, quæ ſignificatur ex maximo pondere eius. Eſt enim ponderoſius cæteris metallis. Sed æs & ferrum eſt odorabile, quia humidum in eis digeſtum eſt imbibitum à ſicco, & non eſt totaliter ab eo ſeparatum, ſicut in auro. Vnde & ſcoriæ eorum propter aduſtionem humidi, ſunt minus odorabiles. Argentum vero & ſtannum ſunt magis odorabilia, quam aurum, minus vero, quam æs & ferrum. Habent enim humorem magis aquaticum, & minus comprehenſum a ſicco, quam æs & ferrum. Quia tamen humiditas eorum aliqualiter comprehenditur a ſicco, non ſunt penitus abſque odore, ſicut aurum. Deinde cum dicit.

*f* ¶ Oſtendit, ꝙ enchymũ ſit actiuum odoris per opiniones aliorũ. Secũdo excludit eas, ibi, [Sed neutrũ horum.] Tertio concludit propoſitũ, ibi, [Quoniã ergo.] Dicit ergo primo, quod quibuſdam videtur, quod odor ſit fumalis euaporatio,

quæ

A quæ eſt communis aeri & terræ, quaſi medium inter ea, quia eſt aliquid reſolutum à ſicco terreſtri, non pertingens ad ſubtilitatem aeream, & omnes Antiqui, qui loquuntur de odore, propinqui fuerunt ad hanc poſitionem. Vnde & Heraclitus dicit, quod ſi omnia entia reſoluerentur in fumum, nares percipientes odorem, diſcernerent omnia entia, quaſi omnia entia eſſent odores. Exiſtimabat enim Heclitus vaporem eſſe rerũ principiũ. Quia tamen non omnes Philoſophi poſuerũt odorem eſſe fumum, ſed quidam aliquid ſimile, ideo ad hanc diuerſitatem manifeſtandam ſubiungit, quod quidam attribuebant odori exhalationem, quidam euaporationem, quidam vtrumque, & oſtendit differentiam inter hæc duo, quia euaporatio nihil aliud eſt quam quædã humiditas aquea ſoluta, exhalatio autem ſiue fumus eſt commune aeri & terræ; cum ſit reſolutio quædam ex ſicco terſtri, ſicut dictum eſt. Et ſignum huius differentiæ eſt ꝙ ex euaporatione aquæ cõdenſata generatur aqua, ex fumali autem euaporatione aliquid terreſtre. Secũdo ibi.

*g* ¶ Excludit prædictas poſitiones duabus rationibus. Quarum prima eſt, quia vapor pertinet ad aquam, quæ non eſt odorabilis abſque admixtione ſicci, ſicut ſupra dictum eſt: fumus autem non poteſt fieri in aqua, in qua tamen fit odor, vt ſupra eſt oſtenſum per hoc, quod quædã animalia odorant in aqua: ergo odor non eſt fumus, nec vapor. Secundam rationem ibi.

*h* ¶ Quæ talis eſt. Similis ratio eſt, quod euaporatio dicatur odor, & quod colores dicantur effluxiones: ſed illud non dicitur bene de coloribus, vt ſupra dictum eſt. ergo nec iſtud bene dicitur de odoribus. Vtrobique enim ſequitur, quod ſenſus fiat per tactum, & odorum, & colorum, & quod corpora odorata & viſa diminuerentur, & tandem totaliter reſoluerentur per effluxionem vel reſolutionem, & hoc eſt inconueniens, præſertim cum inueniatur tam à remotis aliquid videri, & odorari, quod nullo modo reſolutio corporis vſque illuc reduci poſſit. Si enim ad tantam diſtantiam, & color, & odor per ſpiritualem immutationem medii percipi poſſunt. Deinde cum dicit.

mus fierent, quod nares vtique de odore omnia diſcernerent. Ad odorem omnes inferunt hi quidem tanquã exhalationem, hi vero ſicut euaporationem; hi autem vtraque hæc. Eſt autem vapor quidem humiditas quædam: fumalis vero exhalatio, ſicut dictum eſt, commune eſt aeri & terræ, & conſtituitur ex illa quidem aqua; ex hac vero terræ quædam ſpecies.

B

*g* Sed neutrum horum videtur. Vapor enim aquæ eſt: fumalis vero euaporatio impoſſibile eſt in aqua fieri. Odorant enim, & quæ in aqua, ſicut dictum eſt prius.

*h* Amplius euaporatio ſimiliter dicitur effluxionibus. Si igitur nec illa bene, nec iſta bene.

C

*i* Quod ergo contingat recipere humidum, & illud quod in ſpiritu, & illud quod in aqua, & pati aliquid ab enchyma ſiccitate non immanifeſtum. Et enim aer humidus natura eſt.

*k* Adhuc autem, ſi quidem ſimiliter in humidis faciat, & in aere, quemadmodum lauatum ſiccum, manifeſtum, quod oportet proportionales eſſe odores humoribus.

D

*l* Sed adhuc hoc in quibuſdam accidit: etenim acetoſi & dulces ſunt odores, & auſteri, & pontici, & craſſi, & amaris proportionales, dicat vtiq; quis putridos. Quare quemadmodum illa difficilis potationis, putrida diaſana puruſta ſunt. Manifeſtum ergo, quoniam quod in aqua ſapor, hic in aere & in aqua odor.

*m* Et propter hoc frigus, & congelatio, & ſapores hebetant, & odores exterminant. Calidum enim quod mouet, & generat, auferunt infrigidatio & congelatio.

E

## LECTIO XIII.

*a* SPecies autem odorabilis duæ ſunt. Non enim ſicut quidam dicunt, non ſunt ſpe-

*i* ¶ Concludit propoſitum, ſcil. quod ex quo odor non eſt nec vapor nec fumus, manifeſtum eſt quod humidum, quod eſt in ſpiritu, id eſt in aere, & in aqua, patitur ab enchymi ſiccitate; & ſic odor fit & ſentitur. Humidum enim non ſolum inuenitur in aqua, ſed etiam in aere. Deinde cum dicit.

*rum de odore conueniunt omnes, ii quidem vt exhalationem quandam eſſe illum, alii autem vt euaporationem; nonnulli vero vtrunq;: eſt autem exhalatio humiditas quædam; fumida vero euaporatio, quemadmodũ dictum eſt, communis aeris, & terræ, & ex illa quidem conſlatur aqua, ex hac verò terræ ſpecies quædam.*

*Sed neutrum illorum eſſe videtur; exhalatio enim aquæ eſt, fumida vero euaporatio in aquæ fieri haud quaquam poteſt, odorant autem, vt dictum eſt prius, ea etiam quæ in aquis degunt.*

*Præterea euaporatio eo dicitur modo quo defluxiones, ſi igitur illæ minus recte ſe habent, neq; hæc ſane recte ſe habebit.*

*Quod igitur id quod in aere, & quod in aqua eſt humidum à ſapida ſiccitate accipiat quippiam, & non afficiatur, non eſt obſcurum: Etenim aer ſuapte natura humidus eſt.*

*Præterea, ſi eodem modo in aere ſicut in aliis humidis, ceu dilutum efficit ſiccum: clarum certe eſt, quod odores ſaporibus proportione conuenire neceſſe eſt.*

*Quod profecto in quibuſdam contingit. Aeris enim, & dulces ſunt odores, necnon auſteri & acerbi, & pingues. Amaris autem putridos proportione reſpondere quiſpiam recte affirmare poſſet. Quapropter vt illi ægre potantur, ſic ij ingrate odorantur. Manifeſtum igitur eſt quod illud quod in aqua eſt ſapor, hoc in aere & aqua odor eſt.*

*Et hanc ob cauſam frigus & congelatio ſapores obtundunt, & odores euaneſecere faciunt, quando quidem calidum, quod achitectatur, & mouet, frigus & gelu interimunt.*

## LECTIO XIII.

*SPecies autem rei odorabilis duæ ſunt, non enim vt quidam aſſerunt nullæ ſunt odorabilium*

*k* ¶ Manifeſtat, quod enchymum ſit actiuum odoris per affinitatem ad ſaporem. Et circa hoc tria facit. Primo proponit dicens, & ſi enchymũ ſimiliter faciet odorẽ in humido aqueo & in aere, ſicut ſiccũ terreſtre lauatum per humidum aqueum facit ſapores, manifeſtum eſt quod odores oportet proportionatos eſſe ſaporibus. Secundo ibi.

*l* ¶ Manifeſtat propoſitum adaptando odores ſaporibus. Et dicit, quod in quibuſdam hoc accidit manifeſte. Dicuntur enim acetoſi, & dulces, odores, & auſteri, & ſtyptici, & pontici, & craſſi, ſicut & ſapores: ſed amaros odores non dicimus, ſed putridi odores proportionabiliter reſpondent amaris ſaporibus, quia amari ſapores difficile ſorbentur. Putrida ſunt diaſana puruſta, id eſt difficilis reſpirationis. Vnde manifeſtũ eſt ex hac affinitate odoris ad ſaporem, quod ſicut ſapor fit in aqua, ita odor in aere & aqua. Tertio ibi.

*m* ¶ Probat prædictam affinitatem per impedimenta ſaporis & odoris, quia per frigus & congelationem, ſapores hebetantur & odores extenuantur, inquantum per prædicta aufertur calidum, quod generat & mouet odores, & ſapores, vt ex dictis apparet.

### LECTIO XIII.

*a* POſtquam Philoſophus determinauit generationem, & naturam odoris, hic determinat de ſpeciebus odorum. Et circa hoc duo facit. Primo determinat diuerſas ſpecies odoris. Secundo determinat modum odorandi: ibi, [ Et propter hoc fit per reſpirationem. ] Circa primum tria facit. Primo proponit eſſe aliquas ſpecies odoris. Secundo determinat de ſpeciebus odoris per conuenientiam ad ſpecies ſaporum: ibi, [ Hoc quidem enim eſt ſecundum ſapores. ] Tertiò determinat ſpecies, quæ ſunt odoris ſecundum ſe: ibi, Quidam autem ſecundum ipſos.] Dicit ergo primo,

quod duæ ſunt ſpecies odorabilis, vna quidem per conuenientiam ad ſapores, alia ſecundum ſe. Falſum eſt enim quod quidam dicunt, odorabile ſpecies non habere, ſed oportet determinate quomodo habeat, & quomodo non habet. Eſt enim determinate ſpecies odorum ſecundum cōuenientiam ad ſpecies ſaporum, vt ſupra dictū eſt, non autem ſunt determinatæ odoris ſpecies ſecundum ſe, niſi ſolum ſecundum diuerſa odorabilia: ſicut ſi dicamus alium eſſe odorem roſarum, & violarum, & aliorum huiuſmodi. Diſcernitur tamen in his odoribus delectabile & abominabile. Deinde cum dicit.

*b*¶Determinat de ſpeciebus odorum, quæ conſequuntur ſpecies ſaporum. Et dicit, quod inter odorabilia aliquid eſt odoratiuum ſecundum ſaporis ſpecies, vt ſupra dictum eſt, & ideo delectabile contriſtans eſt in eis ſecundum accidens, id eſt non inquātum habent odorem, ſed inquantum eorum odor ſignificat nutrimentum. Odor enim eſt quædam paſſio nutrimenti, ſicut & ſapor: animal enim diſcernit cōueniens nutrimentum à remotis per odorem, ſicut coniunctum per ſaporem. Et ideo huiuſmodi odores nō ſunt delectabiles animalibus repletis, & quæ cibo non indigent, ſicut nec eſca habens hos odores eſt his delectabilis, ſed animalibus appetentib. cibum, id eſt eſurientibus, vel ſitientibus ſunt huiuſmodi odores appetibiles, ſicut & cibus vel potus eſt eis appetibilis. Vnde manifeſtum eſt quod huiuſmodi odorabile habet delectationē, & triſtitiam ſecundum accidēs, ſicut dictum eſt, ſcilicet ratione nutrimenti. Et quia nutrimentum eſt commune omnibus animalibus, iccirco omnia animalia percipiunt hos odores; quod tamen intelligendum eſt de omnibus animalibus habentibus motum progreſſiuum, quæ neceſſario habent quærere alimentum ex longinquo per odorem, animalibus autem immobilibus ſufficit guſtus, & tactus ad diſcernendam conuenientiam alimenti. Deinde cum dicit.

*c*¶Determinat ſpecies odoris per ſe. Et primo ponit huiuſmodi ſpecies odoris. Secundo oſtendit à quibus animalibus percipiatur: ibi, [Hoc quidem igitur odorabile.] Circa primū tria facit. Primo proponit quod intendit. Secundo probat propoſitū: ibi, [Nihil enim magis.] Tertio excludit obiectionē cōtrariam: ibi, [Qui autē nunc commiſcent.] Dicit ergo primo,

cies odorabilis, ſed ſunt. Determinandum autem quomodo ſunt, & quomodo non ſunt.

*b* Hoc quidem enim eſt ſecundum ſapores ordinatum ipſorum, ſicut dictum eſt, & delectabile, & triſte habent ſecundum accidens. Quoniam enim nutritiui paſſio eſt, appetentibus quidem delectabiles odores eorum ſunt: plenis aūt & nihil indigentibus non delectabiles, neq; odores. Et eſca habēs odores quibuſcunq; non delectabilis, neq; his. Quare iſti quidem, velut diximus, ſecundum accidens quidem habent delectabile, & triſte, propter quod omnibus ſunt communes animalibus.

*c* Quidam autem odores ſecundum ſeipſos delectabiles ſunt, quemadmodum illi qui florum.

*d* Nihil enim magis vel minus ad eſcam inuitant, nec conferunt ad deſiderium quicquam, ſed contrarium magis. Verum enim eſt, quod Euripidem vituperans Stratis dixit: Quando lentem decoquis, non infundas myron.

*e* Qui autem nunc commiſcent ad potationes tales virtutes, vim faciunt per vſum delectationi: donec vtique à duobus ſenſibus fiat delectabile: quemadmodum vnum & ab vno.

*f* Hoc quidem igitur odorabile, proprium hominis eſt. Quod autem ſecundum ſapores ordinatum eſt, & aliorum animaliū eſt, ſicut dictum eſt prius. Et illorum quidem, quia ſecundum accidens habent delectabile, diuiduntur ſpecies ſecundum ſapores. Iſtius autem, nō iam propterea quod natura ipſius eſt ſe-

*ſpecies, ſed proculdubio ſunt; determinandum autem eſt, & quomodo ſunt, & quomodo non ſunt.*

*Aliud enim horum genus per ſapores (vt diximus) eſt ordinatum, & cum ſuaue, cum triſte per accidens habet, quoniam enim illius, quod alit, ſunt paſſiones, appetentibus qui-* G *dem ſuaues illorum ſunt odores; ſaturis autem & nullius indigentibus, neque odores ſunt ſuaues, neque id, quod odores habet, alimentum eiſdem ſuaue eſt, quamobrem ii quidem (vt diximus) ex accidenti ſuaue & triſte in ſe habent, quapropter omnium communes ſunt animantium.*

*Odorum autem nonnulli per ſe ſuaues ſunt, vt florum.*

H

*Siquidem magis aut minus nihil ad eſcas inuitant, neq; ad appetentiam quicquam conferunt, ſed cōtrarium efficiunt magis. Verum etenim eſt, quod in Euripidem cauillatus eſt Stratis, cum lenticula coquitur, vnguenti nihil infundito.*

*Atqui noſtri temporis homines tales* I *in poculis odorum miſcentes vires, aſſuetudine vim voluptati facere contendunt, vt à duobus ſuauitas proueniat ſenſibus, vt vna ab vnico.*

*Hoc autem odoris genus homini eſt proprium, cum illud, quod ſaporibus eſt applicitum, aliis etiam (vt dictum eſt) animalibus competat. Et illorum quidem ſpecies, quoniam ex accidenti ſuaue & triſte habent, per ſapores diſterminantur, huius autem*

K

F quod quidam odores ſunt delectabiles ſecundum ſeipſos, id eſt non per comparationem ad alimentum, ſicut fit de odoribus horum. Deinde cum dicit.

*d*¶ Probat, quod huiuſmodi odores ſunt ſecundum ſe delectabiles, quia ſcil. non habent conferre ad eſcam, vt videlicet appetētes eſcam magis his odorib. delectentur, & repleti minus. Neq; etiam huiuſmodi odores conferunt aliquid ad deſiderium eſcę, ſicut odores, de quibus ſupra dictum eſt, pro mouentes eſcæ appetitum, ſed magis accidit contrariū; quia per immixtionē horum odorabiliū, redditur eſca indelectabilis: quia frequenter quæ bene redolent ſecundum huiuſmodi odorem, ſunt mali ſaporis. Et inducit ad hoc verbum cuiuſdā poetæ Comici, qui Stratis dicebatur, qui in vituperium alterius poetæ, ſc. Euripidis, exquirentis cibaria nimis delicata parata, dixit: Quando lentem decoquis, nō infundas myron, id eſt vnguentum ſuauiter redolēs; quaſi dicat: nō oportet quod in pulmento tuo apponas aliqua ſuauiter redolentia. Deinde cum dicit.

*e*¶Excludit obiectionem quæ poſſet fieri propter conſuetudinem quorundam talia cibis admiſcentiū. Sed ipſe reſpondet dicēs, quod illi qui huiuſmodi virtutes, id eſt res odoriferas, commiſcent cibis & potibus, faciunt per conſuetudinem quādam violentiam naturali delectationi, vt ſc. perueniat ad hoc quod vnum & idem ſit delectabile duob. ſenſib. ſc. guſtui, & odoratui: ſicut naturaliter eſt vnum delectabile vni ſenſui. Deinde cum dicit.

*f*¶Oſtendit à quibus huiuſmodi odorabilia percipiantur. Et circa hoc tria facit. Primo proponit ꝙ intendit. Secundo aſſignat cauſam dictorum: ibi, [Cauſa autem eſt.] Tertio excludit obiectionem: ibi, [Cibus.] Dicit ergo primo, quod hoc odorabile, quod ſecundū ſe delectat, vel contriſtatur, eſt propriū hominis, quia ſc. ſolus homo huiuſmodi odorabilia diſcernit, & in eis delectatur, vel contriſtatur. Vnde quantum ad hoc abūdat in homine ſenſus odoratus præ aliis animalibus. Sed odor, qui coordinatur ſapori, competit etiam aliis animalibus, quæ in huiuſmodi odoribus diſcernendis, habent acutiorem ſenſum quam homo, & quantum ad hoc, ſupra dixit, quod ſenſum odoratus habemus peiorem aliis animalib. Et quia illi odores, qui coordinantur ſaporibus, habent delectationem per accidens ſc. per comparationem ad eſcā, ideo

ſpecies

ſpecies eorum diſtinxit ſecundum ſpecies ſaporum, quod nō contingit in his odoribus, qui ſecundum propriam naturam habent triſtitiam, vel delectationem, ſed huius odoris ſpecies diſtingui non poſſunt, niſi ſecundum odorabilia, vt dictum eſt. Deinde cum dicit.

g ¶ Aſſignat cauſam prædictorum, & dicit, quod odor ſecundū ſe delectabilis, eſt proprius hominis ad contemperandū frigiditatem cerebri ipſius. Homo enim habet maius cerebrum ſecundum quantitatem ſui corporis inter cætera animalia: cerebrum autē ſecundū ſuam naturam eſt frigidum: & ſanguis qui circa cerebrum continetur in quibuſdam ſubtilibus venis, eſt de facili infrigidabilis, & ex hoc contingit, ꝙ fumi reſoluti a cibo ſurſum aſcendentes, propter loci infrigidationem, inſpiſſantur infrigidati; & ex hoc cauſantur rheumaticæ infirmitates in hominib. & ideo in adiutoriū ſanitatis cōtra ſuperfluam cerebri frigiditatem attributa eſt iſta ſpecies odoris hominibus, & ſi quandoq; huiuſmodi odores grauent cerebrū, hoc eſt, quia non adhibentur ſecundum quod debent, ſed ſuperflue ipſum calefacientes faciunt nimiam reſolutionem, ſed ſi modo debito adhibeantur cōferunt ad ſanitatem: & hoc manifeſte apparet ex effectu, cum tamen nulla alia vtilitas appareat talis odoris, parum enim deſeruit intellectui perceptio talium odorum ad inueſtigandas naturas rerum, cui multum deſeruit viſus, & auditus, vt ſupra oſtēſum eſt. Deinde cum dicit.

h ¶ Excludit quandam obiectionē. Poſſet enim aliquis dicere, quod ad prædictū remedium ſanitatis ſufficeret aliqua ſpecies odorabilis, quæ coordinatur ſapori, ſed ipſe reſpondet, ꝙ illa ſpecies odoris, ꝗ eſt delectabilis, propter cibum multoties magis grauat caput, vel propter ſuperfluam ſiccitatem. Sed illa ſpecies odoris, quæ eſt ſecundum ſe delectabilis, ſemper eſt vtilis ad ſanitatem ex ſui natura. Addit autem (vt eſt dicere) propter indebitum vſum. Deinde cum dicit.

i ¶ Concludit ex prædictis debitum modum odorandi. Et primo in hominibus, & in aliis animalib. reſpirantibus, ſecundo

A in animalibus non reſpirantibus: ibi, [Quæ vero non reſpirant.] Circa primum tria facit. Primo proponit quod intendit; ſecundo aſſignat cauſam propoſitam quantum ad homines: ibi, [Aſſerentibus namque.] Tertio quantum ad alia animalia: ibi, [Aliis vero.] Dicit ergo primo, quod quia odor vtilis eſt ad contemperādum cerebri frigiditatem, ideo odoratio fit per reſpirationem, non quidem in omnibus animalibus, ſed in hominibus, & quibuſdam animalib. habentibus ſanguinem, ſicut in quadrupedibus, & auibus quæ etiam magis participant aerē. & naturam aeris, vt eorum motus demōſtrat. Deinde cū dicit.

k ¶ Manifeſtat cauſam quare odor percipitur reſpirando quantū ad homines. Et dicit quod odores aſcēdunt ad cerebrū, quia calor igneus qui reſoluit odores, dat eis quandam leuitatem, vt ſuperiora petant: & ex hoc ſequitur quędam ſanitas circa cerebrū. Odor enim habet virtutem calefaciendi propter calidum igneum a quo cauſatur, & reſoluitur. Vnde natura vtitur reſpiratione ad duo vt operoſe quidē, id eſt principaliter ad adiutorium thoracis, id eſt pectoris, & ad refrigerium caloris cordis. Vt aduentitie autem, id eſt ſecundario ad percipiendum odorem. Dum enim homo reſpirat, commouet aerem per nares attrahendo: & ſic facit pertranſire odores vſq; ad organum olfactus. Ideo autem tale genus eſt proprium naturæ humanæ, quia homo habet inter cætera animalia, ſecundum proportionem ſuæ magnitudinis, maius cerebrum, & humidius aliis animalib. & ideo ſolus homo inter cætera animalia ſentit, & delectatur in odoribus florum, & aliorum huiuſmodi odorum, & motus ad cerebrum reducet ad debitam menſuram hyperbolem, id eſt ſuper exceſſum frigiditatis & humiditatis cerebri. Addit autem vt eſt dicere, quia alia animalia fugiūt malos odores, inquantum ſunt corruptiui. Deinde cum dicit.

l ¶ Aſſignat cauſam odorandi per reſpirationem quantum ad alia animalia. Et dicit, ꝙ animalibus habentibus pulmonem, quæ ſola reſpirāt, natura dedit ſenſum alterius odoris, id eſt pertinentis ad cibum per reſpirationem, vt non faciat duo organa

cundum ſeipſam delectabilis, aut triſtis.

g Cauſa autem cur proprius ſit hominis talis odor, eſt propter frigus, quod circa cerebrum eſt. Frigido enim natura exiſtente cerebro & ſanguine, qui circa illud in anguſtis venis exiſtente ſubtili, & puro, de facili autem infrigidabili: propter quod & cibi fumoſitas infrigidata, propter locum, rheumaticas ægritudines facit hominibus, propter quod facta eſt iſta ſpecies odoris. Nullum enim aliud eſt opus ipſius quam hoc. Hoc autem facit manifeſte.

h Cibus enim delectabilis exiſtens & ſiccus & humidus multoties infirmans eſt. Qui autem ab odore ſecundum ſeipſum odor operi, quomodocunque ſe habeat, ſemper vtilis eſt, vt eſt dicere.

i Et propter hoc fit per reſpirationem nō omnibus, ſed hominibus, & ſanguinem habentibus, velut quadrupedibus, & magis participantibus naturam aeris.

k Aſcendentibus namque odoribus ad cerebrum propter leuitatem caloris, quę in ipſis, ſanius habent circa locum hunc. Odoris namque virtus natura calida eſt. Vtitur autem natura reſpiratione ad duo, vt operoſe quidem ad thoracis adiutorium, vt aduentitie ad odorem. Reſpirante enim ſicut ex tranſitu facit per nares motum. Proprium autem hominis naturæ tale genus odoris: quia plus cerebrum, & humidius habet aliis animalibus ſecundum magnitudinem, propter hoc enim & ſolum, vt eſt dicere, aliorum animalium homo, & gaudet florum & talium odoribus: cōmenſuratur enim eorum calor & motus ad hyperbolem eius quæ in loco frigiditatis, & humiditatis eſt.

l Aliis vero quæcunque pulmonem habent ob reſpirationem, alterius generis odoris ſenſum

*minime, quoniam eius natura ſuauis per ſe eſt, vel triſtis.*

*Cur autem homini proprius talis exiſtat odor, in cauſa eſt cerebri frigiditas, cum enim ſuapte natura frigidum ſit cerebrum, ſanguiſq;, qui in eius continetur venulis, tenuis ſit, & purus, & qui de facili algeat, &* B *propterea ciborum exhalatio ob loci naturam refrigerata, fluxionū morbos afferat, talis profecto odorum ſpecies hominibus ad ſanitatis ſubſidium eſt attributa; nullum enim aliud præter hoc illius eſt officium. Iſtuc autem manifeſtum fit.*

*Quoniam ſuauis plerumque cibus cum ſiccus, tum humidus morboſus eſt. Suauis autem per ſe odor quoquomodo ſe habentibus ſemper, vt ita di-* C *catur, eſt ſalubris.*

*Et hanc ob cauſam per reſpirationem fit non omnibus, ſed hominibus, & iis quæ ſanguinem habent quadrupedibus, quin etiam iis, quæ aereæ magis ſunt naturæ.*

*Cum enim propter caloris in ſe reperti leuitatem ſurſum ad cerebrum ferantur odores, locus certe ille ſalu-* D *brius ſe habet, odorum namq; vis ſuapte natura calida eſt. Ad duo autem natura ſpirandi vtitur opere, ex propoſito quidem ad pectoris auxilium, præter propoſitum autem ad odorem. ſpirante enim animali, ceu ex traiectu per nares efficitur motio. Hominis autem naturæ proprium eſt eiuſmodi odorum genus: quoniā pro magnitudine ampliſſimum & humidiſſimum animalium omnium habet cerebrum, & eam ob cauſam ſolus, vt ita dicatur, inter reliqua animalia, & ſentit, & delectatur florum, taliumque id genus odoribus,* E *homo, commenſurata enim illorum eſt caliditas & motio, ad ſuperfluentem loci illius humiditatem & frigiditatem.*

*Aliis autem quæcunque pulmones habent ſpirandi opera alterius odorū generis ſenſum cōceſſu natura, ne*

organa, vnum reſpirandi, & aliud odorandi, cum ſufficiat organum reſpirandi, etiam ad odorandum, ſicut hominibus, quantum ad duo genera odorabilium, ita etiam aliis animalibus quantum ad vnum tantum.

dedit natura, vt non duo ſenſoria faciat, ſufficit enim, quoniam quidem & vt reſpirantibus, quemadmodum hominibus vtrorumque odorabilium his alterorum ſolum exiſtens ſenſus.

## LECTIO XIV.

*a* QVæ vero non reſpirant, quod quidem habẽt ſenſum odorabilis, manifeſtum eſt. Etenim piſces & entomorum genus omne, diligenter ſentit de longe: propter nutrititiuam ſpeciem odoris; remota multum à propria eſca, quemadmodum apes faciunt ad mel, & paruarum formicarum genus, quas vocant quidam ſenipas, & marinorum purpuræ, & aliorum multa talium animalium acute ſentiunt eſcam propter odorem.

*b* Quomodo autem ſentiunt non ſimiliter manifeſtum, propter quod vtique dubitabit aliquis quomodo ſentiunt odorem, ſi ſpirantibus quidem omnibus ſit ſpirare vno modo. Hoc enim videtur in reſpirantibus accidens omnibus. Illorum autem nullum reſpirat, ſentiunt tamen, niſi aliquis præter quinque ſenſus alios, hoc autem impoſſibile. Odorabilis enim olfactus: illa vero hoc ſentiunt.

*c* Sed non forte eodem modo. Sed reſpirantibus quidem ſpiritus aufert ſuperiacens: quemadmodum cooperculum quoddã. Quare non ſentiunt non reſpirantia, his autem non reſpirantibus, ablatum eſt hoc. quemadmodum in oculis. Quædam enim animalium habent palpebras. quibus non reuelatis, minime poſſunt videre. Quæ autem habent duros oculos, non habent. Quare non egent vllo, quod illa reuelet, ſed vident à facultate exiſtente in illis ſtatim.

*duo ſenſiteria faceret, ſufficit enim quando ſic reſpirant, vt hominibus vtriuſq; olfactilis, ita iis alterius ſolum attributus ſenſus.*

## LECTIO XIV.

G *QVæcunq; vero nõ ſpirant, quod quidem olfactile ſentiant, manifeſtũ certe eſt; piſces enim & inſectorum genus vniuerſum exquiſite, & de longe, propter altricem odoris ſpeciem, ſentiunt multum etiam à peculiari eſca remota: vt apes in melle faciunt, magnarumq; genus formicarum, quas ſenipas quidam vocant, & ex marinis purpuræ, & pleraq; alia eiuſmodi propter odorem acute præſentiunt eſcas.*

H *Quæ vero re ſentiant, non æque eſt manifeſtum. Quamobrem iure quiſpiam ambigere poſſet, quanam re odores ſentiant, ſiquidem ſpirantibus olfacere vno contingit modo, hoc enim in iis quæ ſpirant apparet omnibus, illorum vero ſpirat nullum, cum tamen ſentiant, niſi forte quiſpiam præter quinq; alius eſt ſenſus; quod fieri non poteſt, olfactilis enim rei eſt olfactus, illa autem id ſane ſentiunt.*

I *Verum non eodem fortaſſe modo, ſed ſpirantibus quidem quod ſuperiacet, velut operculum remouet ſpiritus, quamobrem non ſentiunt, niſi ſpirent, ea autem, quæ non ſpirant, id ſane non habent, quemadmodum in oculorum natura percipere licet, ſiquidem animalia quædam palpebras habent, quæ niſi diducantur, cernere nequeunt. Quæ autem duros habent oculos illas non habent, ea*

K *propter nullo illas remouente indigent, ſed pro videndi facultate illico cernunt.*

## LECTIO XIV.

*a* POſtquam Philoſophus oſtendit ꝙ homines, & quædam alia animalia odorant reſpirando, hic inquirit quomodo animalia non reſpirantia odorant. Et circa hoc duo facit. Primo oſtendit quid circa huiuſmodi animalia ſit manifeſtũ, ſecundo quid circa ea ſit dubium: ibi, [Quomodo autem, &c.] Dicit ergo primo manifeſtum eſſe quod animalia, quæ non reſpirant, ſentiant odorabile, ex hoc, quod videmus piſces & omne genus entomorum, id eſt interceptorum animalium, ſicut ſunt formicæ, apes, & huiuſmodi, acute ſentire de lõge nutrimentum ſuum, quando diſtantia proprio cibo, plus quam per ꝓprium viſum poſſent id percipere. Vnde manifeſtum eſt, quod id percipiunt propter nutritiuam ſpeciem odoris, id eſt in quantum ſentiunt illã odoris ſpeciem, quæ proportionatur ſapori; & indicat qualitatem nutrimenti. Et ponit exemplũ de apibus, quæ longe mouentur ad ſuum cibum quærendum, ſcil. mel: & de quibuſdam formicis paruis, quæ habent ſex pedes, & de quibuſdam animalibus aliis, quæ purpuræ vocantur ꝓpter colorem; & ſimiliter multa animalia non reſpirantia inueniuntur, quæ acute à remotis ſentiunt ſuam eſcam propter odorem. Deinde cum dicit.

*b* ¶ Oſtendit, quid circa huiuſmodi animalia ſit dubium. Et circa hoc tria facit. Primo mouet dubitationem. Secundo ſoluit: ibi, [Sed non forte eodem.] Tertio manifeſtat ſolutionem magis per ſimile: ibi, [Similiter autem & aliorum.] Dicit ergo primo, quod cũ manifeſtum ſit quod prædicta animalia ſentiunt odorem, non eſt manifeſtum quomodo ſentiant odorem. Et ratio dubitationis eſt, quia omnia animalia reſpirantia percipiunt odorem vno modo, ſcilicet reſpirando. Hoc enim per experimentum apparet accidere in omnibus animalibus reſpirantibus. Sed circa prædicta animalia apparet, quod non reſpirant, & tamen ſentiunt odorabile. Poſſet autem aliquis aſſignare rationem, dicens quod quodam alio ſenſu, qui eſt

F præter quinque ſenſus nominatos, huiuſmodi animalia ſentiunt odorabile, & poſſet videri reſponſio probabilis, quia ſentire eſt pati quoddam: vnde diuerſus modus ſentiendi eſt quaſi diuerſus modus patiendi, qui indicat diuerſitatem, potentiæ paſſiuæ, ſicut diuerſus modus agendi ſignificat diuerſitatem virtutis actiuæ, videmus enim ꝙ quanto calor eſt fortior, tanto calefactio eſt vehementior, & ſic ex parte paſſiuorum, quæ alio modo patiuntur, aliam potentiam paſſiuam habere videntur: & ſic quæ alio modo ſentiunt videntur habere alium ſenſum. Sed quod alio modo ſentiant odorabile, eſt impoſſibile: quia vbi eſt idem ſenſibile, eſt idem ſenſus. Potentię enim diſtinguuntur ſecundum obiecta. Idem autem eſt ſenſibile, ꝙ ſentiſit vtraq; animalia, ſcil odorabile. Vnde non poteſt eſſe alius ſenſus. Deinde cum dicit.

*c* ¶ Soluit præmiſſam dubitationẽ per hoc quod idem odorabile ſentiunt cum eodem ſenſu, ſed non eodem modo. Conſiderandum enim eſt, quod modus ſentiendi poteſt diuerſificari dupliciter. Vno modo per ſe, quod eſt ſecundum diuerſam habitudinem ſenſibilis ad ſenſum, & talis diuerſitas in modo ſentiendi diuerſificat ſenſum: puta, quod vnus ſenſus ſentit ſenſibile coniunctũ, ſicut tactus: alius autem ſenſibile remotũ ſicut viſus. Eſt & alia diuerſitas in modo ſentiendi per accidens, quæ non diuerſificat ſenſum, & attenditur ſecundũ remotionẽ prohibentis, & talis diuerſitas in modo ſentiendi eſt in propoſito: quia in animalib. reſpirantibus, ꝑ reſpirationẽ remouetur quoddã, quod per modum cooperculi ſubiacet organo odoratus: & ideo quando non reſpirãt impediuntur ab odorando propter huiuſmodi cooperculum. Sed animalia non reſpirantia carent huiuſmodi cooperculo: & ideo nõ indigent reſpiratione ad odorandum: ſicut videmus in oculis, quod quædam animalia habent palpebras, quæ ſi non aperiantur, non poſſunt huiuſmodi animalia videre. Huiuſmodi autem palpebras dedit natura animalibus indigentibus acutiori viſu propter ſecuritatem oculi, vt oculus conſeruetur. Vnde animalia habentia duros oculos quaſi non indigentia acuto viſu, nõ habent huiuſmodi palpebras: & ideo non indigent aliquo motu aperiente palpebras ad videndum, ſed ſtatim oculi habent ad videndum facultatem, nullo remoto. Deinde cum dicit.

*d* ¶ Ma-

d ¶ Manifeſtat prædictã ſolutionem per aliud ſimile per olfactum, in quo eſt quædã alia diuerſitas inter animalia, quæ non diuerſificant ſenſum. Nullum enim aliorum animalium, præter hominẽ, grauiter fert ea, quæ habent fœtidũ odorem ſecundum ſeipſa, id eſt non per comparationẽ ad nutrimentum. Et hoc quidem ſuperius dixerat, Sed poterat eſſe circa hęc dubitatio ex hoc, quod quædam animalia videtur huiuſmodi fœtidos odores fugere. Et ideo repetit, vt hanc dubitationem remoueret, & dicit quod alia animalia non fugiunt odores ſecundum ſe fœtidos niſi per accidens, inquantum, ſc. accidit huiuſmodi fœtidum odorem eſſe corruptiuum. Cum enim odor cauſetur ex calido, humido & ſicco, vt ſupra dictum eſt, quandoq; contingit quod fœtidus odor prouenit ex magna diſtemperantia in prædictis qualitatibus, & ſic ſimul cum odore immutatur medium ad aliquam peſſimam paſſiuam diſpoſitionem, quæ corrumpit corpora aliorum animaliũ, ſicut & hominis q̃ quidem immutationem alia animalia ſentiunt per ſenſum tactus. & ideo fugiũt huiuſmodi fœtida. Et ponit exemplum, ꝙ homines patiuntur grauedinem capitis à fumo carbonũ, propter eius diſtẽperantiam, & quandoq; vſque ad corruptionẽ. Similiter eſt de ſulphure. Vnde animalia fugiunt huiuſmodi corruptiua propter paſſionem corporis, quam ſentiunt, ſed de ipſa fœditate odoris ſecundum ſe conſiderata non curant, quãuis multa terræ naſcentiũ habeant fœtidos odores, niſi ſecundum quod fœditas odoris repræſentat aliquid circa guſtum vel circa cõuenientiã ꝓprii nutrimẽti. Deinde cũ dicit.

d Similiter autem & aliorum animalium quodlibet, non ægre fert eorum odorem, quæ per ſe fœtida ſunt, niſi quid accidat corruptiuum exiſtens, ab his autem corrumpuntur. ſimiliter, quemadmodum & homines a carbonum fumo, patiuntur grauedinem capitis, & corrumpuntur multoties: ſic & à virtute ſulphuris & bitumine corrumpuntur alia animalia, & fugiunt propter paſſionem. Ipſam autem ſecundum ſeipſam nõ curant fœditatem: quamuis multa terræ naſcentium fœtidos habeant odores, niſi quid conferat ad guſtum vel ad edulium illis.

*Similiq; modo reliquorum animalium nullum, nullos per ſe male olentes odores moleſte fert, niſi forte pernitiem afferant; à talibus enim nonnulla interimantur, vt plerumq; homines qui ex carbonum halitu grauedinem incurrunt: & ſæpe numero pereunt, ita reliqua animalia à ſul-* B *phuris, bituminoſorumq; vi exanimantur. Quamobrem id incommodum declinare ſolent, cum de ipſa per ſe odoris fœditate nihil curent. At qui multa ex terræ naſcentibus grauem olentiam habent ſi quippiam illis ad guſtatum eſumue conferat.*

e Videtur autem ſenſus qui eſt odorandi, imparibus exiſtentibus ſenſibus, & numero impari habente medium & ipſe medius eſſe factiuorum, quemadmodũ tactus & guſtus & per alia ſenſitiuorum, velut viſus & auditus. Quare & odorabile nutritiuorũ eſt paſſio quædam, hoc autem in eodem genere, & audibilis & viſibilis. Quare & in aere & in aqua odorantur. Quare eſt odorabile commune aliquid horũ amborum, quod & tactuali ineſt, & perſpicuo, & audibili. Quare rationabiliter aſſimilata eſt ſiccitati enchymæ, quemadmodum color in humido & fuſibili, velut tinctura quædam & lotura. Quomodo quidem igitur ſpecies odorabilis oportet dicere, & quomodo non oportet, in tantum ſit dictum.

*Cùm autem impares ſint ſenſus, iſque numerus medium habeat, odorandi ſenſus medius ſane eſſe vide-* C *tur, cum tactilium, cuiuſmodi guſtatus, & tactus eſt: tum eorum, qui per aliud ſentiunt, qualis viſus eſt, & auditus, quamobrem olfactile nutrientium paſsio eſt quædam. Hæc autem in eodem ſunt genere; quo & audibilis res eſt, & viſibilis; propterea & in aere, & in aqua odorantur, & hanc ob cauſam olfactile commune quiddam horum eſt vtrorumq;, quod & tactili ineſt, & audibili & perſpicuo. Quamobrem non ſine ratione aſsimilatum eſt ſiccitatis eſſe in humido, & fuſili, ceu infectionem* D *quandam & loturam. Quonam modo ipſius olfactilis connumerandæ ſunt ſpecies, & quomodo non, hactenus ſit expoſitum.*

f Quod autem quidam Pythagoricorum dicunt, non eſt rationabile. Nutriri namq; dicunt quædam animalia odoribus.

*Quod autem Pythagoreorum quidam dixerunt, alit videlicet animalia quædam odoribus, rationi non eſt conſentaneum.*

g Primum quidem enim videmus quoniam cibum oportet eſſe compoſitum; etenim ea quę nutriuntur, non ſunt ſimplicia.

*Primo namque videmus, cibos omnes cõpoſitos eſſe oportere, ea enim quæ aluntur, ſimplicia nõ ſunt, quãobrem ciborum ſiunt excrementa,*

e ¶ Comparat ſenſum odoratus ad alios ſenſus; Et primo determinat veritatem. Secundo excludit errorem ibi, [Quod autem quidam.] Circa primum conſiderandum eſt quod ſecundum conſuetudinem Pythagoricorum Philoſophus vtitur huiuſmodi proprietate numeri ad oſtendendum comparationem ſenſuum. Numerus enim impar non poteſt diuidi in duo media, ſicut par, ſed in medio remanet aliquid indiuiſum inter duas partes æquales, ſicut in quinario remanet vnitas media inter duo, & duo. Cum autem ſenſus ſint in impari numero conſtituti, ſcil. quinario; duo eorum ſunt tactiui: quia ſcilicet ſentiunt ſuum ſenſibile coniunctum non per medium extraneum. ſcil. tactus & guſtus, duo autem eorum, ſcil. viſus & auditus ſentiunt ſuum ſenſibile remotum per alia, id eſt per extrinſeca media. Odoratus autem in medio v-

A trorumque, vnde & cum vtriſq; conuenit, cum tactu quidem & guſtu, qui ſunt ſenſus nutrimenti, vt dicitur in Secundo de Anima, inquantũ odorabile eſt quædam paſſio nutritiuorũ, ſecundum quod odor proportionatur ſapori. Et ſic tangibilia, & guſtabilia ſunt in eodem genere cum odoribus, & eſt idem genus viſibilis, & audibilis & odorabilis, inquantum, ſc. vtraq; cognoſcuntur per mediũ extraneũ. Vnde odorãt animalia per aerem, & aquam, ſicut vident & audiunt. Et ſic patet quod odorabile eſt aliquid communẽ vtriſq;. Ineſt enim tactuali, ſecundũ quod eſt paſſio nutrimenti, & ſic concurrit in eodem cum tangibili, & guſtabili qualitate, & ſimiliter ineſt perſpicuo, & audibili, id eſt percipitur per mediũ perſpicuũ, per quod videtur, & per quod etiam auditur, id eſt per aerem, & aquam: licet non inquantum huius ſunt perſpicua, ſed inquantum ſunt ſuſceptiua enchymæ ſiccitatis, vt ſupra dictum eſt. Et ideo à quibuſdam rationabiliter iſta duo aſſimilantur, vt eſſe enchymę ſiccitatis odoriferę humido aqueo & fuſibili, id eſt aereo; propter facilem diffuſionẽ ſic ſicut tinctura quædam, quæ refertur ad imutationẽ medii à colore: & ſicut lotura, quæ refertur ad ſapores, q. ſc. odor habet conueniẽtiam cum vtriſq;. Et hoc epilogando concludit dictũ eſſe quomodo oporteat diſtinguere ſpecies odorabilis, & quomodo non, inquantum ſcil. accipiuntur odores ſecundũ ſeipſos. Deinde cum dicit.

f ¶ Excludit errorem, & circa hoc tria facit. Primo narrat erroneam opinionem, ſecundo improbat eã: ibi, [Primum quidem enim.] Tertio reſpõdet tacitę obiectioni: ibi, [Quod quidem igitur.] Dicit ergo primo, non eſſe rationa-

E bile quod quidam Pythagorici dixerunt, quædam animalia nutriri odoribus, ſecundum quos, odoratus non eſſet medius inter ſenſus, vt dictũ eſt, ſed omnino connumerandus eſt ſenſibus nutrimenti. Mouebãtur autem ad hoc dicendum, quod videbant homines, & animalia confortari odoribus. Deinde cum dicit.

g ¶ Improbat prædictam opinionem duabus rationibus. Quarum prima eſt; quia oportet cibum compoſitum eſſe ex pluribus elementis. Simplicia enim elementa non nutriunt: quia animalia, quæ ex his nutriuntur, compoſita ſunt ex quatuor elementis. Ex eiſdem autem nutritur aliquid, ex quibus eſt, vt dictum eſt in Secundo de Generatione. Et per huiuſmodi ſignum concludit, quod ex cibis generatur aliqua ſuperfluitas interius, ſicut patet in animalibus, intra quorum

cor-

corpora ſunt quædam loca deputata ad congregationem ſuperfluitatum, vel exterius, ſicut in plantis, quorum ſuperfluitas ſtatim exterius emittitur, ſicut patet de gummis arborum, & de aliis huiuſmodi. Si autem aliquod animal, vel planta nutriretur ſimplici elemento, nulla fieret ſuperfluitas, cum non ſit ibi aliqua difformitas partium. cum autem nullum elementum ſit aptum nutritioni propter ſimplicitatem, adhuc amplius aqua habet ſpeciale impedimẽtum, quare ſola non poſſit nutrire, ſine commixtione alicuius terreſtris, ſicut agricultores adhibent fimũ, vt aqua commixta nutriat plantas, quia nutrimentum conſtituit, & generat aliquid in ſubſtantia nutriti. & ideo oportet quod ſit aliquid corporale, & ſolidum. quod non competit aquæ. Vnde aqua ſola non poteſt nutrire, & multo minus aer. vnde relinquitur quod odor nutrire non poſſit. Manifeſtum eſt enim, ꝙ odor cum ſit qualitas ſecundum ſe non poteſt nutriendo cõſtituere ſubſtantiam, niſi forte ratione ſuſceptiui, quod eſt aer, vel aqua. Et ſi odor eſſet euaporatio, vel fumalis exhalatio, vt Antiqui dixerunt, adhuc ratio remanet, quia vtrumque pertinet ad naturam aeris, vt ſupra dictum eſt. Secundam rationem ponit ibi.

*h* ¶ Et dicit, quod in omnibus animalibus eſt aliquis locus, in quo primo recipitur cibus, ſcil. ſtomachus vnde deriuatur ad ſingulas partes corporis. Quia vero animalia plurima, reſpirando odorant, ſi cõſideremus ipſum odorabile, manifeſtũ eſt quod ſentitur organo circa cerebrum exiſtente, vt ſupra dictum eſt. Ipſe autem aer reſpiratus, cum quo odor attrahitur, vadit ad locum reſpirantium, id eſt ad pulmonem. Manifeſtum eſt autem, quod in animalibus, neq; cerebrum, neq; pulmo eſt locus recipiens cibum. Vnde manifeſtum eſt quod odor non nutrit: conformat autem propter immutationem, quæ eſt à calido humido & ſicco, & propter delectationem, ſicut & malus odor corrumpit, vt ſupra dictum eſt. Deinde cum dicit.

*i* ¶ Reſpondet tacitæ obiectioni. Poſſet enim aliquis obiicere, ſi odor non nutrit: ergo ad nihil eſt vtilis. Sed ipſe reſpondet, quod licet non nutriat, tamen confert ad ſanitatem, ſicut manifeſtum eſt ad ſenſum, & per ea quæ ſupra dicta ſunt. Vnde concludit quod ſicut ſapor ordinatur ad nutritionem, ita odor ad ſanitatem. Vltimo autem epilogando concludit quod dictum eſt de ſenſibilibus, ſecundum vnumquodque organum ſenſus.

Quare & ſuperfluitas ſit cibi, aut in ipſis, aut extra, ſicut in plantis. Amplius vero neq; aqua vult ipſa ſola nutrire, incõmixta exiſtens. Corporale enim aliquid oportet eſſe conſtitutum. Amplius multo minus rationabile eſt aerem corpulentum fieri.

*h* Cum his autem, quoniam omnibus eſt animalibus locus receptiuus cibi, à quo quando cibus egreditur, recipit corpus. Odorabilis autem ſenſitiuum in capite, & cum ſpirituali intrat fumoſitate. Quare ad ſpiratiuum vadet vtiq; locum.

*i* Quod quidem igitur non conferat ad nutrimentum odorabile ſecundum quod odorabile: manifeſtum eſt Quod autem ad ſanitatem, & ex ſenſu & ex dictis, manifeſtũ eſt. Quare, quod ſapor in nutritiuo & ad ea, quæ nutriuntur, hoc eſt ad ſanitatem odorabile. Secundum vnumquodque quidem igitur ſenſitiuum, determinatum ſit hoc modo.

*LECTIO XV.*

*a* OBiiciet autem aliquis. Si omne corpus in infinitum diuiditur, & paſſiones ergo ſenſibiles, puta, color, & ſapor, & odor, & grauitas, & frigiditas, & calidum, & leue, & durum, & molle.

*b* Aut impoſſibile. Actiuum enim eſt vnumquoque ipſorum ſenſus. In eo enim quod poſſunt mouere illum, dicuntur omnia. Quare neceſſarium ſenſum in infinita diuidi, & omnẽ magnitudinem eſſe ſenſibilem. Impoſſibile enim album quidem videre, non autem quantum.

*aut in ipſis, aut extrinſecus, vt in ſtirpibus. Præterea neq; aqua ipſa ſolitarie alere poteſt nulli commixta; corpulentum enim quiddam quod conſtituitur eſſe oportet, multo autem minus rationabile eſt, aerem fieri corpulentum.*

G *Ad hæc autem, quod omnibus ineſt animalibus alimẽti capax locus, vnde trahens accipit corpus, at odoris in capite eſt ſenſiterium, & ſpirabili cum halitu ingreditur, iccirco ad reſpirantem perueniet locum.*

*Quod igitur alimento olfactile vt olfactile eſt, nihil conferat, clare patet, quod vero valitudini, & ex ſenſus teſtimonio, & ex retrodictis, eſt manifeſtum. Quamobrem quod ſapor eſt in altrici re, & ad ea quæ a-*
H *luntur, hoc eſt ad valitudinem olfactile. Et hoc certe modo de vnoquoq; ſenſiterio ſit pertractatum.*

LECTIO XV.

*DVbitabit autem quiſpiam, ſi omne in infinitum diuiditur corpus, nunquid etiam ſenſibiles paſſiones, vt color & ſapor, & odor, & ſonus, grauitas quin etiam, & fri-*
I *gidum, & calidum, & leue & aſperum, & molle.*

*An hoc fieri non poteſt, ſenſationis nanq; illorum vnumquodq; eſt effectiuum: ita enim denominantur omnia, quoniam ſenſum mouere poſſunt. Quamobrem ſi ipſa poteſtas, & ſenſum etiam ipſum in infinitum ſecari neceſſe eſt, & omnem magnitudinem eſſe ſenſibilem, fieri enim poteſt vt album quidem cernatur, non autem ſit quantum.*

F *LECTIO XV.*

*a* POſtquam Philoſophus determinauit de organis ſenſuũ & de ſenſibilibus, hic determinat quaſdam quæſtiones circa ſenſum & ſenſibilia. Et primo mouet quandam quæſtionem circa ipſa ſenſibilia, ſecundo mouet alia circa immutationem ſenſus à ſenſibili: ibi, [Obiiciet vtique aliquis.] Tertio mouet tertia circa ipſum ſenſum: ibi, [Eſt autem quædam obiectio.] Circa primum tria facit. Primo mouet quæſtionem. Secundo inducit rationes ad quæſtionem: ibi, [aut impoſſibile.] Tertio ſoluit: ibi, [de ſolutione autem eorum.] Dicit ergo primo, quod omne corpus in infinitũ diuiditur: hoc enim eſt de ratione continui, vt patet in Libro Phyſicorum. Qualitates autẽ ſenſibiles, quæ paſſiones dicuntur, vt dicitur in prædicamentis, ſunt in corpore aliquo ſicut in ſubiecto. Eſt ergo quæſtio quã quis obiicere poteſt, vtrum & ipſæ qualitates ſenſibiles, ſcil. color, & ſapor, & alia huiuſmodi in infinitum diuidantur. Deinde cum dicit.

*b* ¶ Obiicit ad quæſtionem motam. Et primo ad oſtendendum quod qualitates ſenſibiles non diuiduntur in infinitũ. Secundo ad oppoſitum: ibi, [ſi enim nõ ſit.] Tertio excludit quandam ſolutionẽ: ibi, [ſed ſi hęc habent ſic.] Dicit ergo primo, quod impoſſibile videtur, qualitates ſenſibiles diuidi in infinitum, quia vnaquæq; prædictarum ſenſibilium qualitatum eſt nata agere in ſenſum. In hoc enim propria ratio vniuſcuiuſque earum conſiſtit vt moueat ſenſum, ſicut ad rationem coloris pertinet quod poſſit mouere viſum. Si ergo prædictæ qualitates in infinitum diuiduntur,
K conſequens erit quod ſenſus, id eſt ipſum ſentire, in infinitum diuidatur, ſecundum quod moueri diuiditur in infinitum ſecundum diuiſionem magnitudinis, ſecundum quam aliquid mouetur, & ita ſequeretur, quod ſicut id quod mouetur pertranſit quamlibet magnitudinem, ita ſentiens ſentiret omnem magnitudinem quantumcunq; paruam, & ſic omnis magnitudo eſſet ſenſibilis. Subdit autem rationem quare nõ concludit etiam puncta eſſe ſenſibilia, quia impoſſibile eſt videre album quod non ſit quantum, & eadem ratio eſt de ſenſibilib. aliis. Huius autẽ ratio eſt, quia ſenſus eſt virtus in magnitudine, cum ſit actus organi corporei. & ideo nõ poteſt pati niſi ab habente magnitudinẽ. Actiuũ enim debet eſſe proportionatum paſſiuo. Relinquit autem pro inconuenienti omnem magnitudinem eſſe ſenſibilem; ꝙ quomodo ſit intelligendum, infra patebit. vnde concludi poteſt, ꝙ qualitates ſenſibiles non diuiduntur in infinitũ. Deinde cũ dicit.

*l* ¶ Ob-

c Si enim non ſic, vtique contingeт aliquod corpus nullum habens colorem, neque grauedinem, neq; talem aliam paſſionem. Quare nec omnino ſenſibile, hæc enim ſenſibilia ſunt. Senſibile igitur erit compoſitũ, nec ex ſenſibilibus, ſed neceſſe. Non enim ex mathematicis.

d Amplius quo adiudicabimus hoc aut cognoſcemus? An intellectu? ſed non intelligibilia. Nec enim intelligit intellectus quæ exterius, niſi cum ſenſu.

e Sed ſi hæc habent ſic videntur teſtificari illis, qui indiuiſibiles faciunt magnitudines. Siquidem vtique ſoluetur ſermo: ſed hoc impoſſibile. Dictum eſt enim prius in Sermonibus, qui ſunt de Motu.

f De ſolutione autem eorum ſimul manifeſtum erit, & quare terminatæ ſint ſpecies coloris, & ſaporis, & ſonorum, & aliorum ſenſibilium. Quorũ enim ſunt vltima, neceſſe eſt terminata eſſe quę intus. Contraria autem ſunt vltima. Omne autem ſenſibile habet contrarietatem, velut in colore, album & nigrum, in ſapore dulce & amarum, & in alijs itaque omnibus ſunt vltima, quæ contraria.

g Continuum quidem igitur ad infinita diuiditur inæqualia, ad æqualia vero finita. Quod autem non ſecundum ſe continuum, in ſpecies finitas.

h Quoniam ergo paſſiones quidem vt ſpecies dicẽdæ ſunt, exiſtunt autem in continuitate, & in his ſumendum, ꝙ potentia & actu eſſe aliud, atque aliud eſt. Et propter hoc decimum milleſimum milii latet viſum. quamuis viſus ſuperueniat. Et qui in

A *Si autem non hoc ſe habet modo, quippiam continget eſſe corpus nullum habens colorem, neq; grauitatem, neque aliam id genus paſsionem. Quamobrem neq; omnino erit ſenſile: eiuſmodi enim ſunt quæ ſentiuntur: ſenſile igitur ex non ſenſibilibus erit conſtitutum. Atqui neceſſe eſt,*

B *non enim ex mathematicis.*

*Præterea, quanam re diiudicabimus hæc & cognoſcemus, an intellectu; ſed non ſunt intelligibilia, neque intelligit mens quæ extra ſunt, niſi cum ſenſu.*

*Præterea, ſi hæc ita ſe habent, fidem facere iis videntur, qui indiuiduas faciunt magnitudines, ita enim diſſoluetur ratio, verum id fieri non poteſt. De huiuſmodi autem re dictum eſt in Sermonibus de Motu.*

C

*Simul autem cum iſtorum ſolutione palam fiet cur finitæ ſunt ſpecies, & coloris, & saporis, & ſonorum, & aliorũ etiam ſenſiliũ. Quorum enim ſunt extrema, quæ interiacent, finita eſſe neceſſe eſt. Porro contraria ſunt extrema. Omne autem ſenſile contrarietatem habet, vt in colore album & nigrum, in ſaporibus dulce & amarum; & in aliis ſane omnibus extrema ſunt contraria.*

D

*Continuum etenim in infinita ſecatur inæqualia, finita vero æqualia. Quod autem per ſe continuum non eſt, in ſpecies finitas.*

*Quoniam autem paſsiones quidem vt ſpecies ſunt dicẽdæ, cõtinuitas autem illis ſemper ineſt, ſumendũ ſane eſt, quod poteſtate & actu eſſe diuerſum eſt. & hãc ob cauſam decies millena Milii cũ aſpicitur, latet portio. Atqui viſio totum id percurrit. Nec minus in Dieſi latet ſonus, licet cõti-*

c¶ Obiicit ad oppoſitum duabus rationibus. Quarum prima talis eſt. Si qualitates ſenſibiles non diuidantur, cõtingit eſſe aliquod corpus minimum, tranſcendens diuiſionem ſenſibilium qualitatum, nullam habens ſenſibilem qualitatem, id eſt neq; colorem, neq; grauitatem, neq; aliquod aliquid huiuſmodi; & ita huiuſmodi corpus non erit ſenſibile, quia ſolæ prædictæ qualitates ſunt ſenſibiles. Cum igitur huiuſmodi parua corpora ſint partes totius corporis, ꝙ eſt ſenſibile, ſequitur quod corpus ſenſibile ſit compoſitum nõ ex ſenſibilibus; ſed neceſſe eſt ſenſibile corpus ex ſenſibilibus componi. Non enim poteſt dici, ꝙ corpus ſenſibile cõponatur ex mathematicis, ſc. corporib. in quibus conſideratur quantitas, ſine qualitatibus ſenſibilibus. Relinquitur ergo, quod oportet qualitates ſenſibiles in infinitum diuidi. Secundam rationem ponit ibi.

d¶ Et procedit ratio ſua ex hoc quod anima nata eſt cognoſcere omnia, vel ſecũdum ſenſum, vel ſecundum intellectũ, vt habitũ eſt in Tertio de Anima. Si ergo prædicta minima corpora, quæ tranſcendunt diuiſionem qualitatum ſenſibilium, non fuerint ſenſibilia, vtpote ſenſibilibus qualitatibus carentia, non poſſunt iudicari, niſi per intellectum, vt cognoſcantur per ipſum; ſed nõ poteſt dici, quod ſunt intelligibilia. Nihil enim eorũ, quæ ſunt extra animam intellectus intelligit, niſi cum ſenſu eorum, id eſt ſimul ea ſentiendo. Si ergo huiuſmodi minima corpora non ſentiuntur, intelligi non poterunt. Dicit autem hoc ad excludendũ opinionem Platonis, qui poſuit formas intellectas eſſe extra animã. Secundum autẽ Ariſtot. res intellectæ ſunt ipſæ naturæ rerũ, quæ ſunt in ſingularibus, quæ quidẽ ſecundum ꝙ in ſingularib, ſunt, cadunt ſub apprehenſione ſenſus, intellectus autem apprehendit huiuſmodi naturas abſtracte, & attribuit eis quaſdam intentiones intelligibiles, ſc. eſſe genus vel ſpecies, quæ quidem intentiones ſunt ſolum in intellectu, non autem exterius. Vnde ſolus intellectus eas cognoſcit. Deinde cum dicit

e¶ Excludit falſam reſponſionem. Poſſet enim aliquis dicere, ꝙ ex quo, poſita diuiſione magnitudinis in infinitũ, ſequitur incõueniens, quicquid dicatur de ſenſibilibus qualitatibus, ſiue ꝙ diuidantur in infinitum, ſiue quod non, videtur hoc atteſtari opinionem illorum, qui ponũt aliquas magnitudines indiuiſibiles. Per hunc enim modum prædicta dubitatio ſoluetur. Si enim corpus non eſt diuiſibile in infinitum, non ſequetur aliqua corpora eſſe ſenſibilia, ſi in infinitum non di-

A uidetur qualitas ſenſibilis. Sed hoc eſt impoſſibile ſc. aliquas magnitudines eſſe indiuiſibiles, vt patet per ea, quæ dicta ſunt in ſermonibus de Motu, id eſt in ſexto Phyſi. Deinde cum dicit.

f¶ Soluit prædictam quæſtionem, quam mouerat de diuiſione ſenſibilium qualitatum. Et primo agit de formali diuiſione earum, quæ eſt generis in ſpecies, ſecundo de diuiſione quantitatiua: ibi, [Continuum quidem igitur.] Dicit ergo primo, quod cum ſolutione prædictarum dubitationum, ſimul manifeſtãdum erit quare ſunt finitæ ſpecies coloris, & ſaporis, & aliorũ huiuſmodi, hoc enim ſupra determinandum promiſerat. Et huius rationem aſſignat; quia ſi eſt deuenire ad vltimum ex parte vtriuſque extremi, neceſſe eſt ea, quæ in medio ſunt, eſſe finita, vt probatum eſt in Primo Poſte. Manifeſtum eſt autem quod in quolibet genere ſenſibilium, eſt quædam contrarietas, quæ eſt maxima diſtantia, & ideo contraria oportet eſſe vltima, ſicut in colore, album & nigrum; in ſapore, dulce & amarum, & in aliis ſimiliter. Vnde relinquitur quod ſpecies mediæ ſunt finitæ. Deinde cum dicit.

g¶ Soluit prius motam quæſtionem de diuiſione quantitatiua ſenſibilium qualitatũ. Et primo præſupponit quædam. Secundo procedit ad ſoluendũ: ibi, [Quoniam igitur paſſiones.] Circa primum præſupponit duo. Quorum primũ eſt, quod continuũ quodammodo diuiditur in infinita, alio modo in finita. Si enim fiat diuiſio in partes æquales; non poterit diuiſio in infinitum procedere; dummodo continuum ſit finitum. Quia ſi ab v-

E noquoq; finito ſemper ſubtrahatur aliquid ad menſurã palmi, totaliter conſumetur. Si vero fiat diuiſio ꝑ partes inæquales, procedit diuiſio in infinitũ, puta ſi totũ diuidatur in dimidiũ, & iterũ dimidium, in dimidium, ꝙ eſt quarta pars totius, in infinitũ procedet diuiſio. Secunda ſuppoſitio eſt, ꝙ id quod non eſt ſecundum ſe continuum, ſed per accidens, ſicut color & alia huiuſmodi, diuiditur per ſe quidem formaliter in ſpecies finitas, ſicut paulo ante dictum eſt. Deinde cum dicit.

h¶ Procedit ad ſoluendum principalem quæſtionem, quæ erat de diuiſione ſenſibilium qualitatũ. Et quia ad hanc quæſtionem, rationem aſſumpſerat ex apparentia ſenſus, ideo primo inquirit de diuiſione in infinitum quantũ ad ipſum ſentire, ſecundo excludit propoſitum, quantum ad ipſa ſenſibilia: ibi, [Cum autem vtiq;.] Circa primũ duo facit. Primo inqui-

inquirit vtrum ſentire procedat in infinitum ſecundum partes exiſtentes in toto: Secundo, vtrum ſecundum partes ſeparatas: ibi, [Separatæ.] Dicit ergo primo, quod quia paſſiones, id eſt, ſenſibiles qualitates dicendæ ſunt quaſi quædam species & formæ, quæ non ſunt infinitæ ſecundum ſe conſideratæ ſicut dictum eſt. & cũ exiſtunt in continuo ſicut in ſubiecto, ſecundum cuius diuiſionem per accidens diuidũtur, conſequẽs eſt quod ſicut in continuo aliud eſt in actu, ſicut pars ſeparata, & aliud in potentia, ſc. pars in cõtinuo exiſtens nõ ſeparata, ita etiam in his qualitatibus, quę ſunt diuiſibiles per accidẽs, pars ſeparata eſt actu exiſtens, vnde poteſt actu ſentiri; pars autẽ indiuiſa eſt in potentia, & ideo nõ ſentitur in actu. Et inde eſt, ꝙ quamuis ſuperueniat viſus, tamen aliqua pars eius minima, puta decima milleſima latet viſum. & ſimiliter quamuis totus cantus continuus audiatur, tamẽ auditum aliquid latet partiũ de cãtu, puta dyeſis, ꝙ eſt minimum in melodia, quaſi diſtãtia q̃dam toni & ſemitoni, huiuſmodi autem diſtantia media inter vltima latet. Et ita eſt in aliis ſenſib. quod ea quæ ſunt omnino parua, latent omnino ſenſum. Sũt enim ſenſibilia in potentia, non autem in actu, niſi quando ſeparantur, ſicut videmus in magnitudinibus quod linea vnius pedis eſt in potentia in linea bipedali: ſed tunc eſt actu quando diuiditur à toto. Patet autem ex præmiſſis falſum eſſe quod quidam Mathematici dicunt, quod nihil ſimul totum videtur, ſed viſus pręcurrit per partes viſibiles ac ſi videret ſit continuũ, ſicut & moueri. Decipiuntur autem in hoc quod partes continui non ſunt viſibiles actu, ſed ſolum in potentia. Vnde viſus vtitur toto viſibili vt quodam modo vno indiuiſibili in ſuo genere, niſi forte vtatur partibus non diuiſis vt diuiſis, ſicut cũ ſigillatim inſpicit vnamquamq; Sed tamen nec in hoc procedit viſus vſque ad quaſcunque minimas partes, quia ſic ſenſus diuideretur in infinitũ, quod ſupra dimiſſum eſt pro inconuenienti. Deinde cum dicit.

*i* ¶ Oſtendit quod etiam partes ſeparatæ non ſunt in infinitũ ſenſibiles. Et primo ex parte ipſarum partium. Secundo ex parte ipſius ſenſus: ibi, [Quinimo.] Dicit ergo primo, quod ſi partes in paruitate ſuperabundantes, ſeparantur à toto, rationabiliter videtur quod non poſſunt permanere, propter paruitatem virtutis conſeruãtis: quia virtus corporalis diuiditur ſecundum diuiſionem magnitudinis vt patet in Septimo Phy. *Te.com.38.* & ideo illa minima ſeparata conuertuntur in corpus continens, puta aerem vel aquam, ſicut patet de aliquo liquore ſaporoſo, qui infunditur mari. Et ex hoc patet, quare corpus mathematicum eſt diuiſibile in infinitum, in quo conſidera- F tur ſola ratio quantitatis, in qua nil eſt repugnans diuiſioni infinitæ. Sed corpus naturale, quod cõſideratur ſub tota forma, non poteſt in infinitum diuidi; quia quando iam ad minimum deducitur, ſtatim propter debilitatem virtutis conuertitur in aliud, vnde eſt inuenire minimam carnem, ſicut dicitur in Primo Phyſic. *Te.com.1.* nec tamẽ corpus naturale cõponitur ex mathematicis, vt obiiciebatur. Deinde cum dicit.

*k* ¶ Oſtendit propoſitum ex parte ipſius ſenſus. Ad cuius euidentiam ſciendũ eſt, quod quanto virtus ſenſitiua eſt excellentior, tanto minorem immutationem organi à ſenſibili percipit. Manifeſtũ eſt autẽ, quod quanto minus eſt ſenſibile, tãto maiorem immutationem facit organi, & ideo indiget excellẽtiori virtute ſenſus ad hoc ꝙ ſentiatur in actu. Manifeſtum eſt autem quod potẽtia ſenſitiua non creſcit in infinitũ ſicut nec aliæ virtutes naturales. Vnde etiam ſi corpora ſenſibilia in infinitum diuiderẽtur, tamen non ſemper inueniretur ſuperabundãtia ſenſus in excellentia virtutis, ſecundum ipſam ſuperabundantiam ſenſibilis in paruitate, nec etiã hoc eſſet ſuperabundanti paruitate ſenſibilis ſeparata remanente: quia ſuperabundãs paruitas ſenſibilis, eſt in potentia vt ſentiatur à certiori & perfectiori ſenſu, qui ſi non adſit, non poterit actu ſentiri, ſed tamen erit ſenſibile, quantũ eſt in ſe: iã enim ex quo ſeparatum eſt, habet potentiã actiuã ad immutandũ ſenſum, & quãdo ſenſus adueniet ſentietur in actu. Sic igitur patet verũ eſſe ꝙ ſupra dixit nullam magnitudinẽ eſſe inuiſibilẽ, ſc. quantum eſt in ſe, q̃uis ſit inuiſibilis propter defectũ viſus. Concludit ergo quod dictũ eſt, K quod quædam magnitudines & paſſibiles qualitates lateant ſenſum, & propter quam cauſam, & quomodo ſint ſenſibilia, & quomodo non. Deinde cum dicit.

*l* ¶ Concludit ex præmiſſis, quod cum aliquæ partes ſenſibilium corporum, hoc modo habeant quantitatem vt ſint actu ſenſibilia, non ſolum in toto exiſtentes, ſed etiam diuiſim, neceſſe eſt huiuſmodi partes ſint finitæ ſecundum aliquem numerũ, ſiue in coloribus, ſiue in ſaporib. ſiue in ſonis. Et ſic ſecundum ꝙ actu ſunt ſenſibilia, in infinitum non diuiduntur.

dyeſi ſonus latet, quamuis continuus exiſtens auditur omnis cantus. Diſtãntia vero intermedii ad vltima latet. Similiter autem & in aliis ſenſibilibus, parua omnino. Potentia namque, viſibilia ipſa, actu autem nõ, niſi poſtquam fuerint ſeparata. Etenim ineſt potentia, quæ pedalis bipedi, actu autem iam diuiſa.

*nuata omnis auditur cantio. Interuallum autem illius quod eſt in medio ad extremos, latet. Similiq; rationis modo quæcunq; in aliis ſenſibilibus valde ſunt exigua, poteſtate ſane viſilia ſunt, actu vero, poſtquam fuerint ſeparata; poteſtate enim pedalis linea in bipedali continetur, actu autem, cum iam eſt diuiſa.*

G

*i* Separatæ autem tantæ ſuperabundantiæ rationabiliter vtiq; reſoluuntur in continentia, vel ut minimus ſapor mari infuſus.

*Seiugati vero tales exceſſus rationabiliter reſoluuntur in continens, vt ſi puſillus ſapor in mare infundatur.*

*k* Quinimo, quoniam neq; ſenſus ſuperabundantia ſecundum ipſam ſenſibilis, nec ſeparata. Potentia enim ineſt certiori ſuperabundantia, nec tãtum ſenſibile ſeparatum erit actu ſentiri, ſed tamen erit ſenſibile. Potentia enim eſt iam & actu erit adueniens. Quod quidem igitur quædam magnitudines, & paſſiones latent, & propter quã cauſam & quomodo ſenſibilia, & quomodo non, dictum eſt.

*Cæterum, quoniam ſenſus exceſſus non eſt per ſe ſenſilis, neq; etiam ſeparatus, exceſſus enim poteſtate in exq̃ſitiori ineſt ſenſu, neq; huiuſmodi ſeparatum ſenſile actu ſentiri cõtinget, ſed nihilominus erit ſenſile: poteſtate enim iam exiſtit, & actu* H *erit cum acceſſerit. Quod igitur magnitudines quædam & paſſiones latent, & qua de cauſa, & quomodo ſenſiles, & quomodo non, dictum eſt.*

*l* Cum autem vtique in exiſtentia ſic quanta quædam ſint, vt actu ſenſibilia ſint, & nõ ſolum in toto, ſed & ſeorſum: finitas neceſſe eſt ſecundum aliquem numerum & colores, & ſapores, & ſonos eſſe.

*Cum autem inerint alicui tantæ quædam, quæ actu ſenſiles ſint, & nõ ſolum in toto, ſed ſeparatim exiſtant, has numero finitas eſſe neceſſe eſt, colores inquam, & ſapores, & ſonos.*

I

## *LECTIO XVI.*

*a* OBiiciet autem vtique aliquis igitur. Perueniunt autem ſenſibilia, vel motus, qui à ſenſibilibus qualitercunque fiat ſenſus, cum operentur in medium primo, quemadmodum odor videtur facere &

## LECTIO XVI.

*DVbitare autem quiſpiam poſſet, an perueniant vel ſenſilia ipſa, vel illorum motiones quocunq; e ſenſus fiat modo cum initio in medium agant, quemadmodum odor & ſonus facere videntur, prius enim qui proximus eſt odorem*

## *LECTIO XVI.*

*a* POſtquam Philoſophus proſecutus eſt quæſtionem primam pertinentem ad ipſa ſenſibilia, hic accedit ad quæſtionem ſecundam, quæ pertinet ad immutationem ſenſus à ſenſibilibus. Et circa hoc tria facit. Primo mouet quæſtionem, ſecundo argumentatur ad ipſam: ibi, [Quemadmodum & Empe.] Tertio ſoluit: ibi, [Vel circa ſonum.] Circa primũ conſiderandum eſt, ꝙ ſicut ſupra habitum eſt, quidam poſue-

poſuerunt ſenſum immutari à ſenſibilibus per modum cuiuſdam defluxus, ita quod ipſa ſenſibilia & defluentia ab eis, perueniunt vſque ad ſenſum. ipſe vero poſuit quod ſenſibilia per modum cuiuſdam alterationis immutant mediũ, ita quod huiuſmodi permutationes perueniunt vſque ad ſenſum. Eſt ergo

*Lectio 5.*

quæſtio qualitercunque fiat ſenſus, vtrum vel ipſa ſenſibilia ſecundum aliorum opinionem, vel immutationes, quę ſunt à ſenſibilib. ſecundum ſuã opinionẽ, primo perueniant ad medium, quam ad ſenſum. Et hoc non habet dubitationẽ in auditu, & odoratu. Manifeſtum eſt enim, ꝙ aliquis de propinquo prius ſentit odorem, & ſimiliter ſonus poſterius peruenit ad auditum quam faciat ictus percuſſionis, quæ cauſat ſonum, ſicut manifeſte poteſt percipere, qui percuſſionem inſpicit ex longinquo. Manifeſtum eſt etiã, quod in guſtu & tactu hæc quæſtio locũ non habet, quia non ſentiunt per medium extrinſecum. Vnde dubitatio videtur eſſe de ſolo viſu, vtrũ ſcilicet viſibile, & lumẽ, quod facit videre, prius perueniat ad medium, quam ad ſenſum, vel ad quemcunque terminum. Deinde cum dicit.

*b* ¶ Obiicit ad quæſtionem motã. Et primo argumentatur ad partem falſam quæſtionis, ſecundo excludit quandam falſam ſolutionem, ibi, [Et ſi omne ſimul.] Argumentatur autem ad quæſtionem primo per auctoritatem Emped. qui dixit quod lumen, à Sole progrediens, primo peruenit ad medium quam viſum, qui videt lumen, vel ad terram, quæ videtur per lumen, & vltra quam radius Solis non procedit. Et hanc quidem opinionem tetigit in Secundo de Anima, ſed improbauit

*Tex.cō.70.*

eam per hoc, quod in tam magno ſpatio, ſicut eſt, ab oriente vſque ad nos, latere nos temporis ſucceſſionem impoſſibile eſt. Secundo ibi.

*c* ¶ Argumentatur ad idem per rationem. Et dicit quod hoc videtur rationabiliter accidere, ſcilicet quod viſibile, vel lumen primo perueniat ad medium quam ad viſum. Videtur n. eſſe quidã motus ipſius viſibilis, vel luminis peruenientis ad viſum. Omne autem quod mouetur ab aliquo in aliud, ita ſe habet ꝙ prius ſit in termino à quo mouetur, & poſterius in termino ad quem mouetur: alioquin, ſi ſimul eſſet in vtroque termino, nõ moueretur de vno in aliud. Prius autem & poſterius in motu, numeratur tempore: ergo neceſſe eſt eſſe aliquod tẽpus in quo viſibile, vel lumen mouetur à corpore viſibili, vel illuminante vſque ad viſum: omne autem tempus eſt diuiſibile, vt probatũ

*Tex. cō.36.*

eſt in 6. Phyſ. Si ergo accipiamus medium illius tẽporis, adhuc radius luminis, vel ipſius viſibilis, nondum peruenit ad viſum. Sed adhuc mouebatur per mediũ, quia oportet diuidi per magnitudinem, per quam aliquid mouetur ſecundum diuiſionẽ temporis, vt probatum eſt in 6. Phyſ. Deinde cum dicit.

*d* ¶ Excludit quandam inſufficientem reſponſionem. Poſſet n. aliquis putare ꝙ ſenſibilia non prius perueniãt ad mediũ, q̃ ad ſenſum, q̃a ſenſus ſimul percipit ſenſibile abſq; ſucceſſione ita ꝙ in auditione nõ prius eſt audire q̃ auditũ eſſe, ſicut in ſucceſſiuis prius eſt moueri q̃ motũ eſſe. Sed ſimul dũ aliquis audit, iã audiuit, q̃a in inſtanti perficitur tota auditio & vniuerſaliter hoc eſt verum in omni ſenſu, ꝙ ſimul, ſ. aliquod ſentit & ſenſit.

A Et hoc ideo, quia non eſt generatio eorum, ſed ſunt abſq; fieri. Illorum enim dicitur eſſe generatio ad quorũ eſſe peruenitur per aliquem motum ſucceſſiuum, ſiue illius ſucceſſiui motus ſit ipſa eorum forma terminus, ſicut albũ dicitur generari, quia per ſucceſſiuam alterationem peruenitur ad albedinẽ, ſiue ipſa diſpoſitio ad formam ipſorum ſit motus ſucceſſiui termini, ſicut ignis & aqua dicuntur generari, quia diſpoſitiones ad formam ipſorum, quæ ſunt qualitates elemẽtales, per alterationem ſucceſſiuam acquiruntur. Illa vero incipiunt eſſe abſque hoc quod generentur, vel fiant quæ nec ſecundum ſe, nec ſecundum aliquas diſpoſitiones p̃cedentes in ipſis per motum ſucceſſiuum cauſantur, ſicut dextrum cauſatur in aliquo nullo ſucceſſiuo motu præexiſtente in ipſo: ſed quodã alio facto ſibi ſiniſtro. Similiter & aer incipit illuminari nullo motu ſucceſſiuo præexiſtente in ipſo, ſed ad præſentiam corporis illuminantis. Et ſimiliter ſenſus incipit ſentire, nullo motu in ipſo præexiſtente, ſed ad debitam oppoſitionem ſenſibilis. Et ideo ſimul aliquis ſentit, & iam ſenſit. Nihilominus tamen propter hoc non oportet quod ſenſibilia, vel motus ſenſibilium, abſque ſucceſſione ſenſibilium perueniant ad ſenſus: manifeſte enim apparet, quod ſimul aliquis audit, & audi-

D uit ſtatim, & tamen ſonus, non ſtatim facto ictu, qui cauſat ſonum, peruenit ad auditum. Et hoc fit manifeſtum per transfigurationem literarum, quando alicuius locutio auditur ex longinquo, ac ſi ſonus vocis literatæ deferatur per medium ſucceſſiue. Propter hoc enim audientes ſonum, non videntur auditu diſcreuiſſe literas prolatas: quia aer motus in medio transfiguratus, quaſi admittens impreſſionem primo ſonantis, quod quidem contingit quandoque propter aliquã aliam aeris immutationẽ, ſicut cũ multis loquentibus non poteſt diſcerni quod aliquis eorum dicat, propter hoc quod motus inuicem ſe impediunt, quandoque vero contingit propter diſtantiam. Sicut enim actio calefacientis, in remotioribus debilitatur, ita etiam immutatio aeris, quæ eſt à primo ſonante, ex quo contingit quod ad illos, qui ſunt prope loquentem, perfecte contingit ſonus locutionis cum debita expreſſione

E literarum, ad remotos autem cum quadam confuſione. Videtur igitur ſimiliter ſe habere, & de colore, & de lumine: quia etiam color, & lumen non videntur quomodocunque ſint diſpoſita ſecundũ ſitũ, ſed requiritur determinata diſtãtia. Sicut enim locutiones à remotis audiuntur abſque diſcretione literarum, ita etiam corpora videntur à remotis abſq; diſcretione diſpoſitionis ſingularũ partium. Nec eſt ita de relatione viſus & viſibilis, ſicut de relatione ęqualitatis, ad hoc enim ꝙ aliqua ſint ęqualia, non requiritur aliquis determinatus ſitus, ſed qualitercunq; varietur eorum ſitus, ſemper manent eodẽ modo æqualia. Nec differt vtrũ ſint prope, vel longe. Videtur ergo quod ſicut transfiguratio literarum manifeſtat ſonũ ſucceſſiue peruenire ad auditum, quamuis poſtquam iam peruenerit ſimul audiatur, ita etiam imperfecta viſio viſibilium remotorum videtur ſignificare, quod color, & lumen ſucceſſiue perueniant ad viſum, quamuis ſimul videantur.

ſonus. Nam qui prope eſt prius ſentit odorem. Et ſonus poſterius ictu venit. Num igitur ſic & viſibile, & lumen?

*b* Quemadmodum & Empedoc. dicit attingere prius quod à Sole lumen ad medium, priuſquam ad viſum, aut ad terram.

*c* Putabitur autem vtique hoc rationabiliter accidere. Quod enim mouetur ab aliquo, in aliquid mouetur. Quare neceſſe eſt quoddã tempus eſſe, in quo mouetur ab altero in alterum. Tẽpus aũt diuiſibile, quare erat quando nõdum videbatur: ſed adhuc ferebat̃ radius in medio.

*d* Et ſi omne ſimul audit & audiuit, & omnino ſentit & ſenſit, & non eſt generatio eorum, ſed ſunt abſque fieri. tamen nihilominus, quemadmodum ſonus iam facto ictu, nondum apud auditum. Manifeſtat autem hoc & literarum transfiguratio, tanquam facta latione in medio. Non enim dictum videtur audiuiſſe, quia transfiguratur aer cũ fertur. Num ergo ſic & color, & lumen? Non enim in eo q̃d quocumque habet hoc videt, hoc vero videtur, quemadmodum æqualia ſunt. Nullũ enim oportet alicubi vtrunque eſſe. Æqualibus enim exiſtentibus non differt vel prope, vel longe inter ſe inuicem eſſe.

*ſentit, & poſt percuſſionem, exauditur ſonus, nunquid ſic, & id quod videtur, & ipſum lumen?*

*Vt Empedocles aſſerit Solis lumen prius ad medium peruenire, quam ad viſum, aut ad terram.*

*Iſtud autem non immerito contingere exiſtimabitur.* B *Quod enim mouetur alicunde aliquo mouetur, quamobrem aliquod intercedere tempus neceſſe eſt, in quo ex altero mouetur ad alterum, omne autem tempus eſt diuiſibile, quare erat, quando non cernebatur radius, ſed adhuc in ipſo medio ferebatur.*

*Et ſi omne ſimul audit & audiuit, & omnino ſentit, & ſenſit, nullaque iſtorum eſt generatio, ſed ſine ortu ſunt, nihilominus ſunt vt ſonus qui facta percuſſione auditui nondum adeſt. Id autem oſtẽdit literarum transfiguratio, quaſi in medio fiat translatio,* C *minus enim, quod dictum eſt, percepiſſe videtur, quoniam delatus transfiguratur aer. Num igitur & color, & lumen ſic ſe habent? non enim reſpectu aliquo hoc quidem videt, illud autem videtur, vt ſunt æqualia, non enim vtrunque alicubi eſſe oporteret. Nihil enim refert, quæ ſunt æqualia propinqua, an loginqua ſibi inuicem eſſe.*

*¶ Hic ponit veram ſolutionẽ, oſtẽdens differentiam viſus ad alios duos ſenſus, qui ſunt per media exteriora, ſ. auditum, & olfactũ. Et diuiditur in partes duas. Primo nanq; aſſignat differentiam viſus ad auditũ, & odoratũ, ſecundo excludit obiectionẽ, ibi, [Rationabiliter aũt.] Prima pars diuiditur in duas ſecũdũ duas differẽtias, quas ponit, ſecũda incipit, ibi, [Omnino autem, nec ſimiliter.] Dicit ergo primo, ꝙ rationabile eſt hoc accidere circa ſonum, & odorem, ꝙ ſucceſſiue perueniant. Cuius rationẽ aſſignat ex hoc, quod aer, & aqua (quę ſunt media, quibus hmõi ſenſibilia deferuntur ad ſenſus) ſunt quidem ſecundũ ſuã ſubſtantiam cõtinua, ſed tamẽ in eis poſsũt fieri motus ab inuicẽ diuiſi. qd contingit pp facilem diuiſionẽ aeris & aquæ, ſicut patet in motu proiectionis, vt Philoſophus oſtendit Septimo Phyſic. in quo ſunt multi mot⁹, multa mouentia, & mota. Nã vna pars aeris mouetur ab alia, & ſic ſunt diuerſi motus ſibi inuicẽ ſuccedentes, quia pars aeris mota adhuc remanet mouens, poſtquam ceſſat mouenti: & ſic non oẽs motus partium aeris ſunt ſimul, ſed ſibi inuicẽ ſuccedunt, vt oſtẽditur in 8. Phyſi. Et hoc etiã apparet in ſono, qui cauſatur ex quadã aeris percuſſione, nõ tamen ita quod totus aer, qui eſt medius, vno motu moueatur à percutiente; ſed ſunt motus multi ſibi ſuccedentes ex eo quod vna pars primo mota, mouet aliã. Et inde eſt quod quodãmodo idem eſt quod audit primus, qui eſt propinquus percuſſioni cauſanti ſonum, & extremus, qui eſt remotus, quodam autem modo non idem. Apud quoſdam enim videtur de hoc eſſe dubitatio. quia quidam dicunt, quod cum diuerſi per diuerſa organa ſentiant, impoſſibile eſt quod idem ſentiant, qđ quidem verum eſt, ſi referatur ad id, quod proxime mouet ſenſum, quia diuerſorum ſenſus immutantur immediate à diuerſis partibus medii ſibi propinquis: & ita intercipitur hoc, & diſtinguitur illud, quod vnus ſentit, ab eo quod ſentit alius. Si vero accipitur id, quod primo mouet medium, ſic erit vnum idem quod omnes ſentiũt, ſicut vnius percuſſionis ſonum audiunt omnes, ſiue propinqui ſiue remoti, & ſimiliter vnũ corpus odoriferum puta cothonium, vel thus in igne ardẽs odorant oẽs, ſed id, quod iã proprie peruenit ad vnumquemq; eſt alterum numero: ſed eſt idem ſpecie, quia ab eadẽ forma primi actiui, omnes hmõi immutationes cauſantur. Vnde ſimul multi vident, & odorant, & audiunt idẽ ſenſibile, per diuerſas immutationes ad eos peruenientes. Huiuſmodi aũt quæ perueniunt ad ſingulorum ſenſus, non ſunt corpora defluentia à corpore ſenſibili, vt quidam poſuerunt, ſed ſingulum eorũ eſt motus & paſſio medii immutati per actionem ſenſibilis. Si n. eſſent diuerſa corpora, quæ ad diuerſos per defluxũ peruenirent, non accideret hoc, quod ſcilicet idem oẽs ſentirent, ſed vnum ſentiret, ſ. ſolum corpus ad ipſum perueniens. Et quamuis non ſint corpora, non tamen ſunt ſine corpore, vel medio, quaſi paſſo & moto à ſenſibili, quaſi primo mouente & agente. Sic ergo per prædicta patet, quod ſonus peruenit ad auditum

e Vel circa ſonum quidẽ & odorẽ hoc accidere rationabile eſt. Quemadmodum n. aer & aqua continua quidem, partibiles autem amborum motus, propter quod, & eſt quidem vt idem audit primus & extremus, & odoratur: eſt autem quodam modo nõ. Videtur aũt quibuſdam eſſe obiectio & de his. Impoſſibile n. dicunt quidam alium idem audire, & videre, & odorari qđ alius. Non enim poſſibile eſſe multos & ſeorſum exiſtẽtes, audire & odorari. Nam quod vnũ eſt, ipſum à ſe ipſo ſeiunctum eſſet, vel mouens primum: puta † cothonium, vel thus, vel ignẽ, eundem & vnum numero ſentiunt omnes. Id autem quod iã propriũ, alterum numero, ſpecie aũt idẽ eſt. Quare ſimul multi vident, & odorant, & audiunt. Sunt autem neq; corpora hæc, ſed paſſio & motus quidã. Non enim vtique hoc accideret, nec ſine corpore. De lumine autem alia eſt ratio. Per eſſe enim aliquod lumen eſt, ſed non motus aliquis.

† *Tintinabulum.* *Tex. 9.*

f Omnino aũt nec ſimiliter in alteratione ſe habet & latione, lationes nanq; rationabiliter in medium prius perueniunt. Videtur autem ſonus lati eſſe cũiuſdam motus, quęcũq; vero alterantur, non iã ſimiliter. Contingit n. ſimul totum alterari, & non dimidium prius, velut aquam ſimul omnem congelaſcere. Attamen ſi fuerit multũ, quod caleſit, aut congelatur,

*Tex.com.9.*

*An in ſono quidem & odore hoc accidere rationi eſt cõſonum. Quemadmodum enim aer & aqua continua quidem ſunt, partibilis autem nihilominus vtrorumque eſt motus. Quamobrem contingit quidem vt id ipſum audiat & odoretur primus & poſtremus, contingit autem vt non, ſed nonnullis hac in re videtur ineſſe* G *difficultas, fieri enim non poſſe aſſerunt alium alio idem audire aut videre, & olfacere, fieri enim haudquaquam poteſt, vt multi & ſeparatim exiſtentes audiant vel odorentur, id enim quod vnum eſt, à ſemetipſo diſtractum eſſet, an primum quidem mouens, vt tintinabulum, vel thus, vel ignem, omnes vnum & idem numero ſentiunt, quod autem iam eſt proprium, aliud numero, ſpecie vero idem. Quamobrem multi ſimul aſpiciunt, odorantur, & audiunt. Sunt autem hæc neque corpora, ſed paſſio-* H *nes & motus quidam, non enim iſtuc contingeret, neque ſine corpore. De lumine autem alia eſt ratio, eo enim quod quiddam eſt, ipſum lumen eſt, ſed non motus quiſpiam.*

*Non ſimiliter autem omnino ſe habet res in alteratione, & translatione, translationes enim rationabiliter in medium prius deueniũt, ſonus autem translati cuiuſdam apparet eſſe motus. Quæcumque vero alterantur non ſimili fuerit modo, contingit nã-* I *que ſimul totũ alterari, & nõ prius dimidiũ, vt in aqua, quæ ſimul gelatur. Verũtamen ſi fuerit, multum id quod caleſcit, aut gelatur, proximum, à*

F per multos motus partium medii ſibi inuicem ſuccedentes, & ſimile eſt de odore, niſi quod mutatio fit per alterationem medii: immutatio aũt ſoni per motũ localem: ſed de lumine eſt alia ratio. Non n. per motus ſibi ſuccedentes in diuerſis partibus medii peruenit lumen vſq; ad viſum, ſed per vnum aliquod eſſe, i. per hoc ꝙ totum medium, ſicut vnum mobile, mouetur vno motu à corpore illuminante. Sed non eſt ibi motus, qui ſuccedat motui, ſicut dictũ eſt de odore, & ſono. Huiuſmodi aũt differentiæ ratio eſt, quia quod recipitur in aliquo ſicut proprio ſubiecto, & naturali, põt in eo permanere & eſſe principiũ actionis. Quod aũt recipitur in aliquo ſolum ſicut aduentitia qualitas, non poteſt permanere, nec eſſe principium actionis: quia vero formæ ſubſtãtiales ſunt principia qualitatum, & omnium accidentiũ, illa qualitas recipitur in ſubiecto aliquo ſecundum eſſe propriũ & naturale, quæ diſponit ſubiectum ad formam naturalẽ, cuius eſt ſuſceptiuũ, ſicut aqua ratione ſuæ materiæ, eſt ſuſceptiua formæ ſubſtantialis ignis, quæ eſt principium caloris. Et ideo calor recipitur in aqua, diſponens ipſam ad formam ignis, & ideo remoto igne adhuc aqua remanet calida, calefacere potẽs: & ſimiliter odor recipitur in aere & aqua: & ſonus in aere ſecundum ſuum eſſe proprium & naturale, & ſecundum quod aer & aqua immutantur ab enchyma ſiccitate & aer à percuſſione alicuius corporis. Et inde eſt quod ceſſante percuſſione, remanet ſonus in aere. & remoto corpore odorifero adhuc ſentitur odor in aere, propter hoc quod pars aeris immutata ad ſonum, vel ad odorem poteſt aliam ſimiliter immutare, vt ſic fiant diuerſi motus ſibi inuicem ſuccedentes: ſed diaphanum non eſt ſuſceptiuum formæ ſubſtantialis corporis illuminantis, puta Solis, qui eſt prima radix luminis, neque per receptionem luminis diſponetur ad aliquam formam ſubſtantialem. Vnde recipitur lumen in diaphano ſicut quædam qualitas aduentitia, quæ nõ remanet abſente corpore illuminante, nec poteſt eſſe principium actionis in aliud. Vnde vna pars aeris non illuminatur ab alia, ſed totus aer illuminatur à K primo illuminante, quantum poteſt ſe extendere virtus illuminantis, & ideo eſt vnum illuminatum & vna illuminatio totius medii. Deinde cum dicit.

f ¶ Oſtendit ſecundam differentiam. Et dicit quod ſi vniuerſaliter loquamur de alteratione, id eſt loci mutatione, nõ ſimiliter ſe habet in vtroque, quia loci mutationes rationabiliter perueniunt prius ad medium magnitudinis, ſupra quam eſt motus, quam ad vltimum, quia ſcilicet loci mutatione eſt motus de extremo magnitudinis ad extremum eius. vnde oportet quod mobile in medio temporis pertingat ad medium magnitudinis, & tunc ratio ſuperinducta locum habet in loci mutatione. Sonus autem cõſequitur quendam motum localem, inquantum ſcilicet ex percuſſione cauſante ſonum, cõmouetur vſque ad auditũ, & ideo rationabile eſt, quod ſonus prius perueniat ad medium, quam ad auditum. Sed in his, quę

alterantur

habitum ab habito patitur. Primum aūt ab ipſo alterante tranſmutari neceſſe eſt, & ſimul alterari, & ſubito. Eſſet autem vtique & guſtare, quemadmodum odor, ſi in humido eſſemus, & remotius adhuc priuſquam tangeremus, ipſum ſentiremus.

*g* Rationabiliter autem inter quæ, & ſenſorium eſt mediū aliquod, non ſimul omne patitur, B niſi in lumine, ꝓpter prædicta. Propter idem autem & de viſione ſimiliter dicendum eſt. lumen enim facit vt videamus.

*coniuncto patitur, cum primū ab ipſo mutetur alterante, & non ſimul & ſubito alterari neceſſe eſt. Cæterum ſi in humido eſſemus, guſtandi ratio ſicut odoris eſſet, & remotius etiam ante illius contactum ſentiremus.*

*Rationi autem conſentaneum eſt, vt quorum ſenſiteris interiacet medium ea non ſimul pati, lumine tamē excepto, ob antedictam cauſam, quod in ipſo etiam videndi opere ob idipſum ſit dictum. Lumen enim facit vt videamus.*

## *LECTIO XVII.*

*a* EST autē & alia quædā obiectio talis circa ſenſus. Vtrum contingat duos ſimul ſentire in eodem & indiuiſibili tempore, vel non?

*b* Si autem ſemper maior motus minorē depellat, propter quod C delata ſub oculis non ſentiunt, ſi fuerint vehemēter in aliquid intendentes, vel timētes, vel audientes multum ſonū hoc itaq; ſupponatur. Et quod vnumquodque magis eſt ſentire ſimplex exiſtens quam commixtū, velut vinum merum quam tēperatum, & mel, & colorem, & netem ſolam, quam in diapaſon, quia obſcurant ſemuicem. hoc autem faciunt ea, ex quibus vnum aliquid fit. Si itaque maior minorem motum D

## LECTIO XVII.

*EST præterea de ipſis ſenſibus & alia quædā huiuſmodi difficultas, an contingat duo ſimul ſentire in eodem indiuiduoque tempore, nec ne?*

*Si igitur maior motio minorem extrudit, & propterea ob oculos delata non ſentiunt homines, ſi in vehementiori fuerint meditatione, ſiue timuerint, ſeu magnum audiuerint fragorem, hoc itaque poſitum ſit. Item quod vnumquodque ſentire contingit magis cum ſimplex eſt quā cum eſt commixtum, vt vinum quod meracius eſt quam quod eſt mixtum, ſimiliter & mel & colorem & ſolitariā magis netē quam in Diapaſon, quoniam ſibi inuicem officiunt, id autem illa efficiunt, ex quibus vnum quippiam ſit. Si igitur maior minorem extrudit motionem, neceſſe eſt,*

alterantur non ſimiliter ſe habet. Termini n. alterationis non A ſunt ipſa extrema magnitudinis. Et ideo non oportet, ꝙ tēpus alterationis per ſe loquendo, cōmenſuretur alicui magnitudini, ita ꝙ in medio temporis, motus perueniat ad medium magnitudinis, ſuper quam fit motus, quia hoc nō eſt dare in alteratione, quæ non eſt motus in quantitate vel in vbi: ſed in qualitate: neque ad mediū magnitudinis, quæ mouetur. contingit n. aliquando ꝙ totū corpꝰ ſimul alteratur, nō aūt dimidiū eius priꝰ ſicut videmus ꝙ tota aqua ſimul congelatur. Sicut n. in motu locali tempus cōmenſuratur diſtantiæ magnitudinis, ſup quam tranſit motus, & ſecūdum diuiſionem eius diuiditur, vt ꝓbatur in 6. Phyſ. ita etiam in alteratione, tēpus cōmenſuratur diſtantiæ terminorum. Et ideo maius tēpus requiritur cæteris parib. ad hoc ꝙ de frigido fiat calidū q̄ ad hoc ꝙ de tepido fiat calidū. Et ideo, ſi aliqua extrema ſunt, inter quę nō ſit accipere medium, oportet quod de vno extremo in aliud fiat trāſitus abſq; medio. Contradictio aūt eſt oppoſitio, cuius non eſt medium ſecundū ſe, vt dicitur in primo Poſter. & eadem rōne de priuatione ſuppoſita aptitudine ſubiecti cū priuatio nihil aliud ſit q̄ negatio in ſubiecto. Vnde oēs mutationes, quarū termini ſunt eſſe & non eſſe, vel priuatio & forma: ſunt inſtantaneæ, & nō poſſunt eſſe ſucceſſiuæ. In alterationibus enim ſucceſſiuis attenditur ſucceſſio ſecūdum diſtantiam vnius contrarii ab alio per determinata media, in qua quidem diſtantia tota magnitudo corporis, in quam poteſt immediate virtus primi alterantis, conſideratur ſicut vnum ſubiectum, quod ſtatim ſimul incipit moueri. Sed ſi ſit corpus alterabile tam magnum, quod virtus primi alterantis poſſit ipſum attingere ſecundum totum, ſed ſecundum partem eius, ſequitur quod prima pars primo alterata, alterabit conſequenter aliam. Et ideo dicit qđ ſi fuerit multum corpus, quod calefit, vel quod cōgelatur, neceſſe eſt quod habitum patiatur ab habito, i. quod conſequēs pars ab immediate præcedēte alteretur. Sed prima pars alteratur ab ipſo primo alterante: & ſimul, & ſubito: quia ſ. non eſt ibi ſucceſſio ex parte magnitudinis: ſed ſolū ex parte cōtrariarū qualitatū, vt dictū eſt. Hæc aūt eſt cauſa, quare odor prius E peruenit ad medium quam ad ſenſum, quamuis hoc fiat per alterationem ſine motu locali, quia corpus odoriferū non pōt ſimul immutare totum medium, ſed immutat partem vnam, q̄ immutat aliā, & ſic ſucceſſiue peruenit immutatio vſq; ad olfactum per plures motus, vt ſupra dictum eſt. Et eſſet ſimile in guſtu, ſicut in odoratu, ſi nos viueremus in humido aqueo, qđ ſolū ſuſceptiuū eſt ſaporis, ſicut in aere qui eſt ſuſceptiuꝰ odoris, & ſi iterū poſſet ſentiri ſapor per alterationē medii à remotis, antequā tāgeremus corpus ſaporoſum, ſicut cōtingit circa odoratū. Videtur aūt quod hic dicitur eſſe cōtrarium ei, per ꝙ Philoſophus probat in 6. Phyſ. Omne ꝙ mouetur eē diuiſibile, qa pars eiꝰ eſt in termino à quo, & pars in termino ad quē. Sic igitur videtur, ꝙ dum aliquid alteratur de albo in nigrū, quādo vna pars eius eſt alba, altera ſit nigra, & ſic nō pōt eſſe ꝙ totū ſimul alteretur, ſed pars poſt partē. Dicūt aūt quidā ꝙ intētio Philoſophi eſt ibi oſtēdere, nō quidē ꝙ vna pars mobilis ſit in termino à quo, & alia in termino ad quē: ſed ꝙ mobile ſit in vna parte termini à quo, & in alia parte termini ad quē, & ſic in alteratione non oportet qđ vna pars mobilis prius alteretur q̄ alia, ſed qđ totū mobile, quod alteratur, puta de albo in nigrū habeat partem albedinis & partem nigredinis. Hoc autem non conuenit intentioni Ariſto. quia per hoc non probaretur directe quod mobile eſſet diuiſibile, ſed quod termini motus ſint aliqualiter diuiſibiles, nec etiam competit verbis, quibus vtitur, ſicut patet diligenter literam eius intuenti, in qua manifeſte hoc refert ad partes mobilis. Et ideo aliter dicendum eſt, quod demonſtratio illa intelligitur de motu locali qui eſt vere & ſecundum ſe continuus. Agit enim Ariſto. in 6. Phyſic. de motu ſub ratione continui, motus vero augmenti & alterationis non ſunt ſimpliciter continui, vt dictum eſt in 8. Phyſ. Vnde in alteratione non verificatur illud Ariſt. dictū omnino, ſed ſolū ꝙ accipit quandā continuitatē ex mobili, cuius vna pars alterat aliā. Mobile vero qđ totū ſimul attingit à virtute primi alterātis, habet ſe ſicut quoddam indiuiſibile, quantum ad hoc, quod ſimul alteratur. Deinde cum dicit.

*g*¶ Concludit ex præmiſſis principale intē tum. Et dicit quod rationabiliter in ſenſibus in quibus eſt aliquod medium inter ſenſibile & organum ſentiendi, non ſimul patitur & mouetur totum medium, ſed ſucceſſiue, præterquam in lumine, & hoc propter prædicta. Primo quidem, quia illuminatio non fit per motum localem, vt ſonatio, ſicut Empedo. poſuit: ſed per motum alterationis. Secundo quia nō ſunt ibi multi motus, ſicut dictum eſt de odore: ſed vnus tantum, quibus addendum eſt. Tertio, quia lumen non habet contrariū, ſed tenebra opponitur ei ſicut ſimplex priuatio, & ideo illuminatio fit ſubito. Et idem oportet dicere de viſione, quia lumen facit videre, vnde medium immutatur à viſibilibus proportionaliter lumini.

## *LECTIO XVII.*

*a* SOlutis duabus quęſtionibus, hic Philiſophus proſequitur tertiā, quę eſt ex parte ipſius ſenſus. Et circa hoc tria facit. Primo mouet quæſtionem, ſecūdo obiicit ad partē falſam ibi, [Si autem ſemper.] Tertio determinat veritatem, ibi, ]De priꝰ aūt dicta obiectione.] Dicit ergo primo, quod circa ipſos ſenſus eſt quædam alia talis obiectio, vtrum ſcilicet contingat quod ſimul & in eodem indiuiſibili tempore ſentiant duo ſenſus, puta ſimul dum viſus videt colorem, auditus audiat vocem. Deinde cum dicit.

*b*¶ Obiicit ad partē falſam, ſ. ad oſtendendū ꝙ duo ſenſus non poſſunt ſimul ſentire. Et primo ponit rationes ad hoc oſtēdendum, ſecundo excludit quandā falſam ſolutionem, per quam hoc ſuſtinebatur, ibi, [ Quod aūt dicunt ] Circa primum duo facit. Primo ponit tres rationes, quarū prima accipitur ex immutationib. ſenſibiliū, ſecūda ex parte ipſiꝰ ſenſus ibi, [Adhuc ſi magis] tertia ex cōtrarietate ſenſibiliū, ibi, [Amplius contrariorum.]

depellit, neceſſe eſt, ſi ſimul ſint, & ipſum minus ſenſibilem eſſe, quam ſi ſolus eſſet, aufertur n. aliquid minoris commixtione: ſiquidē omnia ſimplicia magis ſenſibilia ſunt. Si igitur æquales fuerint alteri exiſtentes, neuter erit ſenſibilis, obſcurat n. alter alterum: ſimplicem autem non eſt ſentire. G Quare aut nullus erit ſenſus, vel alter ex vtriſque: qui quidē & fieri videtur ex cōmixtis, in quocumq; commiſceantur. Quoniam ergo ex quibuſdam quidem fit aliquid, ex quibuſdam vero non fit: talia autē ſunt, quæ ſub alio ſenſu cadunt. Commiſcentur enim quorum vltima contraria. Non eſt autē ex albo & acuto vnum fieri, niſi ſecundum accidens, ſed nō ſicut ex acuto & graui ſymphonia. ergo nec ſentire contingit ipſa ſimul, H æquales enim exiſtētes; ipſorum motus obſcurant ſe inuicem: quoniam vnus non fit ex illis, ſi vero inæquales, melior faciet ſenſum.

c Adhuc magis ſimul duo ſentiet vtique anima vno ſenſu, quorum vnus eſt ſenſus, velut acutū & graue. Magis enim ſimul motus vnius, ipſe ipſius, quam duorum, puta viſus, & auditus. Vno autem ſimul duo non eſt ſentire, niſi mixta fuerint. Mixtura enim vnum vult eſſe: vnius autem ſimul vnus ſenſus: vnus autem ſimul ipſe. I Quare neceſſe mixta ſimul ſentire, quia vno ſenſu ſecundum actum ſentit. Vnius enim numero eſt ſenſus, qui ſecundum actum vnus: ſpecie autem; qui ſecundum potentiam vnus: & ſi vnus, ergo ſenſus qui ſecundum actum, vnum illud dicet, & miſta ergo neceſſe eſt ipſa eſſe. Quando ergo non fuerint mixta, duo erunt ſenſus qui ſecundum actum: ſed ſecundum vnam potentiam & indiuiſibile tempus, vnam neceſſe eſt opera- K

*ſi fuerint ſimul, & hanc minus eſſe ſenſilem, quam ſi ſola eſſet: aufert enim ab illa quippiam minor commixta motio, ſiquidem ſimplicia omnia ſenſilia ſunt magis, quod ſi æquales fuerint, cum ſint diuerſæ, neutrius ſane erit ſenſus. altera enim ſimiliter delet alteram: ſimplicem autem neque ſic ſentire licet. Quamobrem vel nullus erit ſenſus, vel ex vtriſque ſane alius, quod profecto fieri videtur in iis, quæ temperantur in quocunque fuerint commixta. Quoniam igitur ex quibuſdam fit aliqua, ex quibuſdam vero non fit, eiuſmodi aūt ſunt, quæ ſub diuerſo exiſtunt ſenſu. Miſcentur nanque, quorum extrema ſunt cōtraria, ex albo aūt & acuto nihil vnum contingit fieri, niſi per accidens, & non ſicut ex acuto & graui concentus, propterea non ſimul illas ſentire continget; ſi enim æquales ſunt motiones, ſeipſas inuicem delent, quando ex illis vnica fieri non poteſt, ſi autem inæquales fuerint, valentior ſenſum faciet.*

*Præterea magis ſentire ſimul poterit duo vnico ſenſu anima, quorum vnus eſt ſenſus, vt acutum, & graue. Magis enim ſimul motus eſt vnius ad ſeipſum, quam duorum; vt viſus, & auditus. Vnico autem ſenſu ſimul duo ſentire non cōtingit, niſi miſceantur, vnum enim exigit eſſe mixtum. Vnius autem vnus eſt ſenſus, vnus vero ſimul ſibiipſi eſt, quāobrem neceſſario ſimul ſentit commixta, quoniam actu vno percipit ſenſu. Vnius enim numero; vnus actu eſt ſenſus. Specie autem per potentiam eſt vnus. Et ſi quidem vnus actu fuerit ſenſus, vnum illa eſſe dicet, mixta igitur eſſe illa neceſſe eſt. Quando autem non fuerint commixta, duo erunt actu ſenſus, verum per potentiam vnicam, indiuiduumque tempus, vnicum eſſe actum neceſſe eſt: vnius enim vnicus, & ſemel eſt vſus & motus, vna autem eſt potentia: non igitur duo ſimul ſentire vnico contingit ſenſu.*

riorum ]Circa primam rationē præmittit duas ſuppoſitiones. F Quarum prima eſt, ꝙ maior motus repellit minorē, & ex hoc dicit prouenire multoties, ꝙ ea quæ iacēt ſub oculis, homines non ſentiunt propter alium fortiorem motum, vel interiorem ſiue rationis, ſicut cum homines aliquando vehementer intēdunt ad aliquid, ſiue appetitiuæ virtutis, ſicut cum homines vehementer timent, vel etiam exteriorem alicuius ſenſibilis, ſicut cum homines audiūt magnum ſonum, hoc igitur propter euidentiam dicit eſſe ſupponendum. Secunda ſuppoſitio eſt, quod vnūquodque magis ſentitur ſi ſit ſimplex, q̃ ſi ſit alteri permixtū, ſicut vinum purum fortius ſentitur, quā ſi ſit temperatum aqua. Et idem eſt de melle quantum ad guſtum, & de colore, quantum ad viſum, & quantum ad auditum de vna voce, quæ magis ſentitur ſi ſola ſit, quā ſi audiatur in conſonantia ad aliam vocem, puta in diapaſon, vel in quacunque alia conſonantia, & hoc ideo, quia ea, quę commiſcentur, obſcurant ſe inuicem. Sed hæc ſecunda ſuppoſitio non habet locum niſi in his, ex quibus vnum fieri poteſt hęc enim ſola permiſcentur. Ex his autem duabus ſuppoſitionibus vlterius procedit, cū ſubdit, [Si itaque maior,] & dicit qđ ſi maior motus repellat minorem, vt prima ſuppoſitio dicit, neceſſe eſt, ſi ambo motus ſunt ſimul, quod etiā maior motus minus ſentiatur, q̃ ſi eſſet ſolus, quia aliquid eius aufertur per minoris cōmixtionem, vt patet ex ſecunda ſuppoſitione, ſ. qđ ſimplicia ſunt magis ſenſibilia quā permixta. Signanter dicit autem, ſi ſint ſimul, quia maior motus quandoq; eſt tam fortis quod non permittit alium motum fieri, & tunc in nullo diminuitur ex motu minori, quia non eſt. Sed, ſi tantum præualeat, quod omnino impediat minorem motum fieri duobus motibus exiſtentibus, neceſſe eſt quod minor motus in aliquo obſcuret maiorem. Si ergo motus fuerint omnino æqualiter diuerſi exiſtentes, neuter erit ſenſibilis; quia totaliter alter obſcurat alterum, niſi forte ex iſtis duobus motibus permixtione fiat vnus motus, ſed non poteſt aliquis eorum ſimplex ſentiri, & ſic oportet quod vel nullus ſenſus fiat illorum motuum æqualium, vel quod ſit quidam alter ſenſus compoſitus ex vtriſque inquantum, ſcilicet id, quod ſentitur, eſt compoſitum ex vtriſque, & hoc manifeſte apparet in omnibus, quæ commiſcentur. Nam permixtum non eſt aliquid eorum quæ commiſcentur, ſed quoddam alterum compoſitum ex his. Sic ergo ex præmiſſis patet; quod ſi duo motus fuerint inæquales, maior obſcurat minorem, ſi autem æquales, vel nil ſentitur, vel aliquid cōmixtum. Ex his aūt vlterius procedit, proponens, quod quædam ſunt, ex quibus poteſt aliquod vnum fieri: quædam vero ſunt, ex quibus vnum fieri non poteſt, & huiuſmodi ſunt illa, quæ ſentiuntur diuerſis ſenſibus, ſicut color, & odor. Illa n. ſolum commiſceri poſſunt, in quibus extrema ſunt contraria, quia commixtio fit per quandā alterationem, ſed ea, quæ ſentiuntur diuerſis ſenſibus, non ſunt contraria adinuicem. vnde non poſſunt cōmiſceri. Vnde non fit aliquid vnum ex colore albo & ſono acuto, niſi forte per accidēs; inquantum conueniunt in eodem ſubiecto, non autem per ſe; ſicut ſymphonia conſtituitur ex voce graui & acuta. Et ex his concludit quod nullo modo contingit ſentire ſenſibilia diuerſorum ſenſuum ſimul. Quia, ſi eorum motus ſint æquales omnino, deſtruent ſe inuicem, cum nō poſſit vnum fieri ex ipſis; ſi vero ſint inæquales; maior motus præualebit, & ipſe ſolus ſentietur. Deīde cū dicit:

c ¶ Ponit ſecundam rationem, quæ ſumitur ex vnitate & pluralitate ſenſuum. Et arguit per locum à maiori negatiue. Magis enim videtur quod anima poſſit duo aliqua ſentire ſimul pertinentia ad vnum ſenſum, ſicut acutum & graue in ſonis, quā diuerſa ſenſibilia ad diuerſos ſenſus pertinētia per duos ſenſus: & huius rōnem aſſignat, quia quanto motus ſunt magis diuerſi, minus videntur eidē potentiæ ſimul attribui. duo autem motus, quib. anima diuerſis ſenſibus ſentit diuerſa ſenſibilia diuerſorum ſenſuum & diuerſorum generum, ſunt magis diuerſi quam duo motus, quibus per vnum ſenſum ſentit diuerſa ſenſibilia eiuſdem generis. Vnde magis videtur quod poſſit eſſe ſimul in vna anima motus vnius ſenſus reſpectu diuerſorum ſenſibilium eiuſdem generis, quam motus duorum ſenſuum, puta viſus, & auditus. Poſita autem hac comparatione, remouet id quod magis videtur, & dicit, quod non contingit ſimul ſentire duo ſenſibilia per vnum ſenſum, niſi illa duo fuerint commixta, quod tūc quando mixta ſunt, non ſunt duo, quia mixtum naturaliter eſt aliquid vnum. Quod autem ſenſus vnus non poſſit cognoſcere multa niſi inquantum fuerint vnum per mixturam, probat per hoc ꝙ vnus ſenſus in actu non poteſt eſſe ſimul niſi vnius; ſicut nec aliqua vna operatio, aut vnus motus terminatur niſi ad aliquid vnum. Senſus aūt non poteſt eſſe ſimul in actu niſi vnius: ſicut nec aliqua potentia ſimul recipit diuerſas formas.

Vnde

A Vnde neceſſe eſt quod ſi aliquis ſenſus, puta viſus, vel auditus debeat ſentire plura, ſentiat ea inquantū ſunt facta vnum permixtione. Et hoc ideo, quia potētia ſenſitiua ſentit illa duo ſecundum vnum ſenſum in actu, id eſt ſecundum vnā operationem ſenſitiuā. Ex hoc aūt ſenſus ſecundum actum, id eſt operatio ſenſitiua habet vnitatem ſecundum numerum, quia eſt vnius ſenſibilis; ſpecie autē eſt vnus ſenſus ſecundum actum, ſiue vna operatio ſenſitiua, ex eo quod eſt ſecundum potentiam vnam, ſicut omnes viſiones quorumcunq; viſibilium ſunt eiuſdem ſpeciei propter vnitatem potentiæ, ſed viſio huius rei differt numero à viſione alterius rei. Neceſſe eſt ergo, ſi eſt vn⁹ ſenſus ſecundum actum, quod vnum dicat, id eſt iudicet: ergo oportet quod ſi ſunt multa, quod commiſceantur in vnum. & ſi non fuerunt mixta, neceſſe eſt quod ſint duo ſenſus ſecundum actum, id eſt duæ operationes ſenſitiuæ, ſed neceſſe eſt quod vni⁹ potentiæ in eodem indiuiſibili tempore ſit vna operatio, quia vnius rei non poteſt eſſe ſimul niſi vnus actus & vnus motus. Vnde, cum operatio ſenſitiua nihil aliud ſit quam vſus quidā, quo anima vtitur, potentia ſenſitiua erit motus quidam ipſius potentiæ, inquantum ſenſus mouetur a ſenſibili. cum ergo vnus ſenſus ſit vna potentia, non cōtingit quod ſic multa ſentiant vno ſenſu. Si ergo ea, quæ ſunt vnius ſenſus, non poſſunt ſimul ſentiri, ſicut ſunt duo, manifeſtum eſſe videtur adhuc quod minus contingit ſimul ſentire quæ ſunt ſecū dum diuerſos ſenſus, ſicut album & dulce. Hanc autem illationem conſequenter manifeſtat dicens, quod anima nullo modo alio videtur diiudicare aliquid eſſe vnum numero, niſi inquantum ſimul ab ea percipit: ipſa enim operatio ſenſitiua eſt vna numero inquantum eſt ſimul, vt dictum eſt. Sed anima dicit aliquid eſſe vnum ſpecie, non ex eo quod ſimul ſentit, ſed quia eſt idē ſenſus, qui iudicat vtrumq;. & quia eſt idem modus, quo vterque ſentit, ad exponendū hoc quod dixerat ſubdit quod idē proprium, id eſt idem ſenſus proprius iudicat de duob. diuerſis, ſ. de albo & de nigro: & ſimiliter dulce & amarum diiudicat quidam ſenſus qui eſt idē numero: quia eodē ſenſu, ſ. guſtu vtrūq; cognoſcitur. Sed iſte ſenſus, qui idē exiſtens cognoſcit dulce & amarū: alius eſt ab illo qui cognoſcit albū & nigrum: ſed tamē vnus & idem ſenſus aliter cognoſcit vtrumq; contrariorū, vnū n. cognoſcit ſicut habitum & aliquid perfectum, & aliud ſicut priuationem & aliquid imperfectum, omnia enim contraria hoc modo ſe habent: tamen idem eſt modus quo vterq; ſenſus cognoſcit cognata, id eſt, principia proportionabiliter ſibi reſpondentia. Eo n. modo, quo guſtus ſentit dulce, viſus album & ſicut viſus nigrum, ita & guſtus amarum. Patet ergo, ꝙ anima iudicat aliqua eſſe diuerſa ſpecie vel diuerſo ſenſu, ſicut album & dulce: vel eodem ſenſu, ſed diuerſo modo ſicut album & nigrum, vnum autem numero ex hoc qd' ſimul ſentit. Si ergo impoſſibile eſt illud quod eſt vnum ſpecie, eſſe vnum numero, videtur impoſſibile eē quod anima ſimul ſentiat, vel ea, quę cognoſcuntur diuerſis ſenſibus: vel ea, quæ cognoſcuntur vno ſenſu, ſed alio modo: quæ minus diuerſa eſſe videntur.

tionem eſſe. vnius enim eſſe vnus eſt ſemel vſus & motus vn⁹, vna autem potentia. Non ergo cōtingit duo ſimul ſentire vno ſenſu. At vero, ſi ea, quæ ſub eodem ſenſu ſimul impoſſibile, ſi ſunt duo, palam quod adhuc minus quæ ſecundum duos ſenſus contingit ſimul ſentire, velut album & dulce. Videtur n. quod idem vnum numero anima nullo alio dicere, niſi in eo quod ſimul. Quod autem ſpecie vnum iudicante ſenſu & modo. Dico autem hoc, quia forte album & nigrum alterum quod proprium idem iudicabit & dulce & amarum idem quidem ipſe: ab illo autem alius: ſed aliter vtrumque contrariorum. Eodem autem modo ſibiipſis cognata, puta ſicut guſtus dulce, ita viſus album. & ſicut iſte nigrum, ita ille amarum.

*Quod ſi fieri non poteſt, vt quæ ſub eodem ſunt ſenſu ſimul ſentiātur, ſi duo fuerint, manifeſtum certe eſt, quod ea quæ ſub duobus ſunt ſenſibus ſimul ſentire minus continget, vt album, & dulce. Nullo autem alio id, quod vnum numero eſt, aſſerere videtur anima, niſi quod ſimul eſt. Quod autem vnum eſt ſpecie, ſenſu diiudicante & modo. Hoc autem dico, quoniam* B *fortaſſe album & nigrum diuerſa ſpecie idem diiudicat ſenſus, atque etiam dulce & amarum, idem ſibi ipſi, ab illo autem diuerſus: verum aliter contrariorum vtrumque. Eodemque modo ſibiipſis quæ cognatum ordinem habent, videlicet quemadmodum guſtatus dulce, ſic viſus album, & vt is nigrum, ſic ille amarum.*

C

## LECTIO XVIII.

a AMplius, ſi contrariorum motus contrarii: ſimul autem contraria in eodem & in atomo, non contingit eſſe: ſub ſenſu autem vno contraria ſunt, velut dulce & amarum. Hæc nō continget ſentire ſimul. Similiter autem palam eſt, quod neque quæ non ſunt contraria, hęc quidem enim albi ſunt, hęc vero nigri, & in aliis ſimiliter, velut ſapor, hi quidem dulces, hi vero amari: nec quæ cōmixta ſimul. (proportiones enim ſunt oppoſitorum, velut dyapaſon & dyapente) niſi ſicut vnum ſentiantur, ſic autem vna proportio extremitatum ſit, aliter autem non. Erunt enim ſimul, hæc quidem multi ad paucum, vel imparis ad parem: hæc autem pauci ad multum, vel paris ad imparem. Si ergo plus adhuc diſtant abinuicem & differunt, coelementaliter quidem dicta, in alio autē genere, quam quæ in eodem genere. Dico autē puta dulce & albū voco co-

## LECTIO XVIII.

*PRæterea, ſi contrariorum contrariæ ſunt motiones, contraria autem in eodem, & indiuiduo ſimul eſſe non poſſunt, ſub vno autem ſenſu contraria ſunt vt dulce & amarum, profecto hæc non ſimul ſentire continget: ſimiliter autem eſt manifeſtum quod neque ea, quæ contraria non ſunt. Hæc enim ad album, illa vero ad nigrum pertinent. Et ſimiliter* D *ſe habet in aliis, vt in ſaporib. ii quidem cum dulci, illi verum cum amaro faciunt. Nam etiam ea quæ commiſcentur ſimul, in rationibus enim ſunt oppoſitorum, vt Diapaſon & Diapente, niſi forte vt vnum ſentiantur, hoc enim modo vna fit extremorū ratio, aliter autem minime. Erit enim ſimul, hic quidem multi ad paucum, aut imparis ad par, ille vero pauci ad multum, aut paris ad impar. Si igitur plus diſtant, & à ſe inuicem differunt ea, quæ proportionali quidem ordine inter ſe reſpondent,* E *in alio autem ſunt genere quam ea quæ in eodem ſunt genere. Verbi cauſa, dulce & albū proportionalis ordinis appello, genere vero diuerſa: dulce*

*LECTIO XVIII.*

a POſitis duabus rationibus ad oſtēdendum, qd' non contingit ſenſus duos ſimul ſentire, hic ad idem ponit tertiā rationem quæ ſumitur ex contrarietate ſenſibiliū. Et dicit, ꝙ immutationes quæ ſunt à contrariis, ſunt contrariæ ſicut calefactio & infrigidatio. Contraria autē nō poſſunt ſimul eſſe in eodem atomo, i. indiuiſibili. in eodem enim diuiſibili poſſunt ſimul eſſe contraria ſecundum diuerſas partes. Manifeſtum autē eſt, quod ea quæ cadunt ſub vnum ſenſum, ſunt contraria, ſicut dulce & amarum, ergo non poſſunt ſimul ſentiri. Et ſimilis ratio eſt in his, quæ non ſunt contraria, ſcilicet in mediis: quorum quædā magis appropinquant ad vnum extremum, quædam magis ad aliud, ſicut ſupradictū eſt de coloribus, & ſaporibus, quia colorum mediorum quidam pertinent ad album, & quidam ad nigrum: & ſimiliter ſaporum mediorum quidam pertinent ad dulce, quidam ad amarum, & eadem ratio eſt de commixtis omnibus: quia diuerſæ commixtiones habent quandam contrarietatem, quia diuerſæ commixtiones fiunt ſecundum diuerſas proportiones quæ habent quandam oppoſitionē adinuicem, vt patet in conſonātiis, quarum vna dicitur dyapaſon, quæ conſiſtit in dupla proportione, quæ eſt duorum ad vnum: alia aūt dicitur dyapente,

quæ conſiſtit in proportione ſexquialtera, quę eſt triū ad duo, iſta autem, inquantum ſunt commixta diuerſis proportionibus, non poſſunt ſimul ſentiri propter oppoſitionem proportionum, niſi forte duo ſentiantur vt vnum, quia ſic fiet vna proportio ex diuerſis extremitatibus. Oſtendit autem conſequenter diuerſas proportiones eſſe oppoſitas ſecundum duplicem oppoſitionem, quæ in numeris inuenitur: quarum vna eſt ſecundum multum & paucum, & ſecundum hoc opponuntur proportio dupli, & proportio dimidii, nam proportio dupli eſt multi ad paucum, proportio vero dimidii eſt pauci ad multum. alia vero eſt oppoſitio ſecundum par & impar, & ſecundum hoc opponuntur proportio dupla & ſexquialtera, nam proportio dupla eſt duorum ad vnum, quaſi paris ad impar, vnum enim eſt forma imparis numeri. Sexquialtera autem proportio eſt trium ad duo, quod eſt imparis ad parem. Sic ergo patet, quod non poſſunt ſimul ſentiri, quæ cadunt ſub eodem ſenſu. Plus autem diſtant ad inuicem, quę coelementariter ſibi correſpondent in diuerſo genere exiſtentia, puta dulce & album, quam ea quæ ſunt vnius generis, quia ea quæ ſunt vnius generis, non diſtinguuntur ſpecie niſi propter modum ſciendi, ſicut album & nigrum. Ea vero quæ ſunt diuerſorum generū poſſunt differre ſpecie, non ſolum ex parte ſenſus, ſed etiam ex parte modi, ſicut dulce à nigro plus differt quam album: vnde minus poſſunt ſimul ſentiri, quod eſt quaſi eſſe vnum numero, vt ſupra habitum eſt. Si igitur ea quæ ſunt vnius generis, propter contrarietatem non poſſunt ſimul ſentiri, multo minus ea, quæ ſunt diuerſorum generum, poſſunt ſimul ſentiri. Deinde cum dicit.

*b* ¶ Excludit quandam falſam ſolutionem huius quæſtionis. Et primo narrat eam, ſecundo improbat, ibi, [Aut hoc non eſt verum.] Dicit ergo primo quod quidam de ſymphoniis, id eſt de conſonantiis muſicis tractantes, dixerunt quod ſoni conſonantes non ſimul perueniunt ad auditum, ſed videntur ſimul peruenire, eo quod tempus medium eſt inſenſibile propter paruitatem. De quo poteſt eſſe dubium, vtrum recte dicatur, vel non; ſi enim hoc recte dicatur, poterit aliquis ſimiliter in propoſito dicere conſentiens præmiſſis rationibus, quod non eſt poſſibile ſimul videre & audire: ſed

F tamen ſenſibiliter videtur ita contingere, quia latēt nos tempora media viſionis & auditionis. Deinde cum dicit.

*c* ¶ Improbat prædictam ſolutionē. Et circa hoc tria facit. Primo interimit id, quod prędicta ſolutio ſupponit, ſecundo probat quod dixerat, ibi, [Omnia quidem igitur.] Dicit ergo primo, quod non eſt verum ꝙ prædicta ſolutio ſupponit, ſcilicet ꝙ ſit aliquod tempus inſenſibile, vel latens ſenſum, nullum enim tempus eſt tale: ſed omnia tempora contingit ſentire. Deinde cum dicit.

*d* ¶ Probat quod dixerat duabus rationibus. Circa quarū primam conſiderandum eſt, ꝙ tempus non ſentitur quaſi aliqua res permanens propoſita ſenſui, ſicut videtur color, magnitudo, ſed propter hoc ſentitur tempus, quia ſentitur aliquid, quod eſt in tempore: & ideo ſequitur, quod ſi aliquod tempus non ſit ſenſibile, ꝙ id, quod eſt in tempore illo, nō ſit ſenſibile. Dicit ergo, quod ſi aliquando aliquis ſentit ſeipſum eſſe in aliquo cōtinuo tempore, non contingit latere illud tempus eſſe: manifeſtum eſt autem, quod homo, vel aliquid aliud eſt in quodam continuo tempore, & quantumcunque dicas paruum tempus eſſe inſenſibile, manifeſtum eſt quod latebit hominem, ſi ipſe ſit in illo tempore, & latebit etiam ſi in illo tempore videt, vel ſentit, quod eſt inconueniens omnino. ergo impoſſibile eſt, aliquod tempus eſſe inſenſibile. Secundam rationem ponit ibi.

*e* ¶ Circa quam primo conſiderandū eſt, ꝙ ſicut dicit Philoſophus in 5. Phyſ. tripliciter dicitur aliquod mouere, aut moueri. Tex.com.1. Vno modo per accidens, vt ſi dicamus Muſicum ambulare. Alio modo ſecundum partem, vt ſi dicamus hominē ſanari, quia oculus ſanatur. Tertio modo primo, & per ſe, quando aliquid mouet vel mouetur: non quia vna pars eius tantum mouetur aut mouet, ſed quia totū mouetur ſecundū quamlibet ſuā partem. Et ſimiliter poteſt dici tripliciter aliquid ſentiri. Vno modo per accidēs: ſicut dulce videtur. Alio modo ſecundum partem, vt ſi dicamus hominem videri, quia ſolum caput eius videtur. Tertio modo primo & per ſe, ſcilicet, quia aliqua pars eius videatur. Dicit ergo, quod ſi eſt aliqua magnitudo, vel temporis, vel etiam rei corporalis inſenſibilis propter paruitatem, ſequetur, quod nec tēpus, nec vlla res ſit quæ ſentit, vel quæ ſenſus ſentit ſc. in quo tempore ſcilicet non ſit, id eſt non ſentiatur, quia in huius aliquo. Quaſi dicat: Nullū tēpus erit poſſibile, ꝙ non dicatur

elementaria, genere autem alia, dulce vero à nigro multo amplius ſpecie differt quam albū adhuc vtiq; minus cōtinget ipſa ſimul ſentire, quam quę eadem genere ſunt. Quare ſi non hæc, nec illa.

*b* Quod autem dicunt quidam eorum, qui circa ſymphonias, ꝙ non ſimul quidem pertingunt ſoni: videntur autem & latent cum tempus inſenſibile fuerit, G vtrum recta dicitur, an nō? Forte enim vtique dicet aliquis, & nunc ex hoc putabit ſimul videre & audire, quia intermedia tempora latent his.

*c* Aut hoc non verum, neque contingit vllum tempus eſſe inſenſibile, neque latere: ſed omne tempus ſentiri poſſe.

*d* Si enim quando aliquis ſeipſum ſentit, vel alium in continuo tempore: nō contingit tūc latere ꝙ ſit. Eſt autem aliquis in H continuo, & tantum quantum eſt omnino inſenſibile eſt, manifeſtum ꝙ tunc latebit ipſe ſeipſum, an ſit, & an videat, ac ſentiat.

*e* Amplius nec vtique erit tempus, nec vlla res quæ ſentit in quo nō ſic, quia in huius aliquo, vel quia iſtius aliquid videt, ſi quidem eſt aliqua magnitudo & temporis & rei inſenſibilis omnino propter paruitatem. Si n. totam videt & ſentit eodem continuo tempore, non eo quod in I huius aliquo auferatur A C B, in qua non ſentiebatur. Non ergo in huius aliquo, vel iſtius aliquid, velut terram videt totam, quoniam hoc ipſius, & in amne ambulat, quoniam in hac parte ipſius. At vero in C B, nihil ſentit: eo ergo ꝙ in huius aliquo, ſcilicet AB, ſentit dicitur totum ſentire AB, & totam. Eadem autem ratio & in A C. Semper n. in aliquo & in aliquid, totum autem non eſt ſentire A C B.

A C B K

*autem à nigro plus etiam ſpecie differt quam album profecto, minus etiam continget ſimul iſtæc ſentire, quam ea quæ ſunt eadem. quamobrem ſi non hæc, neque illa.*

*Quod autem dicunt nonnulli, qui muſicis concentibus vacant, ſonos ſane non ſimul peruenire, videri autem latereque nos, ſi quando inſenſibile fuerit tempus, recte ne dicitur, vel non? Fortaſſe enim nunc ex hoc dicere quiſpiam poſſet, exiſtimari ſimul videre & audire quippiam, quoniam intermedia latent tempora.*

*An hoc minus verum eſt, nullumq; inſenſile contingit eſſe tempus, neque etiam nos latere, ſed quodcumque ſentire contingit.*

*Etenim, ſi cum aliquis aut ſe, aut alterum ſentit in continuo tempore, non contingit eum latere quod eſt, eſt autem quiddam in continuo tantum quantum omnino eſt inſenſile, manifeſtum quod tunc latere poterit ſeipſum ſi eſt, & ſi videt, & non ſentit, etiam ſi ſentit.*

*Præterea neque tempus, neque res ſane erit vlla, quæ ſentiatur, aut in quo nō ita, quod in huius aliquo, vel huius aliquid videt, ſi quidem aliqua eſt magnitudo & tēporis & rei, ob paruitatem omnino non ſenſilis. Si enim totam videt, totumque ſentit continuo tempus, ita quod in huius quopiam vel illius quippiam videt, ſi quidē aliqua eſt magnitudo, auferatur C B, in quo ſentiebat: in huius igitur quopiā, aut iſtius quippiam, veluti terram videt totam, quoniam hoc ipſius, & in amne ambulat, quoniam in hac illius parte, at vero in B C, nihil ſentit: in eo igitur quod in huius quopiā AB, ſentit totum ſentire, & totam dicitur. Eadem etiam ratio in A C, ſemper enim in quopiam, vel quippiam, totum autem non contingit ſentire.*

A C B

dicatur ſentiri propter aliquam partem eius. Et quantum ad rem corpoream, ſubdit, vel quia iſtius aliquid videt, quaſi dicat: Nulla magnitudo corporea erit, quæ non ſentiatur, quia aliqua pars eius ſentitur, quod eſt, eam non eſſe ſenſibilem primo. Ad probandum autem, quod dixerat, ſubdit, quod ſi aliquis videt, vel ſentit quocunque ſenſu aliquo cõtinuo tempore, non ratione alicuius partis temporis, vel magnitudinis, & tamen ponatur aliqua magnitudo & tempus eſſe inſenſibilis propter paruitatem. Sic igitur quędam magnitudo vel temporis, vel rei corporalis, ſcilicet A C B, & ſit pars eius, quę eſt B C ſenſibilis propter paruitatem. Nõ ergo de hac parte inſenſibili propter paruitatem poterit dici, quod ſentiatur in huius aliquo, ſi ſit tẽpus inſenſibile, vel ꝙ ſentiatur aliqd iſti⁹, ſi ſit inſenſibile corpus, eo modo, quo dicitur de tota terra, quod videtur ab aliquo, quia aliqua pars eius videtur, & de aliquo, quod ambulat in amne, quia ambulat in quadam parte amnis. Quia ergo in C, B nil ſentit, relinquitur, quod dicatur ſentire totum A B, ſiue ſit tempus, ſiue corpus, quia in reſidua parte eius ſentitur, ſcilicet A C. Et eadem ratio eſt de magnitudine A C, quæ ponebatur ſentiri, quia aliqua pars eius erit inſenſibilis propter paruitatem. Et ita ſemper dicetur ſentiri quodcunque ſenſibile, quia in aliquo eius ſentitur, ſi ſit tempus, vel quia aliquid eius ſentitur, ſi ſit corpus. Nihil autem totum erit ſentire, ſicut nec A C B. Hoc autem videtur inconueniens: non ergo eſt aliquod tempus, vel aliquod corpus inſenſibile propter paruitatem. Videtur autem hæc ratio efficaciam non habere, ſentitur enim aliquid per hoc, quod habet virtutem immutandi ſenſum: probatur au-
T.com 37. tem Septimo Phyſicorum, quod ſi aliquod totum mouet aliquod mobile in aliquo tempore, non oportet quod pars eius moueat illud mobile in quocunque tempore, & tamen dicitur eſſe primum mouens, quia totum mouet, licet forte nulla pars eius moueat. Similiter ergo videtur poſſe dici, quod aliquid ſit primo ſenſibile, licet aliquæ partes eius ſint inſenſibiles propter paruitatem. Eſt autem ad hoc dicendum, quod differt loqui de parte in toto exiſtente, & de parte ſeparata à toto. Pars enim alicuius mouentis primo, ſi ſit ſeparata, mouere non poterit: ſed ſi in toto exiſtens, non concurret ad virtutem mouendi totius, ſed omnino eſſet expers virtutis motiuæ, ſequeretur, quod totum non eſſet primo mouens, ſed ratione partis, ad quam pertinet virtus motiua. Similiter etiam nihil prohibet aliquam partem ſeparatim acceptam latere ſenſum propter puritatem, vt ſupra habitum eſt, quæ tamen, prout in toto exiſtit, cadit ſub ſenſu, in quantum ſenſus fertur ſuper totum, non excluſa aliqua parte. Et ideo ad hanc dubitationem aperiendam, conſequenter cum dicit.

*f* ¶ Oſtendit, quid ſit verum, circa prædicta. Et dicit, quod omnia, ſiue magna, ſiue parua, ſunt ſenſibilia, [ ſed non videntur, quæcunque ſunt, ] id eſt, non videntur omni modo, ſecundum quod ſunt, ſicut patet de Sole; cuius magnitudo eſt longe maior terra: tamen propter hoc, quod à longe eſt, videtur quatuor cubitorum, vel etiam minus. Similiter etiam licet omnia ſint ſenſibilia ſenſui ſecundum naturam, non tamen videntur in actu, quantumcunque ſint. Sed aliquod indiuiſibile poteſt intelligi dupliciter. Vno modo, ſe-
A cundum quod indiuiſibile dicitur aliquod corpus naturale minimum: quod non poteſt diuidi vlterius, quin corrumpatur, & tunc reſoluitur in corpus continens. Et tunc ſenſus erit, quod corpus indiuiſibile eſt quidem in ſeipſo inſenſibile: ſed tamen huiuſmodi indiuiſibile, ſenſus videre non poteſt. Alio modo poteſt intelligi indiuiſibile, ꝙ nõ eſt actu diuiſum: ſicut pars continui, & huiuſmodi indiuiſibile non videt ſenſus in actu. Et quantum ad vtramq; expoſitionem, competit, quod ſubditur, ꝙ cauſa huius dicta eſt prius in determinatione primæ quæſtionis. Videtur autẽ ſecũda expoſitio melior: quia per hoc ſoluitur obiectio ꝑdicta, quia ſcilic. pars quælibet continuæ magnitudinis ſentitur quidem in toto, prout eſt in potentia in ipſo, licet non ſentiatur in actu, quaſi ſeparata. Vltimo autem concludit manifeſtum eſſe ex prædictis, quod nullum tempus eſt inſenſibile.

*f* Omnia quidem igitur ſenſibilia ſunt: ſed nõ videntur, quæcunq; ſunt. Solis autem magnitudo videtur: & quod quatuor cubitorum à longe: ſed non videtur quantumcunque, ſed aliquando indiuiſibile eſt, quod tamen non videtur indiuiſibile. Dicta autem eſt cauſa in anterioribus de hoc. Quod quidem igitur nullum eſt tempus inſenſibile, manifeſtum ex his.

*Omnia quidem ſenſilia ſunt, ſed quanta ſunt, non apparent. Solis enim magnitudinem cernit, & quadricubitum à longinquo, verũ quantus eſt, non apparet, ſed interdum indiuiduus: cernit autem non indiuiduum. huius autem cauſa in prioribus eſt dicta Ex ijs igitur perſpicuum eſt, quod nullum eſt inſenſile tempus.*

B

## LECTIO XIX.

*a* DE prius autem dicta obiectione conſiderandum, vtrum cõtingit ſimul plura ſentire, aut non contingit. ſimul autem dico in vno indiuiſibili tempore ad ſe inuicem.

*b* Primum quidem igitur, vtrũ ſic contingit ſimul quidem, altero autem animæ ſentire, & nõ indiuiſibili, ſic autem indiuiſibili, vt omni exiſtente cõtinuo.

*c* Vel quoniam primum quidẽ ea, quæ ſecundum vnum ſenſum, velut dico viſum, ſi eſt enim alio ſentiens alium & alium colorem: pluresq; vtiq; partes habebit ſpecie eaſdem. Etenim quod ſentit, in eodẽ genere eſt.

## LECTIO XIX.

*DE dubitatione autem prius adducta conſiderandum eſt, vtrũ ne plura ſimul ſentire contingat, vel non contingat, ſimul autem dico in vno & indiuiduo tempore adinuicem.*

*Primum igitur, nunquid quid ita contingit, ſimul quidem, verum diuerſa animæ poteſtate ſentire, & ſic*
C *indiuiſibili, vt totum ſit continuum.*

*An quoniam initio quidem ea, quæ per vnum ſunt ſenſum (verbi cauſa) viſum, ſi erit alio ſui alium & alium ſentiens colorem, pluresq; habebit partes ſpecie eaſdem: illa enim, quæ ſentit, in eodem ſunt genere.*

## LECTIO XIX.

*a* POſtquam Philoſophus excluſit ſecundam ſolutionem falſam, hic inquirit veram. Et circa hoc tria facit. Primo inquirit veritatem prædictæ quæſtionis. Secundo ꝓbat quoddam, quod in præcedentibus ſuppoſuerat, ibi, [ Quoniam autem ſenſibile omne. ] Tertio epilogat, quæ in hoc libro dicta ſunt, ibi, [ De ſenſitiuis quidem igitur. ] Circa primum duo facit. Primo proponit, quod intendit. Secundo exequitur propoſitum, ibi, [ Primum quidem igitur. ] Dicit ergo
D primo, quod ex quo concluſum eſt, quod quidam dixerunt, plura ſentiri ſimul, non quaſi indiuiſibili temporis ſecundum rei veritatem, ſed quaſi in tempore imperceptibili propter prauitatem, oportet conſiderare de obiectione prius mota, vtrum ſcilicet contingat, vel non contingat plura ſentire ſimul, ita ſcilicet, quod intelligatur ſimul, hoc eſt, in indiuiſibili temporis. Deinde cum dicit.

*b* ¶ Suppoſito, quod animal ſimul ſentiat diuerſa ſenſibilia, quia hoc manifeſte experimur, inquirit, quomodo hoc ſit poſſibile. Et circa hoc tria facit. Primo proponit quendam modum falſum. Secundo improbat ipſum, ibi, [ Vel quoniam primum. ] Tertio proponit modum verum, ibi, [ Igitur ſecundum quod indiuiſibile. ] Dicit ergo primo, quod primo conſiderandum eſt, vtrum contingat ſimul ſentire diuerſa ſenſibilia per aliquam partem animæ, quaſi ſenſitiuum animæ ſit indiuiſibile, id eſt, non quod non poſſit diuidi, ſit tamen indiuiſibile, id eſt, non diuiſum in actu, ac ſi eſſet quoddam totum continuum. Si autem intelligamus partem ani-
E mæ ſenſitiuam eſſe, ſicut quoddam continuum, ſoluentur præmiſſæ rationes: quia nihil prohibebit diuerſa & contraria eſſe in virtute, vel potentia ſenſitiua animæ ſecundum diuerſas partes eius, ſicut inuenimus vnum corpus eſſe album in vna parte, & nigrum in alia. Deinde cum dicit.

*c* ¶ Improbat modum prædictum. Et circa hoc tria facit. Primo oſtendit, quod ſequeretur etiam, quod vnus ſenſus, puta viſus, diuidatur in plures partes. Secundo oſtendit, hoc eſſe impoſſibile, ibi, [ Si autem quemadmodũ. ] Tertio oſtendit, quia etiam impoſſibile, quantum ad diuerſos ſenſus. [ Si autem hoc. ] Dicit ergo primo, quod cum contingit plura ſecundum eundem ſenſum ſentire, ſicut cum viſus diſcernit inter album & nigrum, oportebit dicere ſecundum eandem rationem, quod diuerſos colores ſentiat ſecundum diuerſas

ſui partes, & ſequitur, quod idem ſenſus habebit plures partes eaſdem ſpecie. non enim poteſt dici, quod partes ſenſus viſus differant ſpecie: quia omne, quod ſentitur per viſum, eſt eiuſdem generis. In potentiis autem ſenſitiuis nihil differt ſpecie, niſi propter diuerſa genera ſenſibiliũ. Deinde cũ dicit.

*d* ¶ Improbat, quod dictũ eſt, duabus rationibus. Quarũ prima eſt, quod ſi aliquis dicat, quod ſicut ſunt duo organa viſus, ſcilicet duo oculi, ſic nihil prohibet in anima ſenſitiua etiam eſſe duos viſus: dicendum eſt, hoc eſſe falſum, quia ex duobus oculis fit aliquid vnum, & vna eſt operatio amborũ oculorum, in quantum ſcilicet viſio vtriuſque oculi concurrit per quoſdam neruos ad aliquod intrinſecum in ſuum organum, quod eſt circa cerebrum, vt ſupra dictum eſt. Si autem ſimiliter in anima fiat vnum ex duobus viſibus, per hoc, quod vterq; viſus concurrat ad aliquod vnum principium, illi vni attribuetur operatio ſentiẽdi. ſi vero omnino ſeparatim ſe habent duo viſus in anima, ꝙ non concurrant in aliquod vnum principiũ, tunc nõ ſimiliter ſe habebit de viſione in anima, ſicut de oculis in corpore. & ita ſimilitudo non fuit conueniens ad manifeſtandũ ꝓpoſitũ. Non ergo videtur rationabiliter dici, ꝙ ſunt duo viſus in anima. Secundam rationem ponit ibi.

*e* ¶ Et dicit, quod ſecundum prædictam poſitionem hoc modo erunt plures ſenſus, qui ſunt idem ſpecie, puta plures viſus, aut plures auditus, ſicut ſi aliquis dicat, ſcientias non differẽtes ſpecie, eſſe plures in eodem homine, vt plures Grammaticas, vel plures Geometrias, eſſe quidem plures Grammaticas numero, vel plures viſus in diuerſis hominibus poſſibile eſt, ſed non in vno & eodem homine, ſicut nec plures numero albedines ſunt in vno & eodem ſubiecto. Subiungit autem ad oſtendendum, quod non poſſunt eſſe plures ſenſus eiuſdem ſpeciei in eodem, quia virtus ſenſitiua & operatio ſe inuicem conſequuntur, ita quod neque virtus eſt ſine propria & per ſe operatione, neque operatio ſine propria virtute. Operatio autem ſenſitiua diſtinguitur ſecundum ſenſibilia: & ideo vbi ſunt omnino eadem ſenſibilia, non ſunt diuerſæ virtutes ſenſitiuæ cauſantes diuerſas operationes. Et ſimile eſt de habitibus ſcientiarum, quarum actus diſtinguuntur ſecundum obiecta. Deinde cum dicit.

*f* ¶ Hic oſtendit eſſe impoſſibile in ſenſibilibus diuerſorum ſenſuum, vt ſcilicet per eandem partẽ animæ ſentiãtur. Et dicit, quod ſi ſenſibilia diuerſorũ generũ ſentiũtur per aliquid animæ vnũ & idem indiuiſibile, manifeſtũ eſt, ꝙ multo magis alia, quę ſunt vnius generis. Probatũ eſt enim ſupra, quod magis contingit ea, quę ſunt vnius generis ſimul ſentire, quã ea, quæ ſunt diuerſorum generum. & hoc maxime verum eſt, quantum ad identitatem ſentientis. Quod autem eadem idiuiſibilis anima ſentiat ſenſibilia diuerſorum generum, probat, quia ſi anima ſentit per aliam ſui partem dulce, & per aliam album, aut ex iſtis duabus partibus erit aliquid

F vnum, vel non erit: ſed neceſſe eſt dicere, quod ſit aliquid vnum, ad quod referantur omnes iſtæ partes, ſcilicet diuerſi ſenſus: quia ſenſitiua eſt quædam vna pars animæ, non autem poteſt dici, quod pars ſenſitiua animæ ſit alicuius vnius generis ſenſibilium, niſi forte diceretur, quod ex omnibus ſenſibilibus particularium ſenſuum puta colore, ſono, & aliis huiuſmodi, fieret vnum ſenſibile, correſpondens iſti vni parti ſenſitiuæ, quæ eſt communis omnibus ꝓpriis ſenſibus, hoc autem eſt impoſſibile. Neceſſe eſt ergo, quod ſit aliquid vnũ animæ, quo animal omnia ſentit: ſed aliud genus per aliud, puta colorem per viſum, & ſonum per auditum, & ſic de aliis. Conſiderandum autem eſt hic, quod, vbicunq; ſint diuerſæ potentiæ ordinatæ, inferior potentia cõparatur ad ſuperiorẽ, per modũ inſtrumẽti, eo quod ſuperior mouet inferiorem. Actio autem attribuitur principali agenti per inſtrumentum, ſicut dicimus, quod artifex ſecat per ſerram. Et per hunc modum Philoſophus dicit, ꝙ ſenſus communis ſentit per viſum, & per auditum, & alios ſenſus proprios, qui ſunt diuerſæ partes potentiales animę, non autem diuerſæ partes ſunt alicuius continui, vt ſuperius dicebatur. Deinde cum dicit.

*g* ¶ Oſtendit, quomodo eadẽ pars animæ indiuiſibilis poſſit ſimul ſentire diuerſa. Et aſſignat duos modos. Quorum primum breuiter & obſcure ponit, qui in lib. 3. de Anima apertius poſitus eſt. *T. com. 134.* Ad huius ergo euidentiam conſiderandum, quod cum operationes ſenſuum propriorum referantur ad ſenſum communem, ſicut ad primum & commune principium, hoc modo ſe habet ſenſus communis ad ſenſus proprios, & operationes eorum, ſicut vnum punctum ad diuerſas lineas, quæ in ipſum concurrunt. punctum autem, quod eſt terminus diuerſarum linearum, ſecundum quod in ſe conſideratur, eſt vnum & indiuiſibile. Et iſto modo ſenſus communis ſecundum quod in ſe eſt vnum, eſt indiuiſibilis, & eſt vnum ſenſitiuum actu dulcis & albi: dulcis per guſtum, & albi per viſum. ſi vero conſideretur punctum ſeorſum, vt eſt terminus huius lineæ, ſic eſt quodammodo diuiſibile: quia vtimur vno puncto vt duobus. Et ſimiliter ſenſus com-

K munis, quando accipitur vt diuiſibile quoddam, puta cum ſeorſum iudicat de albo, & iudicat ſeorſum de dulci, eſt alterum ſecundum actum: ſecundum vero quod eſt vnum, iudicat differentias ſenſibilium. Et per hoc ſoluuntur rationes ſupradictæ, quia quodammodo eſt vnum, & quodammodo non eſt vnum illud, quod ſentit diuerſa ſenſibilia. Secundum modum ponit ibi.

*h* ¶ Et dicit, ꝙ ſicut eſt in rebus exterioribus, ita poteſt dici in anima. Videmus enim, ꝙ corpus vnũ & idẽ numero eſt albũ & dulce, & multa alia hmõi, q̃ accidẽtaliter de eo ꝑdicantur: ſed tamẽ huius paſſiones ſeparãtur abinuicẽ, ſicut cõtingit, ꝙ aliquod corpus retinet albedinẽ, & amittit dulcedinẽ, ſed quãdiu nõ ſic ſeparãtur iſtę paſſiones, albũ & dulce remanẽt, vel

*d* Si autem, quemadmodum oculi duo ſunt, dicat quis nihil prohibere: ſic & in anima: dicẽdum, quod forte ex his quidem vnum aliquid ſit, & vna operatio ipſorum. Ibi autem ſiquidẽ vnumquodq; ex ambobus, illud ſentiens erit: ſi autem ſeparatim, non ſimiliter ſe habebit.

*e* Amplius, & ſenſus idem plures erunt, ſicut ſi quis ſcientias indifferentes dicat. Neq; enim operatio erit ſine virtute, quæ ſecundum ſeipſam, nec abſque hac erit ſenſus.

*f* Si autem hoc in vno & indiuiſibili ſentit, manifeſtũ, quod & alia. magis enim contingebat hoc ſimul plura, quam genere altera. Si itaq; alia quidem parte dulce, alia vero album ſentit anima, aut quod ex iſtis conflatur, vnum aliquid eſt, vel non vnum. Sed neceſſe eſt vnum eſſe, vna enim quædam ſenſitiua eſt pars. Cuius ergo illa vnius? nullum namque ex iſtis vnum. Neceſſe ergo vnum aliquid eſſe animæ, quo animal omnia ſentit, ſicut dictum eſt prius, aliud autem genus per aliud.

*g* Igitur ſecundum quod indiuiſibile eſt ſecundũ actum, vnũ eſt ſenſitiuũ dulcis & albi: quando vero diuiſibile factum fuerit ſecundum actum, alterum.

*h* Vel quemadmodum in rebus ipſis contingit, ita & in anima. Idem enim & vnum numero album & dulce eſt, & alia multa. Nam etſi nõ ſeparabiles paſſiones abinuicem, tamen eſſe alte-

*Si autem, quoniam gemini ſunt oculi, dixerit quiſpiam nihil probibere: ita etiam in anima, quoniam ex iis fortaſſe quiddam ſit vnum, & illorum eſt opus vnum: ibi autem, ſi quidem vnum ex ambobus, illud erit ſentiens: ſi vero ſeorſum, non ſimiliter ſe habebit.*

G *Præterea idem ſenſus plures erũt, vt ſi differentes quiſpiam ſcientias dixerit. neq; enim operatio abſq; ſua ipſius erit potentia, neq; ſine hac erit ſenſus.*

*Si autem hæc in vnico, & indiuiduo ſentit, manifeſtum eſt, quod & alia. Continget enim magis hæc ſimul plura, quam ea, quæ genere ſunt diuerſa: ſi vero alia quidem ſui parte dulce, alia autem album ſentit anima, vel quod ex iſtis, vnum quiddam eſt, vel non vnum eſſe neceſſe*

H *eſt, vnum enim quiddam ſentiens eſt pars. Cuius igitur illa vnius: nihil enim ex iſtis vnum? neceſſe igitur eſt vnum quippiam eſſe ipſius animæ, quo omnia ſentit, vt dictũ eſt prius, aliud autem genus per aliud.*

*Vtrum igitur vt eſt indiuiduum quiddam actu, vnum eſt ipſum ſenſitiuum dulcis & albi: ſed cum actu diuiſum fuerit, alterum eſt.*

*An quemadmodum in ipſis contingit rebus, ita & in anima, vnum*

I *enim & idẽ numero albũ eſt & dulce, & alia multa: ſi n. nõ ſeparabiles à ſe inuicem ſunt paſſiones, alterum tamen vnicuiq; eſſe: ſimiliter igitur*

vel ſunt idem ſubiecto: ſed differunt ſecundũ eſſe. Et ſimiliter poteſt poni de Anima ꝙ vnum & idem ſubiecto eſt ſenſitiuũ omnium ſenſibilium, tam eorũ quæ differunt genere, ſicut album & dulce, quàm eorũ quæ differunt ſpecie, ſicut album & nigrum. Et ſecundum hoc dicendũ erit, ꝙ anima ſentit diuerſa ſenſibilia quodam modo, ſecundum vnum & idem, ſcilicet ſubiecto: quodã modo diuerſa, inquantũ ratione differunt. Poteſt autem cõtra hoc obiici; quia in rebus quæ ſunt extra animam, licet idem poſſit eſſe dulce & albũ, non tamen poteſt idẽ eſſe album & nigrum: & ita videbitur quod anima non poſſit ſimul ſentire ſenſibilia vnius generis, cũ ſint contraria. Hanc autem obiectionem Ariſtotel. remouet in lib. de Anima, cum dicit. Et impoſſibile eſt album & nigrum eſſe ſimul: quare neque ſpecies pati ipſorum. Et innuit ſolutionem per hoc, quod ſi huius eſt ſenſus, & intelligentia vel intellectus. Per quod datur intelligi, ꝙ nõ omnino ſe habet in ſenſu, & intellectu, ſicut in corporibus naturalibus. Corpus enim naturale recipit formas ſecundum eſſe naturale & materiale, ſecundum quod habẽt in ſe contrarietatem: & ideo non poteſt idem corpus ſimul recipere albedinem & nigredinem: ſed ſenſus & intellectus recipiunt formas rerũ ſpiritualiter & immaterialiter ſecundum eſſe quoddam intentionale, prout non habent contrarietatem. Vnde ſenſus & intellectus ſimul poteſt recipere ſpecies ſenſibilium contrariorum, cuius ſimile poteſt videri in diaphano, quod in vna & eadem ſui parte immutatur ab albo & nigro, quia immutatio non eſt materialis ſecundum eſſe naturale, vt ſupra dictum eſt. Eſt etiam aliud conſiderandum, ꝙ ſenſus & intellectus, non ſolum recipiunt formas rerum; ſed etiam habent iudicare de ipſis: iudicium autem, quod faciunt de contrariis, non eſt contrarium: ſed vnum & idem: quia per vnum contrariorum ſumitur iudicium de altero. Et quantum ad hoc verũ eſt quod ſupra dictum eſt, quod magis ſimul poſſunt ſentiri ſenſibilia vnius generis, de quorum vno iudicatur per alterũ, quã ſenſibilia diuerſorum ſenſuum. Eſt autem & aliud circa hoc dubium: quia per præmiſſa verba Philoſophi, videtur cõfirmari opinio Stoicorum, qui poſuerunt, quod non diuerſis potentiis ſentitur color & odor, & alia ſenſibilia: ſed nec ſunt diuerſæ potentiæ ſenſuum: ſed ipſa anima ſecundum ſeipſam cognoſcit omnia ſenſibilia non differens niſi ratione. Sed dicendum eſt, quod ſecunda ſolutio ſupponit primam. Vnde intelligendum eſt, quod anima, id eſt ſenſus cõmunis, vnus numero exiſtens, ſola autem ratione differens, cognoſcit diuerſa genera ſenſibilium, quæ tamen referuntur ad ipſum ſecundum diuerſas potentias ſenſuum propriorum. Deinde cum dicit.

T. com. 134.

*i* ¶ Probat quod ſuppoſuerat, ſc. quod nihil ſentitur niſi quantum. Et dicit manifeſtum eſſe quod omne ſenſibile eſt magnitudo, & ꝙ nullum indiuiſibile eſt ſenſibile. Et ad hoc probandum inducit, quod eſt quædam diſtantia, ex qua non poteſt aliquid videri, & hanc diſtantiam dicit eſſe infinitam: quia ſi in infinitum illa diſtantia protendatur, nihil inde videtur.

A Eſt autem aliqua diſtantia vnde aliquid videtur, & hæc eſt finita, quia à finita diſtantia incipit aliquid videri, & ſimile eſt de aliis ſenſibus, quæ ſentiunt ab aliqua diſtantia per mediũ extrinſecum non tangentes ipſa ſenſibilia, ſicut auditus & odoratus. Cum igitur diſtantia, vnde non videtur aliquid, ſit infinita per remotionem à viſu, finita autem verſus viſum; ſequitur ꝙ ſit dare vltimum aliquod vnde nihil videatur. Diſtantia autẽ ex qua videtur aliquid, eſt ex vtraque parte finita. Eſt ergo dare aliquẽ terminum vnde primo poſſit aliquid videri: omne autem ꝙ eſt medium duarum quantitatum inuicẽ continuarum, eſt indiuiſibile, ergo neceſſe eſt eſſe aliquid indiuiſibile, vltra quod nihil poſſit ſentiri, & circa quod neceſſe ſit aliquod ſentiri. Si ergo aliquid indiuiſibile ſit ſenſibile, & ponatur in illo indiuiſibili termino, ſequetur ꝙ illud ſit viſibile ſimul & inuiſibile: inuiſibile quidẽ inquãtum eſt in termino inuiſibilis diſtantiæ: viſibile autẽ, inquantũ eſt in termino viſibilis: hoc autẽ eſt impoſſibile: ergo & primum, ſcilicet quod aliquod indiuiſibile ſit ſenſibile. Si enim aliquod indiuiſibile in prędicto termino ponatur, partim videbitur, & partim non videbitur, quod de indiuiſibili dici nõ poteſt. Videtur autem ꝙ hęc probatio non valeat: quia non eſt dare aliquem terminũ, vnde omnia viſibilia incipiant videri: quia maiora à maiori diſtantia videntur, minora vero à minori. Dicendum eſt autem, quod vnumquodq; ſenſibile ab aliqua determinata diſtantia videtur: ſi ergo illud indiuiſibile, quod ponitur poſſe ſentiri, videatur ab aliqua determinata diſtantia, ſicut & aliquod diuiſibile, concludet ratio Ariſt. ſi vero non ſit determinare aliquam diſtantiam, ex qua ſimul incipit videri cum aliquo diuiſibili, ſequetur iterũ quod nullo modo poſſit videri. Oportet enim accipere proportionem diſtantiæ, ex qua videtur aliquod diuiſibile ſecundum proportionem magnitudinum, quę videntur: ſed non eſt aliqua proportio indiuiſibilis ad magnitudinem diuiſibilem, ſicut nec puncti ad lineam. Et ita ſequetur, ꝙ ex nulla diſtantia poſſit videri indiuiſibile: quia cuiuslibet diſtantiæ eſt aliqua proportio ad aliã diſtantiam. Sequetur ergo, ſi videtur ꝙ videatur coniunctũ viſui: quod eſt cõtra rationẽ viſus & aliorũ

E ſenſuum: qui non tãgentes ſentiũt. Sic ergo indiuiſibile nõ poteſt ſentiri, niſi forte ſecundum ꝙ eſt terminus cõtinui, ſicut & alia accidentia cõtinuorum ſentiuntur. Deinde cũ dicit.

*k* ¶ Epilogat quæ dicta ſunt in hoc libro, continuans ſe ad ſequẽtia, & dicit ꝙ dictum eſt de ſenſitiuis, id eſt, de organo ſentiendi, & ſenſibilibus quomodo ſe habeant ad ſenſus, & communiter, & ſecundum vnumquodq; organum ſenſus, partim in hoc libro partim in libro de Anima. Inter reliqua vero, quod primo conſiderandum occurrit, eſt memoria & reminiſcentia & de ſomno, quia ſicut per ſenſum cognoſcuntur præſentia, ita per memoriam cognoſcuntur præterita, & in ſomno fit aliqua præcognitio futurorum.

rum vnicuique. Similiter ergo ponendum & in anima idem & vnum eſſe numero ſenſitiuum omnium: ſecundum eſſe tamen alterum & alterum, horum quidem genere, horũ vero ſpecie. Quare & ſentiet vtique ſimul eodem & vno, ratione autem non eadem.

*i* Quod autem ſenſibile omne magnitudo eſt, & non eſt diuiſibile ſenſibile, manifeſtum. Eſt enim vnde quidem non videbitur, infinita diſtantia. vnde autem videtur, finita. Similiter autem & audibile, & odorabile, & quæcunque non ipſa tangentes ſentiunt. Et itaque aliquod vltimum diſtantiæ, vnde non videtur, & primum vnde videtur: hoc itaq; neceſſe eſt indiuiſibile eſſe, quod in vlteriori quidem non contingit ſentire exiſtens, in certiori autem neceſſe ſentire. Si itaque aliquid erit indiuiſibile ſenſibile, cum ponatur in vltimo vnde eſt, vltimo quidem non ſenſibile, primo autem ſenſibile, ſimul accidet viſibile eſſe & inuiſibile: hoc autem impoſſibile.

*k* De ſenſitiuis quidem igitur & ſenſibilibus quomodo ſe habent, & communiter & ſecundum vnumquodque ſenſitiuũ dictum eſt. Reliquorum autem, primo conſiderandũ de memoria & reminiſcentia & ſomno.

*in anima ponendum eſt, vnum & idem numero eſſe id, quod omnia ſentit, ſecundum eſſe autem aliud & aliud, horum quidem genere, illorum vero ſpecie. Quamobrem vno & eodem ſimul ſentiet, ratione autem non eadem.*

B

*Quod autem omne ſenſibile magnitudinem habet, & indiuiduũ non eſt ſenſile, manifeſtum ſane eſt: vnde enim videri non poteſt infinita eſt diſtantia, vnde autem videtur, finita. ſimiliq; modo olfactile & audibile, & quæcunq; ſentiunt non tangentes homines. Eſt igitur quiddam diſtantiæ extremum, vnde non cernatur, & primum vnde cernatur, & hoc ſane indiuiduum eſſe neceſſe eſt, cuius in eo quidem quod vltra eſt, ſentire quippiam non contingit: in eo autem quod eſt citra ſentire, eſt neceſſe.* C *Si igitur indiuiduum quippiam eſt ſenſile, quando in extremo conſtituetur, vnde poſtremum quidem non ſentiatur, primum autem ſentiatur, ſimul viſile & non viſile eſſe continget, hoc autem fieri non poteſt.*

*Et de ſenſiteriis quidem & ſenſilibus quonam ſe habeant modo, & cõmuniter & per ſingula ſenſiteria, dictum eſt. Ex reliquis autem de memoria & rememoratiua, & de ſomno*

D *eſt conſiderandum.*

*Explicit ſcriptum ſancti Thomæ de Aquino ſuper Libro Ariſtotelis de Senſu & Senſato.*

# DIVI THOMÆ AQVINATIS DOCTORIS ANGELICI,

## *IN LIBRVM ARISTOTELIS, DE MEMORIA & Reminiſcentia, Expoſitio.*

## LECTIO PRIMA.

### ARISTOTELIS STAGIRITÆ PERIPATETICORVM PRINCIPIS DE MEMORIA ET REMINISCENTIA LIBER.

| *Antiqua Tranſlatio.* | N. Leoniceni interpretatio. |
| --- | --- |
| a DE memoria autem & memorari dicendum quid eſt, & propter quā cauſam ſit, & cui animæ partium hæc accidat paſſio, & de reminiſci. Non enim iidem ſunt memoratiui & reminiſcitiui: ſed vt frequenter memorabiliores quidem qui tardi, reminiſcibiliores autem qui veloces, & facile diſcentes. | *DE memoria autem & memorari dicendum quidnam eſt, & quam ob cauſam fiat, & cui animæ parti hæc accidat paſ-* G *ſio, & de ipſo reminiſci. Non enim iidem memores ſunt, & ad reminiſcentiam apti, ſed magna ex parte memores magis ſunt ingenio tardi, reminiſcētia vero valent ii, qui mente celeres & dociles exiſtunt.* |
| b Primum quidem igitur accipiendum eſt qualia ſunt memorabilia: multoties enim decipit hoc. | *Primum igitur conſiderandum eſt qualia ſunt memorabilia; ſæpius enim iſtud nos fallit.* |
| c Neque enim futura contingit memorari, ſed eſt opinabile & ſperabile. Erit autem vtique & ſcientia quædam ſperatiua, quemadmodum quidam diuinatiuam dicunt. | *Nam neq; quod futurum eſt, memorari contingit. verum opinione & ſpe percipitur. Et profecto erit ſcientia quædam ſpei addicta, vt de diui-* H *natione quidam autumant.* |

SICVT Philoſophus dicit in Septimo de Hiſtoriis animalium, Natura ex inanimatis ad animata procedit paulatim: ita quod genus inanimatorum prius inuenitur quā genus plantarum, quod quidem ad alia corpora comparatū, videtur eſſe animatum: ad genus autem animalium, inanimatū. Et ſimiliter à plantis ad animalia quodam continuo ordine ꝓgreditur: quia quædā animalia immobilia, q̄ ſ. terræ adhærēt, parū videtur a plantis differre: ita etiá & in progreſſu ab animalib. ad hominē, q̄dam inueniuntur, in quibus aliqua ſimilitudo rationis appareat: cū enim prudentia ſit propria virtus hominis. Eſt enim prudentia recta ratio agibilium, vt dicitur in 7. Eth. inueniūtur quędā animalia quandā prudentiam participare non ex eo quod habeant rationē: ſed ex eo quod inſtinctu naturæ mouētur per apprehenſionem ſenſitiuæ partis ad quædam opera facienda, ac ſi operarentur ex ratione. Pertinet autē ad prudentiam, vt prudens dirigatur per eam, in his quæ imminent ſibi agenda ex conſideratione non ſolum præſentiū: ſed etiam præteritorum. Vnde Tullius in ſua Rhetorica partes prudentiæ ponit non ſolum prouidentiā, per quam futura diſponuntur, ſed etiam intelligentiam, per quam conſiderantur præſentia, & memoriam per quam apprehenduntur præterita. Vnde etiam in aliis animalibus, in quibus inuenitur prudentiæ ſimilitudo participata, neceſſe eſt eſſe non ſolum ſenſum præſentium, ſed etiam memoriam præteritorū. Et ideo Philoſ. in principio Meta. dicit, quod quibuſdam ani- *In Prologō.* malib. ex ſenſu memoria fit, & propter hoc prudētia ſunt. Sed ſicut prudentiam imperfectam habent reſpectu hominis, ita etiam & memoriam. Nam alia animalia memorantur tantū: homines autem & memorantur & reminiſcuntur, & ideo gradatim Ariſtor. poſt librum, in quo determinatur de ſenſu, qui communis eſt omnibus animalibus, determinat de memoria & reminiſcentia, quorum alterum inuenitur in ſolis hominibus, alterum vero in his, & in animalib. perfectis. Diuiditur autem Liber iſte in partes duas. Primo enim ponit Prooemium, in quo manifeſtat ſuum propoſitum: ſecundo accedit ad tractandum ea, de quibus intendit: ibi, [Primum quidem igitur.] Circa primum dicit de duobus eſſe dicendum. Primo quidem de memoria & memorari, quod eſt actus eius, circa quod tria ſe promittit dicturum. Primum, quid ſit memoria & quid memorari, & quæ ſit cauſa eius, & ad quam partem animæ pertineat paſſio memorandi. Omnes enim operationes ſenſitiuæ partis paſſiones quædam ſunt, ſecundum quod ſentire pati quoddam eſt.

F Secundo promittit ſe dicturum de reminiſci. Et ne videretur idem eſſe reminiſci & memorari, ſubiungit quoddam ſignū differentiæ ipſorum ex parte hominum, in quibus inuenitur vtrunque. Non enim iidem homines inueniuntur ita bene memoratiui: ſed ſicut frequenter accidit, illi ſunt melius bene memorantes, qui ſunt tardi ad inueniēdum & diſcendum. Illi autem melius reminiſcūtur, qui ſunt velocis ingenii ad inueniendum ex ſe, & bene diſcendum ab aliis. Cuius ratio eſt, quia diuerſæ habitudines hominum ad opera animæ proueniunt ex diuerſa corporis diſpoſitione. Videmus autem in corporalib. quod illa quæ difficiliter & tarde recipiunt impreſſionem, bene retinēt eam, ſicut lapis: quæ vero de facili recipiunt, non retinent bene, ſicut aqua. Et quia memorari nil aliud eſt quam bene conſeruare ſemel accepta, inde eſt quod illi, qui ſunt tardi ad accipiendū, retinent bene recepta, quod eſt bene memorari. Qui autem de facili recipiunt, plerumq; de facili amittūt. Sed reminiſci eſt quędam reinuentio prius acceptorum non conſeruatorum, & ideo illi qui ſunt velocis ingenii ad inueniendum & recipiendum diſciplinam, etiam ſunt bene reminiſcitiui. Deinde cum dicit.

b ¶ Exequitur propoſitum. Et primo determinat de memorari. Secundo de reminiſci: ibi, [De reminiſci autem reliquum eſt dicere.] Circa primum tria facit. Primo oſtendit quid ſit memorari. Secundo cuius partis animæ ſit: ibi, [Quoniam autem de phantaſia.] Tertio propter quam cauſam fiat: ibi, [Dubitabit autem vtique aliquis.] Et quia operationes & habitus, & potentiæ ſpecificantur ex obiectis, ideo circa primum duo facit. Primo inquirit quid ſit obiectum memoriæ. Secundo concludit ꝙ ſit memoria: ibi, [Eſt quidem igitur memoria.] Circa primum duo facit. Primo dicit de quo eſt intentio. Secundo manifeſtat propoſitum: ibi, [Neq; enim futura.] Dicit ergo primo, quod ad determinan-
I dum de memoria, primo oportet accipere qualia ſunt memorabilia, quia obiecta ſunt priora actibus, & actus potentiis, vt dictum eſt in 2. de Ani. Neceſſarium autem eſt hoc determinare, quia multoties accidit deceptio circa hoc, quia aliqui *Te. com. 31. & 33.* putant quorundam eſſe memoriam, quorum non eſt. Deinde cum dicit.

c ¶ Manifeſtat propoſitum. Et primo dicit, quod memoria non eſt futurorum. Secundo, quod non eſt præſentium: ibi, [Neque præſentis.] Tertio quod eſt præteritorum: ibi, [Memoria autem facti eſt.] Dicit ergo, quod futura non contingit memorari, ſed eorum eſt opinio ex parte virtutis cognoſcitiuæ, dum ſcilicet aliquis opinatur aliquid eſſe futurum: & ſpe-

A & ſperat ex parte virtutis appetitiuæ, dum ſcilicet ſpes in aliquid futurum quandoque tendit. Dicit autem, quod etiam quædam ſcientia poteſt eſſe futurorum, quæ poteſt eſſe ſperatiua ſcientia. Quidam autem nominant eam diuinatiuam, quia per eam aliqui poſſunt cognoſcere quid in futurum continget, de quo eſt ſpes. Sed cum ſpes ſit futurorum quæ ab homine acquiri poſſunt, huiuſmodi autem ſunt futura contingentia, de quibus non poteſt eſſe ſcientia: videtur quod nulla ſcientia poſſit eſſe ſperatiua futurorum. Dicendum autem eſt quod de futuris contingentibus, ſecundum ſe conſideratis, non poteſt eſſe ſcientia: ſed cum in cauſis ſuis conſiderantur, poteſt de eis ſcientia eſſe, prout aliquæ ſcientiæ cognoſcunt eſſe incluſiones quaſdam ad tales effectus. Sic enim & ſcientia naturalis eſt de generabilibus & corruptibilibus. Et hoc etiam modo Aſtrologi poſſunt per ſuam ſcientiam pronunciare quoſdam futuros euentus ſperando: puta vbertatem vel ſterilitatem, propter diſpoſitionem corporum cœleſtium ad tales effectus. Deinde cum dicit.

*d* ¶ Oſtendit quod memoria non eſt præſentis, ſed hoc dicit pertinere ad ſenſum, per quem neque futurum, neq; factum, id eſt, præteritum, cognoſcimus, ſed tantummodo præſens. Deinde cum dicit.

*e* ¶ Oſtendit, quod memoria eſt præteritorum. Et hoc probat ex communi vſu loquendi. Cum enim aliquid præſentialiter adeſt, puta cum aliquis præſentialiter videt album, nullus diceret ſe memorari album, ſicut nullus dicit ſe memorari illud, quod per intellectum actu conſideratur, cum actu conſideret & intelligat: ſed cum communiter homines vident album, nominant ſentire, & conſiderare aliquid actu, nominant ſolummodo ſcire. Cum aliquis autem habet ſcientiam habitualem, & potentiam ſenſitiuam ſine actibus vel operationibus eorum, tunc dicitur memorari præteritorum actuum, puta cum conſiderat intellectu triangulum habere tres angulos duobus rectis æquales: & forte ſenſibiliter deſcriptionem figuræ videt: & ex quadam parte operationis intellectualis memoratur aliquis, quia didicit ab alio, vel quia ſpeculatus eſt per ſeipſum: ex parte vero ſenſibilis apprehenſionis memoratur, quia audiuit vel vidit, vel aliquo alio ſenſu percepit. Semper enim cum anima memoratur, prænunciat ſe vel prius audiuiſſe aliquid, vel ſenſiſſe, vel intellexiſſe. Ex quo patet, quod non eſt intentio Philoſophi dicere, quod memoria non poſſit eſſe ipſarum rerum, quæ in præſenti ſunt: ſed ſolum eorum quæ in præterito fuerunt. Poteſt enim aliquis memorari non ſolum hominum, qui mortui ſunt, ſed etiam qui nunc viuunt, ſicut & ſuiipſius aliquis dicitur reminiſci; ſecundum illud Virgilii: Hæc talia paſſus Vlyxes, Oblitus ve ſui eſt Itacus diſcrimine tanto. Per quod intelligi voluit, quod meminit ſui: ſed intentio Philoſophi eſt dicere, quod memoria eſt præteritorum quantum ad noſtram apprehenſionem, id eſt, quod prius ſenſimus, vel intelleximus aliqua indifferenter, ſiue illæ res ſecundum ſe conſideratæ ſunt in præſenti, ſiue non. Deinde cum dicit.

*f* ¶ Concludit ex præmiſſis quid ſit memoria, qui neque eſt ſenſus, qui ſolum eſt præſentium, neque eſt opinio, quæ poteſt etiam eſſe futurorum: ſed oportet, quod ad aliquid horũ pertineat vel per modum habitus, puta ſi ſit aliqua vis permanens, vel per modum paſſionis, puta ſi ſit aliqua impreſſio tranſiens. Sic autem memoria pertinet ad ſenſum vel opinionem, cum interuenit aliquod tempus mediũ inter priorem apprehenſionem ſenſus, vel intellectualis opinionis, & memoriam ſubſequentem: vt ſic memoria poſſit eſſe præteritæ apprehenſionis: quia eius quod nunc apprehenditur, in ipſo nunc non eſt memoria, vt dictum eſt, ſed ſenſus quidem eſt præſentis, ſpes vero futuri, memoria vero præteriti. Et ideo oportet, quod omnis memoria ſit cum aliquo tempore intermedio inter ipſam, & priorem apprehenſionem. Et ex hoc concludit quod ſola animalia, quæ poſſunt ſentire tempus, memorantur, & illa parte animæ memorantur, qua & tempus ſentiunt, & de hoc in ſequentibus inquiret.

*d* Neque præſentis eſt, ſed ſenſus. Hoc enim neque futurum, neque factum cognoſcimus, ſed tantum præſens.

*e* Memoria autem facti eſt, præſens autem cum adeſt, vt hoc album, cum aliquis videt, nullus vtique dicet memorari, neque quod conſideratur, cum ſit conſiderans & intelligens. ſed hoc quidem communiter ſentire dicit, illud autem ſcire ſolũ. Cum vero ſine actibus ſcientiam & ſenſum habeat: ſic memoratur, quod triangulus duobus rectis æquales habet, hoc quidem, quia dicit aut ſpeculatus fuit, illud vero, quoniam audiuit aut vidit, aut aliquid tale. Semper enim, cum ſecundum memorari agat, ſic in anima dicit, quod hoc prius audiuit, aut ſenſit, aut intellexit.

C

*f* Eſt quidem igitur memoria, neque ſenſus neque opinio: ſed horum alicuius habitus aut paſſio cum factum fuerit tempus. Ipſius autem nunc in ipſo nunc non eſt memoria, ſicut dictum eſt. Eſt enim præſentis quidem ſenſus, futuri vero ſpes, facti autem memoria eſt. Vnde poſt tempus memoria omnis. Quare quæcumq; tempus ſentiunt, hæc ſola animalia memorantur & iſto ſentiunt.

*Sed neque id, quod præſens eſt, illius enim eſt ſenſus: hoc enim neque futurum, neque præteritum cognoſcimus, ſed ſolum id quod præſens eſt.*

*Memoria autem eſt præteriti, præſens vero cum adeſt, vt hoc album, quando quis id conſpicit, nullus vtique memorari aſſeret, neq; quod contemplatur, cum conſiderat & intelligit,* B *ſed illud quidem ſe ſentire dicit, hoc autem ſcire ſolummodo. Cum vero ſine operatione ſcientiam habuerit & ſenſum, tum de trianguli meminit angulis quod duobus rectis ſunt æquales, hoc quidem vel quia didicerit, vel contemplatus fuerit, illud vero quoniam audiuerit, vel viderit, aut huiuſmodi quippiam perceperit: ſemper enim cum memoriæ operam dat, tacite ſecum animo confirmat, quod prius id audiuit, aut ſenſit, aut eſt contemplatus.*

*Eſt igitur memoria neque ſenſus, neque opinatio, ſed horum alterius, habitus, aut paſſio, cum interceſſerit tempus. ipſius autem nunc in ipſo nunc, non eſt memoria, vt dictum eſt prius, ſed præſentis quidem ſenſus, futuri autem ſpes, præteriti vero memoria, quamobrem cum tempore omnis eſt memoria. & iccirco quæcunque tempus ſentiunt animalia hæc ſola recordantur, & iſto quo ſentiunt.*

D

## LECTIO II.

*a* QVoniam autem de phantaſia prius in his, quæ ſunt de Anima, dictum eſt, & quod intelligere non eſt ſine phantaſmate.

*b* Accidit enim eadem paſſio circa intellectum, quæ quidem

## LECTIO II.

*QVoniam autem de phãtaſia dictum eſt prius in commentariis de Anima, & quod ſine phantaſmate intelligere non licet.*

*Eadem enim in intelligendo contingit paſſio, quæ in deſcribendo, ibi*

## LECTIO II.

E *a* POſtquam Philoſophus oſtendit quid eſt memoria, hic oſtendit ad quam partem animæ pertineat. Et circa hoc duo facit. Primo præmittit quoddam, quod eſt neceſſarium ad propoſiti manifeſtationem. Secundo manifeſtat propoſitum, ibi, [ Magnitudinem autem & motum. ] Circa primum, Primo præmittit quod intendit. Secundario manifeſtat quod dixerat per exemplũ, ibi, [Accidit enim eadem paſſio.] Tertio oſtendit quid circa hoc ſit alibi manifeſtandum, ibi, [Propter quam igitur cauſam.] Proponit ergo primo, quod in Libro de Anima dictum eſt de phantaſia, quid ſit: quia ſcilicet eſt motus factus à ſenſu ſecundum actum. In eodem etiam libro dictum eſt, quod non contingit hominem ſine phantaſmate intelligere. Dinde cum dicit.

*Text. cõ. 61. Text. cõ. 20. 30. & 10.*

*b* ¶ Manifeſtat hoc qđ vltimo dixerat Poſſet enim alicui videri inconueniens, ſi non poſſit homo ſine phãtaſmate intelligere, cum phantaſma ſit ſimilitudo rei corporalis: intelligere aũt

ſit

&in deſcribendo. Ibi enim nulla vtentes quantitate trianguli determinata, tamen finita ſecundum quantitatem deſcribimus, & intelligens ſimiliter & ſi non intelligat quantum, ponitur ante oculos quantum. Intelligit autem non ſecundum quod quantum eſt ſolum. Si autem natura ſit quãtorum infinitorum, anteponitur tamen **G** quantum determinatum. Intelligit autem ſecundum quod quantum ſolum.

*enim ad nihil vtentes determinata trianguli quantitate. nihilominus per terminata illum deſcribimus, quantitatem ita intelligens, licet non contempletur quantum, ante oculos tamen proponit quantum, contemplatur autem non vt eſt quantum. Quod ſi natura fuerit quantorum quidem, verum indeterminatorum, ante oculos certe quantum ponit terminatum, contemplatur autem, vt quantum eſt ſolum.*

c Propter quam igitur cauſam non contingit intelligere nihil ſine continuo, neq; ſine ratione temporis entia, alia ratio eſt.

*Quam igitur ob cauſam intelligere non cont.ngit ſine continuo, & ſine tempore ea quæ non ſunt in tempore, alius eſt ſermo.*

d Magnitudinem autem & motum cognoſcere neceſſe eſt, quo & tempus, & phantaſma communis ſenſus paſſio eſt. Quare manifeſtum eſt, quod **H** primo ſenſitiuo, horum cognitio eſt: memoria autem quæ eſt intelligibilium, non ſine phantaſmate eſt. Quare intellectiui ſecundum accidens vtique erit, per ſe autem primi ſenſitiui.

*Magnitudinem autem & motum neceſſe illo cognoſcere, quo & tempus, & phantaſma communis ſenſus eſt paſſio, iccirco manifeſtum eſt, quod horum cognitio per primum eſt ſenſitiuum. Intelligibilium vero rerum memoria non ſine phantaſmate eſt, propterea contemplabilis quidem rei per accidens ſane erit, per ſe autem primi ſenſitiui.*

ſit vniuerſalium quę à particularibus abſtrahuntur, & ideo ad huius manifeſtationem inducit quoddam exemplum dicens, ꝙ ita accidit circa intellectum, quantum ad hoc quod indiget phantaſmate, ſicut accidit in deſcriptionibus figuratum Geometriæ, in quibus deſcribitur quidam triangulus, qui ſit alicuius determinatæ quãtitatis, cum Geome. in ſua demonſtratione non vtatur aliqua determinata quantitate trianguli: ſimiliter & homini volenti intelligere rem aliquam proponitur ante oculos phantaſma alicuius determinatæ quantitatis, vt pote, ſingularis: puta volẽti intelligere hominem, occurrit imaginatio alicuius hominis bicubiti: ſed intellectus intelligit hominem inquantum eſt homo, non autem in quantũ habet quantitatem hanc. Sed quia intellectus poteſt intelligere naturam quantitatis, ideo ſubiungit, ꝙ ſi ea quæ debent intelligi, ſunt ſecundum ſuam naturam quanta, puta linea, ſuperficies, & numerus, non tamen finita, id eſt, determinata determinatione ſingularitatis, nihilominus tamen ponit ante oculos phantaſma quanti determinati, ſicut volenti intelligere lineam occurrit phantaſma lineæ bipedalis, ſed intellectus intelligit eam ſolum ſecundum naturam quantitatis, non ſecundum quod eſt bipedalis. Deinde cum dicit.

c ¶ Oſtendit ad quam conſiderationem reſeruatur hoc, & dicit quod ad aliam rationem pertinet aſſignare cauſam, quare nihil poteſt homo intelligere ſine continuo & tempore: quod quidem accidit, inquantum nihil poteſt homo intelligere ſine phantaſmate. Phantaſma autem oportet quod ſit cum continuo & tempore, eo quod eſt ſimilitudo rei ſingularis, quæ eſt hic & nunc: quod non poteſt intelligi ſine phãtaſmate. Quare homo autem non poſſit intelligere ſine phantaſmate, de facili poteſt aſſignari ratio quantum ad primam acceptionem ſpecierum intelligibilium, quæ à phantaſmatibus abſtrahuntur ſecundum doctrinam Ariſt. in Tertio de Anima. Sed experimento patet quod etiam ille, qui iam acquiſiuit ſcientiam intelligibilem per ſpecies intellectas, non poteſt actu conſiderare illud, cuius ſcientiam habet, niſi occurat ei aliquod phantaſma. [Tex. cō. 3] Et inde eſt, quod læſo organo imaginationis impeditur homo non ſolum ab intelligendo aliqua de nouo, ſed etiam conſiderando ea, quæ prius intellexit, vt patet in phreneticis. Poſſet aũt adhuc aliquis dicere ꝙ ſpecies intelligibiles nõ manent in intellectu poſſibili humano, niſi quamdiu actu intelligit: poſtquam autem deſiit actu intelligere, pereunt & ceſſant ſpecies intelligibiles eſſe in intellectu, per modum, quo ceſſat lumen eſſe in aere apud abſentiã corporis illuminantis, & ideo eſt neceſſe, ſi intellectus velit de nouo intelligere, ꝙ iterum ſe cõuertat ad phantaſmata, vt acquirat ſpecies intelligibiles. Sed hoc eſt expreſſe contra verba Ariſt. in Tertio de Anima, vbi dicit quod cum intellectus poſſibilis fiat ſingula intelligibilia, ꝙ eſt per ſpecies eorũ, tunc etiam eſt in potentia ad intelligendũ in actu. [Tex. cō. 8.] Repugnat etiam rationi vt cum ſpecies intelligibiles recipiantur in actu in intellectu poſſibili immobiliter ſecundũ modum ipſius, intellectus poſſibilis non habet ſpecies intelligibiles etiam cũ actu non intelligit, non eſt ſicut in potentiis ſenſitiuis, in quib. propter conditionem organi corporalis, aliud eſt recipere impreſſionẽ, quod facit ſentire in actu, & aliud retinere, quando etiam res actu non ſentiuntur, vt obiicit Auicen. ſed cõtingit ꝓpter diuerſum gradũ eſſendi formarum intelligibilium, vel ſecundum potẽtiam puram, ſicut inuenire, vel addiſcere, vel ſecundum actum purum, ſicut quando actu

**F** intelligi: vel medio modo inter potentiam & actum: quod eſt eſſe in habitu. Nõ ergo propter hoc ſolum indiget intellectus poſſibilis humanus phantaſmate, vt acquirat intelligibiles ſpecies: ſed etiam vt eas quodam modo in phantaſmatib. inſpiciat. Et hoc eſt quod dicitur in tertio de anima. Species igitur in phantaſmatib. intellectiuum intelligit. [Tex. cō. 39.] huius autem ratio eſt, quia operatio proportionatur virtuti & eſſentiæ: intellectiui autem hominis eſt in ſenſitiuo, ſicut dicitur in ſecundo de Anima. Et ideo propria operatio eius eſt intelligere intelligibilia in phantaſmatibus, ſicut intellectus ſubſtantiæ ſeparatæ operatio eſt intelligere res ſecundum ſe intellectas, & ideo huius cauſa eſt reddenda à Metaphyſic. ad quem pertinet conſiderare diuerſos gradus intellectuum. Deinde cum dicit.

d ¶ Oſtendit ad quam partem animæ pertineat memoria. Et primo per rationem, ſecundo per ſigna, ibi, [Vnde & alteris.] Tertio concludit propoſitum ibi, [Cuius quidem igitur.] Dicit ergo primo, quod neceſſe eſt quod eadẽ parte animæ cognoſcatur magnitudo, & motus, qua etiam cognoſcitur tẽpus. Hæc enim tria ſe ſequuntur tam in diuiſione, quam in eo quod eſt eſſe infinitum & finitum, vt probatur in Sexto Phyſic. Magnitudo autem cognoſcitur ſenſu: eſt enim vnum de ſenſibilibus communibus. Similiter autem, & motus præcipue localis cognoſcitur, inquantum cognoſcitur diſtantia magnitudinis. Tempus autem cognoſcitur, inquantum cognoſcitur prius & poſterius in motu, vnde & etiam ſenſu percipi poſſunt Dupliciter autem aliquid ſenſu percipitur. vno quidem modo per ſeipſam immutationẽ ſenſus à ſenſibili, & ſic cognoſcuntur tam ſenſibilia propria, quam **I** etiam communia à ſenſibus propriis, & à ſenſu communi. Alio modo cognoſcitur aliquid quodam ſecundario motu, qui relinquitur ex prima immutatione ſenſus à ſenſibili. Qui quidẽ motus remanet etiam quandoque poſt abſentiam ſenſibilium & pertinet ad phantaſiam, vt habitum eſt in Libro de Anima. [Tex. cō. 101.] Phantaſia autem, ſecundum quod apparet per huius immutationem ſecundariam, eſt paſſio ſenſus communis: Sequitur enim totam immutationem ſenſus, quæ incipit à ſenſibilibus propriis & terminatur ad ſenſum communem. Vnde manifeſtum eſt, quod prædicta tria, ſcilicet magnitudo, motus, & tempus, ſecundum quod ſunt in phantaſmate, comprehenduntur & cognoſcuntur per ſenſum communem. Memoria autem non ſolum eſt ſenſibilium, vtputa cum aliquis memoratur ſe ſenſiſſe: ſed etiam intelligibilium, vt cum aliquis memoratur ſe intellexiſſe. Non autem eſt ſine phantaſmate. Senſibilia enim poſtquam prætereunt, à ſenſu non percipiuntur, niſi ſicut in Phantaſmate, intelligere etiam non eſt ſine phantaſmate, vt ſupra habitum eſt. **K** Vnde concludit quod memoria ſit intellectiuæ partis animæ; ſed per accidens, per ſe autem primi ſenſitiui ſenſus communis. Dictum eſt n. ſupra, quod intelligens proponit in phantaſmate quantum determinatum, licet intellectus ſecundum ſe conſideret rem abſentẽ: ad memoriam autem pertinet apprehenſio temporis ſecundum determinationem quandam, ſecundũ ſcilicet diſtantiam in præterito ab hoc in præſenti nunc. Vnde per ſe memoria pertinet ad apparitionem phantaſmatũ: per accidens aũt ad iudicium intellectus. Poſſet autem alicui videri ꝙ ex his quæ hic dicuntur, ꝙ phantaſia & memoria nõ ſunt potentiæ diſtinctæ ſenſu cõmuni: ſed ſint quædam paſſiones ipſius: ſed Auicenna rationabiliter oſtendit eſſe diuerſas potentias. Cum enim potentiæ

ſenſitiuæ

ſenſitiuæ ſint actus corporalium organorum, neceſſe eſt ad diuerſas potentias pertinere receptionem formarum ſenſibiliū, quod pertinet ad ſenſum & conſeruationem eorū, quæ pertinent ad phantaſiam ſiue imaginationem, ſicut in corporalib. videmus ꝙ ad aliud principium pertinet receptio & conſeruatio, humida enim sūt bene receptiua, ſicca autem, & dura bene conſeruatiua. Similiter etiā ad aliud principium pertinet recipere formam, & conſeruare receptam per ſenſum, & intentionem aliquam per ſenſum non apprehenſam, quamuis æſtimatiua percipit etiam in alijs animalibus, vis autem momoratiua retinet, cuius eſt memorari rem non abſolute, ſed prout eſt in præterito apprehēſa à ſenſu vel intellectu, contingit tamen ꝙ diuerſarum potentiarum, vna eſt quaſi radix & origo aliarū potētiarum, quarum act⁹ actum ipſius primæ potentiæ præſupponunt, ſicut nutritiua eſt quaſi radix augmentatiuæ, & generatiuæ potentiæ, quarū vtraque vtitur nutrimento. Similiter autē ſenſus communis eſt radix phantaſiæ, & memoriæ, quæ præſupponunt actum ſenſus communis. Deinde cum dicit.

e ¶ Manifeſtat quod dixerat per duo ſigna. Quorum primum ſumitur ex parte animalium habentium memoriam. & dicit quod quia memoria eſt per ſe primi ſenſitiui, inde eſt quod memoria ineſt quibuſdam aliis animalibus habentibus ſenſum & carentibus intellectu, & non ſolum homini & quibuſcumque aliis habentibus opinionem, quæ poteſt ad intellectum ſpeculatiuum pertinere, & prudentiam, quæ pertinet ad intellectum practicum. Si autem memoria eſſet aliquid de potentiis intellectiuis, nō ineſſet multis aliorum animalium, de quibus manifeſte conſtat quod habent memoriā, & tamen non habent intellectum, & forte non ineſſet memoria alicui mortalium niſi homini, qui ſolus homo inter mortales habet intellectum. Dicit autem forte propter quoſdam qui dubitauerunt de quibuſdam aliis animalibus ab homine: vtrū habeant intellectum, propter opera quædam ſimilia operibus rationis, ſicut ſunt opera Simiarum, & quorundam huiuſmodi animalium. Secundum ſignum ponit ibi.

f ¶ Et ſumitur ex animalibus non habentibus memoriam. Et dicit inde eſſe manifeſtum ꝙ memoria pertinet per ſe ad partē ſenſitiuam, quia ēt nūc cum ſupponimus ſolum hominem inter mortales habere intellectum, memoria non ineſt omnibus animalibus: ſed ſolum illa habent memoriam, quæ ſentiūt tēpus. Quædam n. animalia nihil percipiunt niſi apud præſentiam ſenſibilium, ſicut quædam animalia immobilia, quæ propter hoc habent indeterminatam phantaſiam, vt dicitur in Secundo & Tertio de Anima, & propter hoc non poſſunt cognoſcere prius & poſteri⁹, & per conſequens nō habent memoriā. Semper n. cum animal agit per memoriam, vt prius dictum eſt, ſimul ſentit quod hoc prius vidit, aut audiuit aut didicit. Prius

Tex. cō. 20. Tex. cō. 56.

A autem & poſterius pertinent ad tempus. Deinde cum dicit.

g ¶ Concludit propoſitum. Et dicit manifeſtum eſſe ex præmiſſis ad quam partem animæ pertineat memoria: quia ad eam, ad quam pertinet phantaſia, & ꝙ illa ſunt per ſe memorabilia, quorū eſt phantaſia, ſcilicet ſenſibilia: per accidens autem memorabilia ſunt intelligibilia, quæ ſine phātaſia non apprehenduntur ab homine. Et inde eſt quod ea quæ habent ſubtilem, & ſpiritualem conſiderātionem, minus poſſumus memorari. Magis autem ſunt memorabilia, quæ ſunt groſſa & ſenſibilia. Et oportet, ſi aliquas intelligibiles rationes volumus memorari fācilius, quod eas alligemus, quaſi quibuſdā aliis phantaſmatibus, vt docet Tullius in ſua Rhetorica. Memoria tamen ponitur à quibuſdam in parte intellectiua, ſecundū quod hic per memoriam intelligitur omnis habitualis conſeruatio eorum, quæ pertinent ad partem animæ intellectiuam.

e Vnde & alteris quibuſdam ineſt animalium: & nō ſolum hominibus, & habentibus opinionem & prudentiam. Si autem intellectiuarum aliqua partium eſſet, non vtique ineſſet multis aliorum animalium, forte autem nulli mortalium.

*Quapropter, & aliis quibuſdam ineſt animalibus, & non ſolum hominibus, & opinione aut prudentia præditis: quod ſi intellectiuæ eſſet partis, non multis ſane aliorum ineſſet animalium, forteque mortalium nulli.*

f Quoniam neq; nunc omnibus propter id quod non omnia tpis ſenſum habent. Semper enim cū agat memoria, ſicut & prius diximus, quoniam vidit, aut audiuit, aut didicit, ſimul ſentit, quia prius. Prius autem & poſterius in tempore ſunt.

B *Quando neque nunc omnibus, quoniam non omnia temporis ſenſum habent. Semper enim quando memoria operatur, vt retro diximus, quod vidit hoc aut audiuit, aut didicit, ſimul ſentit quod ante. Ante autem & poſt ſunt in tempore.*

g Cuius quidem igitur eorum quæ ſunt animæ, memoria ſit; manifeſtum, quoniam quidem cuius & phantaſia eſt. Et ſunt memorabilia per ſe quidem; quorum eſt phantaſia: ſecundum accidens autem, quæcunque non ſine phantaſia.

C *Cuius igitur partium animæ eſt memoria, palam eſt quod illius videlicet, cuius eſt phātaſiā, Et memorabilia per ſe quidem ſunt quæcunq; imaginabilia exiſtunt, per accidens autem, eorum quæcunque non ſine phantaſia.*

## LECTIO III.

a DVbitabit autem vtique aliquis propter quid quidem paſſione præſente, re vero abſente, memoratur quod non præſens.

*DVbitare autem non ab re quis poterit, cur præſente quidem paſſione, re vero abſente non præſentis recordetur.*

b Manifeſtum enim, quoniam oportet intelligere talē aliquam paſſionem factam per ſenſum in anima, & in parte corporis habente ipſam, velut picturam quandam. cuius dicimus habitum eſſe memoriam, factus enim motus imprimit velut figuram quandam ſenſibilis, ſicut ſigillantes annulis.

D *Manifeſtum profecto eſt, quod huiuſmodi quippiā à ſenſu in anima productum intelligere oportet, aut in corporis parte, quæ illum continet, vt paſſio illa, velut quædam ſit pictura, cuius habitum memoriam eſſe dicimus, illa enim quæ fit motio imprimit veluti ſenſibilis effigiem rei, eorum more, qui annulis ſignant.*

### LECTIO III.

a POſtquā Philoſophus oſtendit qđ ſit memoria, & cuius partis animæ ſit, hic oſtendit cauſam memorandi. Et circa hoc duo facit. Primo proponit dubitationem, ſecundo ſoluit, ibi, [ Aut eſt vt contingit. ] Circa primum tria facit. Primo mouet dubitationem, ſecundo manifeſtat qđdam, quod dubitatio ſupponit, ibi, [Manifeſtum enim, quoniam oportet.] Tertio inducit rationes ad quæſtionem, ibi, [ Sed ſi tale accidens. ] Dicit ergo primo, quod poteſt aliquis dubitare, cum in memorando quædam paſſio præſentialiter afficiat animam, res vero, cuius memoramur, ſit abſens, propter quid memoramur id quod nō eſt præſens, ſ. rem, & non memoramus paſſionem præſentem. Deinde cum dicit.

b ¶ Manifeſtat quoddam quod ſuppoſuerat, ſcilicet, paſſionem quandam eſſe in anima dum memoramur. Et primo manifeſtat hoc per cauſam, ſecundo per ſigna, ibi, [ Vnde & his quidem.] Dicit ergo primo manifeſtum eſſe quod oportet intelligere aliquam talem paſſionem à ſenſu eſſe factam in anima, & in organo corporis animati, cuius quidem animæ memoriam dicimus eſſe quendam quaſi habitum, quæ quidem paſſio eſt quaſi quædam pictura: quia ſcilicet ſenſibile imprimit ſuam ſimilitudinem in ſenſu, & huius ſimilitudo remanet in phantaſia, etiam ſenſibili abeunte. Et ideo ſubiungit quod motus, qui fit à ſenſibili in ſenſum, imprimit in phantaſia quaſi quandam figuram ſenſibilem, quæ manet ſenſibili abeunte ad modū, quo illi, qui ſigillant cum annulis, imprimunt figuram quandam in cera, quæ remanet etiam, ſigillo vel annulo remoto. Dicit autem in anima & in parte corporis: quia cum huiuſmodi paſſio pertineat ad partē ſenſitiuā, quę eſt actus organici corporis, huiuſmodi paſſio non pertinet ad ſolam animam: ſed ad coniunctum. Memoriam autem nominat habitū partis hui⁹, quia memoria eſt in parte ſenſitiua,

E

& ea quę in memoria conſeruamus, quandoque non actu apprehẽdimus ſed quaſi habitualiter tenemus. Deinde cũ dicit.
c ¶ Manifeſtat propoſitum per ſigna, ſcilicet ꝙ in memorando ſit prædicta paſſio præſens. Et dicit ꝙ propter hoc ꝙ talis paſſio neceſſaria eſt ad memoriã, contingit quod quibuſdam non ſit memoria: quia ſunt in multo motu, ſiue hoc ſit propter paſſionem corporis, ſicut infirmis vel ebriis: vel animæ, ſicut in his, qui ſunt commoti ad iram vel concupiſcentiam: aut etiam hoc accidit propter ætatem deputatam augmento ſiue decremento, & ſic propter huiuſmodi cauſas corpus hominis eſt in quodam fluxu, & ideo non poteſt retinere impreſſionem, quæ fit ex motu rei ſenſibilis, ſicut contingeret ſi aliquis motus vel etiam ſigillum imprimeretur in aquam fluentem. Statim enim propter fluxum deperiret figura In quibuſdam vero aliis non recipitur prædicta impreſſio. Quandoque quidem propter frigiditatem congelantem humores, ſicut accidit in his, qui ſunt in magno timore conſtituti, quod propter frigidationem quandam non poteſt imprimi aliquid in anima ipſorum. Et ponit exemplum de antiquis ædificiis, cum paries eſt nouus antequam cementum inſpiſſetur, poteſt de facili immutari, non autem poſtquam inſpiſſatur. Quandoque autem accidit non propter infrigidationem, ſed propter duritiem naturalem eius, quod debet recipere paſſionem. Corpora n. terreſtria duritiem habent, etiam ſi ſint calida, corpora vero aquea indurantur per hoc, quod ſuperinfrigidantur. Et propter prædictas cauſas, illi qui ſunt multum noui ſicut pueri, & etiam ſenes, ſunt immemores, quia corpora puerorum ſunt in fluxu propter augmentum, ſenum vero propter decrementum, ideo in neutris bene retinetur impreſſio. Contingit tamen quod ea, quæ quis à pueritia accipit, firmiter in memoria tenet propter vehementiam motus, ex quo contingit vt ea quæ admiramur, magis memoriæ imprimantur. Admiramur autem noua præcipue & inſolita, pueris de nouo mundũ ingredientibus maior aduenit admiratio de aliquibus quaſi inſolitis, & ex hac etiam cauſa firmiter memorantur: ſecundũ autem complexionem fluentis corporis, naturaliter cõpetit illis, vt ſint labilis memoriæ. Subiungit autẽ quod ſimiliter propter prædicta, neutri videntur eſſe bene memores, neq; illi qui ſunt multum velocis apprehenſionis, nec illi qui ſunt multum tardæ. Illi enim qui ſunt multum veloces, ſunt magis humidi quam oportet. Humidi n. eſt facile recipere impreſſiones. Illi aũt qui ſunt magis tardi, ſunt etiã magis duri. Et ideo velocius nõ remanet impreſſio phantaſmatis in anima. Duros aũt non tangit, id eſt non recipiunt phantaſmatis impreſſionem. Poteſt etiã aliter exponi ꝙ dictum eſt, vt primo quidem intelligat aſſignaſſe cauſam defectus memoriæ propter motũ ſuperueni-

c Vnde & his quidem, qui in motu multo aut propter paſſionem, aut propter ætatem ſunt, non fit memoria, tanquam vtique in aquam fluentem incidẽte motu & ſigillo. Aliis quidem propter ea frigida, quod ſicut antiqua ædificiorum, & propter duritiem accipiẽtis paſſionem, non fit impreſſio, propter quod quidem multum noui & ſenes, G immemores: fluunt enim hi quidem propter augmentum, illi vero propter decrementum. Similiter autem & multum veloces aut tardi: neutri videntur memores. Hi quidem enim plus oportet, humidiores ſunt, illi vero duriores. His quidem igitur non manet phantaſma in anima, alios vero non tangit.

*Quamobrem iis, qui in multa ſunt agitatione, aut propter paſſionem, aut propter ætatem, nullus ſanæ memoriæ eſt vſus, vt ſi in fluentem aquã is incideret motus & ea ſigilli impreſſio, nonnullis vero ob naturæ frigiditatem, velut in antiquis ædificiorum ſtructuris, & ob duritiem recipiendæ paſſionis ineptis, nulla imprimitur figuratio. Et hanc ob cauſam adoleſcentuli valde & ſenes non bene ſunt memores, effluunt enim alteri quidem propter incrementa, alteri vero propter decrementa, pariq; modo qui mentis agilitate vigent, & qui tardo ſunt ingenio, non bene memores eſſe apparent, illi enim humidiores quam opus ſit, ii vero ſicciores exiſtunt, alteris igitur in anima non perſtat imago, alteros autem neque tangit.*

H

d Sed ſi tale accidens eſt circa memoriam, vtrum hanc memoratur paſſionem, aut illud à quo facta eſt? Si enim hanc, abſentium nihil vtique memorabimur: ſi vero illud quod ſentientes, hoc memoramur quomodo non ſentimus quod abſens. Et ſi eſt ſimile ſicut figura aut pictura in nobis ſi vera huius ipſius ſenſus, propter quid vtique erit memoria alterius: ſed non huius ipſius? Agens enim memoria ſpeculatur hanc paſſionem, & ſentit hanc. Quomodo igitur non præſens memoratur? erit enim vtique videre & audire non præſens.

*At vero, ſi circa memoriam huiuſmodi eſt accidens, vtrũ ne huiuſce meminit paſſionis, an illius à quo eſt effecta? ſi enim huius, abſentium certe non erit memoria, ſi vero illius, quo pacto ſentientes hoc, abſentis meminimus quod non ſentimus, ſiue ſimile eſt in nobis vt figura, ſiue pictura. Si autem huius ipſius eſt ſenſus, cur alterius erit memoria, & non huius? qui enim per memoriam agit, hanc contemplatur paſſionem, & iſtam ſentit, quo igitur modo abſentis meminit, hoc* I *enim continget modo & videre, & audire illud quod non eſt præſens.*

e Aut eſt vt contingit & accidit hoc. Vt enim in tabula pictũ animal, & animal eſt & imago,

*An eſt vt contingit hoc & accidit. Sicut enim in tabella pictum animal, idem & animal eſt, & imago, & idẽ*

F entem. quam poſtea manifeſtauit per exemplum iuuenum & ſenum. Secũdo autem aſſignauit cauſam ex naturali complexione, vel quia in aliquib. abundat humor aqueus qui eſt frigidus & humidus, & ideo diſpergũtur de facili in eis impreſſiones phantaſmatum, ſicut faciliter dilabuntur antiqua ædificia, vel quia in aliquibus abundat humor terreſtris, qui propter duritiem non recipiunt impreſſionem. Et hoc poſtea manifeſtauit per exemplum velocium & tardorum. Eſt autẽ conſiderandum, quod ideo præmiſit impreſſionem phantaſmatis fieri in anima, & in parte corporis, vt poſtmodum oſtenderet homines diuerſimode ſe habere ad huiuſmodi impreſſionem, propter diuerſam corporis diſpoſitionem. Deinde cum dicit.
d ¶ Argumentatur ad quæſtionẽ prius propoſitã. Et primo iam manifeſtato qđ ſuppoſitum erat, reſumit quæſtionẽ, & dicit qđ ſi hoc accidit circa memoriam, ſ. ꝙ ſit in ea paſſio quædã præſens vt pictura, quærendum eſt, vtrum aliquis memoratur hãc paſſionẽ, quæ pręſentialiter eſt in memorãte, aut rem ſenſibilẽ, à qua facta eſt iſta impreſſio. Secundo ibi. Obiicit ad vnã partẽ & dicit, qđ ſi quis dicat qđ homo memoratur paſſionẽ pręſentem, ſequitur qđ nihil abſentiũ memoretur, quod eſt contra prædeterminata. Tertio ibi, [ Si vero illud. ] Obiicit ad partẽ aliã tribus rationib. Quarũ primã ponit dicens ꝙ ſi aliquis memoretur illã rẽ, à qua facta eſt paſſio, videtur eſſe inconueniens quod homo ſentiat id, qđ eſt præſens, ſc. paſſionem, & qđ ſimul cum hoc memoretur id, quod eſt abſens, quod non poteſt ſentire. Dictum eſt enim quod memoria pertinet ad primum ſenſitiuum, & ſic non videtur quod ſenſus ſit de vno, & memoria de alio. Secundam rationem ponit, ibi, [ Et ſi eſt ſimile. ] Et dicit quod ſi huiuſmodi paſsio, quæ eſt præſens K memoranti, eſt in nobis ſicut quædam figura aut pictura ipſius ſenſus in repræſentando primam immutationem ſenſus à ſenſibili, quare memoria erit alterius, ſc. rei & non ipſiuſmet figuræ vel picturæ? Cum enim ſit figura ſenſus manifeſtum eſt quod apprehendi poteſt. Et etiã hoc experimento patet quod ille qui memoratur, ſpeculatur aliquid per intellectum circa hanc paſsionem, vel ſentit per partem ſenſitiuam. Videtur autem inconueniens quod præſente eo quod cadit ſub apprehẽſione, illud non apprehendatur, ſed aliquid aliud. Tertiam rationẽ ponit, ibi, [ Quomodo igitur. ] Et q̃rit quomodo aliquis poſsit per ſenſum interiorem memorari illud, quod non eſt præſens. Cum enim ſenſus exterior ſit conformis ſenſui interiori, ſequeretur quod ſenſus exterior eſſet rei non præſentis, ita ſcilicet quod contingeret videre & audire rem non præſentem, quod videtur inconueniens. Deinde cum dicit.
e ¶ Soluit propoſitam quæſtionẽ. Et primo oſtẽdit per quam cauſam contingat memorari: ſecundo oſtẽdit quæ ſit cauſa ꝙ aliquid

A

&idem & vnum ipſum eſt ambo, eſſe tamen non idem amborum & eſt cōſiderare, & ſicut animal, & ſicut imaginem, ſic & quod in nobis phantaſma oportet exiſtimare, & ipſum aliquid ſecundum ſe eſſe, & alterius phátaſma. Secundum quidem ſeipſum ſpeculatum, & phantaſma eſt. Inquantum vero alterius, vt imago & memorabile. Quare & cum agat motus ipſius, ſiquidē inquantum ſecundum ſe, ſic ſentit anima ipſum, vt intelligibile: aliquod autem phantaſma videtur adeſſe: ſi autem inquantum alterius, & ſicut in pictura tāquā imaginem conſiderat, & qui nō vidit coriſcum, vt coriſci imaginem, hæc alia paſſio huius ſpeculationis. Et quando ſicut animal pictum conſiderat in anima, hoc quidem ſit ſicut intelligibile ſolum, hoc autem vt vbi; quia imago memorabile.

*vnum ambo, ambobus autem eſſe non eſt vnum, licetque illud contemplari vt animal, & vt imaginē, ita id quod in nobis eſt phātaſma exiſtimare oportet, & ipſum per ſe contemplabile quiddam eſſe, & alterius imaginem; vt igitur de per ſe, contemplabile quippiam eſt aut phantaſma; vt vero alterius: tanquam imago & rememoratio. Itaque cum ipſius operatur motio,* B *ſi quidem vt per ſe eſt eo ſenſerit anima, quaſi intelligibile quippiam, aut phātaſma ſibi incurrere videtur: Quod ſi ab alio tanquam in pictura, vt imaginem contemplatus fuerit, & coriſcum non conſpicatur tanquam coriſcum, tunc certe huius contemplationis alia eſt paſſio, & quando vt pictum contemplatus fuerit animal, & in anima hoc quidem vt contemplabile ſit ſolum, illud autem vt ibi, quoniam imago memorabile.*

C

*f* Et ob hoc aliquando, factis nobis in anima huiuſmodi motibus ab eo, quod prius ſenſimus, neſcimus an id ꝓpterea acciderit, quoniam antea ſenſerimus, & ſi eſt memoria aut, non dubitamus quandoque. Aliquando autem accidit intelligere, & reminiſci, quoniam aliquid audiuimus prius aut vidimus, hoc autem contingit cum ſpeculans tanquam ipſum tranſmutatur, & conſideretur tanquam alterius. Fit aliquando & contrariū, vt accidit Antipheronti Oritæ, & aliis extaſim paſſis. Phātaſmata enim dicebant fieri ac ſi memorentur. Hoc autem fit cum aliquis non imaginem tanquam imaginem, conſideret.

*Et hanc ob cauſam interdum ignoramus huiuſmodi in anima nobis excitatis motionibus, quoniam prius ſenſimus, ſi quoniam ſenſimus id accidit, & ſi eſt memoria necne, ambigimus aliquando. Quandoque autem accidit intelligere & reminiſci, quod quippiam prius audiuimus aut vidimus. Hoc vero contingit quando contemplans vt ipſum permutetur, & contemplatus fuerit vt alterius. Fit autem aliquando contrarium, vt* D *Antipheronti contingit Oritæ, nonnullisque aliis extra ſepoſitis, phātaſmata enim dicebāt vt facta & vt meminiſſent, hoc autem accidit cum quiſpiam non imaginem contemplatur vt imaginem.*

*g* Meditationes autem memoriam ſeruant in reminiſcendo. Hoc autem eſt nihil alterum, quam ſpeculari multoties ſicut imaginem, & non ſecundum ſe.

*Cōmentationes autem in reminiſcendo memoriam conſeruant, id autem nihil aliud eſt, quam ſæpe contemplari, vt imaginem, & non vt per ſe eſt.* E

aliquid bene in memoria cōſeruetur, ibi, [Meditationes aūt.] Tertio epilogat, ibi, [Quod quidem igitur.] Circa primū duo facit. Primo ſoluit dubitationē, ſecundo manifeſtat ſolutionē per ſignū, ibi, [Et ob hoc aliquando.] Dicit ergo primo ꝙ poteſt aſſignari quomodo cōtingat & accidat hoc ꝙ dictum eſt, ſcilicet quod aliquis ſentiat paſſionē præſentem, & memoretur rem abſentem, Et inducit exemplum de animali, quod pingitur in tabula, quod quidem, & eſt animal pictum, & eſt imago animalis veri. Et cum idem ſubiecto ſit cui conueniūt hæc ambo, differunt tamen hæc duo ratione: & ideo alia eſt cōſideratio eius inquantū eſt animal pictum, & alia inquantum eſt imago animalis veri: ita etiam & phantaſma quod eſt in nobis poteſt accipi, vel prout eſt aliquod in ſe, vel prout eſt phantaſma alterius. Et ſecundum ſe quidem, eſt quoddam ſpeculatū, circa quod ſpeculatur intellectus vel phantaſia quantum pertinet ad partē ſenſitiuam. Secundum vero ꝙ eſt phantaſma alterius, qđ prius ſenſimus vel intelleximus, ſic cōſideratur vt imago in aliud ducens, & principium memorandi. Et ideo cum anima memoretur ſecundum modū phantaſmatis, ſi anima cōuertatur ad ipſum ſecundum ſe, ſic videtur animæ adeſſe, vel aliquid intelligibile, quod intellectus in phantaſmate inſpicit, vel ſimpliciter phantaſma, quod vis imaginatiua apprehēdit. Si vero anima conuertat ſe ad phantaſma, inquantum eſt phantaſma alterius, & conſideret ipſum tanquam imaginē eius, quod prius ſenſimus, vel intelleximus, vt dictum eſt circa picturam. Et ſicut ille qui non videt coriſcum: & conſiderat eius phantaſma, vt coriſci imaginem: hæc iam eſt alia paſſio huius conſiderationis, quia videlicet iam hoc ad memoriam pertinet. Et ſicut accidit de phantaſmate alicuiꝰ ſingularis hominis, puta coriſci imaginem, quod quandoque conſideratur ſecundum ſe, quandoque vt imago, ita etiam accidit circa intelligibilia: quandoque enim intellectus inſpicit ad phantaſma, ſicut ad quoddam animal pictum, ſi inſpiciat ad ipſum ſecundum ſe, ſic ſolum conſideratur, vt quoddam intelligibile: ſic autē intellectus inſpiciat ad ipſum in quantum eſt imago, ſic erit principium memorandi, ſicut accidit ibi, id eſt circa particularia. Sic igitur manifeſtum eſt, quod quando anima conuertit ſe ad phantaſma, prout eſt quædam forma reſeruata in parte ſenſitiua, ſic eſt actus imaginationis ſiue phantaſiæ, vel etiam intellectus cōſiderātis circa hoc vniuerſale. Si autem anima cōuertatur ad ipſum in quantum eſt imago eius, ꝙ prius audiuimus aut intelleximus, hoc pertinet ad actū memorandi. Et quia eſſe imaginem ſignificat intentionē quandā circa formam, ideo conuenienter Au. dicit quod memoria reſpicit intentionem, imaginatio vero formam per ſenſum apprehenſam. Deinde cum dicit.

*f* ¶ Manifeſtat quod dixerat per quædā ſigna Et dicit, quod qñ tūc memoramur quādo attēdimus ad phātaſma ſecundum qđ eſt imago eius, quod prius ſenſimus & intelleximus, ideo circa actum memoriæ tripliciter ſe habent homines. Aliquando enim, quamuis in nobis ſint motus phantaſmatū, qui ſunt facti ab eo quod ſenſimus, qui ſ. relinquūtur ex prima immutatione ſenſus prius à ſenſibili, tamen neſcimus ſi accidat hos motus eſſe in nobis ſecundum hoc quod prius ſenſimus aliquid. Et ideo dubitamus, vtrum memoremur vel non. Secundo vero contingit aliquando ꝙ homo intelligit, & reminiſcitur; quia prius audiuimus aut vidimus aliqua cuius phantaſma tunc nobis occurrit, quod eſt proprie memorari, & hoc contingit quando ille ꝗ ſpeculatur phantaſma, mouetur quidem ab ipſo præſenti phātaſmate, ſed cōſiderat ipſum inquantum eſt imago alterius quod prius ſenſit vel intellexit. Tertio autē modo aliquando accidit contrarium primi modi vt, ſ. credat hō ſe memorari cum nō memoratur, ſicut accidit cuidā, qui dicebatur Antipheron, & erat origine Oretanꝰ; & ſimiliter contingit illis, qui patiūtur alienationē mentis. Phantaſmata enim, quæ eis de nouo occurrūt exiſtimant ac ſi eſſet aliquorum prius factorum ac ſi memorētur illa, quæ nūquam viderunt vel audierunt. Et hoc contingit cum aliquis conſiderat id, quod non eſt imago alterius prius facti, ac ſi eſſet eius imago. Deinde cum dicit.

*g* ¶ Oſtendit per quę memoria conſeruetur. Et dicit ꝙ frequentes meditationes eorū, quæ ſenſimus aut intelleximus, conſeruant memoriam ad hoc ꝙ aliquis bene reminiſcatur eorum ꝗ vidit aut intellexit. Nihil autē eſt aliud meditari, ꝗ multoties conſiderare aliqua, ſicut imaginem priorum apprehenſorū, & non ſolum ſecūdum ſe, qui quidem motus conſeruandi pertinet ad rationem memoriæ. Manifeſtum aūt eſt, ꝙ ex frequenti actu memorandi, habitus memorabiliū confirmat, ſicut &

quilibet

quilibet habitus per ſimiles actus, & multiplicata cauſa forti- F
ficatur effectus. Deinde cum dicit.

*Lec. prima & ſecunda.* *h* ¶ Epilogat ſimiliter ſupradicta. Et dicit quod dictum eſt quid eſt memoria & memorari: quia memoria eſt habitus, id eſt habitualis quædam conſeruatio phantaſmatis, non quidem ſecundum ſeipſum. ( hoc enim pertinet ad virtutem imaginatiuam: ) ſed inquantum phantaſma eſt imago alicuius prius ſenſati. Dictum eſt etiam ad quam partem animę earum, quæ in nobis ſunt, pertineat: quia ſcilicet pertinet ad primum ſenſitiuum, inquantum per ipſum cognoſcimus tempus.

*h* Quid quidem igitur eſt memoria & memorari, dictum eſt, quoniam phantaſmatis vt imaginis cuius phantaſma habitus, & cuius particulæ earum, quæ in nobis, quia primi ſenſitiui & quo tempus ſentimus.

*Quid igitur eſt memoria, & ipſam meminiſſe, dictum eſt, quoniam phātaſmatis vt imaginis, cuius eſt phantaſma, habitus eſt præterea cuiuſnam partis in nobis, quoniam ſcilicet primi ſenſitiui, quo etiam tempus percipimus.*

## LECTIO IV.

G

*a* DE reminiſci autem reliquum eſt dicere. Primum quidem igitur, quæcunque in argumentatiuis rationibus vera ſunt, oportet ponere, vt exiſtentia.

RE*liquum autem eſt, vt de reminiſcentia dicamus. Principio igitur quæcunque in problematis vera inuenta ſunt, ſupponantur vera.*

*b* Non enim eſt memoriæ reſumptio reminiſcentia, neque acceptio.

*Neque enim memoriæ reſumptio eſt reminiſcentia neque apprehenſio.*

*c* Cum enim primum addiſcat aut patiatur, non reſumit memoriam neque vnam. Nulla enim ante facta eſt.

*Cum enim primo didicerit quiſpiam aut patiatur, neque vllam reſumit memoriam, nulla enim præfuit.*

H

*d* Neque ex principio accipit. Cum enim factus fuerit habitus aut paſſio, tunc memoria eſt. Quare vna cum paſſione, quæ fit, non ingeneratur.

*Neque à principio ſumit, quando autem factus fuerit habitus aut paſſio, tunc eſt memoria: quamobrem vna non fit cum paſſione.*

*e* Adhuc autem cum primo facta eſt in indiuiduo & vltimo, paſſio quidem inexiſtit iam patienti & ſcientia, ſi oportet vocare ſcientiam habitum aut paſſionem. Nihil autem prohibet ſecundum accidens memorari quædam quę ſcimus. Memorari autem ſecundum ſe non eſt ante factum tempus. Memoramur enim nunc quæ audiuit, aut vidit, aut paſſus fuit prius, non quod nunc paſſus eſt, memoratur nunc.

I

*Præterea, quando primo in indiuiduo & vltimo factum eſt, paſſio quidem iam ineſt patienti & ſcientiæ. ſiquidem habitum aut paſſionem ſcientiam appellare conuenit. Nihil enim obſtat per accidens nonnullorum meminiſſe quæ ſcimus, memorari autem per ſe non ineſt niſi interceſſerit tempus, in præſentia nanque meminit eius quod vidit, aut paſſus eſt ante, non illius quod nunc patitur in præſentia meminiſſe cenſetur.*

*f* Amplius manifeſtum quoniam memorari eſt non nunc reminiſcentem, ſed à principio ſentientem aut patientem.

*Manifeſtum quin etiam eſt, quod meminiſſe eſt, non rememorantem in præſentia quod à principio ſenſerit, aut paſſus fuerit.*

## LECTIO IV.

*a* POſtquam Philoſophus determinauit de memoria, & memorari, nunc determinat de reminiſci. Et primo dicit de quo eſt intentio, ſecundo proſequitur propoſitum, ibi, [ Nō enim eſt memoriæ.] Dicit ergo primo, qd poſtquam dictum eſt de memorari, reliquū eſt dicere de reminiſci hoc ordine, vt quæcunque vera poſſint accipi per diſputatiuas rationes, primo ſupponantur, quaſi exiſtentia vera, per quod excuſat ſe à prolixa diſputatione eorum, quæ ad reminiſcentiam pertinent. Deinde cum dicit.

*b* ¶ Exequitur propoſitum. Et circa hoc tria facit. Primo oſtendit qd ſit reminiſcentia per comparationem ad alias apprehenſiones: ſecundo determinat modum reminiſcendi, ibi, [Cō tingit autem reminiſcentiæ.] Tertio oſtendit qualis paſſio ſit reminiſcentia, ibi, [ Quod autem corporea quædam paſſio. ] Circa primum duo facit. Primo oſtēdit quid non ſit reminiſcentia, ſecundo quid ſit, ibi, [Sed cum reſumat.] Circa primum duo facit. Primo proponit quod intendit, ſecundo manifeſtat propoſitum, ibi, [ Cum enim primum addiſcat.] Dicit ergo primo, quod reminiſcentia neque eſt reſumptio memoriæ, ita quod nihil aliud ſit reminiſci quā iterato memorari: neque iterum reminiſcentia eſt prima acceptio alicuius cognoſcibilis, puta quæ fit per ſenſum, vel per intellectum. Deinde cum dicit.

*c* ¶ Manifeſtat quod dixerat. Et circa hoc duo facit. Primo oſtendit differentiam duorum, quę propoſuerat, ſcilicet reſumptionis memoriæ & acceptionis: ſecundo oſtendit quod reminiſcentia non ſit memoriæ reſumptio, neque etiam acceptio, ibi, [Amplius manifeſtum.] Circa primum duo facit. Primo oſtendit quod acceptio non eſt memoria, quia ille qui accipit non memoratur: ſecundo oſtendit quod nec econuerſo memorari eſt acceptio, eo quod ille, qui memoratur, non de nouo accipit, ibi, [Neq; ex principio.] Dicit ergo primo, quod cum aliquis primum addiſcat, vel patiatur quantū ad apprehenſionem ſenſitiuam; nullam memoriam tunc reſumit, quia nihil reſumitur niſi prius exiſtens: nulla autem memoria præceſſit, ergo primum addiſcere vel ſentire non eſt memoriam reſumere. Deinde cum dicit.

*d* ¶ Oſtēdit quod memorari non ſit prima acceptio. Et circa hoc duo facit. Primo oſtēdit quod memorari non conſiſtit in hoc quod eſt accipere notitiam: ſecundo oſtēdit quod non conſiſtit in hoc quod eſt primo acceptum eſſe, ibi, [ Adhuc autem. ] Dicit ergo primo, quod neque etiam memorans accipit à principio notitiam rei memoratæ. Cum enim memoria ſit facti, vt ſupra habitū eſt, tunc eſt memor, quando notitia per modum habitus vel ſaltem paſſionis iam eſt in facto eſſe. Sed, cum ſit prima paſſio in ipſa, ſcilicet acceptione notitiæ, nondum eſt in facto eſſe: ergo nondum fit in homine memoria. Deinde cum dicit.

*e* ¶ Oſtendit quod neque memoria eſt in primo inſtanti, in quo iam facta eſt notitia, ſiue per modum habitus, ſiue per modū paſſionis, ſicut quando non cum notitia eſt in habitum verſa. Vbi conſiderandum eſt, quod ſicut probatur in Sexto Phyſicorum, primo dicitur eſſe factum aliquid in indiuiſibili inſtanti, quod eſt vltimum temporis menſurantis motum. Dicit ergo, quod cum primo facta eſt notitia in indiuiſibili, quod eſt vltimū temporis generationis notitiæ, in illo quidem inſtanti dici poteſt quod iam ineſt patienti, id eſt, acquirenti notitiam paſſio & ſcientia, ita vt non faciamus vim in nomine ſcientiæ, qd proprie ſignificat habitum: ſed accipiamus hoc nomen com-
K muniter pro habitu, & pro paſſione. Et ratio huius quod dicit, eſt, quia ſemper in vltimo inſtanti generationis verum eſt dicere illud eſſe, cuius eſt generatio, ſicut in vltimo inſtanti generationis ignis, ignis iam eſt. Exiſtente autem ſcientia, nihil prohibet memorari ea, quæ iam ſcimus: ſed hoc eſt per accidens. Non enim memoramur ea in quantum in præſenti eorum ſcientiā habemus, ſed per ſe memorari non contingit ante factū tempus, ſ. antequam interueniat tempus medium inter notitiam prius exiſtentem, & ipſam memoriā. memoratur n. nunc aliquis quæ prius audiuit, vel vidit, vel qualitercunque paſſus fuit: non autem nunc memoratur, quod nunc paſſus eſt. Manifeſtum eſt autem, quod primo aliquis iam paſſus dicitur in ipſo vltimo inſtanti paſſionis. non ergo tunc poteſt eſſe memoria. Deinde cum dicit.

*f* ¶ Oſtendit vlterius, ꝙ reminiſcentia nec eſt memoriæ reſumptio, nec noua acceptio. Et dicit per præmiſſa manifeſtū eſſe, ꝙ

memorari

mêmorari contingit non nunc reminiſcentem, i, non memoratur aliquis huius, quod nunc reminiſcitur, ſed eius, quod à principio ſentit vel qualitercumque paſſus eſt. Et ſic reminiſcentia non eſt reſumptio memoriæ, ſed refertur ad aliquid, quod prius aliquis apprehendit. Deinde cum dicit.

g ¶ Manifeſtat quid ſit reminiſcentia. Et primo dicit, ꝙ reminiſcentia eſt reſumptio primæ acceptionis: ſecundo oſtendit quod non quęlibet talis reſumptio eſt reminiſcentia, ibi, [Neque itaq;.] Dicit ergo primo quod reminiſcentia non eſt reſumptio memoriæ: ſed cum reſumit aliquis id, quod pri⁹ ſciuit, vel ſenſit ſenſu ꝓprio vel cõmuni, huiuſmodi habitum dicimus eſſe memoriam. Sicut enim memorari refertur ad prius factam notitiam, ita & reminiſci. Et tunc eſt reminiſci, ſ. cum aliquo mõ reſumimus priorem apprehenſionẽ, non aũt ita quod reminiſcentia ſit aliquid eorum, quæ dicta ſunt, vel ſenſus. vel memoria, vel phantaſia, vel ſcia ſed per reminiſcentiã accidit memorari, quia reminiſcentia eſt quidam motus ad memorandum. Et ſic memoria ſequitur reminiſcentiam, ſicut terminus motum, vel ſecundum aliam literam. Reminiſcentia ſequitur memoriam, quia ſicut inquiſitio rationis eſt via ad aliquid cognoſcendum, & tamen ex aliquo cognito procedit, ita reminiſcẽtia eſt via ad aliquid memorandũ: & tamen ex aliquo memorato procedit, vt infra patebit. Deinde cum dicit.

u.le memoria.

b ¶ Hic oſtendit quod non quælibet reſumptio ſenſus vel ſcientiæ eſt reminiſcentia. Et dicit, quod non eſt vniuerſaliter hoc verum quod reminiſcentia fiat quandocunque iterum ſit cognitio ſcientiæ vel ſenſus, quæ prius fuerat, ſed quodammodo contingit reſumentem ſcientiam, aut ſenſum reminiſci, & quodammodo non. Et quod non ſit vniuerſaliter verum, oſtendit per hoc quod contingit eundem hominem, ſecundo poſt amiſſam ſcientiam idem addiſcere aut inuenire, quod prius. hoc tamen non eſt reminiſci. Oportet igitur quod reminiſci differat ab his, ſcilicet ab iterato addiſcere vel inuenire, & quod aliquid plus inſit, quod ſit principium reminiſcendi, quam requiratur ad addiſcendum. Quid autem ſit illud plus, per ſequentia manifeſtatur.

*LECTIO V.*

a POſtquam Philoſophus inquiſiuit quomodo reminiſcẽtia ſe habeat ad alia, quę ad cognitionem pertinent, hic incipit manifeſtare reminiſcendi modum. Et primo manifeſtat modum reminiſcendi, ſecundo oſtẽdit differentiam inter memoriã & reminiſcentiam, ibi, [Quod q dẽ igitur non idẽ ſunt.] Circa primum duo facit. Primo oſtendit modum reminiſcendi quãtum ad res, quarũ reminiſcimur: ſecũdo quantũ ad tempus. reminiſcentia n. concernit tempus, ſicut memoria. & hoc ibi, [Maxime aũt oportet cognoſcere.] Circa primũ duo facit,

g Sed cum reſumat quam prius habuit ſcientiã aut ſenſum, aut cuiuſuis deniq; habitum, memoriam diximus eſſe hoc, & tunc reminiſci aliquid eorum, quæ dicta ſunt. Memorari autem accidit, & † memoriam ſequitur.

h Neque itaque hoc ſimpliciter, ſed cum ante eſſent, iterum fiãt, ſed eſt vt eſt, aut vt non. Bis n. diſcere & inuenire contingit eundem idem. Oportet igitur differre reminiſci ab his, & cum reminiſcimur longe maius principium nobis ineſſe, quam cum denuo addiſcimus.

B

*LECTIO V.*

a COntingunt autẽ reminiſcentiæ, quoniã aptus natus eſt fieri hic motus iam poſt hunc. Si fieri enim ex neceſsitate, manifeſtum, quod cum motus fuerit illo, hoc mouebitur. ſi autem non ex neceſsitate; ſed ex conſuetudine, vt ad multũ mouebitur. Accidit autem quoſdã ſemel conſueuiſſe velocius quã alios multoties motos. Vnde quædam ſemel videntes, magis memoramur quam altera multoties.

C

b Cum igitur reminiſcimur, mouemur ſcdm quendam primorũ motuum. quouſque vtique moueamur poſtquam ille conſueuit. Vnde & quod conſequenter venamur, meditãtes à nunc: aut alio aliquo, & vt à ſimili, aut contrario, aut propinquo, & propter hoc fit reminiſcentia. Mot⁹ enim horum, horum quidem

D

*Verum, quando reſumpſerit quam prius habebat ſcientiam, aut ſenſum, id cuius habitum memoriam dicebamus, hoc eſt tũc eorum quæ dicta ſunt quippiam reminiſci, ad ipſum autem memorari memoriam ſequi contingit.*

*Neque hæc profecto ſimpliciter ſi cum præeſſent antea rurſus fiant, ſed eſt quomodo hoc contingat, & eſt quo modo non, eandem enim rem his eundem diſcere & inuenire contingit. Reminiſci igitur ab huiuſmodi differre oportet; & pluri exiſtẽte principio quã ex quo quiſpiam diſcit; reminiſci.*

LECTIO V.

*FIeri autem contingunt reminiſcẽtiæ, quoniam hæc poſt illam nata eſt fieri motio. Et ſi quidem ex neceſſitate, palam eſt quando illa mouetur, hanc etiam moueri. ſi autẽ non neceſſario, ſed ex conſuetudine, vt in pluribus mouebitur. Cõtingit autem quoſdam ſemel magis cõſueſſe, quam alios ſæpius motos. Quamobrem quædam ſemel videntes illorum meminimus magis quam alia multoties.*

*Quando igitur reminiſcimur per præcedentes quaſdam motiones mouemur, quo ad per eam moueamur poſtquam illa fieri conſueuit. Quamobrem quod ſequitur indagamus ab ipſo nũc. aut alio quopiã, nec nõ à ſimili, aut à contrario, aut proximo: & iccirco ſit reminiſcentia, horum nanque motiones, partim quidem ſunt eædem, partim vero ſimul, nonnullorum*

A Primo proponit cauſam reminiſcendi, ſecũdo oſtendit modũ, quo procedit in reminiſcendo, ibi [Cũ igitur reminiſcimur.] Cauſa aũt reminiſcendi eſt ordo motuum, qui relinquũtur in anima ex prima impreſſione eius, quod primo apprehẽdimus. Hanc ergo cãm primo proponẽs dicit, ꝙ reminiſcentia cõtingunt, per hoc ꝙ vnus motus natus eſt, poſt alium nobis occurrere. quod quidem contingit dupliciter. Vno modo, quando ſecundus motus conſequitur poſt primum motum ex neceſſitate, ſicut ad apprehenſionem hominis ſequitur apprehenſio aĩalis ex neceſſitate, & ſic manifeſtum eſt quod quando aĩa mouetur primo motu, mouebitur etiam ſcđo. Alio vero modo contingit quia ſecundus motus ſequitur poſt primum non ex neceſſitate, ſed ex conſuetudine, quia, ſ. aliquis conſueuit poſt hoc cogitare vel dicere vel facere, & tunc ſecundus motus ſequitur poſt primum non ſꝑ, ſed vt ad multum, i. vt in plurib. ſicut etiã effectus naturales, vt in plurib. ex ſuis cauſis ſequuntur, nõ ſemper. Dicta autem conſuetudo nõ firmatur æqualiter in omnib. hominibus, ſed accidit quod quidem ſemel cogitando, velocius firment in ſe conſuetudinem, quam alii, ſi multotiens cogitent hoc poſt illud, ꝙ põt cõtingere vel propter maiorem attentionem & profundiorem cognitionem, vel ꝑꝑ naturam, quæ eſt melius receptiua & retentiua impreſſionis. Et inde etiam cõtingit, quod nos ſemel videntes quædam, magis memoramur eorum, quam alia multoties viſa. Quia ea, quibus vehementius intendimus, magis in memoria manent. Ea vero, quæ ſuperſicialiter & leuiter videmus aut cogitamus, cito a memoria labuntur. Deinde cum dicit.

b ¶ Oſtendit quomodo reminiſcentia procedat, ſuppoſito prędicto ordine motuũ. Et circa hoc duo facit. Primo manifeſtat modũ procedendi in reminiſcendo: ſcđo oſtendit vnde oporteat reminiſcentem procedere, ibi, [Oportet aũt acceptum eẽ principium.] Circa primũ duo facit. Primo manifeſtat modũ, quo proceditur in reminiſcẽdo: ſecundo ex hoc oſtendit qualiter differt reminiſci & addiſcere, quod ſupra indeterminatũ dimiſerat, & hoc ibi, [Et in hoc reminiſci.] Circa primum tria facit. Primo ꝓponit modũ reminiſcendi, ſecundo ex hoc ſoluit quandam dubitationem, ibi, [Nihil autem oportet.] Tertio manifeſtat propoſitum per ſigna, ibi, [Vnde citiſſime.] Primo igitur concludit ex præmiſſis, quod ex quo vnus motus ſequitur poſt alterũ vel ex neceſſitate, vel ex conſuetudine, oportet, quod quando reminiſcimur, moueamur ſecundum aliquem horum motuum, quouſq; veniamus ad hoc quod moueamur apprehendendo illo motu, qui conſueuit eſſe poſt primum, quem, ſ. motum intendimus reinuenire reminiſcendo quia reminiſcentia nil eſt aliud quam inquiſitio alicuius, ꝙ à memoria excidit. Et iõ reminiſcẽdo venamur, i. inquirimus id, quod conſequenter eſt ab aliquo priori, quod in memoria tenemus.

E

F

& iidem, horum autem ſimul, illorum autem partem habent: quare reliquum paruum eſt ꝙ motum eſt poſt illum. Quærunt quidem igitur ſic, & non quærētes autem ſic reminiſcuntur, cū poſt alterum motum ille fiat, plerumque tamen alteris factis motibus (quales diximus) fiebat ille.

*etiam habent partem. Quamobrem paruum ſane eſt quod reſtat quod poſt illud eſt motum, hoc igitur quærunt modo. Atqui non quærentes, etiam ſic reminiſcūtur, cum poſt aliam motionem illa facta fuerit, magna autem ex parte aliis factis motionibus, quales diximus, fit & illa.*

G

c Nihil autem oportet intendere, quæ procul ſunt, quomodo memoremur, ſed non quæ prope. manifeſtum eſt enim quod idem modus eſt aliqualiter. Dico autem quomodo dicit quod conſequenter non præinquirēs neque reminiſcens. conſuetudine enim conſequitur motus hic poſt hunc. Et cum igitur reminiſci voluerit, hoc faciet. Quæret accipere principium motus, poſt quem ille erit.

*Neque vero conſiderare oportet quomodo memoremur illa, quæ procul ſunt, ſed ea quæ de prope. manifeſtum enim eſt, quod idē eſt modus, quomodo nulla inquiſitione conſequens dicit, neque in ipſa reminiſcentia, conſuetudine enim hic poſt illum ſibi inuicem conſequuntur motus. Et cum reminiſci ſane voluerit hoc faciet, & motionis principium accipere quæret poſt quod illa erit.*

H

d Vnde citiſſime, & optime fiunt à principio reminiſcentiæ. Sicut enim ſe habent res adinuicem in eo quod conſequenter, ſic & motus.

e Et ſunt magis reminiſcibilia quæcumque ordinationem habent aliquam, ſicut mathematica quæ autem male, ea etiam difficulter.

*Quamobrem celerrime & optime à principio fiunt reminiſcentiæ, quemadmodum enim conſequutionis ordine adinuicem ſe habent res, ita & motiones.*

*Et bene memorabilia ſunt quæcunque ordinem quendam habēt, vt mathematicæ diſciplinæ, alia vero praue & difficulter.*

## *LECTIO VI.*

a ET in hoc reminiſci differt ab iterū addiſcere, quia poterit quodāmodo per ſeipſum moueri in id, quod eſt poſt principium; cum vero non, ſed per aliud, non amplius memoratur.

## LECTIO VI.

I

*ET hac in re reminiſci ab iterum diſcere differt, quod poterit ſane ex ſe ipſo moueri ad id quod principiū conſequitur; quando vero non, ſed per alium, non ſane meminit.*

Sicut enim ille, qui inquirit per demonſtrationem, procedit ex aliquo priori, ꝙ eſt notum, ex quo venatur aliquid poſterius quod eſt ignotum, ita etiam reminiſcens ex aliquo priori, qđ in memoria habetur, procedit ad reinueniendum id, quod ex memoria excidit. Hoc autem primum, à quo reminiſcens ſuā inquiſitionem incipit quandoque quidē eſt tempus aliquod notum quandoque aūt aliqua res nota. Secundum tempus quidem incipit quandoque à nunc, id eſt à præſenti tempore, procedendo in præteritum, cuius quærit memoriam: puta ſi quærit memorari id quod fecit ante quatuor dies, meditatur ſic, hodie feci hoc, heri illud, tertia die aliud, & ſic ſcđm conſequentiam motuum aſſuetorū peruenit reſoluendo in id quod fecit quarta die. Quandoque vero incipit ab aliquo alio tempore, puta ſi quis in memoria habeat quid fecerit octaua die ante, & oblitus ſit quid fecerit quarta die, procedet deſcendendo ad ſeptimam, & ſic inde quouſque veniat ad quartam diem, vel etiam ab octaua die aſcēdet in quintamdecimam diem, aut in aliquod aliud tempus præteritum. Similiter ēt quandoque reminiſcitur aliquis incipiens ab aliqua re, cuius memoratur, à qua procedit ad aliam triplici ratione. Quandoque quidem ratione ſimilitudinis, ſicut quando aliquis memoratur de Socrate, & per hoc occurrit ei Plato, qui eſt ſimilis ei in ſapientia; quandoque vero ratione contrarietatis, ſicut ſi aliquis memoretur Hectoris, & per hoc occurrit ei Achilles. Quandoque vero ratione propinquitatis cuiuſcumque, ſicut cum aliquis memor eſt patris, & per hoc occurrit ei filius. Et eadem ratio eſt de quacumq; alia propinquitate, vel ſocietatis, vel loci, vel temporis, & propter hoc fit reminiſcētia, quia motus horum, ſeinuicem conſequūtur. Quorundam n. præmiſſorum motus ſunt idem, ſicut præcipue ſimilium, quorumdam autem ſimul, ſ. contrariorum, qa cognito vno contrariorum, ſimul cognoſcitur aliud, quandoque vero quidam motus habent partem aliorum, ſicut contingit in quibuſcunq; propinquis. quia in vnoquoque propinquorum conſideratur aliquid, quod pertinet ad alterū: & ideo illud reſiduum, quod deeſt apprehenſioni, cum ſit paruū, conſequitur motum prioris, vt apprehenſo primo, conſequenter occurrat apprehenſioni ſecundum. K Eſt autem conſiderandum vlterius, ꝙ quandoque peruenitur ad motū poſteriorē ex aliquo priori ſecūdum prædictum modū ab his, qui quærunt inuenire motum conſequētem perditū, & hoc ꝓprie eſt reminiſci, quādo, ſ. aliquis ex intentione inquirit alicuius rei memoriam. Contingit aūt quandoque ꝙ etiam illi, qui non quærūt memorari, propterea quod ſic procedentes ex priori motu in poſteriorem, vt dictum eſt, deueniunt in memoriam alicuius rei, cum ille motus rei oblitæ fiat in aīa poſt alium, & hoc quidem erat præter intentionem (ſed vt ſecundum multa) id eſt in plurib. factis aliis motib. quales diximus, ſcilicet ſimilibus vel contrariis vel propinquis, inſurgebat ille motus qui occurrit, ſed hoc abuſiue dicitur reminiſci. Eſt aūt cauſaliter memorari ſcđm ſimilitudinē quandā reminiſcentiæ. Deinde cū dicit.

c ¶ Soluit ex præmiſſis quandam dubitationem. Poſſet enim alicui venire in dubium, quare frequenter memoramur ea, q̄ procul ſunt, puta ea, quæ ante multos annos contigerunt, & non memoramur ea quæ ſunt prope, puta quæ fuerunt ante paucos dies. Sed ipſe dicit, ꝙ circa hoc non oportet intendere, id eſt, dubitādo ſollicitari, quia manifeſtum eſt, ꝙ aliqualiter eodem mō hoc accidit, qui in præmiſſis poſitus eſt. Et exponit reſumens ꝙ dictum eſt, ſ. ꝙ contingit quandoque ꝙ anima dicat apprehendendo id, quod conſequenter eſt, cuius erat oblita, abſq; hoc ꝙ præinquirat, vel ex intentione reminiſcatur, quia propter conſuetudinem vnus motus ſequitur ad alium. Vnde inſurgente primo motu, ſequitur ſecundus, etiam ſi homo nō intēdat. Et ſicut contingit hoc ex conſuetudine præter intentionem, ita etiam hoc facit aliquis cum ex intentione voluerit reminiſci; quæret n. accipere primum motum, ad quem cōſequatur motus poſterior. Et quia quandoque contingit, qđ motus eorum quæ ſunt procul magis per conſuetudinem firmati, propter hoc eorum interdum magis memoramur, vel ex inquiſitione vel ſine inquiſitione. Deinde cum dicit.

d ¶ Manifeſtat præmiſſum modum per duo ſigna. Quorum primum ponit dicens quod quia ex priori motu propter conſuetudinem venitur in ſequentem vel inquirendo vel non inquirendo, inde eſt quod citiſſime & optime fiunt reminiſcentiæ quando incipit aliquis meditari à principio totius negocii, quia ſecundum ordinem quo res ſunt ſibiinuicem conſecutæ, ſecundum hunc ordinem facti ſunt motus eorum in anima, ſicut quando quærimus aliquem verum, prius incipimus à capite. Secundum ſignum ponit ibi.

e ¶ Et dicit quod illa ſunt magis reminiſcibilia, quæcunque ſunt bene ordinata, ſicut mathematica & Theoremata Mathematicorum, quorum ſecundum concluditur ex primo, & ſic deinceps. Illa autem, quæ ſunt male ordinata, difficulter reminiſcuntur. Sic ergo ad bene memorandum vel reminiſcendum, ex præmiſſis quatuor documenta vtilia addiſcere poſſumus. Quorum primum eſt vt ſtudeat quæ vult retinere in aliquem ordinem deducere: ſecundo vt profunde & intente eis mentem apponat; tertio vt frequenter meditetur ſecundum ordinem, quarto vt incipiat reminiſci à principio.

### *LECTIO VI.*

a POſtquam Philoſophus oſtendit modum reminiſcendi, hic manifeſtat duo, quæ ſupra dicta ſunt.

Primo quidē quomodo differant reminiſci, & iterum addiſcere. ſecundo quod oportet reminiſcētem à principiis incipere, ibi, [Oportet aūt acceptum eſſe.] Circa primum duo facit.

Primo

*b* Multoties autem iam quidem non poteſt reminiſci. querere autem poteſt & inuenit. Hoc autẽ fit multa mouenti, ſi moueat huiuſmodi motu quem conſequitur res. Meminiſſe enim eſt ineſſe potentiam mouentem. Hoc autem eſt vt ex ipſo, & iis, quos habet, motibus moueatur, ſicut dictum eſt.

B *c* Oportet autem acceptum eſſe principium.

*d* Propter quod à locis videntur reminiſci aliquando.

*e* Cauſa autem eſt, quia velociter ab alio in aliud veniunt, vt à lacte in album, ab albo autẽ in aerem, & ab hoc in humidum, à quo meminit autumni is, qui hoc tempus inquirebat.

C *f* Videtur aũt vniuerſale principium & medium omnium. ſi enim non prius, cum in hoc veniat reminiſcetur, aut non iam neque aliunde, vt ſi quis intellexit in quibus ABGDEZST. Si enim non in E reminiſcitur, in T meminit. Hinc enim ad ambo motum eſſe contingit, & in A & in E. Si vero non horum aliquid quærit, in G veniens reminiſcetur, ſi in G aut E inquirit. Si autem non in A, & ſic ſemper.

A B G D E Z S T

*Plerumq; autem reminiſci quidem iam non valet, quærere autem poteſt, & inuenit. Id autem fieri contingit multa mouenti, quo ad eiuſmodi excitauerit motionem quam res ipſa ſequatur. Meminiſſe enim eſt mouentem ineſſe potentiam, id autem eſt vt ex ſeipſo quiſpiam, & ab iis quæ in ſe habet, motionibus vt dictum eſt moueatur.*

*Principium autem accipere oportet.*

*Quapropter à locis videntur reminiſci aliquando.*

*Huius autem rei cauſa, quoniam celeriter ab alio ad aliud tranſit, vt ex lacte ad album, ex albo ad aerem, ex hoc ad humidum, à quo poſtmodum autumni reminiſcitur, id quærens anni tempus.*

*Simile autem eſt vniuerſale principio & medium omnium; nam ſi non prius, ſaltem cum ad id peruenerit memorabitur, vel neque amplius, neque aliunde, vt ſi quis cõſiderauerit in quibus ABGDEZST. ſi enim non ipſius HE, meminerit, in ipſo certe EH memoratus eſt, hinc enim ad ambo moueri contingit, & ad D & ad E. ſi autem nihil horum quærit ad ipſum ſi G deueniens memorabitur, ſiue G ſiue F quærit, ſi vero non ad ipſum A, & hoc ſemper modo.*

A primo oſtendit quomodo differt reminiſci, & iterum addiſcere: ſecundo quomodo differt reminiſci, & iterum inuenire, ibi, [Multoties autem.] Circa primum conſiderandum eſt, quod tam ille qui reminiſcitur, quam ille, qui iterato addiſcit, recuperat notitiam quam amiſit, ſed ille qui reminiſcitur recuperat eam ſub ratione memoriæ, in ordine, ſ. ad id, quod prius fuit cognitum, ille autẽ qui iterato addiſcit, recuperat eam abſolute, non quaſi alicuius prius cogniti. Cum autẽ ad notitiam ignotorum non perueniamus niſi ex aliquibus principiis præcognitis, neceſſe eſt, quod principia, ex quibus procedimus ad aliquid ignotum cognoſcendũ, ſint eiuſdem generis, vt patet in Primo Poſter. Et iõ neceſſe eſt, quod reminiſcens ad recuperandum notitiam ſub ratione memoriæ procedat ex aliquibus à principio memoratis: quod non contingit iterato addiſcere. Dicit ergo, ꝙ in hoc differt reminiſci ab hoc, quod eſt iterum addiſcere, quia reminiſcens habet poteſtatem quodammodo vt moueatur in aliquid, quod conſequitur ad primum in memoria retentum: puta cum aliquis recordatur quod tale quid dictum eſt ei, oblitus eſt autem quis dixerit ei. vtetur ergo ad reminiſcendum id, cuius eſt oblitus, eo quod habet in memoria. Sed quando non peruenit ad recuperandum amiſſam notitiã per principium in memoria retentum, ſed per aliquod aliud quod ei de nouo traditur à docente, non eſt memoria nec reminiſcentia, ſed hoc eſt de nouo addiſcere. Dinde cum dicit.

D *b*¶ Manifeſtat quo modo differt reminiſci, & iterum inuenire. Et dicit, ꝙ multoties homo non poteſt iam reminiſci eius, qđ oblitus eſt, quia nõ manent in eo motus aliqui, ex quib. poſſit deuenire in id, quod quærit memorari: ſed, ſi quærat, quaſi de nouo in notitiam illius rei poteſt procedere, & multoties inuenit id quod quęrit, ac ſi de nouo ſcientiam acquireret. Id aũt contingit, quando anima diuerſa excogitans, multis motibus mouetur: & ſi contingat quod perueniat ad motum, quẽ conſequitur cognitio rei, tunc dicitur inuenire. Ideo ante non põt reminiſci, licet poſſit inuenire, quia reminiſci contingit ꝑ hoc, ꝙ homo interius retinet quandam potentiam vel virtutem inducendi ſe ad motus rei quos quærit. hoc autem contingit, cũ E poteſt peruenire ad hoc quod moueatur motu, quem amiſit ꝑ obliuionem & hoc ex ſeipſo, non ex aliquo docente, vt cõtingit, quando iterum addiſcit, & ex motib. præhabitis, ſicut dictum eſt, non ex nouis motibus, ſicut quando iterum inuenit. Deinde cum dicit.

*c*¶ Manifeſtat quod oportet reminiſcentẽ à principio incipere. Et circa hoc duo facit. Primo oſtẽdit propoſitum: ſecundo aſſignat cãm defectus, quem quandoq; patimur in reminiſcendo, ibi, [Eius aũt quod ab eodem.] Circa primũ duo facit. Primo oſtendit ꝙ oportet reminiſcentem incipere à principio: ſecũdo à quali principio, ibi, [Videtur autẽ.] Circa primum tria facit. Primo proponit quod intendit. Et dicit, quod oportet, eũ qui vult reminiſci, accipere principiũ, à quo incipit moueri, vel cogitando, vel loquendo, vel aliud faciendo. Scđo ibi.

*d*¶ Manifeſtat quod dixit per ſignum. Quia enim oportet reminiſcentem aliquod principium accipere, vnde incipiat procedere ad reminiſcendum, inde eſt quod aliquando homines videntur reminiſci à locis, in quib. aliqua ſunt dicta vel facta, vel cogitata, vtentes loco quaſi quodam principio ad reminiſcendum, quia acceſſus ad locũ eſt principium quoddã eorum omnium, quæ in loco aguntur. Vnde & Tullius in ſua Rhetorica docet qđ ad facile memorandum oportet imaginari quædam loca ordinata, quibus phantaſmata eorum quæ memorari volumus, quodam ordine diſtribuantur. Tertio ibi.

*e*¶ Manifeſtat propoſitum per cauſam dicẽs, quod cauſa quare oportet reminiſcentem accipere principium, eſt, quia homines de facili per mentis quandam euagationem de vno veniunt in aliud ratione ſimilitudinis, aut cõtrarietatis, aut propinquitatis, ſicut ſi cogitemus vel loquamur de lacte, de facili peruenimus in album propter lactis albedinẽ, & de albo in aerem propter claritatem diaphani, quę cauſat albedinem, & ab aere in humidum, quia aer eſt humidus. ab humido autem peruenitur ad reminiſcendum temporis autumnalis, qđ quærebat rõne contrarietatis; quia hoc tempus eſt frigidum, & ſiccum. Deinde cum dicit.

*f*¶ Oſtẽdit quale principium reminiſcens debeat accipere. Et dicit, ꝙ iſtud quod eſt vniuerſale, videtur eſſe principium, & medium: per quod poteſt perueniri ad omnia. Dicitur autem hic vniuerſale, non illud quod prædicatur de pluribus, ſicut in Logicis, ſed id, à quo aliquis conſueuit ad diuerſa moueri, ſicut ſi poſt lac, aliqs moueatur ad albedinem & ad dulcedinem, & iterum ab albedine ad quædam alia, ſicut dictum eſt, & iterum à dulcedine ad calorem digerentem, & ad ignem, & ad alia conſequenter cogitata, lac erit quaſi vniuerſale ad omnes iſtos mot⁹. Et oportet ad hoc recurrere ſi aliquis voluerit cuiuſcunque cõſequentiũ reminiſci, quia ſi non reminiſcitur alicuius conſequentiũ pri⁹, per alia poſteriora principia, ſaltem reminiſci poterit cum venerit ad illud primum vniuerſale principium. Aut, ſi tunc non reminiſcitur, non poterit aliunde reminiſci. Et ponit exemplũ de diuerſis cogitatis per diuerſas literas, ABGDEZST. Quas quidem literas enumerat ſecundum ordinem alphabeti Græci. non tamen in reminiſcendo eſt idem ordo: ſed accipiendum eſt quod aliquis cogitando, vel loquendo de B veniat in, A: de A vero quandoque quidem in E, quandoque vero in G, D, aut quandoque in D, quandoque in E. de G, vero quandoque in I, quandoque in A. Si ergo aliquis non reminiſcatur eius quod eſt in G, poterit reminiſci eius, quod eſt in E, ſi veniat ad E ex quo mouebatur ad duo, ſ. ad E & D. Sed forte nõ quærebat E, neque D: ſed quærebat S vel Z. tunc veniẽs ad G reminiſcetur. Sed qa neſcimus verũ id ꝙ q̃rimus, contineatur ſub E, vel ſub G, oportet recurrere ad A, quod eſt quaſi vniuerſale reſpectu oĩum. Et ſic ſemper oportet procedere: puta ſi adhuc B ſit vniuerſalius quam A. Poteſt a. & aliter diſpoſitio p̄dicta intelligi: vt ab A directe quidem veniatur in G, lateraliter autem in B A G: aut lateraliter quidem in I hinc inde: di-

recte autem in T, à quo in D & E. Et ideo dicit, quod ſi aliquis meminit in E quod eſt vltimum; venit in T quod eſt prius. Et ſi forte in T non meminit, quia id quod quærit, non continetur ſub eo, recurrendum eſt ad G, ſub quo quædam alia continẽtur, puta A Z, & deinde in A, vt prius dictum eſt, ſub quo continetur etiã B. Quod quidem in propoſita linea conſpici poteſt. Deinde cum dicit.

g ¶ Aſſignat cauſam defectus, quam reminiſcentes patiuntur. Et primo quantum ad hoc, q̃d omnino non reminiſcimur; ſecundo quantum ad hoc quod corrupte reminiſcimur, ibi, [ Quoniam autem. ] Dicit ergo primo, ꝙ iõ ab eodẽ principio accepto quandoq; homines reminiſcuntur, & quandoque non, quia contingit quod ab eodem principio, à quo mouetur aliquis ad diuerſa, pluries mouetur ad vnum quam ad aliud: puta ſi ab ipſo G moueatur in E & in D pluries in vnum quam in aliud. Vnde eo accepto, de facili reminiſcitur eius, in quod pluries conſueuit moueri. Si vero non moueatur per antiquum, i. per id, per quod magis conſueuit moueri, mouetur minus conſuete. & iõ non de facili reminiſcitur, quia conſuetudo eſt quaſi quædam natura. Vnde ſicut ea, quæ ſunt naturaliter, de facili fiunt & reparantur, inquantum ſ. res cito redeunt ad ſuam naturam propter naturæ inclinationẽ, vt patet in aqua calefacta quæ cito redit ad frigiditatem, ita etiam ea quæ multoties conſiderauimus, de facili reminiſcimur propter inclinationẽ conſuetudinis. Quod autem conſetudo ſit ſicut natura, manifeſtat per hoc, quod ſicut in natura quidam ſit ordo, quo hoc poſt hoc ſit, ita etiam quando multæ operationes per ordinem ſe conſequuntur, faciunt quandam naturam. & hoc præcipue contingit in operationibus animalium, in quorum principiis aliquid eſt imprimens, & aliquid impreſſionem recipiens: ſicut imaginatio recipit impreſſionem ſenſus. Et ideo quæ frequenter vidimus vel audiuimus, magis in imaginatione firmantur per modum cuiuſdam naturæ: ſicut etiam multiplicatio impreſſionis agentis naturalis producit ad formam, quæ eſt natura rei. Deinde cum dicit.

h ¶ Oſtendit cauſam quare quandoque corrupte reminiſcamur. Et dicit ꝙ ſicut in his, quæ ſunt ſecundum naturã cõtingit aliquid quod eſt extra naturã, quod eſt à fortuna vel caſu, ſicut monſtratur in partib. animalium, multo magis contingit aliquid inordinatũ & præter intentionẽ in his, quæ ſunt ſecũdũ conſuetudinẽ, quæ & ſi imitetur naturã, deficit tamen à firmitate ipſius. Et ideo etiam ibi, id eſt in his quæ per conſuetudinem reminiſcimur contingit reminiſci aliter & aliter, & hoc accidit propter aliquod impedimentũ, puta cum aliquis retrahitur inde, id eſt à conſueto curſu ad quodcunque aliud, vt patet in his, qui memoriter aliquid dicũt, quorum imaginatio ſi

g Eius autem quod ab eodem aliquando quidem meminiſſe, aliquando autem non, cauſa eſt, quia contingit ad plus motum eſſe ab eodem principio, vt ab ipſo G in Z, aut in D. Si igitur nõ per antiquum mouetur, in id quod conſuetius eſt, mouetur, tanquam enim natura iam conſuetudo eſt. Vnde quæ multoties intelligimus, cito reminiſcimur. Sicut enim natura hoc poſt hoc eſt, ſic & operatione, id quo hoc multoties naturam facit.

h Quoniam autem ſicut in his, quæ ſunt natura, fit aliquid & extra naturam, & à fortuna, adhuc magis in his, quæ per conſuetudinem ſunt quibus natura non ſimiliter ineſt. Quare mouetur aliquando & illuc, & aliter cum retrahatur alio quouis. Et ꝓpter hoc, cum indigeat nomen reminiſci, diſſimile, quo ſcimus, in illo ſolum erramus. Reminiſci igitur hoc accidit modo.

G

*Cur autem interdum quidem ab eodem reminiſci cõtingit, interdum vero non, in cauſa eſt, quoniam ab eodem principio ad plura moueri contingit vt ex C ad D, aut ad E. Niſi igitur ab antiquo moueatur, ac conſuetus ſane mouetur, quemadmodũ enim natura ſic & conſuetudo eſt; quamobrem eorum quæ crebro tractamus, celeriter reminiſcimur, vt enim natura hoc eſt poſt illud, ita & operatione, ipſum autem multoties naturam efficit.*

H

*Quoniam autem in iis, quæ natura conſtant, fit & quod præter naturam, fortuito, ita in iis, quæ conſuetudine conſtant, fiet magis, quibus non ſimiliter ineſt natura. Quapropter ibi & aliter interdum moueri continget, præſertim cum abduxerit inde hac, & hanc ob cauſam, cum opus fuerit nominis reminiſci, ſimilis quidem meminimus, in illo autem ſolæciſmum facimus. Reminiſcendi igitur ratio, hoc ſe habet modo.*

## LECTIO VII.

a MAxime autem oportet cognoſcere tempus, aut menſura, aut infinite.

b Eſt autem aliquid quo iudicat maius & minus. Rationabile autem, ſicut & magnitudines. Intelligit enim magnas & procul, non extendendo illuc intelligẽtiam, ſicut viſum dicunt quidã. Et nanque cum non ſint ſimiliter intelliget, ſed proportionali motu. Sunt enim in ipſa ſimiles figuræ & motus.

## LECTIO VII.

*QVod autem præcipuum eſt, ipſum cognoſcere oportet tempus aut menſurate, aut indefinite.*

I

*Eſt autem quiddam, quod diiudicat maius & minus, rationabile autem eſt ſicut magnitudinem, intelligit aũt quæ magna ſunt, & quæ procul, non quod eo notionẽ extendat, quemadmodum viſionem quidam aſſerũt: et enim cum non ſunt ſimiliter intelliget, ſed rationem quandam mouebit, in ipſa enim ſimiles ſunt figuræ & motiones.*

F

ad aliud diſtrahatur, perdunt quod dicere debent, vel dicunt corrupte; & propter hoc, cum aliquis indigeat reminiſci aliquod nomen, vel aliquem ſermonem, facimus circa alium ſermonem diſſimiliter ab eo, quod ſcimus. Vltimo autem epilogat quod reminiſci accidit ſecundum modum præmiſſum.

## LECTIO VII.

a POſtquam philoſophus manifeſtauit modum reminiſcendi ex parte rerum reminiſcendarum, hic determinat modum reminiſcendi ex parte temporis. Et primo proponit quod intendit: ſecundo manifeſtat propoſitum, ibi, [ Eſt autem aliquid. ] Dicit ergo primo, quod in reminiſcendo, oportet maxime cognoſcere tempus, ſ. præteritum, quod concernit memoriam, cuius inquiſitio quædã eſt reminiſcentia: temp9 autem præteritum cognoſcitur à reminiſcere, quãdoq; quidem ſub certa menſura, puta cum ſcit ſe hoc ſenſiſſe, quandoque ante tres dies, quandoque autem infinite, i. indeterminate, puta ſi recordetur ſe aliquando hoc ſenſiſſe. Deinde cum dicit.

b ¶ Manifeſtat propoſitum. Et primo oſtendit, quomodo anima cognoſcat mẽſuram temporis; ſecundo manifeſtat principale propoſitum, ſ. quod cognoſcere tempus neceſſarium eſt reminiſcenti, ibi, [Cum igitur rei.] Et circa primum duo facit. Primo manifeſtat propoſitum, ſecundo mouet quãdam quæſtionẽ, ibi, [ Qũo enim differt. ] Dicit ergo primo, quod aliquid eſt in anima, quo iudicat maiorem & minorem menſuram temporis. Et hoc rationabile eſt eſſe circa tempus, ſicut & circa magnitudines corporales, quas quidem intelligit anima, & magnas quidem, quantum ad quantitatem corporum viſorum, & procul, quantum ad quantitatem diſtantiæ localis, cui proportionatur quantitas temporis, quæ accipitur ſecundum diſtantiam à præſenti nũc.

K Huiuſmodi autem magnitudines cognoſcit anima non extendendo ibi intelligentiam, quaſi anima cognoſcat magnitudinem contingendo eas ſecundum intellectum, quod videtur dicere propter Platonem, vt patet in primo de Anima, & per hunc ẽt modum, quidam dicunt viſum fieri per hoc ꝙ radius viſualis pertranſit totam diſtantiam vſque ad rem viſam, vt dictum eſt in Libro de Senſu & Senſato Sed non poteſt eſſe quod magnitudines cognoſcantur ab anima per contactũ intelligẽtię, quia ſic non poſſet aĩa intelligere niſi magnitudines exiſtẽtes: nunc aũt videmus ꝙ intelligit magnitudines quæ nõ ſunt. Nihil n. prohibet animam intelligere quantitatem duplam quantitatis cœli. Non ergo cognoſcit anima magnitudinem rei ſe coextendẽdo, ſed per hoc quod quidam motus à re ſenſibili reuolutus in anima eſt proportionalis magnitudini exteriori. Sunt enim in anima quædam formæ & motus ſimiles rebus per quas res cognoſcit. Deinde cum dicit. Lect. 5.

c ¶ De-

c Quo enim differt cum maiores intelligat?

*Quonam igitur differt quando maiora intelliget?*

d Aut quia intelligit quæ minora. Omnia enim, quæ intus ſunt minora, & proportionabiliter & quæ extra. Eſt autem forte ſicut & ſpeciebus, & proportionale accipere. Sed in ipſo, ſic & diſtantiis.

*An quod illa intelligit minora. Omnia enim, quæ intus ſunt, minora vt proportione ad ea quæ extra ſunt. Licet autem fortaſſe, ſicut in formis proportione accipere, ſed in ipſo, ita in ipſis diſtantiis.*

B

e Sic igitur ſi ſecundum A B, B E mouetur, facit A D: proportionale enim eſt A B, & G D. Quid ergo magis, G D, quam Z G, facit? Aut ſicut A G ad A B ſe habet, ſic K ad T M ſe habet. Secundum has igitur ſimul mouetur. Si vero ſecundum A G velit intelligere, ei quidem quæ B E ſimiliter intelliget. Sed pro K M, K L intelliget. Hæc enim ſe habent ſicut E A, & B A.

*Quemadmodum igitur ſi AB, B E mouetur, facit A D, proportione n. ſibi reſpondent A C, & C D, cur igitur potius C D, quam F G efficit? An quemadmodum A C ad ipſum A B ſe habet, ita ipſum H ad M ſe habet? Has igitur ſimul mouetur. Si autem F G voluerit intelligere, ipſam B E ſimiliter intelligit. Loco autem ipſius H I, I L intelligit, hæc enim ita ſe habent quemadmodum F A, ad B A.*

C f Cum igitur rei ſimul fiat motus & temporis, tunc memoria agit. Si autem putet non faciens memorari ſe putat: nihil enim prohibet mentiri, quemadmodum & videri memorari non memorantem. Agentem autem memoriam non putare, ſed latere, memoratum non eſt hoc enim erat ipſum memorari. Sed ſi motus rei fiat ſine eo qui temporis, aut hic ſine illo, non reminiſcitur.

*Quando igitur ſimul rei & temporis fiet motus, nunc memoria quiſpiam operatur, ſi autem iſtuc non agens exiſtimauerit, meminiſſe ſe exiſtimat; nihil enim prohibet quempiam decipi, ſibi videri cum nihil meminerit. Memoria autem operantem, non exiſtimare, ſe latere ſe recordari, haud ſane contingit, hoc enim eſt ipſum meminiſſe. Quod ſi rei fiat motus ſine illo qui eſt temporis, aut hic abſque illo, non ſane meminit.*

c ¶ Determinat quandam quæſtionem circa præmiſſa. Et circa hoc tria facit. Primo proponit quæſtionem, ſecundo ſoluit, ibi, [Aut quia illa,] Tertio ſolutionem exemplificat in litteris, ibi, [Sicut igitur.] Quærit ergo primo, cum anima per ſimilitudinem magnitudinis, quam habet, magnitudinem cognoſcat, in quo differt illud, quo cognoſcit maiorem & minorem magnitudinem? Videtur enim non habere differentem ſimilitudinem; eo qđ non differunt ſpecie. Deinde cum dicit.

d ¶ Soluit quæſtionem. Et dicit quod anima vel per ſimilem figuram ſiue formam intelligit minora, i. minorem quantitatē, ſicut & per formam ſimilem cognoſcit maiorem magnitudinem. Formæ n. & motus interiores proportionaliter correſpondent magnitudinibus exterioribus & forte ita eſt de magnitudinibus ſiue diſtantiis locorum & temporum; ſicut de ſpeciebus rerum. Vnde ſicut in ipſo cognoſcente ſunt diuerſæ ſimilitudines & motus, proportionaliter reſpondentes diuerſis ſpecieb. rerum, puta equo & boui, ita etiam & diuerſis quantitatibus. Deinde cum dicit.

e ¶ Manifeſtat huiuſmodi diuerſam proportionem per exemplum in literis. Ad cuius euidentiam conſiderandum eſt, ꝙ quia ſupra dixit in intelligentia eſſe ſimiles figuras & motus proportionales reb. vtitur hic gratia exempli ſimilitudine figurarum, ſicut Geometræ vtūtur: apud quos D figuræ ſimiles dicuntur, quarū latera ſunt proportionabilia & anguli æquales, vt patet in Sexto Euclidis. Deſcribatur ergo triangulus, B A E, cuius baſis ſit B E. Deinde à puncto G ſignato in latere B A, ducatur linea æque diſtans à baſi vſque ad aliud latus, quæ ſit G D, & ſimiliter in triangulo G A D, producatur linea æque diſtans à baſi. eſt autem demonſtratum in Primo Euclidis quod linea recta, cadens ſuper duas æque diſtantes, facit angulos oppoſitos æquales. Angulus ergo G D eſt æqualis angulo A E B, & angulus A D G eſt æqualis angulo A E B: angulus autem A, eſt communis: ergo tres anguli trianguli A G D ſunt æquales angulis trianguli B A E; ergo lineæ, quæ ſubtenduntur æqualib. angulis, ſunt proportionales, ſecundum quartam proportionē Sexto Euclidis, ergo proportio, quæ eſt ab A B, ad A G, eadem eſt proportio B E ad G D, ergo permutatim, quæ eſt proportio A B ad B E eadem eſt proportio A G ad G D, & ſic duo trianguli prædicti ſunt figuræ ſimiles. Per lineam vero A B & partes eius, intelligitur E motus animæ, quibus anima cognoſcit. Per lineas autem B E G D & I, quæ ſunt baſes triangulorum, intelliguntur diuerſæ quantitates, magnitudine & paruitate differentes. Concludit ergo exemplificando quod ſi anima ſecundum motum A B, mouetur ad cognoſcendum quantitatem B E, faciet etiam iſte motus ſecundum aliquid ſui cognoſci quantitatem G D, quia motus A G, qui continetur in A B, & magnitudo G D, in eadem proportione ſe habent, in qua motus A B, & magnitudo B E. Sed tunc redibit qō, quæ ſupra mota eſt, cum plus requiratur ad cognoſcendum quantitatem G D, quæ eſt maior quā ad cognoſcendum quantitatem Z A I, quæ eſt minor. Et vt hoc expreſſius videri poſſit, accipit motus vt diſtinctos, quorum A vnus non contineatur in altero, ſit ergo vna linea K M, & diuidatur in puncto T tali ratione, vt eadem ſit proportio K T ad T M, quæ eſt lineæ A G, ſecundum quam cognoſcitur quantitas C D, ad lineam A B, ſecundum quam cognoſcitur B E. Sic ergo ſimul mouetur ſecundum hos motus, quia ſicut ſecundum motum A G, cognoſcitur quantitas G D, ita ſecundum motum K T. Et ſicut ſecundum motum A B cognoſcitur quantitas B E, ita ſecundum motum T M. Si vero aliquis velit ſecundum motum A Z, cognoſcere quantitatem Z I, oportebit quod ſubtrahatur ab A C hoc, quod eſt G Z, ſicut ei addebant G B ad cognoſcendū quantitatem B E. Sed ſi volumus accipere motus diſtinctos, oportebit accipere, loco duorum motuum K T, & T M, loco cuius ponit T E, ita qđ eſt C & M. Inſcribantur eidem puncto alii duo motus, quorum vnus ſit K L & alius L M, ita quod linea K M diuidatur in puncto L, & ob hanc rationem, vt ſit proportio L, & L M ſicut proportio A Z, ad A B. Vnde ſicut per motum L M, cognoſcet quantitatem B E, ita per motum K L, cognoſcet Z I. Quod quidem ſic demonſtratur. Deinde cum dicit.

*Figura rerum ac temporis proportiones in memoria reminiſcentia deſcribens.*




f ¶ Manifeſtat principale propoſitum, Et primo oſtendit ꝙ reminiſcentem oportet cognoſcere tempus; ſecundo manifeſtat duplicem modū cognoſcendi tp̄s, ibi, [Qui vero eſt temporis.]

Dicit ergo primo quod quando in anima ſimul occurrit mot⁹ rei memorādæ, & temporis pręteriti, tunc eſt memoriæ actus. Si vero aliquis putet ita ſe habere, & non ita fiat in memoria, quia vel deeſt motus rei, vel motus temporis, nō eſt memoratum. Nihil enim prohibet quod in memore inſit mendacium, ſicut cum alicui videtur quod memoretur & non memoratur, quia occurrit ei tempus præteritum, ſed non res quā vidit, ſed alia loco eius. Et quandoque aliquis memoratur & non putat ſe memorari: ſed latet ipſum, quia ſ. non occurrit ei tempus, ſed res, quia vt ſupra dictum eſt, hoc eſt memorari: phantaſmati intendere alicuius rei, prout eſt imago prius apprehenſi. Vnde, ſi motus rei fiat ſine motu temporis, aut econuerſo, non reminiſcitur. Deinde cum dicit.

g ¶ Oſtendit diuerſum modum, quo reminiſcētes cognoſcunt tempus. Quandoque enim aliquis recordatur tempus, non quidem ſub certa menſura, puta ꝙ tertia die fecerit aliquid, ſed ꝙ aliquando fecit. Quandoq; autem recordatur ſub menſura temporis præteriti, quāuis non ſub certa menſura. Conſueuerunt enim homines dicere ꝙ recordantur quidem alicuius rei, vt pręteritę, ſed neſciūt temporis metrum. i. menſurā. & hoc contingit propter debile & impreſſionē, ſicut contingit in his quæ videntur à remotis, quæ indeterminate cognoſcuntur.

g Qui vero eſt temporis, duplex eſt. Aliquando quidem enim menſura non meminit ipſorum, vt quia tertia die, quod tamen aliquando fecit, aliquando autem & menſura Sed memoratur, quamuis nō menſura. Conſueuerunt n. dicere quoniam memorantur quidem, quando tamen neſciunt, cum ipſius quando, non cognoſcant quantitatem metro.

G *Is autem qui eſt temporis duplex eſt modo enim menſura non meminit veluti quod nudius tertius, ſed certe quod olim fecit, aliquando autem, & menſura. verum meminit etiā, quamuis non menſura. dicere enim ſolent quod meminerunt quidem, ſed quando, neſciunt, cum iſtuc ipſum quando commenſurata quantitate non cognouerint.*

## LECTIO VIII.

a QVod quidem igitur non iidem ſunt memoratiui, & reminiſcitiui, in prioribus dictum eſt. Differt autem memorari à reminiſci non ſolum ſecundum tempus: ſed quoniam ipſo quidem memorari & aliorum animaliū participant multa, ſed reminiſci nullum, (vt eſt dicere) eorum, quæ cognoſcuntur animalium, niſi homo. Cauſa autem, quia reminiſci eſt, vt ſyllogiſmus quidam. Quod n. prius aut vidit, aut audiuit, aut aliquid huiuſmodi paſſus fuit, ſyllogizat reminiſcens, & eſt vt inquiſitio quædam. Hoc autem quibus, & deliberatiuum ineſt natura, ſolum accidit, & nanque deliberare ſyllogiſmus quidam eſt.

## LECTIO VIII.

H *QVod igitur non iidem memoria valeant, & bene reminiſcentes ſint, dictum eſt prius. Memoria autem & reminiſcentia non ſolum tempore differunt, verumetiam quia memoriæ quidem complura aliorum animaliū participare videntur, reminiſcentiæ autem nullum ſane ex cognitis animalibus, vt ita dicatur, præter hominem. Huius autem cauſa, quoniam reminiſcentia tanquam ratiocinatio quædā eſt; quod enim ante audiuit, vel vidit, vel quippiam huiuſmodi paſſus ſit, is qui reminiſcitur ratiocinatur, & hoc velut quæſitum eſt quoddam. id autem ſolis iis contingit quibus à natura conſultandi ineſt facultas. Porro conſultatio ratiocinatio quædam eſt.*

b Quod autem corporea quædam paſſio, & inquiſitio in tali phantaſmatis ſit reminiſcentia, ſignum eſt turbari quoſdam, cū non poſſunt reminiſci, & valde adhibentes intelligentiam, quamuis à cogitando deſiſtant, nec amplius conentur reminiſci, nihilo tamen minus moleſtia quadam conſici. Id quod accidit maxime melancholicis. Hos enim phantaſmata mouent maxime.

I *Quod autem iſtuc corporea quædam ſit paſſio, & in eiuſmodi phantaſmate reminiſcentia ſit inquiſitio, id ſane declarat, quod pleriq; commouentur cum reminiſci nequeunt, & licet cogitationem valde inhibere, & nō amplius reminiſci contendant, nihilominus; quod potiſſimum melancholicis accidit. Hos enim phantaſmata excitant maxime.*

c Cauſa autem eius quod non ſe ipſis eſt reminiſci, hæc eſt, quia ſicut proiicientibus nō amplius

K *Quod autem non in ipſorum arbitrio ſit reminiſci, in cauſa eſt, quod ſicut iaculantes arbitratu ſuo telum ſi*

## LECTIO VIII.

a POſtquam Philoſophus oſtēdit modum reminiſcendi, nunc oſtendit differentiam memoriæ & reminiſcentiæ. Innuit autem tres differentias, quarū prima eſt ex aptitudine vtrorumq;. Dictum eſt enim ſupra, quod non iidem homines ſunt bene memoratiui & reminiſcitiui. Secunda autem differentia eſt ex parte tēporis, quia ſ. reminiſcētia, cum ſit via ad memoriam, tempore ipſam præcedit, vt ex prædictis patet. Tertia differentia eſt ex parte ſubiecti in quo vtrumque eorum inueniri poteſt. quia hoc quod eſt memorari, multa alia animalia participāt præter hominem, vt etiam ſupra dictum eſt: ſed nullū animal, quod à nobis cognoſcatur, reminiſcitur, niſi homo: ꝙ quidem dicit, quia apud quoſdā dubiū fuit, an aliquod animal eſſet rōnale pręter hominem. Cauſa autem, quare ſoli homini conuenit reminiſci, eſt quia reminiſcentia habet ſimilitudinem cuiuſ-

F dam ſyllogiſmi, quare, ſicut in ſyllogiſmo peruenitur ad concluſionem ex aliquibus principiis, ita etiam in reminiſcendo aliquis quodāmodo ſyllogizat ſe prius aliquid vidiſſe, aut audiuiſſe, aut aliquo alio modo percepiſſe, ex quodam principio in hoc deueniens; & reminiſcentia eſt quaſi quædā inquiſitio, quia non à caſu reminiſcens ab vno in aliud, ſed cū intentione deueniendi in memoriā alicuius procedit. Hoc autem ſ. q̄ꝺ aliquis inquirat in aliud peruenire, ſolū illis accidit, quib. in eſt naturalis virt⁹ ad deliberandum, quia etiam deliberatio fit per modū cuiuſdam ſyllogiſmi, deliberatio autem ſolis hominib. competit: cætera vero animalia nō ex deliberatione, ſed ex quodam naturali inſtinctu operantur. Deinde cū dicit.

b ¶ Oſtendit qualis paſſio ſit reminiſcentia. Quia enim dixerat ꝙ reminiſcentia eſt ſicut ſyllogiſmus quidam; ſyllogizare autē eſt actus rationis, quæ nō eſt actus corporis cuiuſdā, vt probatur Secundo de Anima: poſſet alicui videri ꝙ reminiſcentia non eſſet paſſio corporea, i. operatio exercitata per organū corporale. Philoſophus aūt oſtendit contrariū. Et primo ꝙ eſt per quoddam, quod accidit reminiſcentibus: ſecundo per eos qui habēt impedimētum reminiſcētię, ibi [Sunt autē & ſuperiora] Circa primum tria facit. Primo inducit accidens prædictum, ſecundo aſſignat cām prædicti accidētis, ibi, [Cauſa aūt eius.] Tertio manifeſtat p ſimile, ibi, [Vnde & iræ & timores.] Dicit ergo primo, q̄ꝺ ſignū huius quod reminiſcentia ſit quædam corporea paſſio ſiue exiſtens inquiſitio phantaſmatis in tali, id eſt in aliquo particulari, vel in tali, id eſt in quodā organo corporeo, eſt, quod cum q̄dam nō poſſunt reminiſci, turbātur, i. quadā inquietudine ſolicitātur, & valde apponunt mentem ad reminiſcendum. Et ſi contingat ꝙ iam de cætero non conentur ad reminiſcendū, quaſi ceſſantes à propoſito reminiſcendi, nihilominus adhuc inquietudo illa cogitationis remanet in eis, & hoc maxime cōtingit in melancholicis, qui maxime mouētur à phantaſmatib. quia, propter terreſtrem naturam, impreſſiones phantaſmatum magis firmantur in eis. Deinde cum dicit. Tex. cō. 21.

c ¶ Aſſignat cauſam prædicti accidentis. Et primo ponit cauſam, ſecundo oſtendit in quib. maxime locū habet, ibi, [Maxime autem turbantur.] Circa primum conſiderandum eſt, ꝙ ope-

ipſis inſiſtere, ſic & reminiſcens & inueſtigans, corporale aliquod mouet, in quo paſſio eſt.

*d* Maxime autem turbantur, quibus humiditas fuerit circa locum ſenſitiuum. Non enim facile quieſcit mota, quouſque pertingat ad id quod quæritur, & recte procedat motus. B

*e* Vnde & iræ, & timores, cum contra mouerint, & contra mouentibus iterum his, non ſedantur: ſed ad idem contra mouent.

*f* Et comparatur hæc paſſio nominibus & melodiis & ratiocinationibus: cum per os flat aliquod ipſorum. Valde pauſantibus enim & non volentibus accidit iterum cantare aut dicere. C

*g* Sunt autem & ſuperiora maiora habentes & nani peius memoratiui quam contrarii, propter id quod grauitatem multam habent in ſenſitiuo, & quia neq; à principio motus poſſunt immanere, ſed diſſoluti ſunt, neque in reminiſcendo, facile recte procedunt. Penitus autẽ noui, & multum ſenes immemores ſunt propter motum, hi D quidem enim in decremento, illi vero in augmẽto multo ſunt. Amplius autẽ huiuſmodi pueri qui nanoſi ſunt vſque ad longam ætatem. De memoria quidem igitur & memorari, quæ ſit natura ipſorum, & qua eorum partium, quæ ſunt animæ memorantur animalia, & de reminiſci quid ſit, & quomodo ſit, & propter quam cauſam, dictum eſt.

*ſtere nequeunt, ita reminiſcentiam exercens & inueſtigans corporeum quiddam mouet in quo eſt paſsio.*

*Moleſtantur autem maxime quibus humiditas circa ſenſitiuum locum eſſe contigerit, non enim facile excitata motu ceſſat, niſi quod quærebatur occurrit, & commotio dirigatur.*

*Et hanc ob cauſam timores & iræ iam exciti fuerint, contra mouentib. rurſum illis, non ſedantur, ſed ad idem contrario mouent.*

*Similiſque ſane eſt paſsio nominib. & melodiis, & orationibus, cum illorum quippiam intente ore profertur, ceſſantibus enim & peregre nolentibus, rurſum canere occurrit, aut proferre.*

*Sunt autem qui ſuperiores corporis partes maiores habent, & qui Pomilionibus ſunt ſimiles, minus ad memoriam apti iis, qui contrario ſe habent modo, quoniam in ſenſitiua parte multum grauitatis habent. Neque enim motiones à principio conſiſtere poſſunt, ſed diſsipantur, & in reminiſcendi opere eædem non facile recte procedere queunt. Primo quinetiam ætate pueri, neç non valde ſenes propter motum memoria minus valent, ii nanque in multo ſunt decremento, illi vero in multo augmento. Et alioquin valde pueri ad multam ſane ætatem Pomilionum ſpeciem referunt. De memoria igitur & ipſo memorari, quænam illorum ſit natura, & qua animæ parte meminerunt animalia, & quidnam ipſum ſit reminiſci, quoue fiat modo, & quam ob cauſam, iam dictum eſt.*

operationes, quæ ſunt partis intellectiuæ abſque organo corporali, ſunt in ſui arbitrio vt poſſit ab eis deſiſtere cum voluerit. Sed non ita eſt de operationibus, quæ per organum corporale exercentur: quia nõ eſt in poteſtate hominis quod ex quo organum corporale eſt mere, eius paſſio ſtatim ceſſet. Et ideo dicit quod cauſa eius, quod eſt reminiſci, nõ ita eſt in ipſis reminiſcentibus, i. in poteſtate eorum, vt ſc. poſſint deſiſtere cum voluerint, ea eſt: quia ſicut accidit proiicientibus quod poſt mouerint corpus proiectum, nõ eſt amplius in eorum poteſtate vt ſiſtant, ſic etiam reminiſcens & quicunq; inueſtigans per organum corporale, mouet corporale organum, in quo eſt paſſio. Vnde non ſtatim motus ceſſat cum homo voluerit. Deinde cum dicit.

*d* ¶ Oſtendit in quibus maxime prædicta cauſa locum habeat. Et dicit qđ maxime turbantur, id eſt commouentur in reminiſcendo illi, quibus humiditas abundat circa locum, vbi ſunt organa ſenſuum, puta circa cerebrum & circa cor, quia humiditas mota non de facili quieſcit, quouſque occurrat illud quod quæritur, & motus inquiſitionis procedat recte vſque ad terminum. Nec eſt cõtrarium quod ſupra dixit hoc maxime accidere melancholicis, qui ſunt ſiccæ naturę, quia in illis contingit propter violentam impreſſionem, in his autem propter facilem commotionem. Deinde cum dicit.

Tex. cõ. 21.

*e* ¶ Manifeſtat quod dixerat per ſimile. Et ponit duo ſimilia, quorum primum eſt de paſſionibus animæ, quibus organum corporale, quodammodo commouetur. Et dicit quod quando ira, vel timor, vel concupiſcentia, vel ſi quid huiuſmodi mouetur contra aliquod obiectum (etiam ſi homines velint in contrarium mouere, retrahendo ſe ab ira vel à timore) non ſedatur paſſio, ſed contra idem adhuc mouetur, quod contingit, quia commotio corporalis organi non ſtatim quietatur. Secundum ſimile ponit ibi.

*f* ¶ Et dicit quod prædicta paſſio, quæ accidit in reminiſcẽdo, comparatur in hominibus & melodiis & ratiocinationibus, cum aliquod eorum cum aliqua intentione per os proferatur, ſicut accidit his, qui cum magna intentione recitant, nominant, vel cantant, vel argumentantur, quia quando ipſi volunt A deſiſtere, adhuc præter intentionem eorum accidit quod cantent, vel aliquid proferant, propter hoc, quod motus priſtinæ imaginationis adhuc manet in organo corporali. Deinde cum dicit.

*g* ¶ Manifeſtat propoſitum per hoc quod reminiſcentia impeditur per aliquam corporalem diſpoſitionẽ. Et ponit duas diſpoſitiones corporales impedientes reminiſcentiam. Quarum primã ponit dicens, quod illi qui habent membra ſuperiora maiora quã inferiora, quæ eſt diſpoſitio nanorum, qui habent curtas tibias & ſuperiorem partem corporis proportionaliter maiorem, ſunt peius memoratiui, quam illi qui habent contrariam diſpoſitionem, propter hoc, quod organum ſenſitiuum in eis, quod eſt in ſuperiori parte, eſt aggrauatum in eis multitudine materię, & propter hoc nec motus ſenſibilium in eis diu poſſunt permanere, ſed cito diſſoluuntur propter cõfuſionem humorum, quod pertinet ad defectum memoriæ, nec etiã de facili poſſunt recte procedere reminiſcendo, quia non poſſunt regulare motum materiæ, quod pertinet ad defectum reminiſcentiæ. Secunda diſpoſitio impediens eſt, quod illi, qui ſunt penitus noui ſicut pueri nuper nati, & multum ſenes ſunt immemores propter motum augmenti, qui eſt in pueris, & decrementi, qui eſt in ſenibus, vt ſupra dictum eſt, & hæc diſpoſitio partim conuenit cum prima, ſcilicet quantum ad pueros, qui vſque ad longam ætatem ſunt nanoſi, quaſi habentes ſuperiorem partem corporis maiorem. E Sic ergo patet & reminiſcentia corporalis paſſio, nec eſt actus partis intellectiuæ, ſed ſenſitiuæ, quæ etiam in homine eſt nobilior, & virtuoſior, quam in animalibus propter coniunctionem ad intellectum. Semper enim quod eſt inferioris ordinis perfectius ſit ſuo ſuperiori coniunctum, quaſi aliquid de eius perfectione participans. Vltimo autem epilogando concludit quod dictum eſt de Memoria & Memorari, quæ ſit natura ipſorum, & per quam partem animæ animalia memorantur, & ſimiliter de Reminiſcentia quid ſit, & quomodo fiat, & propter quam cauſam.

*Expoſitio Diui Thomæ Aquinatis ſuper librum de Memoria, & Reminiſcentia finis.*

# DIVI THOMÆ AQVINATIS DOCTORIS ANGELICI,

## *IN LIBRVM ARISTOTELIS, DE SOMNO & Vigilia, Expoſitio.*

### LECTIO PRIMA.

IN priori libro determinauit Auctor de quibuſdam proprietatibus conſequentibus ſenſum, quæ cauſantur ex parte animæ, & inſunt animalibus perfectis, in hoc libro determinat de quibuſdā proprietatib. conſequentib. ſenſum ex parte corporis, & inſunt omni animali & ſoli, quæ ſunt ſomnus & vigilia. Et diuiditur Liber iſte in partes duas: in pœmium & tractatum, qui incipit, ibi, [ Primum quidem, &c. ] Prima in duas, ſecundum q̄ duo ſunt intenta in hac ſcientia. In prima dat intentionem circa primum intentum, ſ. circa Somnum & Vigiliam; In ſecunda dat ſecundum intentum, quod eſt paſſio ſomni, & ſecunda, ibi, [ Adhuc autem, &c. ] Tractatus ſimiliter diuiditur in partes duas penes hæc duo intenta. In prima intendit de prima. In ſecunda parte determinat de ſecunda, ibi, [ Poſt hoc autem quærendum eſt de ſomno. ] Prima in duas. In prima oſtendit, quod ſomnus, & vigilia ſunt paſſiones coniuncti in omni animali viciſſim & ſoli. Et in ſecunda, cui parti coniuncti primo debetur, & ob quas cauſas, ex quibus dubitationibus patebit ſufficienter quid ſit ſomnus & vigilia, & ſecunda, ibi, [ Quare autem dormiant &c. ] Prima eſt præſentis lectionis. Et diuiditur in duas. In prima oſtendit quod ſunt paſſiones coniuncti. In ſecunda oſtendit q̄d inſunt omnia animali, & viciſſim, & ſoli. Et ſecunda ibi, [ Cum autem determinata. ] Prima in duas. In prima parte probat minorē ſuæ rationis. In ſecunda parte probat maiorē, ibi, [ Quoniam autem, &c. ] Prima adhuc in duas. In prima declarat quoddam præambulum ad minorem. In ſecunda probat iſtam minorem. Et ſecunda ibi, [ Amplius autem. ] Illa pars, in qua oſtendit, quod ſomnus & vigilia inſunt o-

Tex. cō. 9.

G mni animali viciſſim, &c. diuiditur in duas. In Prima oſtendit q̄ ſoli animali inſunt. In ſecunda oſtendit quod omni inſunt viciſſim. Et ſecunda ibi, [ Similiter aūt, &c. ] Dicit ergo primo, & dat intentionem ſuam circa ſomnum & vigiliā, & ſunt quinque intenta. Primum eſt, quid ſit ſomnus, & vigilia. Secundum eſt vtrū ſint paſſiones animæ ſolum vel corporis tantum, vel coniuncti. Tertium, ſi ſint paſſiones, ex qua particula animæ & corporis ſit illud coniunctū. Quartum eſt, propter quam cauſam inſunt omnibus animalibus, Quintum eſt, vtrum omnia animalia communicent tam ſomno quam vigiliæ, vel non. Et ſi non, vtrum hæc animalia communicent ſomno tantum, illa vigilia tantum, vel hæc animalia neutrum, illa vtrūque. Deinde cū dicit.

*b* ¶ Dat intentionem circa ſomnium. Et ſunt tria: primum eſt, quod ſit ſomnium: ſecundum eſt, propter quam cauſam ſomniantes aliquando ſomniant, aliquando non, vel dormientes ſemper ſomniant & non ſemper ſunt memores ſomnii, propter quam cauſam hoc eſt. tertium eſt, vtrum contingat præuidere futura in ſomno, vel non. Et ſi ſic, qualiter contingit, ſcilicet vtrum homo in quantum homo poteſt præuidere futura per reuelationem ſpirituum, & vtrum hoc à natura, vel à caſu. Et notādum quod dæmon græce, idem eſt quod ſciens latine. Eſt etiam nomen cōe cuiuslibet intelligentiæ, & componitur cū calo dæmon quod eſt bonus dæmon, à ealo, q̄ eſt bonū, & dæmō quaſi bonus dæmon. Deinde cū dicit.

*c* ¶ Proſequitur intentum. Et probat primo quod ſomnus & vigilia ſunt paſſiones coniuncti, ſic ſenſus eſt paſſio coniuncti: ſed ſomnus & vigilia circa idem, circa quod eſt ſenſus: ergo ſomnus, & vigilia ſunt paſſiones, coniuncti. In hac ratione ſic p̄cedit. Primo probat minorē, ſecundo probat maiorem,

## ARISTOTELIS STAGIRITÆ PERIPATETICORVM PRINCIPIS DE SOMNO ET VIGILIA LIBER.

*Antiqua Tranſlatio.*

*a* DE ſomno autem & vigilia, conſiderandum eſt quid ſint. Et vtrum aīę vel corporis propria ſint, vel communia. Et ſi communia cuius particulæ animæ vel corporis, & propter quam cauſam inſunt animalib. Et vtrum cōmunicant omnia ſimul ambobus ipſis, aut alia quidem ſomno, alia vero altero ſolum, vel alia quidē neutro, altera vero vtriſque.

*b* Adhuc autem quid eſt ſomnium, & propter quam cauſam, dormientes interdum quidem ſomniant, interdum autem nō: vel accidit quidem ſemper dormientibus ſomniare, ſed nō meminerunt. Et ſi hoc fiat, propter quam cauſam fit. Et vtrum contingat futura præuidere, aut nō contingat, & qualiter ſi contingat. Et vtrum futura ab homine proſpiciantur ſolum. Et vtrum agenda ab homine ſolum, vel quorū dæmon eſt cauſa. Et vtrū à natura fiant, aut ab euentu.

*c* Primum quidem igitur hoc manifeſtum ſit, quoniam circa idem animalis vigilia quidē eſt & ſomnus. Opponuntur enim, & videtur ſomnus vigiliæ quædam priuatio. Nā extrema ſemper & in aliis & in naturalibus, circa idem ſuſceptibile viden-

H N. Leoniceni interpretatio.

*DE Somno autem & Vigilia quænam ſint perſcrutandū eſt. Et vtrum propria ſint animæ, an corporis, an communia, & ſi communia fuerint, cuiuſnam ſint partis, corporis ne, an animæ. Et quam ob cauſam animantibus inſunt; & vtrum ne omnes vtriuſque participes ſint aut eæ quidem alterius tantum, illæ vero alterius, vel eæ quidem nullius, illæ vero vtriuſque.*

I *Præterea, etiam quidnam ſit ſomnium quamue ob cauſam dormientes, alias quidem ſomniant, alias vero nō ſomniant, an dormientibus quidem ſemper accidit vt ſomnient, verū non recordantur, & ſi hoc ſit, quā ob cauſam fiat. Præterea vtrum ne futura præuidere contingat, an non; & ſi contingat, quonam id contingat modo, & vtrum ea, quæ ab hominibus effici debent, an illa quorum dæmonum eſt in cauſa; & quæ natura fiūt, aut caſu.*

K *Principium igitur hoc palam eſt quod eidem animalis parti Vigilia ineſt & Somnus, oppoſita nanq; ſunt, & vigiliæ ſomnus priuatio quædam eſſe videtur. Semper enim extrema cum in aliis, tum in ipſis natura conſtantibus, in eodem quod illorum ſit capax fieri videntur, & eiuſdem eſſe paſſiones.*

ſorem, tertio infert concluſionem circa minorem. Primo oſtēdit ꝗ ſomnus & vigilia ſunt circa idem, circa quod eſt ſenſus, ſic. Omnia priuatiue oppoſita habēt fieri circa idem: ſed ſomnꝰ & vigilia ſunt priuatiue oppoſita: ergo &c. Vnde primo ponit concluſionem cum dicit (primum:) ſecundo minorem, ibi, [Opponūtur enim:] Vbi dicit ꝗ ſomnus eſt quoddam vigiliæ extremum contrarietatis immediatæ. tertio maiorem ibi, [Nam extrema ſemper.] Et confirmat ꝑ exempla, ibi, [Dico autem.] Et accipit hic communiter priuatiue oppoſita ſecundum quod cōtinent ſub ſe contraria. Et ideo exemplificat in priuatiue oppoſitis à natura & in contrariis, &c. Deinde cum dicit.

*d* ¶ Probat minorem in ſe ſic. Eodem ſenſu cognoſcimus vigilantem & dormiētem: ſed vigilantem cognoſcimus per actum ſentiendi, eo ꝗ ſentit aliquē motum interiorem vel exteriorem, quare idem eſt vigilare & ſentire. Et qua parte ſentiunt animalia, eadem parte vigilant & dormiunt. Hanc rationem ponit totam continue. Et notandum quod motus exterior eſt, qui fit à ſenſibili extra in organum ſenſus particularis: motus autem interior, qui fit à ſpecie ſenſibili, in organum ſenſus communis, qui ſuperior eſt. Deinde cum dicit.

*e* ¶ Probat maiorem ſic. Eiuſdem eſt potentia cuius eſt actus procedens à potentia: ſed actus ſentiendi eſt ipſius coniuncti: eſt enim motus ab anima mediante organo corporeo, ergo ſenſus eſt actus, vel paſſio coniuncti. Vnde hic primo ponit concluſionem cū dicit, [Quoniam autem.] Secundo maiorem, ibi, [Cuiꝰ n.] Tertio minorem cum dicit, [Quæ vero eſt.] quarto iterum infert concluſionē cū dicit [Manifeſtū quoniā.] Deinde cum dicit.

*f* ¶ Oſtendit ꝗ ſomnus & vigilia inſunt ſoli animali. Non n. inſunt plantis, ergo inſunt ſoli animali. Solū probat antecedens ſic. Plantæ non habent particulam ſenſitiuam, cuius paſſiones ſunt ſomnus & vigilia, ergo nō habēt ſomnum & vigiliam. Huius rationis ſolum ponit concluſionē dicens ꝗ cum determinatū ſit in Lib. A de anima, de his, quę ſunt particulæ aīæ, ſ. quod pars vegetatiua ſiue nutritiua ſeparatur ab aliis partibus animæ in quibuſdam corporib. ſicut in plantis, nulla aūt pars animæ reperitur ſine vegetatiua, manifeſtum eſt ꝗ nulla viuentia participantia ſolam partem animæ vegetatiuam, quæ operatūr augmētum & decrementum, habent ſomnum & vigiliam, ſicut plantæ. Deinde ponit medium huius rationis, cum dicit.

*g* ¶ Dicens, ꝗ plantæ non habent ſenſitiuam particulā. Et hoc ſiue illa particula ſit ſeparabilis à potētia vegetatiua ſecundū locū, ſicut dixit Plato, ꝗ dixit, quod ſenſitiua eſt in corde, vegetatiua in hepate: ſiue non ſit ſeparabilis à potētia vegetatiua ſecundū locum: quia ſi non ſit ſeparabilis ſecundum locum, ſeparabilis eſt tamen ſecūdum potentiam, & definitionem.

*LECTIO II.*

*a* SEquitur ſecunda pars principalis, in qua oſtendit ꝗ ſomnus, & vigilia inſunt animali viciſſim. Et iſta diuiditur in duas. Primo proponit duas concluſiones probādas, ſecundo probat eas, ibi, [Non contingit autem.] Et iſta in duas. Primo probat primā, ſecundo ſecundam, ibi [Animalia quidem.] Prima in duas. Primo repetit concluſionē probandam, ſecūdo ꝓbat eam, ibi [Amplius aūt, &c.] Et iſta in duas. Primo ꝓbat quod neceſſe ē oēm vigilantem aliquādo dormire; in ſecundo probat conuerſam, ibi [Similiter autem &c.] Nunc ſequitur ſecunda pars, in qua probat cōcluſionem ſecundam, & illa in duas, in partē principalē, & incidentalē, ſecunda, ibi, [Plantarum aūt, &c.] Prima in duas. Primo ꝓbat ꝗ ſomnus & vigilia inſunt aīali: ſecūdo probat ꝗ vniuerſaliter inſunt omni, ibi, [Quoniam quidē, &c.] Sequitur pars incidentalis in duas. Primo repetit rōnē ꝓpoſitā, ſcđo probat medium rōnis, ibi, [quibuſdā vero, &c.] Et iſta in duas ſecundum duas rōnes. Et ſcđo, ibi, [Signū aūt, &c.] Ponit ergo primo duas cōcluſiones ꝓbādas. Et prima eſt, ꝗ nulli aīali ſemp ineſt vigilia & ſp ineſt ſomnus; ſed vtraq; inſunt viciſſim, ſcđa eſt, ꝗ nullum aīal habens ſenſum pōt neq; dormire, neq; vigilare

Tex. cō. 31.

tur fieri, & eiuſdem paſſiones eſſe. dico autem veluti viſus, cæcitas, turpitudo, pulchritudo, ſanitas, ægritudo, fortitudo, debilitas, auditus, & ſurditas.

*d* Amplius autem & ex his manifeſtum. Quo enim vigilantem cognoſcimus, hoc & eum qui ſomno premitur. Sentientem enim vigilare putamus & vigilantem omnem, aut eo quod eorum quæ extrinſecus, aliquid ſentit, vel eorum qui in ipſo motuum aliquem. Si ergo vigilare in nullo alio eſt quā in eo quod eſt ſentire, manifeſtum, quoniam quo quidem ſentiunt, hoc vigilantia, & dormiunt dormientia.

*e* Quoniam autem non animæ proprium eſt ſentire neque corporis. Cuius enim eſt potentia, eius eſt & actio. Qui vero dicitur ſenſus vt actio, motus quidam per corpus animæ eſt. Manifeſtum quoniam neque animæ paſſio propria, neque inanimatum corpus poſſibile eſt ſentire.

*f* Cum autem determinatum ſit prius in aliis de his quæ dicuntur quaſi particulæ animæ, & de nutritiua quod quidem ſeparatur ab aliis in corporibus habentibus vitam, aliarum vero nulla ſine hac exiſtit, manifeſtum quidem quęcunque viuentium augmenti diminutioniſque participant ſolum, quoniam in his non eſt ſomnus, nec vigilia, velut plantis.

*g* Non enim habent particulam ſenſitiuam, neque ſi ſeparabilis, neque ſi non ſeparabile. poteſtate enim & eſſe ſeparabile eſt.

*Dico autem vt ſanitatem & morbū, pulchritudinem & deformitatem, robur & imbecillitatem, viſum & cæcitatem, auditum & ſurditatem.*

B *Præterea ex iis etiam eſt manifeſtum, qua enim re vigilantem animaduertimus, eadem ſane dormientem illum, etenim qui ſentit vigilare arbitramur vigilantemque omnem vel extrinſecam ſentire, vel aliquam in ſeipſo motionem. Si igitur vigilare in nullo alio eſt quam in ſentiendi opere, manifeſtum profecto eſt, quoniam quo ſentit, hoc vigilat & dormit quodcunque dormit.*

C *Cum autem neque animæ proprium ſit ſentire, neque corporis, cuius enim eſt poteſtas, eiuſdem etiam eſt actus, is autem, qui vocatur ſenſus, vt actus, motio quædam corpore medio ipſius eſt animæ, manifeſtum ſane eſt, quod neque propria animæ huiuſmodi eſt paſſio, neque inanimum corpus ſentire quippiam poteſt.*

D *Cum autem in aliis determinatum ſit de iis, quæ veluti animæ appellantur partes, & quod altrix quidem poteſtas à reliquis ſeiungi poteſt, aliarū autem nulla abſque illa eſſe poteſt, manifeſtum profecto eſt, quod quibuſcunque aliarum animantiū ſola inſunt crementa & decrementa, illis ſomnum & vigiliam haud quaquam ineſſe, vt ſtirpibus.*

*Non enim ſenſitiuam habent partem, ſiue ſeparabilis ſit illa, ſiue inſeparabilis, poteſtate enim & eſſentia ſeparabilis eſt.*

## *LECTIO II.*

E *a* SImiliter autem quod nihil eſt quod ſemper vigilet aut ſemper dormiat, ſed eiſdem inſunt animalium vtræque paſſiones hę. Neque n. ſi eſt animal habens ſenſum, hoc contingit neque dormire, neque vigilare, vtraque n. paſſio hæc circa ſenſum primi ſenſitiui eſt.

## LECTIO II.

*SImilique modo quod nihil ſane eſt quod ſemper vigilet, aut dormiat ſemper, ſed iiſdem inſunt animalibus vtræque paſſiones, nulli enim animali ſenſu prædito neque dormire, neque vigilare, contingit. Nanque iſtarum vtraque paſſionum in primi ſenſitiui collocatur ſenſu.*

lare, ſed neceſſe eſt alterum omni animali ineſſe, eo quod ambo ſunt paſſiones ſenſus communis, qui ineſt omni animali. Deinde cum dicit.

*b* ¶ Probat primam concluſionem. Et primo repetit eam, ibi, [ Non contingit autem.] Secundo probat eam per duas rationes. Prima talis eſt: Quorumcunque eſt aliquod opus determinatum ſecundum naturam, quando excedit tempus determinabile à natura in operatione tali, neceſſe eſt eam langueſcere & quieſcere ab operatione tali, vt patet in viſione, quæ eſt talis operatio oculorum, & etiam in operatione manus. Quare cum ſentire ſit opus ſentientis determinatum à natura, ſi continue ſentiet, neceſſe eſt ipſum langueſcere, & ceſſare ab actu operandi. Et tunc cum dicit, [ Si igitur.] Concludit intentum ſic. Si omni ſenſitiuo neceſſe eſt ceſſare ab actu ſentiendi, cum vigilare contingat in actu ſentiendi, ergo neceſſe eſt ipſum ceſſare ab actu vigilandi, ſed vigilare & dormire ſunt contraria immediate, quare neceſſe eſt alterum ineſſe aliquando omni animali: ergo neceſſe eſt aliquando vigilare, & aliquando dormire. Deinde cum dicit.

*c* ¶ Ponit ſecundam rationem quæ talis eſt. Somnus eſt impotentia ſenſus propter exceſſum vigilãdi: ſed exceſſus vigilãdi aliquando accidit animali ab ægritudine, aliquando ſine, ergo etiã huiuſmodi impotentia. Quare vigilantem neceſſe eſt aliquando dormire, quando non poſſit amplius ſentire. Et hanc rationem ponit totam, conſequenter probat conuerſam.

*d* ¶ Et circa hoc, duo facit. Primo ponit cõcluſionem, ſecundo probat eam, ibi, [ Somnus n. ] Dicit ergo, quod neceſſe eſt omnem dormientẽ vigilare aliquando, &c. Deinde cum dicit.

*e* ¶ Quam probat ſic. Omne dormiens

*b* Non contingit aũt alterum horum ſemper ineſſe eidem, veluti aliquod genus animaliũ, ſemper dormire, vel ſempvigilare. Amplius quorumcunque eſt aliq̄d opus ſecundum naturam, quando exceſſerit tempus, in quo poſſunt aliquid facere, neceſſe eſt deficere: vt oculos cum viderint, poſtea quieſcere oportet, nec amplius videre. Similiter aũt manum & aliud omne, cuius eſt opus aliquod. Si itaque alicuius eſt opus ſentire, & hoc vtriq; excedat tempus, quo poteſt continue ſentire, deficiet & non amplius faciet hoc. Si igitur vigilare definitur ſolutione ſenſus, contrariorum vero hoc quidem neceſſe eſt adeſſe, illud vero non. Vigilare autem ei quod eſt dormire contrarium eſt, & neceſſarium omni alterum ineſſe, neceſſarium vtique erit dormire.

*c* Si igitur huius paſſio eſt ſomnus, hoc autem eſt impotentia propter exceſſum vigilandi. Vigilandi autem exceſſus quando quequidem ab ægritudine, qñque abſque ægritudine fit. Quare impotentia & diſſolutio ſimiliter erit, neceſſe eſt omne quod vigilat poſſe dormire. Impoſſibile enim ſemper agere.

*d* Similiter autem neque dormire, ſemper conſequenter vllum animal poteſt.

*e* Somnus enim paſsio ſenſitiuæ particulæ eſt, vt vinculum & immobilitas quædam. Quare neceſſe eſt omne dormiens habere ſenſitiuam particulam. Senſitiuum autem eſt, quod poteſt ſentire ſecundum actum, agere aũt ſenſu proprie & ſimpliciter impoſsibile eſt dormientem ſimul, ideo neceſſarium eſt ſomnum omnem excitabilem eſſe.

*f* Animalia quidem igitur pene omnia ſomnio communicant, & natabilia & volatilia, atque greſsibilia.

*g* Etenim omnia genera piſcium & quæ marinorũ, vel malachiorum viſa ſunt dormientia, & alia omnia quæcunque habent oculos. Etenim quæ duros habent oculos, & inſecta manifeſtum quod dormiunt, breuis autem ſomni ſunt huiuſmodi omnia. Ideoque latebunt vtrique quædam multoties, vtrum participant ſomno vel non. Eorum vero quæ duram habent teſtam, ſecundum ſenſum quidem non dum factum ſi dormiant, ſi cui vero veriſimilis dicta ratio eſt, ſuadebitur.

F

*Sed neq; horum contingit alterum idem ſemper ineſſe, vt animalium aliquod ſit genus, quod ſemper dormiat, aut ſemper vigilet. Præterea quæcunque natura aliquod exercent opus, quando id exceſſerit tempus, in quo quippiam facere poſſunt, laſſeſcere illa, & ab opere ceſſare neceſſe eſt, vt oculi contuentes, parique modo manus, reliquaque omnia, quæ aliquid operis habent. Itaque, ſi ſentire rei cuiuſpiam eſt opus, illudque plane omne exceſſerit tempus, in quo continue ſentire poteſt, deficiet profecto, neque id amplius faciet.*

G

*Cum igitur ipſum vigilare præſcriptum ſit, eo quod ſoluti ſunt ſenſus, contrariorum autem alterum quidem neceſſario adeſt, alterum vero non: vigilare vero & dormire contraria, & omnibus alterutrum ineſſe neceſſe eſt, ſumma profecto erit neceſsitas dormiendi.*

*Si igitur huiuſmodi paſsio eſt ſomnus, is autem ob vigiliæ ſuperfluentiam imbellicitas eſt quædam, porro*

H

*vigiliæ exceſſus alias morbi gratia, alias ſine morbo fit, quare imbecillitas & diſſolutio ſimiliter ſe habebit, neceſſe ſane eſt, omne quod vigilat etiam dormire contingere, ſemper enim operari haud quaquam poteſt.*

*Similique modo nullum ſemper dormire contingit animal.*

*Somnus enim quædam ſenſitiuæ partis eſt paſsio, quaſi vinculum quoddam & immobilitas. Quamobrem omne quod dormit, ſenſitiuam habere*

I

*partem neceſſe eſt, ſenſitiuum autem id eſt quod actu ſentire poteſt. Vt autem per ſenſum proprie & ſimpliciter agat dormiens animal, fieri non poteſt, iccirco experrectilis neceſſario omnis eſt ſomnus.*

*Et alia quidem animalium omnia fere genera, cum natantium, tum volucrium, & pedeſtrium, ſomni participare videntur.*

*Piſcium genus omne, nec non quæ mollia appellantur, dormire conſpectum eſt, & omnia ſane quæcunque oculos habent, quinetiam ea quæ duros habent oculos, & inſecta, etiã dormire certum eſt,*

K

*quamuis eiuſmodi omnia breuioris ſint ſomni, quapropter vtrum dormiant, necne, nos ſæpe latet. Quæ autem oſtreaceum habent tergus an dormiant ſenſu, adhuc non eſt compertum, quod ſi cui propoſita veriſimilis videtur ratio, illi ſane aſſentiri poterit.*

poteſt ſentire ſecundum actum, ſed hoc non contingit dum dormit, ergo neceſſe eſt ipſum excitari à ſomno, vt actu ſentiat. Huius rationis, primo probat maiorem ſic. Somnus eſt paſſio ſenſitiuæ particulæ, eſt enim immobilitas ſenſus, & quaſi vinculum, ergo neceſſe eſt omnem dormientem habere particulam ſenſitiuam, ſed omne habens ſenſitiuam particulam poteſt ſentire ſecundum actum, ergo omne dormiens poteſt ſentire ſecundum actũ. Hanc rationem totam ponit poſt concluſionem, quæ eſt maior principalis rationis, & ſecundo infert principalem concluſionem, cum dicit, ideo neceſſãrium. Deinde cum dicit.

*f* ¶ Probat ſecundam concluſionem, ſcilicet quod ſomnus & vigilia inſunt pene oĩ animali, ſic. Omnia animalia volatilia, greſſibilia, & natabilia habent ſomnum & vigiliam: ſed omnia animalia pene ſunt huiuſmodi, ergo omnia animalia pene habent ſomnum & vigiliam. Huius rationis primo ponit cõcluſionem cum dicit, [ Animalia, &c. ] Subiungit maiorem cum dicit, [ Et natabilia, &c. ] Et nota, q(uo)d dicit pene, ꝓpter animalia carentia motu progreſſiuo, quę ſunt terræaffixa, que ſunt conchilia degentia. Deinde cum dicit.

*g* ¶ Probat minorem per locum à minori, ſic. Omnia genera piſcium, etiam quæ ſunt malacia, cuiuſmodi ſunt oſtreæ & huiuſmodi conchilia, & omnia animalia q̃ habent oculos dormiũt aliquãdo & quæ habent oculos duros, & carent palpebris, quibus videntur vigiles oculi: quia ſignum maxime dormiendi eſt clauſio palpebrarum, & ſic animalia imperfecta aliquando dormiunt: licet propter leuitatem ſomni lateant nos ipſos dormire. Ipſa etiam animalia, quæ hẽnt durum corium, in quibus

A bus parua aſcendit euaporatio à nutrimento propter eorum duritiem, quod eſt cauſa ſomni, aliquando dormiunt, licet illud nondum ſit manifeſtum. Et ita eſt manifeſtum quod omnia animalia aliquando dormiunt. Deinde cum dicit.

*h* ¶ Probat quod ſomnus & vigilia inſunt omni animali, & vniuerſaliter ſic. Omne animal habet ſenſum: ſed ſomnus & vigilia ſunt paſſiones ſenſus, ergo omnia animalia habent ſomnum & vigiliam. Huius rationis primo ponit concluſionem cum dicit, [Quod igitur quidẽ.] Secundo ponit declarationem maioris dicens, quod animal habet ſenſum, quia definitur per ſenſum. Et ita cõſtat quod omne animal habet ſenſum. Et hoc facit cum dicit, [Eo enim.] Deinde cum dicit.

*i* ¶ Ponit declarationem minoris ſic. Somnus eſt immobilitas & vinculum ſenſus. Et quodammodo dicit, quia non eſt vinculum, niſi Metaphorice accipiatur vinculum. Vigilia enim eſt remotio & ſolutio ſenſus à tali vinculo, & ita ſomnus & vigilia ſunt paſſiones ſenſus. Et quia ſuperius probauit ſomnum non ineſſe plantis, eo quod non habent ſenſum, hic incidenter cum dicit, [Plantarum, &c.] redit, vt probet dictum medium. Et primo repetit rationem prius poſitam, vt patet. Deinde cum dicit.

*k* ¶ Probat medium per duas rationes. Prima talis eſt. Quibus ineſt ſenſus, ineſt triſtitia & gaudium, & quibus hæc inſunt, in eis eſt concupiſcentia. Sed nihil horum ineſt plantis. ergo nec ſenſus. Deinde cum dicit.

*al. l. vt auditum, viſum.*

*2. lec. 3 fi. 3. te. pe. & vl.*

*l* ¶ Ponit ſecundam rationem. Et eſt talis. Complexio plantarũ in nutrimento & augmento, & his ſimilia melius fiunt ſine ſenſu quam cum ſenſu, ergo plantæ non habent ſenſum, cum natura ſemper faciat quod melius eſt. Huius rationis ſolum ponit minorem per ſignum dicens quod ſignum eſt quod nutrimentum & augmentum melius fiunt ſine ſenſu quam cum ſenſu, quare anima vegetatiua ſiue nutritiua melius facit opus ſuum in animalibus in dormiendo, quam in vigilando. Nutriuntur enim & augentur magis cum dormiunt, quam cum vigilant: Et ita nutrimentum, & augmentũ non indigent ſenſu.

*h* Quod igitur quidem ſomno communicant omnia animalia, manifeſtum eſt ex his, eo enim quod eſt ſenſum habere, definitur animal.

*Ex iis profecto manifeſtum eſt, quod in ſomni opere animantia communicant omnia, ſi quidem eo quod ſenſum habet omne circunſcribitur animal.*

*i* Senſus autem modo quidem aliquo immobilitatem & velut vinculum ſomnum eſſe dicimus, ſolutionem autem remiſſionemque vigiliam. Plantarum B autem nullam poſſibile eſt communicare neutra harum paſſionum, nam ſine ſenſu quidem non exiſtit, neque ſomnus, neque vigilia.

*Porro ſenſus quadammodo immobilitatem, & quaſi vinculum eſſe dicimus ſomnum, huius autem relaxationem & ſolutionem vigilia: ſtirpium autem genus nullum harum eſt particeps paßionum, cum abſque ſenſu neque ſomnus inſit, neque vigilia.*

*k* Quibus vero ineſt ſenſus, & triſtari, & gaudere, quibus vero hæc, & concupiſcentia, plantis autem nihil horum ineſt.

*Quibus vero adeſt ſenſus, iis profecto & contriſtari ineſt, & in voluptate eſſe: quibus vero hæc adſunt, iis & appetentia ineſt. Stirpibus autem nihil horum ineſſe videtur.*

*l* Signum autem, quoniam & opus ſuum facit nutritiua particula in dormiendo magis quam in vigilando. Nutriuntur autem C & augentur tunc magis, tanquam nihil egentia ad hæc ſenſu.

*Huiuſce autem rei ſignum eſt, quod altrix pars ſomni magis tempore quã vigiliæ opus peragit ſuum, aluntur enim tunc & increſcunt magis, quippe quæ nihil ad hæc indigeant ſenſu.*

### *LECTIO III.*

*a* QVare autem dormiant, & vigilent animalia; & propter qualem quendam ſenſum vel quales ſi propter plures conſiderandum.

### LECTIO III.

*QVam autem ob cauſam dormiant animalia, & vigilent, & quonam ſenſu aut quibus, ſiquidem per plures fiant, conſiderandum eſt.*

*b* Quoniam vero quædam animalium habent ſenſus omnes, quædam vero non habent, † vt viſum: tactum autem & guſtum D omnia habent, niſi ſit aliquod animalium imperfectorum: dictum eſt autem de his, in iis quæ de Anima, impoſſibile autem ſimpliciter, qualicumque ſenſu ſentire, quod dormit animal, manifeſtum quoniam omnibus neceſſarium, ineſſe eandem paſſionem in vocato ſomno, qui nam ſi huic fidem huic vero non, hoc dormiens ſentiet, hoc autem impoſſibile eſt.

*Quoniam autem nonnulla animalium omnes habent ſenſus, quædam vero non habent, vt auditum, viſum, nanque tactum & guſtatum habent omnia, niſi animalium quippiam fuerit imperfectum, de iis autem dictum eſt in Commentariis de Anima. Fieri autem non poteſt vt dormiens animal quouis ſimpliciter operetur ſenſu, manifeſtum eſt quod eandem ineſſe omnibus paßionem neceſſe eſt in eo, qui vocatur ſomnus. Si enim hoc quidem, illo vero non, hoc ſane dormiens ſentiet, id autem fieri non poteſt.*

### *LECTIO III.*

*a* OStenſo, quod ſomnus & vigilia inſunt omni animali viciſſim & ſoli. In hac parte oſtendit quod coniuncti paſſiones ſunt, propter quam cauſam, & hæc in duas. Primo dat intentionem ſuam, ſecundo proſequitur, ibi, [Quoniam vero quædam, &c.] Et iſta in duas. Primo dicit: quod ſomnus & vigilia ſunt paſſiones ſenſus communis, & eius organi. In ſecunda oſtẽdit propter quam cauſam eis inſunt, ibi, [Propter quam cauſam accidit dormire, &c.] Prima in duas, penes duas rationes, & ſecũda ibi, [Si enim eo.] Prima in duas: in principalem & corollariam, ibi, [Siue omnibus, &c.] Prima in tres. In prima oſtendit maiorem, in ſecunda oſtendit minorem, ibi, [Quoniam autẽ, &c.] in tertia infert concluſionem, ibi, [Manifeſtum eſt autem, &c.] Media in duas, in principalem, & incidentalem, quæ incipit, ibi, [Hoc autem ſimul.] Et prima in duas. Primo ponit minorem, ſecundo probat eam, per duas rationes, ibi, [Quæ quoniam.] Et iſta in duas ſecundum duas rationes, & ſecunda, ibi, [Et iudicat, &c.] Dicit ergo primo intentionem ſuam, dicens: Propter quam cauſam dormiunt & vigilant animalia, conſiderandum eſt modo, & circa quales ſenſus, ſicut ſi ſint circa plures. Deinde cum dicit.

*b* ¶ Probat, quod ſomnus & vigilia ſunt paſſiones ſenſus communis & eius organi, ſic. Somnus & vigilia omnibus partibus animalium inſunt ſimul, ſed ſenſus communis ſequitur ad omnes, ſenſus particulares, & eſt commune eis: ergo ſomnus, & vigilia ſunt paſſiones ſenſus communis. Et fundatur hæc ratio ſuper hanc maximam. Omnis paſſio inhærens pluribus ſenſibus, inhæret per naturam ſui ſubiecti primi, q᷑ reperitur in omnibus, vt dicit Ariſt. in Lib. Poſte. & ita cum ſomnus & vigilia ſint paſſiones ſenſus, & inſunt omnibus partibus animalis, hoc erit de neceſſitate per naturam ſenſus communis. Huius rationis, primo probat maiorem ſic. *Lec. 1.* E Cum quædam animalia habeant omnes ſenſus, vt perfecta, quædam non, ſed ſolum tactum & guſtum, & ad minus illos, niſi fuerit aliquod animal ſumme imperfectum, quod animal eſt terræ affixum more plantæ, vt ſpongia maris, vel pars deciſa animalis annuloſi, quæ guſtu carent, vniuerſaliter eſt verum q᷑ non contingit animal dormiens aliquo ſenſu particulari ſentire, ergo neceſſe eſt hanc paſſionem, quæ eſt ſomnus, ſimul ineſſe omnibus ſenſibus particularibus. Huius rationis primo ponit antecedens cum dicit, [Quoniam vero,] ſecundo conſequens, cum dicit, [Manifeſtum quoniam,] tertio declarat conſequentiam dicens: Si ſomnus ineſſet alicui ſenſui, alicui non, tunc ſentiret ſecundum vnum, & dormiret ſecundum alium, quod eſt impoſſibile. Et hoc eſt quod dicit, ibi, [Nam.] Deinde cum dicit.

c ¶ Pro-

F c Quoniam autem ineſt vnicuique ſenſui aliquid proprium, atque aliquid cõe. Proprium quidem, velut viſui videre, auditui autem audire, & in aliis ſecundum eundem modum. Et autẽ quædam & communis potentia, quæ ſequitur omnes.

d Qua & quod videt, & audit, & ſentit: non enim viſu quidem videt, quod videt.

e Et iudicat itaque & poteſt diſcernere, quoniam alia quidem dulcia ſunt ab albis, nec guſtu, nec viſu, nec ambob. ſed quadá cõi particula omnium ſenſitiuorum. nam eſt quidem ſenſus vnus, & principale ſenſitiuum vnum, eſſe autẽ ſenſui generis cuiuslibet alterum, velut ſoni & coloris. Hoc aũt ſimul cũ tactiuo maxime exiſtit. Hoc quidem n. ſeparatur ab aliis ſenſitiuis, alia vero ab hoc inſeparabilia ſunt: Dictum eſt aũt de ipſis in his, q̃ de Anima theorematibus. Manifeſtum igitur quoniam huius eſt paſſio, vigilia & ſomnus.

f Propter quod omnibus ineſt animalibus. Etenim tactus ſolus omnibus ineſt.

g Si n. in eo ꝙ oẽs patiuntur aliquid ſenſus, fieret dormitio, inconueniens eſt; ſi quibus neceſſe neque poſſibile ẽ aliquo modo agere ſimul, hos vacare, ſimul & immobiles exiſtere, contrarium enim rationabilius accideret eis, quam ſimul quieſcere. Quemadmodum aũt nũc dicimus rationabiliter ſe habet & de his. Nam cũ principale aliorum omnium ſenſitiuorum, & ad quod tendunt alia, patiatur aliquid, compati neceſſarium & reliqua omnia. Illorum autem, cum aliquid impotens ſit, non neceſſe eſt hoc impotens fieri.

h Manifeſtum autem eſt plurib. quoniam non in ſenſus ſine operatione eſſe, & non vti ipſis, ſomnus eſt, neque in non poſſe ſentire. Nam & manifeſte in animæ defectionibus tale quid accidit. Impotentia n. ſenſuum eſt animæ defectio. Fiunt autem & amentiæ quædam hmõi. Amplius autem quibus in collo venæ apprehenduntur, inſenſibiles fiunt. Sed qñ impotentia vſus, neque in quouis ſenſitiuo, neq; per q̃uis cauſam, ſed quemadmodum dictum eſt, nunc in primo quo ſentit omnia. Cum enim hoc quidem impotens fuerit, neceſſe eſt & ſenſitiua omnia impotentia eſſe ſentire: cum vero illorum aliquid, non eſt hoc neceſſe.

*Quoniam autem ſingulis ineſt ſenſibus partim proprium quoddam, partim vero commune, proprium quidem vt viſioni videre, auditui vero audire, eademque in aliis ratione. Eſt etiam communis quædam poteſtas, quæ omnes conſequitur ſenſus.*

*Qua videt, & audit, & ſentit, non enim viſu cernit quod videt.*

G *Et iudicat certe & iudicare poteſt quod diuerſa ſunt dulcia ab ipſis albis, neque guſtatu, neque viſu, neque vtriſq; ſed cõmuni quadam omnium ſenſiteriorum parte: eſt enim vnus ſenſus, & proprium ſenſiterium vnum. Eſſentia autem cuiuſque generis ſenſum diuerſa vt ſoni & coloris. Iſtuc autem ſimul cum tactili exiſtit maxime, id nanque ab aliis ſeparatur ſenſiteriis, cum alia ab illo ſeiungi non poſſunt. Dictum eſt autem de iis in cõtemplationibus de Anima. Manifeſtũ igitur eſt, vigiliam & ſomnum huius ſenſiterii eſſe paſſiones.*

H *Quamobrem omnibus ineſt animalibus, ſolus enim tactus omnibus ineſt.*

*Si enim eo quod omnes quippiam patiantur ſenſus; ſomnus fieret, abſurdum, ſi quibus neque neceſſe eſt, neque quodammodo fieri poteſt vt ſimul agant, hos ſimul ceſſare, & eſſe immobiles, neceſſarium eſſet. Contrarium enim illis accidere rationi conſentáneum eſt magis, non ſimul ſ. quieſcere, ſed vt nos nunc aſſerimus de hmõi re rationabiliter ſe habere videtur. Cũ enim ſenſiteriorum omnium præcipuum & ad quod alia tẽdunt omnia,* I *quippiam patitur, reliqua etiã ſimul affici omnia neceſſe eſt, illorum vero quopiam minus idoneo exiſtente, vt hoc tale ſit, nulla eſt neceſſitas.*

*Ex multis autem compertum quod non eo quod ceſſant ſenſus, & illis non vtitur animal, exiſtit ſomnus, neque quoniam ſentire non poſſunt, in animæ nanque defectu huiuſmodi quippiam accidit; ſenſuum enim imbecillitas eſt animæ defectus. Ad hunc etiam modum quædam fiunt amentiæ. Præterea quibuſcunque arteriæ, quæ in* K *collo ſunt, comprimuntur, ii certe omni carent ſenſu, verum cum vſus imbecillitas acciderit, neque in quouis ſenſiterio, neque quamlibet ob cauſam, ſed vt tunc eſt conſtitutum, quando in primo fuerit, quo ſentit omnia: cum enim iſtuc defecerit, omnibus etiam aliis ſenſiteriis neceſſe eſt non poſſe ſentire, cum vero illorum quippiam huic, non eſt neceſſe.*

c ¶ Probat minorem dicẽs ꝙ in vnoquoq; ſenſu particulari eſt aliquid proprium, & aliquid cõmune, conſequens ad ipſum proprium, & eſt ei ſua propria operatio, vt viſui videre, & auditui audire, & quædam communis potentia ſentiendi eſt, conſequens ad omnes ſenſus particulares. Deinde cum dicit.

d ¶ Probat conſequens duabus rationibus. Quarum prima talis ẽ, aliquo ſentimus nos videre: ſed non ſenſu proprio, ergo aliquis eſt ſenſus communis ſentiens. Et hic primo ponit concluſionem, & ſecundo minorem, ibi, [ Non enim.] Deinde cum dicit.

e ¶ Ponit ſecundam rationem, quæ talis eſt. Aliquis ſenſus diſcernit ſenſibilia diuerſorum generum, vt album à dulci; ſed nõ facit hoc vno ſenſu proprio, nec pluribus, ergo de neceſſitate eſt aliquis ſenſus communis, faciens huiuſmodi iudicium, & diſcretionem. primo ponit maiorem; ſecundo cum dicit, [ Nec guſtu. ] ponit minorem; tertio cum dicit [ ſed quadam. ] ponit concluſionem. Et ex hoc concludit vlterius, quod vnus eſt ſenſus communis & principalis, & vnum organum ſentiendi principale, quod licet ſit idem & vnum ſecundum ſubſtantiam, eſt tamen diuerſum ſecundum eſſe, inquantum ſentit ſenſibilia diuerſa genere. Et hoc eſt, quod dicit, ibi, [ Nam quidem.] Et quia ſuperius dictum eſt, quod ſenſus communis ſequitur maxime ad ſenſus particulares, ne crederet quis quod hoc eſſet generaliter verum, addit conſequenter quod ſenſus communis maxime ſequitur ad tactum, & ſimul eſt cum ipſo, quia tactus ſolus reperitur ſine ſenſibus aliis, & alii nunquam ſine tactu, vt dicit in Lib. de Anima. Et hoc eſt quod dicit, [ Hoc autem ſimul.] Et tunc concludit principalem concluſionem cum dicit, [Manifeſtũ eſt igitur.] Deinde cum dicit.

2.tex. c. 17. 3.le.pe.&vl.

f ¶ Infert corollarie, quod ſomnus & vigilia inſunt omnibus animalibus. Tactus enim ad quem ſequitur ſenſus communis ineſt omnibus animalibus ad minus. Deinde cum dicit.

g ¶ Ponit ſecundam rationem principalem, & eſt talis. Ad cuius vacationem, & quietem ſequitur vacatio & quies omni ſenſui, & non econuerſo, illius eſt ſomnus primo per ſe & vigilia: ſed ad vacationem ſenſus cõmunis, ſequitur vacatio omnium particularium & non econuerſo; ad vacationem autem vnius ſenſus proprii non ſequitur vacatio aliorum ſenſuum particularium, ſicut nec ad actionem vnius ſequitur actio alterius; ergo ſomnus non eſt paſſio ſenſuum propriorũ, ſed communis. Primo concluſionem cũ dicit, [ Si enim.] Et continuat partem minorem cum antecedente cum dicit, [ Si enim. ] Et tertio addit tertiam partem minoris, cum dicit, [ Quẽadmodũ aũt. ] Deinde cum dicit.

h ¶ Quia dixit, quod ſomnus eſt vacatio ſenſuum, ne crederet quis quod omnis vacatio eſſet ſomnus, hoc remouet dicens ꝙ non, quia multipliciter accidit impotentia ſenſus, ꝑꝑ defectũ ſpirituũ aĩalium in comparatione ſenſuum. Aliter propter defectum illorum cõtingit aliquãdo amentia; ſimiliter contingit inſenſibilitas ꝑꝑ occupationes venarum, quib. deferuntur ſpiritus ad ſenſus exteriores, nulla talis impotentia ſenſus eſt ſomnus, ſed quãdoq; eſt ſenſus impotentia, non ꝑpter defectũ organi particularis; neque ex quacunque cauſa, ſed ꝑpter impotentiam ſenſus cõmunis per organum, quod prouenit ex defectu ſenſus materialis, per cuius impotentiam reducuntur omnia organa particularia impotentia ad ſentiendum, & non econuerſo.

L E-

### LECTIO IV.

*a* OStenſo, quod ſomnus & vigilia ſunt paſſiones ſenſus communis & eius organi, in hac parte intendit determinare de cauſis ſomni. Et diuiditur in duas. In prima dat intentionem ſuam, in ſecunda ſecundum modos cauſarum declarat & determinat cauſas, ſomni, ibi, [Primum quidem, &c.] Et iſta in duas. Primo dat cauſam finalem ſomni. In ſecunda, ibi, [Amplius, &c.] Determinat cauſam materialem. In tertia parte determinat cauſam efficientem, ibi, [Cõſequens autem.] Prima in duas. Primo præmittit quandam ſuppoſitionem, in ſecunda proſequitur intentum, & ſecunda; ibi, [Quidem vero, &c.] Et iſta in duas. Primo determinat ſomni finem ſpectantem ad eſſe animalis: in ſecunda finem ſpectantem ad bene eſſe animalis, ibi, [Vigilia vero, &c.] Tunc ſequitur illa pars, in qua determinat de cauſa materiali, & illa in duas partes diuiditur, in prima dat intentionem ſuam: in ſecunda proſequitur intentum, ibi, [Quoniam ergo, &c.] Et iſta pars diuiditur in duas, in principalem & incidentalem, in qua mouet dubitationem, ibi, [Mouetur igitur, &c.] Prima in duas. In prima probat ſuæ rationis maiorem, ſecundo ponit minorem, & infert concluſionem, ibi, [Si vero eſt.] Prima in duas. Primo ponit per ſyllogiſmum ad maiorem, ſecundo declarat ei præmiſſas, ibi, [Motus quidem, &c.] Et iſta in duas. Primo oſtendit minorem, ſecundo maiorem, ibi, [Media autem.] Prima in duas. Primo ponit minorem, ſecundo probat eam, ibi, [Motus quidem, &c.] Et iſta in duas. Primo probat primã partem minoris, ſcilicet quod cor eſt principium ſpiritus, in ſecunda probat ſecundam, ſcilicet quod cor eſt principium motus ſenſibilis, ibi, [Quoniam mouere, &c.] Prima in duas. Primo, oſtendit quod cor eſt principium in habentibus ſanguinem, ſecundo oſtendit quod in non habentibus ſanguinem eſt aliquid principium ſimile cordi, ibi, [Non habentibus, &c.] Primo dat intentionem ſuam, & proſequitur, & diuidit cauſam in finalem, formalem, efficientem, & materialem. Deinde cum dicit.

*b* ¶ Determinat cauſam ſomni finalem. Et primo præmittit quandam ſuppoſitionem dicens: Quoniam natura facit quod facit propter aliquem finem, qui eſt bonum aliquid, & hoc dicit, ibi, [Primum quidem] Et ex hac ſuppoſitione ſequitur, quod ſomnus finem habet cum ſit paſſio naturalis. Nota etiam quod quia ſomnus forma non eſt, immo priuatio, ideo eius cauſam formalem non determinat. Et ſic ex determina- A tis hic, patet definitio ſomni, per quam eius quidditas ſignatur, &c. Deinde cum dicit.

*c* ¶ Oſtendit finem ſomni ſpectantem ad eſſe animalis ſic. Cuilibet animali non potenti ſemper continue moueri cum voluptate, neceſſaria eſt aliquando quies propter ſalutem eius: ſed ſomnus eſt quies huiuſmodi, quia ſi animal non poteſt continue ſentire cum voluptate: ergo neceſſarius eſt ſomnus propter ſalutem animalis. Et ita patet quod definitio ſomni eſt ſalus animalis. Huius rationis primo ponit maiorem cum dicit, [Quietem vero.] Secundo minorem cum dicit, (ſomnus.) Et nota quod dicunt ſomnium quietem per metaphoram, id eſt per ſimilitudinem, quia non eſt proprie quies, ſicut nec ſentire eſt proprie moueri. Sed communiter. Et quia licet ſomnus ſit quies virtutum animalium, eſt tamen magis labor virtutum naturalium. Et ſunt virtutes naturales, ꝙ operantur digeſtionem: virtutes animales, quæ operantur ſenſum & motum. Et tunc ponit concluſionem, cum dicit, [Quapropter.] Deinde cum dicit.

*d* ¶ Oſtendit finem ſomni ſpectantem ad bene eſſe animalis, ꝙ eſt exercere & excitare opera animalis ſic. Vigilare, ſiue exercere opera vigiliæ eſt finis animalis; ſed iſta opera non poteſt animal aliquando exercere, niſi aliquando capiat ſomnum & quietem, ergo ſomnus eſt neceſſarius cuilibet animali, propter hũc finem. Huius rationis, primo ponit maiorem cum dicit, [Vigilia vero.] Et ſecundo declarat eam ſic. Sentire & ſapere ſunt opera vigiliæ: ſed ſentire & ſapere ſunt opera cuiuſlibet animalis, cui inſunt, ergo & vigilare eſt finis. Huius rationis tantum ponit medium & probat. Deinde cum dicit.

E *e* ¶ Probat ſic. Quod eſt optimum in vnoquoque eſt finis eius: ſed ſentire & ſapere ſunt optima eorum in quo ſunt, ergo ſunt finis. Huiꝰ rationis primo ponit minorẽ cum dicit, [Optima:] ſecundo maiorem, ibi, [Finis vero.] Deinde ponit concluſionẽ cum dicit, [Neceſſarium.] Et ponit poſtea minorem principalis rationis cum dicit [Dico autem.] Et vocat vigilare & exercere opera eius, ſecundum naturam animalis. Deinde cũ dicit.

*f* ¶ Determinat de cauſa materiali ſomni. Et primo dat intentionem ſuam, vt patet: ſecundo præmittit quandam ſuppoſitionem dicens, quod eadem eſt cauſa materialis ſomni & proportionalis animalibus habentibus ſanguinem, & in non habentib. Et nota quod cauſam materialem ſomni vocat iſtam partem corporis, quæ eſt primum ſubiectum, quæ eſt principium ſenſus. Deinde cum dicit.

*g* ¶ Determinat intentum tali rõne. Cor vel aliquid ſimile cordi,

### LECTIO IV.

*a* PRopter quam vero cauſam accidit dormire, & cuiuſmodi paſsio eſt dicẽdum. Quoniam vero modi plures ſunt cauſarum, nam & quod cuius gratia, & vnde principium motus, & materiam, & rationem cauſas eſſe dicimus.

*b* Primum quidem igitur, quoniam naturam dicimus gratia huius facere, hoc autem bonum aliquod.

*c* Quietem vero omni, quod natum eſt moueri, cum non poſsit ſemper continue moueri cum delectatiõne, neceſſariam eſſe, atque vtilem, ſomno quoque propter ipſam veritatem, coaptant metaphoram hanc, tanquam requies ſit. Quare propter ſalutem animalium exiſtit.

*d* Vigilia vero finis, nam ſentire & ſapere omnibus finis quibus ineſt alterum eorum.

*e* Optima enim hæc, finis vero optimus. Amplius, neceſſarium vnicuique animalium ineſſe ſomnum. Dico autem ex ſuppoſitione neceſsitatem, quoniam ſi animal erit habens ſuam naturam, ex neceſsitate ineſſe quædam ei oportet, & his exiſtentibus, alia exiſtere.

*f* Amplius autem, & quali motu, & actione in corporibus facta, accidat vigilare, & dormire animalibus, poſt hoc dicẽdum. Aliis igitur animalibus, quemadmodum nõ habentibus ſanguinem exiſtimandum eſt cauſas eſſe paſsionis, vel eaſdem, vel proportionales, ſanguinem vero habentibus, quę quidem hominibus: quare ex his omnibus ſpeculandum.

*g* Quod igitur ſenſus principium ſit ab eadem parte animalis, à qua quidem & motus, de-

### LECTIO IV.

*QVam vero ob cauſam accidat ſomnus, & qualis eiuſmodi ſit paßio, dicendum eſt. Quoniam autem cauſarum complures ſunt modi, namque & cuius gratia, & vnde motionis initium, nec non materiam, & rationem cauſas nuncupamus.*

B *Principio igitur cum naturam alicuius gratia facere aſſerimus, iſtuc autem bonum quiddam eſt.*

*Quietem vero omnibus, quæ nata ſunt moueri, non poſſunt autem ſemper & continue cum voluptate moueri, neceſſariam eſſe & vtilem, ſomno vero veritate adducti hanc applicant translationem, quaſi requies ſit, quamobrem ſalutis gratia animalibus ineſt.*

C *Vigilia autem finis eſt, ſentire enim & ſapere omnibus eſt finis, quæ illorum alterutrum habent.*

*Optima nanque iſthæc, finis autem optimum. Neceſſarium præterea eſt cuique animalium ineſſe ſomnum, neceßitatẽ ex ſuppoſitione dico, quoniam ſi animal eſt ſuam ipſius habens naturam, quædam illi neceſſario adeſſe oportet, quæ ſane ſi exiſtunt, alia etiam quædam adeſſe neceſſe eſt.*

*Præterea quonam motu & actione in corporibus facta, cum dormire, tum vigilare animantibus contingat, poſthac dicendum eſt, aliis igitur animalibus,* D *vt exſanguibus, paßionis huiuſce cauſas vel eaſdem eſſe, vel proportione reſpondentes, exiſtimandum eſt, ſanguine vero præditis, eaſdem quæ hominibus, quamobrem ex iis omnia ſunt conſideranda.*

*Quod igitur ſenſus initium ab eadem animaliũ ſit parte à qua motionis exordium eſt, in aliis prius eſt de-*

di eſt principium ſenſus. Sed ſomnus & vigilia primo & per ſe F ſunt circa principium ſenſus, vt probatum fuit prius, ergo ſunt primo circa cor, vel aliquid ſimile cordi, vt circa primum ſubiectum. Huius rationis probat minorem tali proſyllogiſmo. Eadem pars animalis eſt principium ſenſus & motus, ſicut determinatum eſt in li. de Animalib. ſed cor & ſimile cordi, vel proportionale eſt principium motus, ergo eſt principiũ ſenſus. Huius rationis primo ponit maiorem, & ſecundo minorem, & concluſionem dicens, ꝙ iſta pars animalis eſt media triũ locorum. Inter caput enim & dorſum ventris, i. medium ſecundum veritatem inter cerebrum & caput, quæ ſunt alia membra principalia, & hæc pars in omnib. habentibus ſanguinem eſt cor, in aliis non habentibus ſanguinem proportionale cordi eſt principiũ motus & ſenſus ab hac parte. Et hoc dicit, ibi, [Ipſa vero.] Deinde cum dicit.

*a.l. reſpirantia.*
*a. l. refrigerantia.*

*h* ¶ Oſtendit præmiſſas prædicti proſyllogiſmi. Et primo minorem, ſ. ꝙ cor eſt principium ſpũs in habentibus ſanguinem, ſic. Cor eſt principium refrigerationis, quæ fit per attractionem ſpũs, cor ergo eſt principium ſpũs. Huius rationis ſolũ ponit medium, cum dicit, [motus quidem.] Deinde cum dicit.

*a.l exurgẽs.*
*a.l. totipientia.*

*i* ¶ Declarat illud ſic. Natura dedit animali reſpirationem, vt per aerem humidum inſpiratum infrigidetur calor naturalis cordis propter ſalutem eius, aliter enim ſanguis, qui eſt in corde, inflãmaretur, & combureretur cor. Et naſcitur iſte calor propter intermiſſionem ſanguinis in thalamis cordis; & continet curſum illius in dextro thalamo eius. De hac autem natura reſpirationis determinatur in Libro de Reſpiratione, & Inſpiratione. Deinde cum dicit.

*k* ¶ Oſtendit idem in non habentibus ſanguinem, dicens quod cum illis non ſit reſpiratio per aliquod organum deputatum ad hoc, cuiuſmodi eſt camera pulmonis in habentibus ſanguinem, in non habentibus eſt aliquid proportionale cordi, in quo eſt ſpiritus complantatus ad refrigerationem caloris naturalis in ipſo exiſtentis, qui quidem ſpiritus complantatus eſt per ſubtiles poros corporis, cuiuſmodi ſunt animalia ſenſitiua, quæ vocantur totala, ſicut vermes, & veſpæ, & muſcæ. Et huiuſmodi dicuntur totala quæ in quali-

terminatum eſt prius in aliis. Ipſa vero eſt trium determinatorum locorum, qui medius eſt inter caput & inferiorem ventrẽ. Habentibus quidem igitur ſanguinem, hoc eſt quæ circa cor pars. Omnia enim habentia ſanguinem cor habent & principium motus, & ſenſus principalis hinc eſt.

G *h* Motus quidem igitur & ſpiritus. manifeſtum quoniam principium, & omnino qui refrigerationis, eſt hic.

*i* Et † reſpirationem autẽ & humido † refrigerationẽ ad ſalutẽ eius qui eſt in hac particula caloris, natura tribuit. Dicetur autem de ipſa poſtea ſeparatim.

*k* Non habentibus vero ſanguinem & inſectis & non ſuſcipientibus ſpiritum in proportionali plantatus ſpiritus † inflans & reſidens videtur. Palam autem hoc in his quæ ſunt † tota- H la, puta veſpis, apibus, & muſcis, & quæcunque huiuſmodi ſunt.

*l* Quoniam autem mouere quidem, aut facere aliquid ſine robore non eſt poſſibile. Vigorem autem facit ſpiritus detentio. Et ſpirantibus quidem quæ deforis, non reſpirantibus vero ea, quæ ingenita eſt.

*m* Ideo & bombantia alata videntur cum moueantur attractione ſpiritus offendentis ad I ſuccinctorium totalorum.

*n* Mouetur autem omne aliquo ſenſu facto, proprio vel alieno in primo ſenſitiuo. Si vero eſt ſomnus & vigilia paſſio partis huius, in quo loco quidem, & in qua particula primo fit ſomnus & vigilia, manifeſtum. Mouentur autem quidam dum dormiunt, & faciunt multa, quæ vigilantium ſunt, non tamen abſque phantaſmate & aliquo ſenſu, ſomnium enim eſt quodammodo ſenſamentum. Dicendum eſt autem poſtea de ipſo. Cur vero ſomnia memorantur K expergefacti, vigilium vero actus non memorantur, in Problematicis dictum eſt.

*terminatum. Hæc autem cum tripartita ſint loca, media ſane ſita eſt inter caput & imum ventrem. In iis igitur quæ ſanguine prædita ſunt, ea eſt pars quæ in corde ſita eſt, omnia nanque ſanguine prædita cor habent; & ſenſus, motioniſque proprie initium inde eſt.*

G *Motus igitur initium quod ſpiritus ſit principium, manifeſtum eſt, & omnino refrigerationis origo inde eſt.*

*Et iis, quæ reſpirant, humoreque refrigerantur, ad ſalutem illius quod in hac parte eſt calidi, natura comparauit, qua de re ſeparatim infra pertractabitur.*

*Iis autem quæ ſanguine carent, & inſectis, & iis quæ non reſpirant, in proportione illi correſpondente parte: connatus enim ſpiritus cum exurgẽs, tum vero reſidens cernitur. palam autem eſt hoc in iis, quæ ex vnica mem-* H *brana integras habent alas, vt veſpæ ſunt, & apes, & muſcæ, & reliqua id genus omnia.*

*Sed quoniam mouere quippiam, aut facere ſine vi haud quaquam fieri poſſe videtur, robur autem ſpiritus contentio efficit, ſpirantibus quidem eius, qui extrinſecus aduenit, non ſpirantibus autem, eius qui eſt connatus.*

*Iccirco bombum quendam facere animaduertuntur illa, quæ alas habẽt* I *cum mouentur, ſpiritus ſ. attritu in tranſuerſum ſeptum incurrentis eorũ, quæ membranaceas habent alas.*

*Mouentur autem omnia ſenſu aliquo vel cognato, vel alieno in primo ſenſiterio facto. Quod ſi ſomnus & vigilia huiuſce paſſiones ſunt partis, in quo ſane loco, & in qua parte primo fiunt ſomnus & vigilia, manifeſtum. Mouentur autem plerique dum dormiunt, multaque faciunt vigilantium opera, non tamen ſine imaginibus ſenſuve aliquo. ſomnium nanq; quodammodo ſenſus quidam eſt, qua de re paulo poſt dicemus. Cur autem ſomniorum quidam à ſomno exciti meminerunt, vigilantium vero operæ non recordentur, in Problematicis* K *Quæſtionibus eſt pertractatum.*

ber parte alata, & per totum corpus. Et ita habent ſpiritum ad refrigerationem membri, quod eſt ſimile cordi. Deinde cum dicit.

*l* ¶ Probat ſecundam partem minoris proſyllogiſmi, ſcilicet quod illud quod eſt ſimile cordi, eſt principium motus ſenſibilis, ſic. Si motus localis eſt à vigore, & ſpiritus perſeuerantia; quoniam ſpiritus inſpiratus per organum proprium in animalibus reſpirantibus, eſt complantatus intra. ergo & locus motus localis eſt à ſpiritus perſeuerantia, & ita à corde, quod eſt principium ſpiritus. Huius rationis primo ponit primam propoſitionem cum dicit, [Quoniam autem.] ſecundo ſecundam, cum dicit, [Vigorem.] Deinde cum dicit.

*m* ¶ Oſtendit ſecundum per ſignum dicens, quod quia vigor eſt à ſpiritus perſeuerantia, ideo & bombantia, quæ ſunt vermes facientes ſirichum, videntur continue mota, eo quod mouentur per attractionem ſpiritus reſeruati ad membrum; quod dicitur ſuccinctorium in totalis. Et dicitur à quibuſdam ſuccinctorium diaphragma, quod eſt pellis diuidens ſuperiora ventris ab inferioribus, ſiue ſpiritualia à nutritiuis, ad quam pellem fit reuerberatio ſpiritus. Et poteſt dici quod eſt membrum in totalis, quod eſt porportionale cordi, ad quod omnes partes totalis ſuccinduntur, ſiue innituntur, ſicut ad aliquid ſui principium, per quod ſuſtentatur, ſicut omnes partes terræ ſuſtentantur ad centrum. Deinde cum dicit.

*n* ¶ Oſtendit maiorem proſyllogiſmi ſic. Omne animal, quod mouetur, mouetur ꝑ ſenſum aliquem factum in primo ſenſitiuo ad præſentiam alicuius ſenſibilis proprii, vel alieni, id eſt ſenſibilis per accidẽs, ideo illud eſt principium motus & ſenſus. Huius rationis ponit præmiſſas cum dicit, [Mouetur autem.] Deinde ponit maiorem prioris rationis cum dicit, [Si vero,] & tertio infert principalem concluſionem cum dicit, [In quo loco quidem.] & quia ſupra dixit, quod motus localis fit per ſenſum factum in præſentia ſenſibilis, ne aliquis obiiceret quod dormientes mouentur localiter aliquando, qui non ſentiunt in actu, reſpondet dicens,

cens, quod dormientes mouentur & faciunt opera vigilantiũ A propter præſentiam phantaſmatum in primo ſenſitiuo, & ideo mediante ſenſu quodam & imaginatione, quæ ſenſui aſſimilatur. Somnium enim eſt ſimilitudo ſenſibilium, ſicut dicit inferius, & hoc eſt, [Mouetur autem.] Et tunc in fine addit cauſam quare expergiſcentes à ſomno, memorantur ſomnia quæ vident, & non memorãtur actus vigilantiũ, quos fecerunt dum dormierunt, hoc determinauit in Libro Problematum, quem non habemus, in quo tractauit quaſdã conſimiles quæſtiones de naturalibus. Et hoc quod dicit (qui vero ſomnia.)

*LECTIO V.*

a DEterminata cã finali ſomni, & materiali, & etiam vigiliæ ſimiliter, hic determinat cauſam efficientem eorum. Et diuiditur iſta pars in duas. In prima ponit intentionem. In ſecunda proſequitur, & ſecunda, ibi, [Palam itaque.] Et iſta in duas. In prima præmittit quinque ſuppoſitiones, & ſubiungit quoddam incidens cum dicit, [Dictum eſt.] In ſecunda proſequitur intentum, ibi, [Non eſt autem ſomnus.] Et hæc in duas. Primo determinat cauſam efficientem ſomni, in ſecunda determinat efficientem vigiliæ, ibi, [Expergiſcuntur autem.] Et prima in duas, qa enim omne efficiens impotentiæ ſentiendi, & non conuertitur, ideo primo oſtendit, quod animal eſt efficiens impotentis ſentiendi, ita quod ſomniant: in ſecunda vt diximus, oſtendit quid eſt cauſa efficiens ſomni. Et iſta in duas. Primo dat cauſam efficientem ſomni, ſecundo verificat eam, & ſecunda, ibi, [Signũ autem, &c.] Et iſta in ſeptem, ſecundum ſeptem ſigna: & ſecundum ibi, [Amplius autem.] tertium, ibi, [Et ęgritudines,] quartũ vero, ibi, [Amplius autem.] quintum vero, ibi, [Et propter hanc vero cauſam.] ſextum, ibi, [Et ideo &c.] ſeptimum, ibi, [Nec melancholici.] Et iſta in duas, in principalem & corollariam, ibi, [Ideo melancholicus, &c.] Prima in duas. Primo ponit ſignum, in ſecunda, ibi, [Quare manifeſtum ex omnibus prædictis.] Infert principalem concluſionem, primo ergo dat intentionem ſuam. Secundo ibi.

b ¶ Præmittit quinq; ſuppoſitiones. Quarum prima eſt, quod neceſſarium eſt cuilibet animali, quam cito habet ſenſum in principio, recipere tam nutrimentum quam augmentum, & nutrimentum recipit vſque ad extremum vitæ, licet non augeatur. Et cauſa huius eſt, quia continua fit deperditio partiũ animalis per mutuam actionem qualitatum elementalium in toto tempore vitæ ſuæ: & ideo continua indiget reſtauratione, quæ fit per nutrimentum: ſed augmento non indiget, niſi vſque ad perfectam quantitatem ſuæ ſpeciei; & ideo non ſemper indiget augmento. Secundo ibi.

c ¶ Ponit ſecundam ſuppoſitionem, quæ talis eſt, quod ſanguis eſt primum nutrimentum cuilibet animali habenti ſanguinem: ſed non habentibus ſanguinem eſt nutrimentum id quod eſt proportionale ſanguini. Tertio ibi.

d ¶ Ponit tertiam, ſcil. quod venæ ſunt continentia ſanguinem, per quas ſicut per vias, defertur ſanguis ad omnes partes corporis alendas. Quarto ibi.

e ¶ Ponit quartam, quod principium venarum eſt à corde, & ab eo ortum habent, ſicut patet in Libro de Animalibus. Quinto ibi.

f ¶ Ponit quintam, quæ eſt, quod nutrimentum ab extrinſeco intrat in loca ſuſceptibilia nutrimenti; quorum autem primus eſt ſtomachus, ſecundus eſt hepar, tertius eſt cor, & ab iſtis locis egreditur nutrimentum ad venas. Et quia non totum nutrimentum eſt receptum, ſed ſolum pars ſubtilis ad venas defertur, ideo dicit quod fit euaporatio ad venas, & pars groſſa per digeſtionem in ſanguinem conuertitur, & conſequenter vadit ad ſuum principium, ſc. cor: vbi fit multa digeſtio ſanguinis præter illam, quæ erit in ſingulis membris. Deinde cũ dicit.

g ¶ Excuſat ſe à ſufficienti determinatione de nutrimento dicens, quod ſufficienter determinauit de hoc in Libro de animalibus, & in aliis libris. Prædicta autem hic ſunt repetita, vt per ea inquiramus cauſas ſufficientes ſomni & vigiliæ, quæ ſcilicet facient huiuſmodi paſſiones in parte ſenſitiua. Deinde cum dicit.

h ¶ Oſtendit intentum. Et primo oſtendit, ꝙ aliquod eſt efficiens impotentiam ſentiendi, non tamen ſomnum, ſicut amẽtia, & ſuffocatio, & animæ defectus faciunt impotentiã ſentiẽdi, ergo non omne efficiens impotentiam ſentiendi efficit ſomnũ. Vnde in iſta ratione primo ponit concluſionem. Deinde medium, ibi, [Etenim amentia.] Tertio oſtẽdit ipſum ſic. Si defectus animæ eſſet ſomnus, cum patientib. defectum aię multa phantaſmata appareãt, ſicut & dormientib. illa phantaſmata ſomnia eſſẽt: ſed hoc eſt impoſſibile. ergo & primum. Eadẽ ratio eſt de laborãtib. morbo caduco, qui ſunt quaſi mortui: & aliis

*LECTIO V.*

a COnſequens autem eſt, ex eis, quæ dicta ſunt, aggredi, in quibus factis, & vnde principium paſſionis ſit vigilandi & dormiendi.

b Palam itaque quod neceſſarium eſt animali, cum ſenſum habeat, tunc primo nutrimentum B ſuſcipere & augmentum.

c Nutrimentum autem eſt omnibus extremum, his quidem quæ ſanguinem habent, ſanguinis naturalis, his vero, quæ ſanguinem non habent, proportionale.

d Locus vero ſanguinis, venæ.

e Harum autem principium cor: palam autem quod dicitur, eſt ex diſſectionibus.

f Foris igitur alimento ingrediente in ſuſceptiua loca, fit euaporatio ad venas, C ibi vero tranſmutatur & in ſanguinem vertitur & vadit ad principium.

g Dictum eſt autem de his in his, quæ de Nutrimento, nunc autem repetendum eſt de ipſis huius gratia, vt principia motus ſpeculemur, & quid patiente particula, accidit vigilia & ſomnus.

h Non n. eſt ſomnus quælibet impotentia ſenſitiui, vt dictum D eſt. Etenim amentia, & ſuffocatio aliqua, & animæ defectio facit huiuſmodi impotentiã. Iam autem facta fuit phantaſia quibuſdam defectũ animæ patientibus fortiter: hoc quidem igitur aliquam habet dubitationẽ. Si enim contingat obdormire defectionem animę patientem, contingit vtique ſomnium eſſe, & phantaſma. Multa autẽ ſunt, quæ dicunt, qui animo defecerũt, & qui viſi ſunt mortui eſſe. De quibus omnibus eandem E rationem eſſe, opinandum eſt.

*LECTIO V.*

*COnſequens autem eſt iis, quæ dicta ſunt, recenſere, quibuſnam effectis rebus, & vnde paſſionis cum vigilandi, tum dormiendi origo deducatur.*

*Manifeſtum autem eſt, quoniam cum animal ſimul ac ſenſum habere cœperit, neceſſe ſit & alimentum initio aſſumere & augeſcere.*

*Vltimum autem omnibus eſt alimentum ſanguine quidem præditis ipſa ſanguinis natura, carentibus vero ſanguine, id quod proportione illi reſpondet.*

*Sanguinis autem receptacula ipſæ ſunt venæ.*

*Quarum origo eſt cor: ex ſectionibus autem palam eſt quod dicitur.*

*Alimento igitur extrinſecus in ſuſceptiua ingrediente loca exhalatio ſane ad ipſas fit venas, ibique immutatum in ſanguinem vertitur, ad principiumque tendit.*

*De iis autem in libello de Alimento dictum eſt. Verum hac de re quædam in præſentia eius gratia ſunt repetenda, vt motionis initia contemplemur, quaue re ſenſitiua particula affecta ſomnus accidat & vigilia.*

*Non enim quæcunque ſenſitiuæ partis imbecillitas, vt diximus, ſomnus eſt, amentia namque & præfocatio quædam, & animi defectus eiuſmodi efficiunt imbecillitatem. Pleriſque autem in valido animi defectu, aliquando facta eſt phantaſia, verum hoc aliquam ſane habet difficultatem, ſi enim animo defectum dormire contingit phantaſma profecto illud ſomnium eſſe continget. Porro multa ſunt quæ referre ſolent ii, qui in vehementi animi defectu fuere, & qui pro mortuis ſunt habiti, de quibus omnibus eadem exiſtimanda eſt ratio.*

aliis huiuſmodi paſſionibus defectum ſenſus facientibus aliqua paſſione graui. Nullus enim talis dormit. Deinde cum dicit.

*i* ¶ Oſtendit, quid eſt cauſa efficiens ſomni, dicens quod non omnis impotentia ſenſus eſt ſomnus, ſed illa, quæ fit ex euaporatione nutrimenti. Sicut enim principium, quod eſt feruor maris, per incorporationem caloris, aſcendentis vſque ad medium interſtitium aeris, congelatur, & deſcendit, ita eſt circa operationes, nutrimenti, quibus calor incorporatur, neceſſe eſt aſcendere ad ſuperiorem partem animalis, ſcilicet cerebrum: & cum ibi fuerint, impelluntur & inſpiſſantur in nube per frigiditatem cerebri: & conſequenter deſcendit propter ſui grauitatem per venas, in quibus defertur calor naturalis & etiam ſpiritus ad ſenſus exteriores miniſtrantes ſenſum & motum animalis, & ita obturant venas illas & repellunt calorem naturalem & ſpiritus ad interius corporis, & ita vacat officium ſenſus & fit ſomnus. Eſt enim vapor iſte multum humidus, & etiam corpulentus, & ita mouetur cum inſpiſſatur in venis & grauat animal, & facit illud dormire vel ſomniare. Deinde cum dicit.

*a.l. ſiue papauer.*

*De mandragora vide Celiũ lib. 9. cap. 49.*

*k* ¶ Verificat hanc cauſam per ſeptem ſigna. Primum eſt, qđ omnes cibi, & potus ſunt vaporatiui, & faciunt grauitatem capitis & longum ſomnum, ita quod homines non poſſunt leuare, & aperire palpebras per multum tempus, cuiuſmodi cibus eſt opium Thebaicum, & etiam vinum in magna quantitate acceptum: Poſt etiam cibos quoſcunque acceptos, maxime accidit ſomnus, eo quod multa euaporatio fit à cibis, &c. Deinde cum dicit.

*l* ¶ Ponit ſecundum ſignum. Et eſt quod homines multum dormiunt poſt labores corporeos, & etiam ſpeciales. Nam talis labor diſſoluit partes corporis, & facit multos vapores aſcendere à partibus corporis diſſolutis, ſicut & nutrimentum eſt multum vaporatiuum, cũ non multum ſit digeſtum perfecte, vt omnino frigido indigeſtum, quod ſ. fit ex euaporatione aſcendente ad cerebrum. Et hoc dicit, ibi, [ Amplius autem. ] Deinde cum dicit.

*m* ¶ Ponit tertium ſignum. Et eſt, quod ægritudines quędam, quæ cauſantur a ſuperfluitate humida, cuiuſmodi ſunt febres quæ faciunt multum dormire. Et hoc eſt propter multas euaporationes aſcendẽtes à tali ſuperfluitate aſcendente: humidum enim eſt materia vaporis, & calidum efficiens. Deinde cum dicit.

*n* ¶ Ponit quartum. Et eſt, quod in prima ętate multus ſit ſomnus, vt in pueris, eo quod in ipſis maxime aſcendunt euaporationes à nutrimento, nutrimentum autem pro maiori parte ſui ſurſum fertur, & ſignum huius eſt, ꝙ in tali ætate partes ſuperiores excedunt in magnitudine partes inferiores propter acceſſum nutrimenti. Deinde cum dicit.

*o* ¶ Ponit quintum ſignũ. Et eſt, quod quidam morbus, qui vocatur epilepſia, ꝙ eſt morbus caducus, fit ꝓpter multas euaporationes aſcẽdẽtes ad cerebrum. Talis morbus eſt ſimilis ſomno. & eſt quodammodo ſomnus; quia cum deberet ſomnus naturalis fieri propter ſuperabudantiã vaporum denſorũ deſcendentium, & obturantiũ venas, intantũ tumefiunt venæ ꝙ arteria, per quam fit reſpiratio vitæ, intantũ conſtringitur, ꝙ pene deficit ſpiramen vitæ. & ita fit per ſomnium morbus. Vnde & frequentius dormientibus accidit talis paſſio, & raro vigilantibus. Deinde cum dicit.

*p* ¶ Ponit quintum ſignum corollarie, ſ. ꝙ propter huiuſmodi aſcenſum vaporum non debẽt pueri & nutrices bibere vinum: parum

F *i* Sed vt diximus non eſt ſomnus impotentia omnis ſenſitiui, ſed ex vaporatione circa nutrimentum paſſio fit hęc. Neceſſe enim eſt quod euaporatum eſt, pulſum quouſque impelli, deinde conuerti & permutari, ſicut euripum: calidum vero cuiuſque animalium ad ſuperiora natum eſt ferri: cum autem in ſuperiorib. locis fuerit multum ſimul, iterum reuertitur, ferturq; deorſum, & reuertendo propellit calorem. Et ideo maxime fiunt ſomni à cibo. Nam repente tunc multa humiditas & corpu-G lentia ſurſum fertur, conſtans quidem grauat & facit dormire: cum vero fluxerit deorſum, & reuertens repellit calorem, tunc fit ſomnus & animal dormit.

*k* Signum autem horum, & ſomnifera. Omnia enim grauedinem capitis faciunt, & potus & cibi, vt † opium & mandragora, vinum & lolium. Et qui deorſum feruntur, & qui dormitant, hoc videntur pati, & non H poſſunt leuare caput & palpebras. Et poſt cibaria maxime, talis ſomnus. Multa enim aſcendit à cibis euaporatio.

*l* Amplius autem ex laboribus quibuſdam. Nam labor quidem colliquatiuus. Colliquatiuum vero fit quemadmodum nutrimentum indigeſtum, ſi non frigidum ſit.

*m* Et ægritudines quædam illud idem faciunt, quæcunque à ſuperfluitate calida & humida, vt accidit febricitantibus atque lethargicis.

*n* Amplius autem prima ætas. Pueri enim dormiunt vehementer, eo quod nutrimentum ſurſum fertur omne. Signum autem quod magnitudo ſuperiorum membrorum excedit inferiora in prima ætate, eo quod ad hęc fiat augmentum in his.

*o* Propter hanc vero cauſam & epileptici fiunt. Simile enim eſt ſomnus epilepſiæ, & eſt quodammodo ſomnus epilepſia. Et ideo accidit multis principium huius paſſionis dormientibus, & dormientes quidem capiuntur, vigilantes vero non. Cum enim multus feratur ſpiritus ſurſum, deſcendendo rurſum venas tumefacit, quibus coarctat porum, quo fit reſpiratio.

*p* Ideo pueris non conferunt vina neque nutricibus, differt enim nihil fortan ipſos bibere, vel nutrices. Sed oportet bibere

*Cæterum, vt diximus, non qualibet ſenſitiuæ partis imbecillitas eſt ſomnus, ſed ab alimenti exhalatione hæc ſane efficitur paſſio. Quod enim exhalat, quodantenus impelli, tum retrocedere, & commutari Euripi more neceſſe eſt. Calidum autem cuiuſque animalis ſurſum natum eſt ferri, cum vero in ſupernis fuerit locis, ſimul rurſum remeat & retro fertur. Vnde fit vt poſt cibum potiſſimum fiant ſomni, tunc enim multum ſimul, & corpulentum humidum ſurſum fertur, quod ſimul, ac conſtiterit, aggrauat certe dormitare-* G *que facit; cum vero ad inferna delabitur, retrocedenſque ipſum propellit calidum, tunc ſane ſomnus efficitur, dormitque animal.*

*Indicio autem ſunt ſoporifera, hæc enim omnia caput aggrauant, ſiue eſculenta fuerint, ſeu poculenta, vt papauer, mandragora, vinum, lolium, quia etiam qui in ſomno delabuntur, & dormitant, iſtuc pati animaduer-* H *tuntur, caputque & palpebras haud quaquam attollere poſſunt, atque iſtiuſmodi potiſſimum ſomnus eſt poſt aſſumptos cibos, multa enim tunc à cibis eſt exhalatio.*

*Ex laboribus præterea quibuſdam ſomni fiunt. nam labor certe liquandi vim habet, id autem liquamentũ quaſi crudum eſt alimentum, niſi fuerit frigidum.*

*Morbi quinetiam quidam idipſum efficiunt, quicunque ab excrementis cum humidis, cum calidis fiunt, quod* I *febrientibus & lethargicis accidit.*

*Prima quinetiam ætas; infantes nanque vehementer dormiunt, quoniam vniuerſum ſurſum rapitur alimentum. huiuſce autem rei ſignum quod ſupernarum partium magnitudo in prima ætate infernas excedit, quia ad illas fit acceſſio.*

*Et hanc etiam ob cauſam epilepſiam incurrere ſolent. Porro epilepſiæ ſimilis eſt ſomnus, quamobrem ple-* K *riſque huius morbi initium dormientibus accidere conſueuit. & ſane dormientes tentantur, vigilantes vero minime. Cum enim multus ſurſum latus fuerit ſpiritus, rurſus deſcendens venas turgeſcere facit, quibus meatum, per quem fit reſpiratio, obſtruit.*

*Quapropter neque infantibus, neque eorum nutricib. conferunt vina, nihil enim fortaſſe refert ipſi, an nutrices bibant, paucum autem bibere de-*

parum enim differt nutricem bibere aliquod & puerum. Sed debent bibere potum aquaticũ modicum: qa vinum eſt multum vaporoſum, & ẽt nigrum magis quam alius potus. Et tũc addit dicens, quod partes ſuperiores pueri ſunt ita repletę nutrimento, ꝙ etiam, cum iam ſint vigilantes, tamen ſuũ nõ poſſunt vertere caput, vt ebrii propter multam euaporationem vini, quæ fertur ſurſum in eis ad cerebrum. Huiuſmodi n. ſuperflua humiditas eſt cauſa quare embryo quieſcat in matrice & non mouetur, donec illa humiditas digeſta fuerit & completa. Deinde cum dicit. *al. l. quinq*

q ¶ Ponit ſextum ſignum: Et eſt, quod illi qui habent occultas venas, & ſtrictas, & ſimiliter habentes magna capita ſunt amatores ſomni. Et hoc eſt, quia in habentibus ſtrictas venas deriuatur vapor nutrimenti deſcendens a cerebro in venis propter earum fortitudines, & non deſcendit faciliter, & ita diu repellitur calor naturalis à ſenſibus. In habentibus vero magna capita, euaporatio ſurſum, habentes autem magnas venas, & amplas, non ſunt ſomnolenti propter facilem fluxum vaporum per venas capitis, niſi haberent aliquam paſſionem effectiuã ſomni. Et hoc eſt totum ſignum, quod euaporatio nutrimenti deſcendens à cerebro eſt cã ſomni efficiens. Deinde cũ dicit.

r ¶ Ponit ſeptimum ſignum; ſ. quod melancholici non ſunt ſomnolenti, & hoc qa in eis eſt melãcholia, quæ eſt frigida, & infrigidat locum nutrimenti. vnde etiã hmõi ſunt edaces, & duri, ſicut & qui delectabile non comprehendunt in nutrimento propter diſpoſitionẽ cõmunem corporis ſui, ſemper tamen aliquod delectabile cupiũt cõprehẽdere. Nigra n. cholera, ꝗ de ſui natura frigida eſt, oẽs partes corporis, in qb. dominatur, frigida efficitur. Deinde cũ dicit.

ſ ¶ Ex omnibus iſtis ſignis infert concluſionem principalẽ dicens, ꝙ ſomnus eſt congregatio caloris intrinſecus, & reciprocatio caloris naturalis ab extra, propter cauſam prædictam, i. propter repulſionem caloris à vaporib. deſcendentibus. Et poſtea cum dicit [iõ motus] infert duo corollaria. Primum eſt, ꝙ propter congregationem caloris hmõi intrinſecus, multus eſt motus intrinſec' in ſomno, licet quies ſit intrinſecus. Et tunc cum dicit, [Et pp] ponit ſecundum. Et eſt, ꝙ propter recurſum caloris naturalis ad interius, infrigidatur exterius & ſuperius. Vnde etiam palpebræ concidunt interiora membra, & inferiora calefiunt, &c.

*LECTIO VI.*

a SVpra poſuit Philoſophus cauſam efficientem ſomni, & probauit per ſigna. In iſta parte mouet dubitationem circa hoc quod dictum eſt, quod ſomnus ſit per infrigidationem & fugam caloris naturalis. Et iſta in duas. In prima mouet dubitationem In ſecunda ſoluit eam, ibi, [Vtrum ergo accidat &c.] Et hæc in duas. In prima ponit ſolutiones aliorum, ſecundo ponit ſolutionem propriã, ibi: [Vel dictæ quidem, &c.] Prima pars in duas ſecundũ tres ſolutiones, ſecunda, ibi [Vel quemadmodum.] tertia ibi, [Amplius aũt multum.] Tunc ſequitur illa in qua dat ſolutionem propriam. Et hæc in duas. Primo increpat ſolutionem aliorũ, ſecundo dat ſuam ſolutionem. ſecunda ibi, [Verum enim vero.] Tunc ſequitur alia pars ꝗ ſupra fuit diuiſa, in qua dat cãm efficientẽ vigiliæ. Et hæc in duas. Primo ponit tres cãs efficientes vigiliæ, ſecundo adaptat illas ad propoſitum, & ſecunda, ibi (Eſt autem tenuiſſimus.) Et hæc in duas. Primo facit ꝙ dictum eſt, ſecundo epilogat, & ſecunda, ibi, (Quæ quidem ex cauſa.) Dicit ergo primo, & mouet dubitationem, dicens, quod ita eſt ſomnus infrigidatio: quamuis aliquis dubitare poſſit qualiter poſt cibum & potum ſomniferum, ꝗ calidæ naturæ ſunt: ſicut & natura huiuſmodi calida, fortiſſimus ſomnus fiat. Quare non videtur, rationabile ſomnum eſſe infrigidationem, cum à calidis cauſetur. Secundo ibi.

A

aquaticum & modicum, ſpirituoſum enim vinum, hoc autẽ magis nigrum. Ita vero ſuperiora plena ſunt nutrimenta pueris, ꝙ ſex menſibus neque vertunt collum, quemadmodum enim ebriis ſurſum fertur humiditas multa. Rationabile autem eſt hanc paſſionem eſſe cauſam quare quieſcunt in matricibus embrya primum.

*bent, & dilutum, ſpirituoſum nãq; eſt vinum, imprimiſque quod eſt nigrum, adeoque ſupernæ partes infantibus alimento ſunt refertæ, vt neque quinque menſium ceruices inflectere poßint, multa nanq; humiditas, quẽadmodũ valde ebriis, ſurſum fertur, quinetiam rationi conſentaneum eſt, huiuſmodi paßionem eſſe cauſam, cur ab initio in vulua quieſcant fœtus.*

B

q Et ideo amatores ſomni, qui occultas habent venas, & nani, & magna capita habẽtes. Nam horum venæ anguſtæ, vt non facile diffluat quę deſcendit humiditas, nanoſis vero magnaq; capita habẽtibus ſurſum impetus multus & euaporatio fit. Manifeſtas vero habentes venas, non ſomnolenti, propter amplitudinem venarum, niſi aliquã paſſionem habuerint contrariam.

*Omnino autem ſomniculoſi ſunt, qui tenues & immanifeſtas habent venas, nec non pomiliones, & qui magni ſunt capitis, illorum enim anguſtæ ſunt venæ, non facile defluat quæ deſcendit humiditas. Pomilionibus autem, & iis qui magna habent capita, ſurſum verſus exhalatio & impetus multus eſt. At vero qui latarum ſunt venarum propter liberam meatuũ tranſmißionẽ, minus ſomniculoſi ſunt, niſi forte aliam quampiam habuerint paßionem.*

C

r Neque melancholici, infrigidatus enim eſt locus intus quare non fit ipſis multitudo euaporationis, propterea & edaces dicuntur exiſtentes cum ſint duri, & quemadmodum enim nullo fruentia efficiuntur eorum corpora. Nigra vero cholera, cum naturaliter ſit frigida, & nutritiuum locum frigidum facit, & alias particulas, vbicunque exiſtit poteſtate huiuſmodi ſuperfluitas.

*Neque rurſum melancholici, interior nãque friget locus, iccirco illis exhalatio non eſt multa, quamobrẽ edaces ſunt cũ exiſtant duri, & quaſi nihil cibi inuentur, ita illorũ efficiuntur corpora, atra nanque bilis natura exiſtens frigida, nutritiuum etiam locum frigidum reddit, nec non alia etiam loca vbi poteſtate iſtuc affuerit excrementum.*

D

ſ Quare manifeſtum ex his quæ dicta ſunt, quod ſomnus eſt quidam conuentus caloris intrinſecus, & naturalis reciprocatio, propter prædictam cauſam. Iõ motus multus dormientis. Vnde & deficit & infrigidatur, & propter frigiditatẽ concidunt palpebræ. Et ſuperiora quidem frigefacta & exteriora, interiora vero & inferiora calida, velut quæ circa pedes, & quæ intrinſecus.

*Quamobrem ex his quæ dicta ſunt, palam eſt, quod ſomnus caloris ad interna receſſus quidã eſt, & naturalis antiperiſtaſis propter enarratam cauſam: quapropter contemplatis multa ſane eſt commotio, vnde autẽ deficit, & infrigidatur, & ob talem frigiditatem palpebræ concidunt, & ſuperna quidem & quæ extra ſunt frigeſcunt, interna autem & quæ inferius ſunt calida exiſtunt, vt pedes, & quæ intrinſecus ſunt.*

E

*LECTIO VI.*

a QVamquam vtique dubitabit aliquis, quia poſt cibum fortiſſimus fit ſomnus, & eſt ſomniferum vinum, & alia huiuſmodi caliditates habẽtia, eſt autem non rationabile, ſomnum quidem eſſe infrigidationem, cauſas autem dormiendi calidas.

LECTIO VI.

*CAEterum ambigere quiſpiã poſſet, cur poſt aſſumptos cibos validißimus fiat ſomnus, nec nõ cur ſopo riferum ſit vinum, aliaq; pleraq; tales habentia calididates. nam rationi haud quaquam conſentaneũ eſt, Sõnum quidem eſſe infrigidationem, ſomni vero calidas eſſe cauſas.*

*b* Vtrum ergo hoc accidit. quia quemadmodum venter, vacuus cum ſit, calidus eſt; repletio vero illum infrigidat propter motũ, ſic & qui in capite pori & loca, infrigidantur, ſurſum lata euaporatione.

*c* Vel quemadmodum perfuſis calido ſubito tremor fit, & ibi aſcendente caliditate congeſta frigiditas infrigidat. & quod ſecundum naturam calidum facit langueſcere, ac ſecedere.

*d* Amplius autem multo incidẽte nutrimento, quod calor ſubleuat: quemadmodum ignis, impoſitis lignis infrigidat, quouſq; digeratur. Fit n. ſomnus, quemadmodum dictum eſt. dum corpulentum ſurſum fertur à caliditate per venas ad caput: cum vero amplius non poſſit, ſed in multitudine excedit quod eleuatum eſt, iterum repellitur, & deorſum fluit. Ideo cadunt homines ſubtracto calore, qui ſurſum ferebat. Solum enim animalium rectum, & incidens quidem deſipientiam facit, poſtmodum vero phantaſiam.

*e* Vel dictæ quidem nunc ſolutiones contingentes quidem ſunt, vt fiat infrigidatio.

*f* Verum enim vero dominus locus qui circa cerebrum, quemadmodum dictum eſt in aliis: Omnium vero, quæ in corpore, frigidiſſimum cerebrum, non habentibus vero, quæ ęquiualẽs huic pars. Quemadmodum igitur humidum, quod euaporat à Solis caliditate, cum venerit ad ſupremum locum, propter frigiditatem ſuam infrigidatur, & congeſtum deorſum fertur, factum rurſus aqua: ſic in eleuatione calidi ad cerebrum ſuperflua quędam euaporatio in phlegma redigitur. Ideo & catarrhi vident̃ ex capite fieri. Nutritiua vero & non ægrotatiua deorſum fertur congeſta, & refrigerat quod calidum eſt. Ad infrigidandum vero & non facile ſuſcipiendum euaporationem, cõfert & tenuitas & anguſtia venarum circa cerebrum. Infrigidationis quidem igitur hæc eſt cauſa, quanquam euaporatio exuperat caliditate.

*Vtrum igitur hoc accidit, quoniam vt ventriculus cum inanis eſt calidus ſane eſt. Repletio vero illum infrigidat propter motum, ita & ii qui in capite ſunt meatus & loca, frigeſcunt ſubeunte exhalatione.*

*An vt perfuſis calido confeſtim*
G *aduenit horror, ita eo loci calido aſcendẽte confertum refrigerat frigus, naturalemque hebetat calorem, eundemque retrocedere cogit.*

*Præterea multo ingeſto cibo, quem ſe um ſubleuat calidum, vt ignis infrigidatur lignis ſuperimiectis, donec concoquatur. ſomnus enim vt dictum eſt, efficitur cum corpulentum quippiam ſurſum à calido per venas ad caput fertur: cum autem non amplius poteſt ſed copia ſuperauerit, quod ſurſum eſt latum, iterum depellitur, & deorſum*
H *fluit. Quãobrem calido ſubducto, quod ſurſum ferebat, concidunt homines, ſoli enim inter reliqua animalia erecti ſunt, & prolapſus quidem amentiam facit, poſtmodum vero phantaſiam.*

*An propoſitæ quidem nunc diſſolutiones eiuſmodi ſunt, vt contingat infrigidationem fieri.*

I

*Verum principaliter is, qui circa cerebrum eſt locus, vt in aliis eſt pertractatum, etenim omnium, quæ ſunt in corpore, frigidiſſimum eſt cerebrũ: iis vero quæ non habent, id quod illi proportione reſpondet. Quemadmodũ igitur à Solis calore exhalans humidũ cum ad ſuperius peruenerit locum, illius algore frigeſcit, compactumque deorſum fertur, denuoq; fit aqua, ita in calidi aſcenſu feculenta quidem exhalatio in pituitam coaleſcit, quãobrem diſtillationes fieri animaduertũtur. altrix autem & non morboſa concreta inferne delabitur, calidumq; refrigerat. Vt autem refrigerari poſſit;*
K *& non de facili exhalationem recipit non nihil ſane confert tenuitas & anguſtia illarum, quæ circa cerebrũ ſunt venularum, & refrigerationis quidem hæc eſt cauſa, quamuis caliditate redundet exhalatio.*

*b* ¶ Soluit dictam dubitationẽ. Et ponit tres ſolutiones. Quarum prima eſt, ꝙ accidit ſomnũ eſſe infrigidationem, q̃a venter vacuus eſt calidus de ſui natura; quare ingrediẽs nutrimẽtum & replens infrigidat. mouetur n. venter & patitur à nutrimento, & nutrimẽtum eſt frigidum, cum nihil patiatur niſi à ſuo contrario. Et eodem modo, loca capitis de ſe & venæ calidæ ſunt. Infrigidantur autem quando ad ipſa eleuatur euaporatio frigida nutrimenti. Et ſic per euaporationem frigidam ſuperius eleuatam, & caliditate ventris fugata, prohibetur adminiſtratio ſpirituũ & caloris naturalis circa ſenſum, & efficitur impotentiã ſentiendi, qui eſt ſomnus. Secundo ibi.

*c* ¶ Secunda ſolutio eſt, quod ſicut cum calido infunditur frigidum, fit tremor & fuga calidi, & eodem modo, cum nutrimẽtum frigidum aſcendit ad ſuperiora capitis, calidum fugans illud frigidum ibidem collocatum, facit latitare calorem naturalem ibidem exiſtentem, & recedere à ſenſibus. Et ſic cauſatur impotentia ſentiendi, qui eſt ſomnus. Tertio ibi.

*d* ¶ Tertia ſolutio eſt quod ſicut ignis infrigidatur ſupra poſitis lignis viridibus, ſic quando nutrimentum eſt in loco digeſtionis & eleuatur per calorem ad cerebrum, calor naturalis ibidem exiſtens infrigidatur donec digeratur nutrimentum, & ceſſet euaporatio. & ita fit ſomnus propter infrigidationem nutrimenti corrupti & eleuati à calore per venas ad caput. Et dum ibi aggregatum eſt in magna multitudine, repellitur propter ſui grauedinem, & fluit deorſum, impediens vias ſpirituum & caloris naturalis miniſtrantium ad ſenſum: & fit in potentia ſentiendi, qui eſt ſomn⁹. Et ſic minuitur calor naturalis, & fugatur à partib. exterioribus per vaporis frigiditatem deſcendentẽ: qui calor ſurſum ferebatur à corde, & cadunt hoĩes. Et hoc poteſt intelligi de caſu ſomni, ſiue epilepſiæ. Et dicuntur homines cadere, quia ſolus homo eſt animal re-
F ctæ ſtaturæ. Et ideo ſolis illis ꝓprie dicitur cadere. Et cũ cadit, primo habet virtutem intellectiuam alteratã, & deinde phantaſiam. Et illud ꝓprie de epilepſia eſt verum. Et nota ꝙ ſic differt ſecunda ſolutio à prima, quæ ponit locum cerebri de ſe calidum eſſe, & nutrimenti euaporationẽ frigidã. Secunda ſolutio ponit calorem à corde aſcendentem ad cerebrum, & illum debilitari, & etiam fugari à frigiditate nutrimenti. Tertia ſolutio differt etiã ab illa, eo ꝙ ponit euaporationem frigidam non ſolum per ſui actionem fugare calorem naturalem, ſicut aliæ ponunt, ſed etiam propter ſui deſcenſum illud omnino depellere. Deinde cum dicit.

*e* ¶ In hac parte dat ſolutionem propriã. Et primo increpat ſolutionem aliorum dicens, ꝙ non ſunt omnino conuenientes, eo quod ponunt cãm ſomni ſolum infrigidationem nutrimenti. Et ſic notat, quod omnes ſolutiones peccabant in hoc quod poſuerunt euaporationem nutrimenti de ſe frigidam eſſe; & propter ſui frigiditatem ſomnum cauſare, quia oĩs vapor de ſe calidus eſt. Deinde cum dicit.

*f* ¶ Soluit dicens, quod locus circa cerebrum eſt locus frigidiſſimus omnium locorum in aĩalib. habentibus cerebrum, & in non habentibus cerebrum illud, ꝙ eſt proportionabile cerebro eſt frigidiſſimũ. Vnde ſicut ille vapor humidus eleuatus in aere per calorem adeptum, vel calorem Solis, cum deuenit ad medium interſtitium aeris infrigidatur per frigiditatem loci, & congelatur in nubem, & fit aqua, & conſequenter ꝓpter ſui grauedinem deſcendit eodem modo vapor calidus de ſe eleuat⁹ à nutrimento propter ſui calorem, cum venit ad cerebrum ibidem infrigidatur per naturam loci, & comprimitur per nubem, licet de ſe calidus ſit: quare poſtea deſcendit. Et quod eſt ægrotatiuum deſcendit ad nares, & ad aures, & fiunt catarrhi, & quod non eſt ægrotatiuum aſcendit. Sed nutrimentũ deſcendit per vias venarum, & repellit

g Expergiſcūtur autem cum digeſtio facta fuerit, & vbi multus ille calor, qui à frigore circunfuſo in anguſtum fuerat redactus, obtinuerit. Et diſcretus quoque fuerit corpulentior ſanguis atq; puriſſimus.

B

h Eſt autem tenuiſſimus quidem ſanguis & puriſſimus qui in capite, denſiſſimus autem & turbidiſſimus qui in inferiorib. partibus. Omnis vero ſanguinis principium, ſicut dictū eſt hic, & in aliis, eſt cor. Horum autem qui in corde vtrinque thalami, communis eſt qui medius, quorum vterque ſuſcipit ex vtraque vena, & ex ea, quæ vocatur magna, & quæ Aorta. In medio vero fit diſcretio. Sed definire quidem de his aliis ſermonibus eſt conuenientius.

C

i Quia vero fit maxime ſanguis poſt nutrimenti oblationem indiſcretus, ſomnus, fit quoad ſecernatur ſanguis, hic quidem puriſſimus ſurſum, ille vero turbidiſſimus deorſum. Cum autem hoc accidit expergiſcuntur animalia abſoluta ex nutrimenti grauitate.

D

k Quæ igitur eſt cauſa dormiendi dictum eſt. Quia corpulento, quod ſurſum fertur per ingenitum calorem reciprocatio ſubito ad primum ſenſitiuum. Et quid eſt ſomnus, quoniam primi organi ſenſitiui comprehenſio, vt non poſſit agere.

l Non enim contingit, animal eſſe nō accidentibus, quæ ipſum perficiunt, propter ſalutem vero eſt, ſaluat enim quies.

E

*Excitantur autem quando fuerit concocta & euicerit quæ compulſa fuerat in anguſtum à circunſtanti copioſa caliditas, ſanguiſque craſſus à ſinceriore diſcretus fuerit.*

*Eſt autem tenuiſſimus quidem ſanguis & puriſſimus is qui eſt in capite, craſſus autem & feculentus maxime ille qui in infernis eſt partibus. Vniuerſi vero ſanguinis origo, vt ho in loco & in aliis etiam determinatum eſt, ipſum eſt cor. Eorum autem qui in corde vtrinque ſunt ſinus, communis eſt medius, illorum vero vterque ab vtraque ſuſcipit vena, & ab ea quæ magna vocatur, & ab aorta, in medio autem fit ſecretio. Verum de iis conſtituere magis proprium aliorum eſt ſermonum.*

*Quoniam aūt poſt cibi aſſumptionem maxime indiſcretus eſt ſanguis, iccirco ſomnus efficitur, quoad purior quidem ſecretus ſurſum, turbidior vero deorſum feratur; cum autem hoc contigerit, ab alimentorum leuato onere animalia excitantur.*

*Quæ igitur dormiendi ſit cauſa explicatum eſt, quod videlicet corpulentæ rei ſurſum à connato calido antiperiſtaſis: adunatim ad primum ſenſiterium. Præterea quid eſt ſomnus, quod ſcilicet primi ſenſiterii comprehenſio vt in opus exire non poſſit, ex neceſſitate quidem effectus.*

*Non enim contingit eſſe animal, niſi ea quæ ipſum conſtituunt, contigerint, ſalutis vero gratia, ſaluat enim requies.*

it calorem naturalem, & ſpiritus aſcendentes à corde: quibus impulſis infrigidantur loca ſuperiora & exteriora & fit impotentia ſentiendi. Et ad infrigidandum huiuſmodi vaporem calidum eleuatum, & vt deorſum deſcendat, cōfert multum tenuitas, & ſtrictitudo venarum circa cerebrum. Et ita patet quod infrigidatio eſt cauſa ſomni, quę tamen infrigidatio eſt à frigiditate loci circa cerebrum originaliter, & non à frigiditate euaporationis aſcendentis, ſic ut ponunt aliæ ſolēnes: imo illa in ſuo aſcenſu calida eſt. Deinde cum dicit.

g ¶ Determinat cauſam efficientem vigiliæ. Et primo ponit tres cauſas efficientes vigiliæ. Prima eſt cōpletio digeſtionis. Quando n. completa digeſtio eſt, ceſſat euaporatio, quæ cauſa eſt ſomni. Secunda cā eſt, quando calor naturalis, qui expulſus eſt ad interius, & anguſtia venarum à frigiditate ipſius vaporis circūſtati obtinuerit cōtra frigus illud, tunc n. diſſoluit illum vaporem congeſtum in venis. & facit deſcēdere deorſum & aſcēdit ſurſum ad ſenſus. Et hoc forſan eſt cauſa vigiliæ, quando aliquis excitatur à ſomno. Tertia cauſa eſt, quando facta eſt diuiſio ſanguinis puri ab impuro in corde, vbi eſt digeſtio. Prima n. digeſtio eſt in ſtomacho, vbi colligitur ſubtile nutrimentum, & mittitur ad hepar, groſſum autē deſcendit ad inteſtina. Secūda digeſtio eſt in hepate, ibi enim digeritur illud ſubtile in ſanguinem, & mittitur ad cor. In medio thalamo cordis fit etiam tertia digeſtio, tunc cum fit diſcretio ſanguinis puri ab impuro. Et hoc ibi, [Et diſcretis.] Deinde cum dicit.

h ¶ Manifeſtat hanc cām dicens, ꝙ tenuiſſimus & puriſſimus ſanguis eſt ille, qui tranſmittitur ad nutrimentum capitis, & turbidiſſimus, qui mittitur ad nutrimentum partis inferioris. Vtriuſque enim ſanguinis principium eſt cor, vt dictum eſt in Tertio libro de animalibus. In corde enim ſunt tres thalami, ſ. dexter, qui recipit ſanguinem à vena, quæ dicitur Aorta, & eſt

A principium venarum non pulſatilium, quæ communiter vocantur venæ. Et ſiniſter, qui recipit ſanguinem à vena magna, & eſt principium venarum pulſatilium quæ vocantur arteriæ. Et nota quod in venis pulſantibus multum eſt de ſpiritu vitali & calore naturali, & parum de ſanguine, in venis vero non pulſatilib. econuerſo, multum eſt de ſanguine & parum de ſpiritu. Et eſt medius thalamus inter vtrumque, qui recipit ſanguinem, ab vtroque, & fit ibi diſcretio ſanguinis puri ab impuro. Sed determinate de his, proprie pertinet ad librum de Animalibus, ſiue ad Medicinam. Deinde cum dicit.

i ¶ Adaptat ad propoſitum dicens, quod quia ſanguis cum offertur cordi, & recipitur in medio thalamo, eſt indiſcretus, ideo fit ſomnus: quia grauatur cor ex ſanguine, donec fiat diſcretio ſanguinis puri ab impuro, & purus mittatur ad membra ſuperiora, & turbidus ad inferiora. Cum autem facta fuerit digeſtio iſta, vel diuiſio ſanguinis, tunc animal ſoluitur à grauitate nutrimenti & vigilat. &c. Deinde cum dicit.

k ¶ Epilogat. Et primo in communi, & ſecundo in ſpeciali. Et primo dicit, quod ſomnus eſt reductio caloris naturalis à loco ſuperiori ad locum, quod eſt cor, cum expellitur à vapore corrupto nutrimenti per venas deſcendentis: quibus vapor ferebatur ſurſum ad cerebrum per calorem proprium. Et ſic tangit duplicem cauſam ſomni efficientem, & ex conſequenti materialem, & hoc dicit, ibi, [Quæ igitur.] Deinde cum dicit.

l ¶ Tangit cauſam finalem dicens, quod ſomnus eſt neceſſarius animali. Non enim poteſt animal eſſe niſi inſint ſibi ea quæ perficiant, quæ habere non poteſt niſi dormiat. Et ideo ſomnus neceſſarius eſt ad ſalutem, quies enim ſaluat ipſum. Et hoc dicit, ibi, [Et quæ ex neceſſitate eſt &c.]

*Expoſitionis Diui Thomæ Aquinatis ſuper librum Ariſtotelis, de Somno, & Vigilia, finis.*

# DIVI THOMÆ AQVINATIS DOCTORIS ANGELICI,

## *IN LIBRVM ARISTOTELIS, DE SOMNIIS, Expoſitio.*

## LECTIO PRIMA.

DEterminato de ſomno, in hac parte determinare intēdit de paſſione eius, quæ eſt ſomniū. Et diuiditur in duas hæc pars, ſ. in procemialem, & executiuam, ibi, [Autem &c.] Et iſta in duas. In prima oſtendit cuius per ſe paſſio ſit, in ſecūda determinat de quidditate ſomni. ſecunda ibi, [Quid autem.] Prima in duas. Primo oſtendit cuius per ſe non eſt paſſio ſomnium, in ſecūda cuius per ſe paſſio ſit, ibi, [Sed quatenus &c.] Prima in duas. Primo dicit, qđ ſomnium non eſt per ſe paſſio ſenſus nec intellectus, ſecundo oſtendit quod nec eſt ſine illis, ibi, [Amplius autem, &c.] Prima in duas. Primo oſtendit quod ſomnium non eſt paſſio ſenſus, & in ſecunda oſtendit quod non eſt paſſio intellectus, ibi, [Sed neq; in opinione.] Illa pars in qua oſtendit quod ſomnium non eſt ſine illis; diuiditur in duas. Primo oſtendit quod ſomnium eſt paſſio ſenſitiuæ, in ſecunda oſtendit, quod eſt paſſio phantaſiæ, ibi, [Sed autem de phantaſia.] In ſpeciali ergo ſic procedit dicens, quod primo determinandum eſt cuius partis animę ſomnium paſſio ſit, vtrum ſenſitiuæ, vel intellectiuæ, quia ſolum his duobus cognoſcimus quicquid cognoſcimus. Deinde cū dicit.

*b* ¶ Proſequitur. Et primo oſtendit quod ſomnium non eſt paſſio ſenſus, ſic. In ſomno non operatur ſenſus, nec ſenſus ſomnium percipit: igitur non eſt paſſio ſenſus. Huius rationis primo ponit declarationem medii, dicens, quod cum actus cuiuslibet ſenſus fiat circa ſenſibile commune, & proprium, & neque illa ſenſibilia neque illa poſſunt

G apprehendere per ſomnium, tunc manifeſtum eſt quod in ſomnio non operatur ſenſus. Deinde cum dicit.

*c* ¶ Probat, quod non eſt per ſe paſſio intellectus, ſic, quia non ſolum apprehendimus in ſomniando intelligibile, ſed etiam ſenſibile: ergo non eſt ſomnium per ſe paſſio intellectus. Et tunc ponit medium in ſpeciali exemplo, & declarat dicens, quod non ſolum apprehendimus huiuſmodi intelligibilia hominem & equum in ſomno, ſed etiam huiuſmodi, album & nigrum, de quibus non poteſt intellectus iudicare, neque vere, neque falſe ſine ſenſu. Sed de his iudicium facit anima in ſomno. Similiter etiam apprehendit, quoniam aliquis eſt homo, & quod albus. Deinde cum dicit.

*d* ¶ Oſtendit, ꝙ ſomnium non fit omninó ſine intellectu, ſic. In ſomno intelligitur aliquid præter ſomnium quod nobis apparet ſicut apparet in vigilando, quod cum nos ſentimus aliquid, immediate poſt illud aliquid intelligimus, ergo ſomnium non fit ſine intellectu. Huius rationis ſolum ponit medium & tunc ſecundo oſtendit ipſum dicens, quod manifeſte apparebit ſomnium eſſe aliquid aliud intelligere phantaſmatibus ſibi apparentibus, ſi ſurgens à ſomnio reducit ad memoriam vigilans quæ ſomniauit. Multi enim vident huiuſmodi ſomnia, in quibus operatur intellectus ſicut qui diſponunt & iudicāt quid poteſt ſequi ex his quæ apparent in ſomnio. Ponunt enim aliquid aliud illi ante oculos ſuos in loco phantaſmatum apparentium: & aliud conueniens, quod intendant proſequi, & fugere. Et hoc dicit ibi, [Videbitur autem.] ſecundo

# ARISTOTELIS STAGIRITÆ PERIPATETICORVM PRINCIPIS DE SOMNIIS LIBER.

*Antiqua Tranſlatio.*

*a* POſt hoc autem quærendum eſt de ſomnio. Et primo cui earum, quæ animæ paſſio hoc ineſſe videtur, & vtrum intellectiuæ particulæ paſſio eſt hæc, vel ſenſitiuæ. His enim ſolum, eorum, quæ in nobis ſunt, cognoſcimus aliquid.

*b* Si itaque vſus viſus eſt viſio, & auditus audire, & omnino ſenſus ſentire: communia autē ſunt ſenſuū, veluti figura, & motus, & magnitudo, & alia huiuſmodi: ꝓpria vero veluti color, ſonus, ſapor. Impotentia autem ſunt omnia claudentia oculos aut dormientia, videre. Similiter autem, & in reliquis manifeſtum, quoniam nihil ſentimus in ſomnis. Non ergo ſenſu ſomnium ſentimus.

*c* At vero neque opinione. Non enim ſolum aduenienś dicimus hominem eſſe vel equum, ſed & album vel pulchrum: quorum opinio ſine ſenſu nihil vtiq; dicet neque vere neque falſe. In ſomnis autem accidit animam hoc facere, ſimiliter enim quoniam homo eſt, & quoniam albus eſt, is qui adueniens, videmur nobis videre.

*d* Amplius præter ſomnium, aliud aliquid intelligimus, quēadmodum in vigilando ſentientes aliquid. de eo n. quod ſen-

H *Nicolai Leoniceni interpretat.*

*POſt autem de ſomniis eſt pertractandum, in primiſque, cuinam animæ parti obuerſentur, & vtrum contemplatiuæ paſſio ſit, an ſenſitiuæ iis enim ſolis ex iis quæ nobis inſunt, aliquid cognoſcimus.*

*Quod ſi viſus opera eſt viſio, & auditus auditio, & omnino ſenſus ipſum ſentire; Iſthæc autem ſenſuum ſunt communia, vt figura, & magnitudo, aliaque huiuſmodi: propria vero, vt color, ſonus, ſapor: conniuens autem* I *& dormiens nullum videre poteſt animal. Similique modo in reliquis: icirco manifeſtum eſt quod in ſomnis non ſentimus. non igitur ſenſu ſomnium ſentitur.*

*Sed profecto neque opinatione, non enim ſolum quod accedit, dicimus hominem eſſe vel equum, ſed etiam albū & pulchrum, quorum ſane aliquid vere vel falſo ſine ſenſu opinio dicere non poteſt. Somni autem tempore a-* K *nimam contingit hoc ipſum facere; nam eodem ſane modo id quod accedit, quod homo, & quod pulcher eſt, cernere conſpicamur.*

*Quinetiam præter ſomnum, aliud etiam quiddam intelligimus, vt cum vigilando aliquid ſentimus. De eo enim quod ſentimur ſæpenumero etiā*

do concludit ꝙ non omne, de quo fit iudicium in ſomno, eſt ſomnium, & quod contingit intelligere in ſomno ea, quæ ſola opinione percipi poſſunt. Et hoc dicit, ibi, [ Quare manifeſtum &c. ] Deinde cum dicit.

e ¶ Probat, quod ſomnium non fit ſine ſenſu, ſic: Eadem eſt deceptio, quæ fit in vigilando circa ſenſibilia, & quæ fit circa ſenſibilia in dormiendo, & eodem modo: ſed talis deceptio non accidit niſi mediante ſenſu, ergo non fit ſomnium niſi mediante ſenſu. Huius rationis primo ponit maiorem, & hoc ibi, [ Palam autem. ] ſecundo concluſionem, cum dicit; ſed ſiue idem. Et addit concluſionem, quod non eſt ſine ſenſu, ſiue virtus ſenſitiua ſit eadem cum phantaſmate, ſiue non. Et hoc dicit, quia manifeſtum eſt ſomnium eſſe virtutis phantaſticæ paſſionem: tertio ponit minorem, ibi. [ In ſomno autem, &c. ] Et quia aliquis diceret quod ſenſus non errat circa proprium obiectum, minor falſa eſt. & ideo addit dicens, quod licet viſus & auditus vera ſint circa proprium obiectum, non tamen vera ſunt circa omne illud, de quo iudicat. Poſſunt enim errare circa ſenſibile commune, & per accidens, & hoc eſt videntis vere. Deinde probat quod ſomnium non ſit ſine ſenſu & intellectu coniunctim, ſic: Senſus & intellectus eodem mõ patiuntur à ſomniis in dormiendo quo mõ patiuntur in vigilãdo: ergo ſomnium non fit ſine intellectu & ſenſu. Huius rationis non ponit conclõnem, ſed ſolum ponit primam partem medii cum declaratione, dicens ꝙ in ſõnio nõ fit ſenſ⁹ ſimpliciter, ſed aliqua paſſio tantũ, cũ ſit in ſenſu quolibet, ꝙ q̃libet ſenſus eandem paſſionem recipit in dormiendo, quam recipit in vigilando, ſed non eodem modo penitus, & hoc eſt in ſomno. Et tunc ꝓbat ſecundam

timus, ſæpe etiam intelligimus aliquid: Sic & in ſomniis, præter phantaſmata, alia aliquando intelligimus. Videbitur autem alicui hoc, ſiquis adhibeat mentẽ, & tẽtet memorare ſurgens. Iam vero quidam viderunt ſomnia huiuſmodi, velut qui videntur ſecundũ memoratiuum præceptum ponere quæ proponũtur. Accidit enim eis aliud quid pręter ſomnium, ponere ante oculos in loco phantaſma. Quare manifeſtum quoniam neq; ſomnium omne quod in ſomniis phantaſma, & quoniam intelligimus quę opinione opinamur.

e Palam autem de his vniuerſi in tantum, quoniam eodẽ, quo vigilantes in ægritudinib. decipimur, hoc idem in ſomnio facit paſſionem, & ſanis vero & ſcientibus, pedalis tamen Sol videtur eſſe. Sed ſiue idẽ, ſiue diuerſum phantaſticum animæ, & ſenſitiuũ, nihilominus non fit abſque videre & ſentire aliquid. Perperã enim videre & audire videntis vere aliquid eſt & audientis, nequaquam tamen id quod arbitratur. In ſomno autem poſitum eſt nos nihil videre, atque audire, neque omnino ſentire. Singulum autem horum in ſenſum quodãmodo incurrit, perinde ac ſi vigilaret, verum non eodem prorſus modo. Et quandoque quidem opinio dicit q̃d falſum, quemadmodum inuigilans, quandoque vero detinetur, & ſequitur phantaſma. Quod quidem igitur non eſt opinantis neque intelligentis paſſio hæc quam vocamus ſomniare, manifeſtum eſt. Sed neque ſentientis ſimpliciter, videre enim vtique & audire ſimpliciter eſſet.

f Sed qualiter, & ſecundum quẽ modum, conſiderandum. Ponatur ergo, quod & manifeſtum eſt, quod & ſenſitiui paſſio ſit ſiquidem & ſomnus. Non enim alicui animalium ineſt ſomnus, alii vero alicui ſomniare, ſed eidem. Quoniã vero de phãtaſia, in his quæ de anima dictum eſt, & eſt quidem ſenſitiuo phantaſticum, eſſe autem ſenſitiuo & phantaſtico alterum. Eſt autem phantaſia, quià ſenſu ſecũdum actum, fit motus, ſomnium vero, phantaſma quoddam videtur eſſe, nam quod in ſomno phantaſma, ſomnium dicimus, ſiue ſimpliciter, ſiue quodammodo factũ, manifeſtum quod ſenſitiui quidẽ eſt ſõniare huius aũt ſecundum ꝙ phantaſticum.

A *aliquid cogitamus, ita & in ſomniis, præter ipſa phantaſmata: alia plerunque intelligimus, id autem perſpicuum eſſe poterit, ſiquis mentem adhibeat, & experrectus meminiſſe contendat, iam vero nonnulli talia viderunt ſomnia, qualia videntur illi facere qui ex memorandi præceptis præpoſitas collocant res, illis enim plerunque accidere ſolet præter ſomnium aliud quippiam ob oculos loco ponere phantaſma. Quapropter perſpicuum eſt, quoniam neque ſomnium eſt omne quod in ſomnis cernitur phantaſma, & quoniam quod cogitamus* B *id opinatione opinamur.*

*De omnibus autem iis intantum eſt manifeſtum, quod eadem res, qua in morbis vigilantes decipimur, ſomni tempore eandem efficit paſsionẽ, cum ſanis etiam, & probe noſcentibus, pedalis tamen Sol eſſe videatur. Cæterum ſiue idem animæ phantaſticum, ſiue diuerſum ſit à ſenſitiuo, nihilominus nulla fit deceptio abſque videre quippiam & ſentire: peruerſe enim videre. & perperam audire, vere videntis quippiam eſt, & audientis, non illud autem quod arbitratur.* C *Somni vero tempore poſitum eſt nihil videre, aut audire, neq; omnino quippiam ſentire. An igitur nihil quidem videre verum eſt, nihil autem ſenſum pati, haud quaquam verum. Quinimo viſionem aliquid contingit pati, nec non alios etiam ſenſus, horum autem vnumquodque vt in vigilante, applicat quidem quodammodo ſe ſenſui: non autem eo applicat modo vt in vigilante, & aliquando quidem opinio aſſerit quod falſum eſt id quod videtur, plerumque autem fallitur, & phantaſma conſectatur. Quod igitur* D *neque opinantis eſt, neque cogitantis iſthæc paſsio, quam ſomniare vocamus, manifeſtum ſane eſt, ſed neque ſentientis ſimpliciter, videre namque eſſet, & audire ſimpliciter.*

*Verum quo id fiat modo, perſcrutandum eſt. Supponatur igitur, quod alioquin eſt manifeſtum quod ſenſitiui ſit paſsio, quando quidem & ſomnus, non enim in alia quidem animalium parte ineſt ſomnus, in alia vero ſomnia videre, ſed in eadem. Quoniam autem de phantaſia in Commentariis de Anima dictum eſt, & eſt quidẽ cum ſenſitiuo idem ipſum* E *phantaſticum, eſſe autem aliud phantaſtico eſt & ſenſitiuo. Eſt autem phantaſia ea quæ à ſenſu actu facta eſt motio, ſomnium autem quiddam apparet eſſe phantaſma. Quod enim in ſomnis cernitur phãtaſma, ſomnium appellamus, ſiue ſimpliciter, ſeu quodammodo fiat, manifeſtum profecto eſt, quod ſenſitiui quidem eſt ſomnia videre, huius autem vt eſt phantaſticum.*

partem dicens, ꝙ ſicut in vigilãdo intellectus aliquando dicit eſſe falſum, quod ſenſus dicit eſſe verum, aliquando ſequitur ſenſum dicens, cum ſentiat eodem modo, & hoc ibi, [ Et quandoque quædam. ] Et nota, quod accipit hic opinionem pro intellectu. Deinde probat concluſionem dictã, ſc. ſomnium non eſſe paſſionem intellectus neque ſenſus: quia nõ fit ſenſus ſimpliciter in dormiendo, & hoc ibi, [ Quod quidem. ] Deinde cum dicit.

f ¶ In hac parte oſtendit cuius per ſe paſſio ſit ſomnium. Et primo dat intentionem, ſecundo proſequitur. Primo oſtendit, quod eſt per ſe paſſio partis ſenſitiuæ, ſic; Circa idem ſunt ſomnus & ſomnium: ſed ſomnus eſt per ſe paſſio partis ſenſitiuæ, ergo & ſomnium. Primo ponit concluſionem, ibi, [ Ponatur ergo. ] ſecundo minorem, ibi, [ Siquidẽ & ſomnus. ] tertio maiorem, ibi, [ Non enim. ] Et nota, quod non eſt ſibi contrarius: quia prius, quando probauit, quod ſomnium non eſt paſſio ſenſus, accipit ſenſum pro ſenſu ſecundum actum, qui actus in ſomno ligatur: hic autem probat, quod ſomnium eſt paſſio ſenſitiuæ partis animæ, quæ non ſolum comparatur ſenſui, ſed imaginationi. Et ideo conſequenter oſtendit, quod ſomnium eſt paſſio ſenſitiuæ, inquantum phantaſmatis eſt, ſic. Eadem virtus ſecundum ſubſtantiam eſt ſenſus & phantaſmatum, ſed differunt ſecundum eſſe: ſed ſomnium eſt quoddam phantaſma: ergo ſomnium eſt paſſio ſenſitiuæ, inquantum phantaſma eſt. Huius rationis ponit maiorem, & hoc ibi, [ Quoniam vero de phantaſia. ] Deinde oſtendit eam per definitionẽ phantaſiæ; ſecundo ponit minorem cum ſua declaratione, & hoc ibi, [ Somnium vero. ] tertio concluſionem, & hoc, ibi, [ Manifeſtum quidem, &c. ]

*LECTIO II.*

a OStenſo, cuius partis animæ ſomniū per ſe paſſio ſit, hic determinat de quidditate eius cum aliis proprietatibus. Et diuiditur in duas partes. In prima determinat de ſomnio quid ſit, & quomodo fit. In ſecūda determinat de diuiſione ſomnii, ibi, [De diuiſione vero, &c.] Prima pars diuiditur in duas. In prima determinat de ſomnio abſolute. In ſecunda de ſomnio in comparatione ad nos ibi, [Iam vero quibuſdam accidunt &c.] Prima in duas. Primo dat intentionem, ſecundo proſequitur, ibi, [Senſitiuo enim.] Et iſta in duas, quia ſomnium eſt apparitio ſimulachrorum in ſomno. In prima determinat omnes apparitiones ſimulachrorum. In ſecunda concludit cuius apparitio ſimulachri facit ſomnium: ſecunda ibi, [Si phantaſma.] Prima in duas. Primo determinat de modo apparitionis ſimulachri ſenſibilis. In ſecunda determinat modum apparitionis ſimulachri intelligibilis. Et quia omne ſimulachrum ſenſibile apparet ſimpliciter vigilando, & ſimpliciter dormiendo, & in languedine, dormiendo & vigilando, ideo determinat modos ſimulachrorum in his: poſt in ſecunda modos ſimulachrorum apparentium in languedine vigilando, & dormiendo, ibi, [Ex his, &c.] Prima in duas. Primo oſtendit quod ſimulachra apparent in vigilando in abſentia ſenſibilium, ſecundo determinat quod huiuſmodi apparitio eſt deceptiua aliquando, ibi, [Ad hoc autem &c.] Prima in duas, in principalem, & incidentalem, ibi, [Quoniam vero &c.] Prima in duas. Primo oſtendit ſuum intentum per rationes ſumptas à ſimili, ſecundo per ſigna, ibi, [Palam autem.] Prima in duas, pones duo ſigna, ſecundum ibi, [Similiter autem &c.] ſecunda in duas. Primo probat illud per ſigna in viſu, ſecundo per ſigna in aliis ſenſib. ibi, [Fiunt autem.] Prima in quatuor partes ſecundum quatuor ſigna. ſecunda ibi, [Ab his &c.] In ſpeciali ſic procedit. Primo dat intentionem, & patet, ſecundo proſequitur, probans primo hanc concluſionem, quod ſimulachra ſenſitiua non ſolum agunt in ſenſum & mouent ipſum in præſentia ſenſibilium, ſed etiam in eorum abſentia. Deinde cum dicit.

F

LECTIO II.

a QVid autem eſt ſomnium, & quomodo fit, ex his quæ circa ſomnum accidunt, maxime vtique ſpeculabimur. Senſibilia enim ſecundum ſingulum ſenſitiuum in nobis efficiunt ſenſum. Et quæ fit ab eis paſſio, non ſolum ineſt ſenſitiuis dum ſenſus agunt, ſed & dum abierint.

G

b Similis enim paſſio in his, & in his quæ feruntur, videtur eſſe. Etenim in latis, eo quod mouit nō vlterius tangente, mouētur, nam quod motum fecit mouit aerem quendā, & rurſus hic motus, alium. Et hoc itaque modo, quouſque quidem ſteterit, facit motum & in aere & in humidis.

c Similiter autem oportet opinari hoc & in alteratione. Nam ꝙ calefactum eſt à calido, proximum calefacit, & hoc diſtribuit vſque ad principium. Quare & in quo ipſum eſt ſentire (quoniā eſt alteratio quædam qui ſecundum actum ſenſus) neceſſe eſt hoc accidere. Ideo paſſio eſt non ſolum in ſentientibus ſenſitiuis, ſed quieſcentibus, & in profundo, & ſuperficietenus.

H

d Palam autem cum continue ſentimus aliquid. Transferentibus enim ſenſum, ſequitur paſſio: velut de Sole ad tenebras. accidit enim nihil videre propter adhuc ſubſiſtentem motum in oculis à lumine.

I

e Etſi ad vnum colorem multo tempore aſpiciamus, aut album vel viridem: eiuſmodi videtur ad quodcunque viſum permutemus.

f Et ſi ad Solem proſpicientes, vel aliquod ſplendidum concluſerimus, obſeruantibus quidem videtur ſecundum directionem qua accidit, viſum videre: primum quidem huiuſmodi colorem donec permutatur in puniceum, deinde in purpureum, quouſque in nigrum veniat colorem, & euaneſcat.

K

LECTIO II.

*QVid autem eſt ſomnium, & quo nam fiat modo, ex iis quæ ſomni tempore accidunt, maxime cognoſcere poterimus. Senſilia enim per vnumquodque ſenſiterium in nos ſenſum efficiunt; ea autem quæ ab illis fit paſſio, non ſolum operantibus ſenſibus ſenſiteriis ineſt, ſed etiam cum receſſerint.*

*Similis enim iſthæc videtur eſſe paſſio iis, & his quæ ſunt lata. Huiuſmodi namque nihilominus mouentur, quāquā motor illa amplius non attingit; is enim aerem commouit, qui iterum commotus aliam aeris partem commouit, & hoc ſane modo quoad conſiſtat cum in aere, tum in humore facit motum.*

*Similique modo in alterationibus fieri exiſtimandum eſt, quod enim à calido caleſcit, proximum calfacit, & ad initium vſque deducit. Quamobrem in illo quod ſentit, cum alteratio quædam ſit is qui actu eſt ſenſus, idipſum contingere neceſſe eſt. quapropter paſſio hæc eſt non ſolum operantibus ſenſiteriis, ſed etiam ceſſantibus, cum in profundo, tum ſuperficietenus.*

*Manifeſtum autem id eſt cum continenter aliquid ſentimus, nam licet ſenſum transferamus, ea nihilominus comitatur paſſio, vt de Sole ad vmbram; contingit enim nihil tunc cernere ob motionem à lumine adhuc in oculis reſtantem.*

*Nec minus ſi ad colorem quempiam longo conſpexerimus tempore, vel album vel viridem, eiuſmodi profecto apparet omne id, quod viſum transferimus.*

*Similique modo ad Solem, aut aliud quippiam ſplendidum conſpicientes ſi conniuerimus apparet obſeruantibus è regione qua viſum cernere contigerat, primo quidem idem color, poſtea vero in puniceum conuertitur, tum in purpureum, quo ad nigrum perueniat colorem, & euaneſcat.*

b ¶ Probat hoc per duo ſigna, primum tale eſt, ſicut in motu proiectorum, proiiciente quieſcente, ipſum proiectum nihilominus mouetur: nam primum mouens motus aerē ſibi continuum cū ipſo ꝓiecto, & ipſe aer motus mouet aliū aerem ſibi continuum, & ſic ſucceſſiue quælibet pars aeris mouet aliam, donec ceſſet tot⁹ motus, & non ſolū accidit hoc in aere, ſed in aqua, & in aliis humidis. Et eodem modo quieſcente ſenſibili extra vel abſente, quod eſt primum mouens in ſenſu: nihilominus mouet motus in ſenſu mediante ſimulachro derelicto. Huius rationis primo ponit concluſionem, & poſt medium. Secundo ibi.

c ¶ Ponit ſecundum ſignum ſimile, ſicut eſt in alteratione, quod primum alterans alterat ſibi proximum, & illud ſibi proximū, & ſic ſucceſſiue vſque ad vltimum alterationis, quod eſt principium quietis: quia in ipſo primo deficit virtus primi mouentis. Et cum ſenſus ſit quędam alteratio, ſic erit in ſenſu. vnde paſſio fit in organo ſentiendi. Et hoc in profundo, quando eſt fortis & debilis. Primo ponit medium. Secundo concluſionem. Deinde cum dicit.

d ¶ Oſtendit idem per ſigna in viſu, ſcilicet, Quando aliquis videt aliquod lucidum excellens, ſi transferat viſum ad res aliquas alias, nihil videbit propter motum ipſius ſimulachri, detenti in viſu, qui expellit aerem ſibi proximum, & ſic ſucceſſiue vſq; ad vltimum generationis, quod eſt primum principium quietis, quia in ipſo deficit primo virtus primi mouentis. Cum igitur ſit ſenſus quædam alteratio, ſic erit in ſenſu, ſc. quod quieſcente ſenſibili primo moto adhuc ſit motus in ſenſu: vnde paſſio fit in organis ſentiendi & motus ſimulachri in ſenſu expellunt motus minores, & hoc eſt ſignum quod ſimulachra manent in ſenſu in abſentia ſenſibilium. Secundo ibi.

e ¶ Ponit ſecundum ſignum. Et eſt, ſi aliquis videat diu aliquem colorem vehemēter immutantem, vt album aut ceruleum, deinde transferat viſum ad alios colores, omnes apparebunt eſſe talis coloris, qualis erat is, qui prius videbatur. Et hoc non eſt niſi propter ſimulachrum primi coloris, mouens ipſum. Tertio ibi.

f ¶ Ponit tertium ſignum. Et eſt, ꝙ ſi aliquis videt aliquid lucidum, vt Solem, & ſubito claudat oculos, nō auertendo viſum,

ſed

ſed obſeruando illud directe, primo apparebit ei color rei ſplẽdidæ, deinde mutabitur in medios colores ſucceſſiue, donec veniat ad nigrum, & omnino euaneſcat. Et hoc non contingit niſi propter ſimulachra ſplendidi derelicti in viſu. Quarto ibi.

*g* ¶ Probat per quartum ſignũ. Et eſt, quod ſiquis velociſsime fluens, vt flumen, reſpiciat, & deinde trãſferat viſum ad res quieſcentes, omnes apparebunt moueri. Et hoc nõ contingit niſi propter ſimulachrum motus manens in ſenſu. Quare hæc omnia ſunt ſigna ꝙ ſimulachra manent in ſenſu in abſentia ſenſibilium, & hoc dicit ibi, [ Et ab his. ] Deinde cum dicit.

*h* ¶ Oſtendit idem per ſigna in oĩb. ſenſibus dicens ꝙ ab excellentib. ſenſibilibus corrũpũtur ſenſus omnes. Excellentes n. odores non odorantur. Et hoc non contingit niſi propter impreſſionem ſimulachrorum talium ſenſibilium factorum in ſenſu, quæ non ceſſant agere in ſenſum donec corrumpant ipſum &c.

*LECTIO III.*

*a* HÆc eſt pars incidentalis, in qua remouet duas dubitationes, & diuiditur in duas. In prima remouet eas. In ſecunda, quia fecit digreſsionem à propoſito, redit ad aliud, ibi, [ Ad eam vero. ] Prima in duas. Primo remouet primam dubitationem, ſecundo ſecũdam, ibi, [ De quo eadem. ] Et iſta in duas. Primo reddit cauſam ex parte oculorum. In ſecunda ex parte ſpeculi. ibi, [ Quemadmodũ &c. ] Et iſta in duas. Primo ponit cauſam, ſecundo confirmat eam per ſimile, ibi. [ Atteſtantur autem. ] Prima in duas. Primo ponit cauſam, ſecundo infert concluſionem ſuper vtranque dubitationem, & tunc ſequitur illa pars ( Adhuc autem. ) in qua oſtendit quod apparitio huiuſmodi ſimulachrorum eſt ſimilatio. Et diuiditur in duas. Primo oſtendit quando decipiunt & quando nõ: ſecundo reddit cauſam vtriuſque, ibi, [ Cauſa vero. ] Et iſta in duas. Primo reddit cauſam, quare anima non decipitur per ſimulachra huiuſmodi, ſecundo

*g* Et ab his quæ mouentur, aut permutantur, velut à fluminib. maxime autem ab his quę citiſſime fluunt. Videntur enim quieſcentia moueri.

*h* Fiunt autem & à magnis ſonis obſurdeſcentes; fiunt autem & à validis odoribus difficile odorantes: atque ita de ſimilibus. Hæc itaque manifeſte accidunt hoc modo.

*LECTIO III.*

*a* QVod autem ſenſitiua cito & modicas differentias ſentiunt, ſignum eſt, quod in ſpeculis accidit.

*b* De quo vtique per ſe inſiſtens conſiderabit quis, & dubitabit. Simul autem ex ipſo manifeſtũ, quoniam quemadmodum viſus patitur, ſic & facit aliquid.

*c* In ſpeculis enim valde puris cum menſtruis ſuperuenientib. mulieres inſpiciant in ſpeculũ, fit ſupficies ſpeculi ſicut nubes ſanguinea, & ſi quidem nouum ſit ſpeculũ, non facile eſt abſtergere huiuſmodi maculam, ſi vero vetus, facile. Cauſa vero vt diximus, quoniam non ſolum viſus patitur aliquid ab aere, ſed & facit aliquid & mouet, quemadmodum ſplendida. Nã viſus ſplẽdidorũ eſt & habentiũ colorem.

*d* Oculi quidẽ igitur rationabiliter, cum fuerint mẽſtrua, afficiuntur, ſicut & alia pars quælibet corporis. Etenim natura exiſtunt pleni venarum. Ideo cum fiunt menſtrua propter turbationem, & ebullitionẽ ſanguineã, nobis quidem, quæ in oculis differẽtia, incerta eſt, ineſt aũt. Nã eadẽ natura ſeminis, & mẽſtruorum. Aer quoque mouetur ab ipſis, & eũ, qui in ſpeculis eſt aerẽ continuum exiſtentem, qualem quẽdã facit, & talẽ velut ipſe patitur, hic vero ſpeculi ſupficiẽ.

*e* Quemadmodum n. veſtium, q̃ maxime mundæ ſunt, citiſſime inquinantur. Nã purum diligẽter mõſtrat quicquid exceperit, & pſertim minimos motus: æs vero eo ꝙ planũ ſit, qualemcũque tactũ maxime ſentit. Oportet vero intelligere tãquã attractionem eſſe aeris tactum, & tãquã extерſionem & ablutionẽ. ꝓpter mũditiã vero manifeſtus fit qualiſcunq; ſit. Non exeundi vero celeriter ex nouis ſpeculis

*Aere præterea commota mutantur, vt à fluminibus, & ab iis maxime, quæ concitatiſsime fluunt, quæ quieſcunt apparent moueri.*

*Ab excellentibus quinetiam ſonis ſurdaſtri homines reddũtur, & à valentibus odoribus, male odorantes, ſimiliterque in aliis. Et iſthæc quidem hoc manifeſte accidunt modo.*

B

LECTIO III.

*QVod autem ſenſiteria celeriter paruas etiam ſentiant differentias, iudicio eſt id, quod in ſpeculis fieri animaduertitur.*

*Qua de re, ſecum conſiderans quiſpiã, perquirere ſane & ambigere poſſet. Et ſimul ex hoc erit manifeſtum, viſum vt aliquid patitur, ita aliquid etiam agere.*

*Si enim in menſtruorum profluuiis* C *mulieres in nitida cõſpexerint ſpecula, ſummæ eorũ parti nubecula quaſi cruenta imprimitur, quæ, ſi nouũ fuerit ſpeculum, haud leui ſane negocio inde abſtergitur, ſi vero antiquum, nõ adeo eſt difficile; cauſa autem, vt diximus, eſt quod nõ ſolũ ab aere aliquid patitur viſus, ſed agit aliquid & mouet, quẽadmodum alia ſplendida. Viſus namque de ſplendeſcentium ordine eſt, & colorem habentium.*

*Oculi igitur rationabiliter afficiuntur, vt quæuis alia corporis pars, &* D *alioquin natura venularum ſunt pleni, quamobrem excitis menſtruis propter conturbationem & ſanguineam ebullitionem, in nobis quidem, quæ in oculis eſt differentia non apparet, quæ tamen ineſt. eadem enim natura genitalis eſt, ſeminis quæ menſtruorum, aer autem ab illis mouetur, aeremq; ſpeculo proximum, & illi contiguum eadem afficit qualitate, quali ipſe affectus eſt, is autem ſpeculi ſummam partem.*

*Quemadmodum veſtimenta, quæ* E *maxime ſunt nitida, celerrime maculas contrahunt. Nitidum enim quicquid accipit accurate indicat, minimaſque in primis motiunculas, æs aũt quoniam leue eſt, qualemcunque maxime ſentit contactũ. Conſiderare autem oportet aeris contactũ illũ quaſi attritum eſſe quendã, & abſterſionem, & lotionem, ob puritatem vero quotacunque fuerit, conſpicua apparet. Cur autem non celeriter à nouitiis exeat ſpeculis, cum nitor, tũ læui-*

A reddit cauſam quare decipitur, ibi, [ Neceſſe autem &c. ] In ſpeciali ſic procedit. Quia ex dictis crederet aliquis, quod ſi ſenſus retinet ſimulachrũ rei ſenſibilis, iõ ſi conuertat ſe ad aliud ſenſibile, nõ de facili recipiet ſimulachra ipſius, crederet ẽt ꝙ ſenſus nõ agit, ſed ſolum patitur, ideo remouet hic vtrumque. Et primo primũ dicens, ꝙ ſenſus ſpecies ſenſibilium differentium cito recipit, vt videtur in ſpeculo, quoniã nõ obſtante ſimulachro prius recepto, ſtatim recipit ſimulachrum alterius obiecti. & hoc eſt verum ſi aliquod ſenſibile non fuerit excellens, tunc n. impedit receptionem minoris. Et ideo dicit modicas. Secundo ibi.

*b* ¶ Remouet ſecundum quod fit per ſignum in ſpeculo. Et eſt quod ſimiliter aliquis poſſet ſuper hoc adiuuari, quod viſus non ſolum patitur aliquid, ſed aliquo modo agit. Deinde cum dicit.

*c* ¶ Oſtendit hoc ſignum ſic: Si mulier patiens menſtruum inſpiciat ſpeculũ, apparebit nubes ſanguinea in ſuperficie ſpeculi, & ſi nouũ ſit ſpeculum, non poteſt illa macula abſtergi faciliter: & ſi vetus, faciliter. hoc autẽ eſt, quoniam viſus non ſolum patitur ab aere deferenti ſpeciem viſibilem, ſed agit in aerem, & mouet ipſum, ſicut alia ſplendida. Deinde cum dicit.

*d* ¶ Dat cauſam huius ſigni. Et primo à parte oculorũ, dicens ꝙ cum mẽſtruo afficitur quęlibet pars mulieris, & maxime in oculo, quia pleni ſunt venarũ, in quib. abũdat feruor ſanguineus in tpe menſtrui, qui turbat diſpoſitionem mulieris, & inficit totum oculum, quia eadem eſt natura ſeminis & menſtrui. Vnde ſicut ſemen generatur ex ſuperfluitate vltimi digeſti, ſic & menſtruũ: & ita eſt in mulieris oculo, & oculus infectus mouet aerem ſibi contiguũ, & ille alium ſucceſſiue, vſq; ad aerẽ cõtiguũ ſpeculo, qui aer ẽ infectus conſimili paſſione qua inficitur ocu.⁹ & ſic inficit ſupficiem ſpeculi. Secundo ibi.

*d* ¶ Dat cauſam à parte ſpeculi. & eſt mundicia, puritas, & planities. Hæc n. eſt natura mundi, qđ valde cito inquinatur, &

ſecundum quod recipit cito minimas coinquinationes ( vt apparet in veſtibus pretioſis :) ſic palam eſt, quod vbilibet recipit quantitatem impreſſionis , ſicut æs propter planitiem ſui, vbicunque ſonat propter paruum tactum. Eodem modo intelligendum eſt acumen aeris contiguati ad ſpeculum per quẽdam tactum. Ipſum autem ſpeculum eſt terſum , & politum & mundum. Vnde propter ſui mundiciam manifeſtat ſui impreſſionem receptam ab aere, propter ſui puritatem. In nouis ſpeculis ſerpit in profundum propter planitiem , quæ vndique in ſpeculo recipitur. Sed in veteribus propter defectũ puritatis parum manet huiuſmodi impreſſio, eo quod non ſubintrat ſpeculum, ſed in ſuperficie ſolum,& ita non inficit ſpeculum , inquantum videns , ſed inquantum inquinatum vel incomplexionatum , vt in baſiliſco: & ideo ſequitur quod viſus inquantum ſentit, aliquid agat. Et quia videns radios emittit huiuſmodi infectio eſt naturalis inquinatio, vt patet. Deinde concludit principalem concluſionem. & primo partem primam. Et hoc ibi , [ Quoniam quidem.] Secundo ſecundam cum dicit.

f ¶ Confirmat cauſam , quam poſuit per ſimile à parte ſpeculi, dicens, quod ſpeculum diſtans ab oculo poteſt infici ab ipſo mediante aere , ſicut euenit in vino in vaſe æneo , quod cito recipit corporum in eo exiſtentium ſapores mediante aere , & etiam corporum proximorum, ſi cum eis miſceantur. Et ex his patet quod emiſſio radiorum talem infectionẽ facit in ſpeculo , & quia fecit digreſſionem , redit ad propoſitum & repetit prius probata , ſcilicet quod ſimulachra manent in ſenſu in abſentia ſenſibilium . Deinde cum dicit.

g ¶ Oſtendit quod apparitio in ſenſu dece-

cauſa eſt, ꝙ purum ſit & planũ: F ſerpit n. per huiuſmodi in profũdum,& in oẽs partes. nam eo quidem quod purũ eſt, in profundum, eo aũt quod planũ , in oẽs partes. In veterib. vero non immanet , quoniam non ſimiliter ſubit macula , ſed ſupficiẽtenus magis. Qm̃ quidem igiť & à paruis differentiis fiat motus,& qđ celeres ſunt ſenſus,& quod non ſolum patiť,ſed contra agit colorum ſenſitiuũ,manifeſtũ ex his.

f Atteſtantur aũt his quæ dicta ſunt,& q̃ circa vina vnguenta eueniunt. Nam ꝙ prẹparatum eſt G oleũ & vinum cito accipit proximorũ odores,& vina hoc ipſum patiuntur,non ſolum n. eorũ, q̃ immittuntur vel commiſcentur ſed eorum quæ prope vaſa ponũtur vel naſcuntur , recipiunt odores. Ad eam vero quẹ ex principio eſt cõſiderationẽ, ponatur vnum quidem quod ex his quæ dicta ſunt,patet, quod recedente ſenſibili extrinſecus, immanent ſimulachra , quæ ſenſibilia ſunt.

g Adhuc aũt, quod facile decipimur circa ſenſus , cum in paſſio- H nib. exiſtimus, alii aũt in aliis, veluti trepidus in timore, & qui amat in amore, vt videatur à modica ſimilitudine, hic quidẽ hoſtes videre, ille vero dilectũ. Et hoc vtique quanto paſibilior quis fuerit,tanto à minori ſimilitudine videtur. Eodẽ vero mõ & in ira & in omnib. cõcupiſcẽtiis facile decipiuntur oẽs , & magis quanto vtique in paſsionib. magis fuerint. Ideo & febricitantib. interdũ animalia videntur in I parietib. à modica ſimilitudine linearum compoſitarum. Et hæ quidem aliquãdo intenduntur in paſsionib. ſic , vt ſi vehemẽter non laborant , non lateat quoniam falſum. Quod ſi maior ſit paſsio, tunc mouetur ab ipſa.

h Cauſa vero vt hæc accidat, hẹc eſt, qa non ſecundum eandẽ potentiã iudicat, q̃ princeps eſt, & in qua phãtaſmata fiunt. Huius vero ſignũ eſt, qm̃ videtur Sol pedalis, contradicit aũt aliud aliquid ſæpe ad phantaſiam. Et per mutationem digitorum, vnum K duo videtur, attamen non dicimus quoniam duo. duo n. tactu viſus. Si vero eſſet tactus ſolus, iudicaremus vnum duo.

i Mentiendi autem cauſa quoniam nõ ſolum cum ſenſibile mouet, apparent quælibet, ſed etiam cum ſenſus ipſe moueatur, ſi eodem modo mouet quemadmodum & à ſenſibili. Dico aũt velut terra videtur nauigantib. moueri, dũ mouetur viſ⁹ ab alio.

*tas in cauſa eſt; alte enim in eiuſmodi findunt maculæ, & quoquo verſus diffunduntur , propter puritatẽ quidem ad fundum , ob leuorem autem , quoquo verſus , in antiquis vero non perſtat, quoniam non æque penetrat macula , ſed ſuperficietenus magis. quod igitur à paruis motiones fiunt differentiis, & quod velox eſt ſenſus , quodve non ſolum patitur colorum ſenſiterium, ſed contra etiam agit , ex iis ſane manifeſtum eſt.*

*Teſtimonio aũt iis quæ dicta ſunt, eſſe poſſunt cum ea quæ vinis accidunt & vnguentis, tum factitium oleum & vinum. Proximarum n. rerum celeriter odores recipiunt , neque illorũ modo quæ iniecta, aut commiſta ſunt, ſed eorum etiam , quæ iuxta dolia reponuntur, aut adnaſcuntur, odores capiunt. Ad eam autem diſquiſitionem, quæ initio propoſita fuit , vnum quidem ſupponatur , quod ex antedictis eſt manifeſtum , quod ſcilicet abſcedente extremo ſenſili , ſenſiles reſtant.*

*Præterea etiam quod faciliter in perturbationibus verſantes, facile in ipſis decipimur ſenſibus, in aliis vero alii, vt formidoloſus in metu, amator in amore , vt ex parua plerunque ſimilitudine, illi quidem hoſtes cernere videatur huic vero rem amatã , & iſtuc ipſum quo quiſque perturbatior fuerit , eo à minori apparet ſimilitudinis nota. Eodemque modo in ira , cupiditatibuſq; omnibus facile decipiuntur omnes , eoque magis quo in perturbationib. fuerint magis. Quamobrem febre laborãtib. ex modica interdum ſimilitudine linearum compoſitarum animalia in parietibus apparent, huiuſmodiq; res interdum ita cũ morbis intenduntur, vt niſi valde à morbo fuerint oppreſſi, illos non lateat , quod falſum eſt quod cernunt, quod ſi valentior fuerit morbus, ad illa etiam mouentur.*

*Cauſa autem cur hæc ita eueniant eſt, quoniam non eadem potentia princeps iudicat pars, & ea in qua phantaſmata fiunt, iudicio autem eſſe poteſt, quod Sol quidem pedalis apparet, ſæpe numero autem aliud quiddam contra phantaſiam reclamat digitorum, quin etiam commutatione, vnum duo videtur. verumtamen nõ dicimus eſſe duo, certior n. tactu eſt viſus , quod ſi ſolus eſſet tactus , iudicaremus profecto vnum eſſe duo.*

*Deceptionis autem cauſa eſt , quod non modo ſenſili moto apparent quæcunque videntur, ſed ipſo etiam ſenſu commoto, ſi quidem eodem modo moueatur quo à ſenſibili. Verbi gratia; terra nauigantibus moueri videtur, cum ab alio viſus moueatur.*

ptio eſt, dicens quod ſenſus decipitur per ſimulachra ei apparẽtia, & apparet quod videat hoſtes,& ſimiliter apparet amanti quod videat quem diligit , & quanto vehementior fuerit paſſio, tanto minor eſt ſimilitudo. Vnde febricitantes credunt ſe videre animalia. Et aliquando in huiuſmodi paſſionibus non eſt vehemens paſſio , & differunt talia ſimulachra apparentia. Et dicit eſſe falſum quod apparet. Deinde cum dicit.

h ¶ Dat cauſam, quare anima non decipitur , & dicit tandem quod non eſt eadem virtus iudicandi intra & apprehendens phãtaſmata extra. Et ideo iudicium eſt contrarium illi quod apparet, ſicut Sol apparet viſui bipedalis, tamen ratio iudicat ipſum eſſe multo maiorem , & aliis propter paruitatem apparet vnum eſſe duo , & tamen ratio iudicat illud eſſe vnum. Deinde cum dicit.

i ¶ Dat cauſam, quare ſenſus decipitur , & eſt , quia non ſolum apparet ſpecies rei ſenſibilis, ſicut ſimulachra rei motæ mouent , ſed etiam cum ſenſus ipſe mouetur, vbi moueatur eodem modo, quo mouetur à ſenſibili. Vnde moto oculo in naui, omnia quieſcentia videntur moueri. Et ſic intelligitur quod ſpecies rei dilectæ , manens in ſenſu amantis , propterea fortiter amantis ſenſum mouet. Et ſimiliter propter paruam ſimilitudinem apparet, & ſimiliter de aliis paſſionibus.

LECTIO IV.

a SVperius determinauit apparitionē ſimulachrorū in ſimpliciter vigilando, in hac parte determinat in ſimpliciter dormiendo. Et hæc pars in duas. Primo oſtendit quod ſimulachra magis apparent in dormiendo quam in vigilando. In ſecunda determinat modos & differentias huiuſmodi apparitionis, ibi, [Oportet autem &c.] Prima in duas. Primo oſtendit duos modos iudiciorum, ſecundo oſtendit quando contingit vnum iudicium, & quando aliud, ibi, [Quemadmodum ergo, &c.] Prima in duas. In prima ponit duos modos iudiciorum. In ſecunda cōfirmat eos per ſimile, ibi, [Quēadmodum vero diximus.] Prima in duas penes duos modos, & ſecunda, ibi, [Qūo autē, &c.] In ſpeciali ergo ſic procedit Primo repetit prædeterminata, & ponit concluſionem dicens, qđ ex dictis eſt manifeſtū, ꝙ non ſolum mouent ſimulachra in vigilando, ſed apparent in dormiendo, & hoc tā ab extra venientiū, quam intrinſecus manentium: ſed etiā mouent ſimulachra in ſomno magis, & tunc apparent magis quā vigilando. Et tunc oſtendit hanc cōcluſionē ſic. In die repellitur motus ſimulachrorū ꝓpter motus maiores & excellentiores dum operantur ſenſus tam exteriores quā interiores: nec operatur intellectus, ſicut minor lux non apparet iuxta magnam. Sed in ſomno quieſcunt maiores motus, eo quod ſenſus eſt tunc impotens ꝑ refluxionem caloris naturalis, ſenſum miniſtrantis ab exterioribus ſenſibilibus ad primum ſenſitiuū, & tunc dormiendo ſimulachra mouēt ipſum, & ita apparet de aliis motibus. Et nota, ꝙ motus ſimulachri intus minor eſt quam motus ſimulachri ab extra: quia omnis motus à virtute ſenſitiua eſt per ſenſibile obiectum: & ideo quanto motus propinquior eſt ſenſibili, etiam tanto for-

† ingrata.

LECTIO IV. A

a EX his itaq; manifeſtū, qm̄ non ſolū in vigilando motus à ſimulachris fiūt & quæ extrinſec⁹, & quæ in corpore ſunt, ſed etiā qm̄ fit paſſio hæc quę vocatur ſomnus, & magis tunc apparēt. Sub die n. repelluntur, dū operātur ſenſus, & intelligentia, & euaneſcunt, exterminantur, quemadmodum iuxta magnū ignem minor, & triſtitiæ & oblectationes paruę ſecus magnas. Dum vero quieſcunt, & ſupernatant, & parua ſimulachra. No- B cte vero propter vacationem particularium ſenſuū, & impotētiam agendi, eo ꝙ ab exterioribus ad id quod intrinſecus eſt, fiat caloris refluxio, ad principium ſenſus deferuntur, & fiunt manifeſta ſedata turbatione.

b Oportet aūt opinari tanquam modicas vertigines, quæ in fluminibus feruntur, ſic motu vnū quemque fieri continue, ſæpe quidem ſimiles, ſæpe vero diſſolutas in alias figuras propter repulſionē. Ideo & poſt nutrimētum & omnino tenebris exiſtē- C tibus, veluti pueris, nō fiūt ſomnia, mult⁹ n. motus eſt ꝓpter eā, quæ ex nutrimēto eſt caliditatē.

c Vt quemadmodum in humido, ſi vehementer moueat quis, quādoque nullum apparet idolum, quandoque vero apparet quidem, diſtortū autē omnino, vt appareat alterius modi quam ſit, ꝙ ſi quieſcat, pura & manifeſta idola, ſic & dormiendo phantaſmata, & reliqui motus qui ꝓueniunt à ſimulachris, interdū quidem cū vehementior ſit qui dictus eſt motus, exterminantur D omnino. Interdū vero conturbatæ apparent viſiones & monſtruoſæ † & deteriora ſōnia: velut melancholicis, & febricitantib. & vinolentis. Omnes n. hm̄oi paſſiones, cum ſpirituoſæ ſint, multum faciunt motum & turbationem. Sedato autem, & diſcreto ſanguine in habētib. ſanguinē, conſeruatus ſimulachrorum motus ab vnoquoque ſenſuum amica facit ſomnia.

d Et apparere aliquid & exiſtimare, propterea quidem quæ à viſu deferuntur, videre: propter E ea vero, quæ ab auditu, audire: ſimiliter autem aliis ſenſitiuis. Ex eo enim ꝙ inde progreditur motus ad principium, putatur videre, & audire, & ſentire: Quia autem viſus interdum moueri videtur, qui non mouetur, vt diximus: & qa tactus duos motus annunciat, id quod vnum

A LECTIO IV.

*EX iis ſane manifeſtum eſt, quod non ſolum vigilantibus adſunt motus & qui ad exterius ſunt ſenſibilibus & qui ab ipſo ſunt corpore, verum etiam cum ea ſit paſſio, quæ vocatur ſomnus, tunc apparent magis. Interdiu n. ab operantib. exturbantur ſenſibus & cogitatione, obſcuranturque vt exiguus ignis à magno, modicæque mæſtitiæ & voluptates ab immodicis, illis autem ceſſantibus parua etiam eminent, noctu vero propter* B *partialium ſenſuum vacationem, & agendi imbecillitatem, quoniam calidi ab extrinſecis ad intrinſeca refluxus ſit, ad ſenſus principium deferuntur, fiuntque manifeſti compoſito tumultu.*

*Exiſtimare autem oportet ita ſingulas continuo fieri motiones vt paruas illas vertigines, quæ in fluminibus fiunt, quæ ſæpenumero quidem ſunt ſimiles, nonnunquam vero propter contrarium impulſum in alias diſſoluuntur figuras. Ac propterea poſt aſ-* C *ſumptos cibos, & infantibus nulla fiunt ſomnia, vehemens enim eſt commotio, ob eam, quæ ex alimento eſt, caliditatem.*

*Quamobrem, vt in humore ſi quis vehemēter agitauerit, interdum nullum apparet ſimulachrū, nonnunquā apparet id quidem, verum diſtortum omnino, vt aliud ſane quam quod eſt appareat, quieſcente autem puræ & perſpicuæ apparent imagines, ita ſomni tempore phantaſmata, motionumque reliquiæ, quæ à ſenſibus accidunt, interdum quidem, cum vehementior ſit antedictus motus, delen-* D *tur penitus, nonnunquam autem conturbatæ apparent viſiones, & mōſtrificæ, & non conſtantia ſomnia, qualia melancholicorum ſunt, & febrientium, & temulentorum, omnes enim huiuſmodi paſſiones, cum ſint ſpirituoſæ, vehementer excitant motum & conturbationem, ſedato autem & ſecreto in ſanguine in iis quæ id habent animalibus integer ab vnoquoque ſenſuum ſimulachrorum motus, tum conſtantia obiicit ſomnia.*

*Tum apparere aliquid, & exiſtimare facit, & ab iis quidem quæ à viſu deferuntur, cernere videntur, ab illis vero, quæ ab auditu, audire, ſimilique modo ab aliis ſenſiteriis. Nam quia inde motus ad principium eſt delatus vigilanter cernere videntur, & audire, & ſentire. Quia autem viſus interdum moueri videtur non motus, vt diximus: & quia duo motus tactus annunciat, vnum videtur duo, omnino enim quod*

tior eſt. Deinde cum dicit.

b ¶ Oſtendit qūo apparent hm̄oi ſimulachra in ſomno, dicens ꝙ ſicut in fluminibus fiūt quædā imagines quæ ſi non impediantur rectæ ſunt: ſi autē repercutiantur ad aliquod obſtaculum, ſiue ad aliū fortiorem motū, diſſoluūtur, & tranſmutantur in alias figuras: eodē modo ſimulachra in ſomnis ferūtur à propriis organis ſentiendi ad ſenſu cōem vel integra manētia, & ſub eidē figuris. Sed vel aliquā do impediūtur & diſſoluūtur in alias figuras; ſi ad mot⁹ maiores repercutiantur Et tūc infert ex hoc ꝙ ſi ſtatim facto ſomno per nutrimētū, nō fiunt ſomnia. Nec etiā pueris apparēt ſōnia ꝓpter vehemētē motum ſimulachrorum. Et hoc eſt quod dicit ibi, [Poſt nutrimentū.] Deinde cū dicit.

c ¶ Complet intētionē ſuā dicens, ꝙ ſicut aqua, ſi fuerit vehementer mota, nullū apparet idolū in ipſa: ſed ſi parū moueatur, apparet idolum diſtortū & alterius figuræ quam eſſe debet: ſed oīno ſedata, tunc apparet idola recta, & manifeſta, ſic in dormiendo, quando vehemens eſt motus intrinſecus ex nutrimento, vel à paſſione aliqua, extinguitur motus ſimulachrorū, & non apparent oīno. Cum autē iſte motus ſedatus eſt, nō tamen oīno apparent ſimulachra, ſed diſtorta, & tunc fiūt ſomnia mōſtroſa & mala, vt in melancholicis & febricitantib. Cum aūt motus totaliter eſt ſedatus, tunc tales euaporationes faciunt interius, & currunt motus ſimulachrorū, ſedato oīno tali intrinſeco, ſicut in ſanis ꝓpter diſcretionem ſanguinis puri ab impuro apparent ſimulachra recta, eo quod impeditur motus ipſorum, & ideo faciunt ſomnia recta. Et hoc ibi, [Vt quemadmodum in humido.] Deinde cum dicit.

d ¶ Determinat duos modos iudiciorum huius apparitionis. Primus eſt qđ aliquis aliquando detinetur

netur à ſimulachro apparẽtẽ, & ſeqtur ipſum, & iudicat eẽ ſicut apparet. Primo dicit ꝙ hmõi ſimulachra faciũt aliqua apparere & iudicare, ꝓut apparẽt, & quia viſu primo ſpẽs viſibilis, ab auditu ſpẽs audibilis, & ſic de aliis. Et quia iſte modus ꝓcedit à ſenſib. propriis, iõ apparet aĩæ ꝙ videat & audiat & decipitur, ſicut in vigilando viſus & tactus decipiuntur. Et hoc ibi, [Et apparere &c.] Secundus modus eſt, quando virtus ſuperior, ſiue ratio nõ detinetur à phãtaſmate, ſed mouetur motu proprio, tunc contradicit motui ſimulachri & iudicat aliter eſſe quam apparet. Tamen niſi virtus illa cõtradicat, ſemper iudicat anima eſſe ſicut apparet. Et hoc ibi, [Omnino autem &c.] Deinde cum dicit.

*e* ❡ Confirmat quod dixerat, ſcil. quod ſint modi iudiciorum huius apparitionis ſimulachrorum. Et iſta pars diuiditur in duas. Primo confirmat illos modos per ſimile, ſecundo complet intẽtum, ibi, [Et eius vero &c.] Prima in duas. Primo ponit ſimilitudinem, ſecundo confirmat, ibi, [Quemadmodum in nubib.] Cõfirmat duos modos iudiciorũ per ſimile tale. Sicut vigilando, quando quis percipiens ſenſu iudicat ſicut ſenſui apparet, & tunc decipitur, eodem modo in dormiendo, anima percipit eſſe ſecundũ quod apparet. Non iudicat tamen ſecundum ꝙ apparet aliquando, quando non percipit illud eſſe per ſomnum. Et tunc decipitur credẽs eſſe verũ qđ apparet dupliciter, primo ſicut dictum eſt per ſomnũ, quia propter diuerſas paſſiones decipiũtur in vigilando, quia mouentur organa ſentiẽdi à ſimulachris in eis exiſtentib. & propter diuerſa accidentia circa ſenſum, ſicut propter diuerſas paſſiones, vt amor, timor &c. eius n. quod habet modicam ſimilitudinem ad ꝙ timetur & amatur, apparet ſimilitudo, ita decipitur anima in dormiẽdo propter ſomnium. Deinde cum dicit.

*f* ❡ Manifeſtat ſimilitudinem hanc, dicens quod in dormiendo deſcendit multus ſanguis ad primum ſenſitiuũ, & ſimulachra ſimiliter in ipſis ꝓpriis organis deſcendunt ad primũ ſenſitiuũ, & mouẽt ipſum: alia quidem mouent in actu, ſicut illa, quæ proxima ſunt, alia

eſt, duo videtur. Oĩno n. qđ ab vtroquoq; ſenſu dicit principiũ, niſi alius dignior contradicat. Apparet quidem igitur ſemper, putatur autem non ſemper qđ apparet, ſi quod diiudicat non detineatur, vel etiam non moueatur proprio motu.

*e* Quẽadmodũ vero diximus ꝙ aliqui ꝓpter aliã paſſionẽ facile decipiunt, ita dormientes ꝓpter ſomniũ, & quia mouentur ſenſitiua, & alia accidẽtia circa ſenſum. Quare modicam habens ſimilitudinem, videtur illud.

*f* Cum n. dormit, deſcendente plurimo ſanguine ad principiũ, condeſcendunt & mouent qui inſunt motus, hi quidẽ ꝑtãte, illi vero actu. Sic aũt ſe habẽt, vt in motu, hic quidem ſupernatat ex ipſis motus; ſi vero hic corrũpatur, & hic adinuicem itaq; ſe habẽt quemadmodũ fictæ ranæ aſcendentes in aqua liquefacto ſale ita inſunt poteſtate, cedente vero quod prohibebat, agunt, & ſolutę in exiguo reliquo ſanguine, qui in ſenſitiuis, mouentium habent ſimilitudinem.

*g* Quemadmodum in nubibus, quæ ſimiles dicuntur hominib. & centauris, cito permutantur.

*h* Horum autem vnumquodque eſt ſicut dictum eſt reliquiæ eius quod in actu eſt ſimulachri. Et abeunte illo, eſt verum dicere, quoniam hoc quale Coriſcus, ſed non eſt Coriſcus. Cum autẽ ſentiebat, nõ dicebat Coriſcũ ꝙ princeps eſt, & quo diiudicat, ſed ꝑ hoc illũ Coriſcũ verũ. Qđ itaque & ſentiendo dicit hoc, ſi non hic omnino detineatur à ſanguine, quemadmodum non ſentiens hoc mouetur à motib. qui ſunt in ſenſitiuis, & videtur quidem ſimile ipſum eſſe quod verum eſt, & tanta ſomni potentia quod facit hoc latere.

*i* Quemadmodũ igitur ſi quẽ lateat ſuppoſitus digitus oculo nõ ſolũ apparebit; ſed & putabitur eſſe duo quod eſt vnum, ſi vero non lateat, apparebit quidem, non putabitur aũt, ſic & in ſomnis, ſi ſentiat quidem quod dormit & paſſionem in qua eſt ſenſus ſenſitiui, apparet quidem, dicit autem in ſeipſo, quoniam videtur quidem vt Coriſcus, nõ eſt autem Coriſcus, ſæpe enim

F autem mouent ſolũ in potentia, quæ non deuenerunt ad primum ſenſitiuũ, ſed in primo ſenſitiuo motus factus ex ſanguine deſcendente ad ipſum, minuit motus ſimulachrorũ, & impedit ipſos. Sed quando ſanguis nondum digeſtus eſt hic, & pars ſanguinis digeſti ſe habent adinuicẽ, ſicut aqua, in qua reſolutum eſt ſal. Et ita durãte motu ſanguinis ſolum eſt ſimulachrum ipſius ſenſibilis in ipſo ſenſitiuo in potẽtia. Remoto vero illo motu poſt digeſtionem quæ prohibebat motum ſimulachorũ, iam fiunt in actu & mouetur primum ſenſitiuum poſt ſanguinis reſolutionẽ in partes exiguas, ſicut in vigilando, ſimulachrum mouet organum ſentiendi particulare. Et hoc ibi. [Cum enim dormit.] Deinde cum dicit.

*g* ❡ Oſtendit quomodo eſt iſta ſimilitudo, dicens ꝙ ſicut aſpicienti in nubib. in vigilando apparent ſimilationes hominum, & aliorum quę cito permutantur à figura in figuram quando mouetur ſucceſſiue poſt aliam, eodẽ modo eſt de ſimulachris quod quodlibet apparet, poſt aliud, & vnum in aliud cito permutatur. Et hoc ibi, [Quẽadmodũ in nubibus, &c.] Deinde cũ dicit.

*h* ❡ Complet intentum dicens, ꝙ abundãte ſanguine impediente motus ſimulachrorum, & ſimulachro mediante ſecundum actum, aliquando contingit animam iudicare ſecundũ veritatem ꝙ eſt ſimulachrum rei, & non res ipſa ſicut in vigilando aliquis ſentit ſimilitudinem Coriſci non Coriſcũ, iudicat ſecũdum ſimilitudinem eius: quia ſicut rem iudicat aliquando de eo quod apparet ſenſu vigilando, ſic iudicat dormiendo: quia non decipitur à ſanguine: quia deceptus poteſt errare iudicare, ſicut virtus iudicatiua, quando non ſentit rẽ vere, ſed ſolum mouetur à ſimulachris rei, credit eſſe verum quod ſibi apparet. Tãta enim eſt potentia ſomni ſupra animã, qđ facit latere ipſum ſimulachrum eſſe, quod ſibi apparet: credendo ipſum eſſe verum. Et hoc ibi, [Horum autem &c.] Deinde cum dicit.

*i* ❡ Oſtendit quando fit vnum iudicium, & quãdo fit aliud dicens, ꝙ ſicut quãdo ſupponitur digitus oculo, vnũ apparet eſſe duo

*eſt ab vnoquoque ſenſu affirmat principium, niſi aliud quippiam præſtantius aduerſetur, apparet igitur omnino: videtur autẽ non omnino id quod apparet, niſi id quod iudicat diſtineatur, aut proprio motu non moueatur.*

G *Quemadmodum autem diximus, alios ab alia paſſione facile decipi, ita dormientes à ſomno, & eo quod mouentur ſenſiteria & ob alia, quæ circa ſenſum fieri contingunt, quamobrem quod exiguam habet ſimilitudinem, illud eſſe apparet.*

*Cum enim dormit plurimo ad principiũ defluente ſanguine, ii qui inſunt motus ſimul deuoluuntur, alii quidem poteſtate, alii vero actu, ita etiam ſe habet vt hoc in motu, hic alius ab illo emineat motus. Si vero is intereat, hic alius & adinuicem ita ſe habent quẽadmodũ ficti ranunculi qui ſuperemi-* H *nent aquæ cum liqueſcit ſal eodem ſane modo poteſtate inſunt. cum autem quod prohibebat remiſerit, in opus exeunt, diſſolutique in pauco ſanguine qui reliquus erat in ſenſiteriis, mouentium habentes ſimilitudinem.*

*Vt ea quæ viſuntur in nubibus, quæ hominibus & centauris aſſimilant, celeriter commutantur.*

*Horũ autem vnumquodq; quemadmodum dictum eſt, illius quod actu eſt ſenſile, ſunt reliquiæ, digreſſoque vero ſenſili, licet vere dicere quod tale eſt qualis Coriſcus: quando autem* I *ſentiebat princeps pars, & id quod iudicat, non dicebat Coriſcum, ſed propter hoc illum dicebat verum eſſe Coriſcum, quod ſentiens hoc ipſum ait, niſi omnino diſtineatur à ſanguine, vt nõ ſentiens, hoc, mouetur ab iis quæ in ſenſiteriis ſunt motionibus, videturq; id quod eſt ſimile, ipſum eſſe quod eſt verum, & tanta ſane ſomni eſt vis, vt id latere faciat.*

*Quemadmodum igitur ſi quempiam oculo ſubiectus lateat digitus,* K *non ſolum apparebit, ſed videbitur etiam duo eſſe id quod vnum eſt, ſi vero non lateat, apparebit quidem, ſed id non exiſtimat: ita in ſomnis ſiquidem ſenſerit ſe dormire & paſſionem in qua ſenſitiui eſt ſenſus, apparebit quidem, verum quippiam in ſeipſo dicit quod apparet quidem Coriſcus, non eſt autem Coriſcus. Sæpenumero autem dormiens quiſpiam in*

ſe duo, & ſi lateret animã digitũ ſupponi oculo, iudicaret eſſe qđ apparet, ſi aũt nõ lateat digitum oculo ſupponi, tunc apparet ſenſu vnum eẽ duo. Sed rõ cum dicat econuerſo ſcđm veritatem, ſicut eſt in ſomno: quando oĩa ſimul in apprehẽſione ſimulachrorum perpẽdit ſe dormire, tũc nõ iudicat eẽ verum ꝙ apparet, ſed dicit eẽ ſomnum & ſimulachrum rei & non rẽ; ſi vero latet ſe dormire, credit eſſe verum quod apparet. Et hoc ibi, [ Quemadmodum, &c.]

*LECTIO V.*

*a* HIc determinat apparitionẽ ſimulachrorum in languedine dormiendo, & in languedine vigilando. Et diuiditur iſta pars in duas. In prima determinat de languedine vigilando. In ſecunda de languedine dormiendo ibi, [Neque ꝙ in ſomno &c.] Prima in duas, in principalem & incidentalem vel corollariam, ibi, [Ex his itaque.] Tunc ſequitur illa, in qua determinat apparitionem ſimulachri intelligibilis, & illa remanet in diuiſa, & tunc ſequitur illa pars, in qua determinat de ſomno in comparatione ad nos. Et hæc ſimiliter remanet indiuiſa. In ſpeciali ergo ſic procedit. In prima determinat apparitionẽ ſimulachorum in languedine vigilando dicens qđ manifeſtum eſt motum ſimulachrorum fieri in organis ſentiendi in dormiendo, ſicut prius determinatum ẽ per hoc ꝙ aliquando dormientes ſubito expergefacti ſunt, & illud idẽ patiuntur in vigilando, ꝙ patiuntur in dormiendo. Simulachra vero, q̃ apparent ipſi dormiẽti, apparẽt ẽt vigilãti aliquando. Et ita idẽ motꝰ ſimulachrorum manet in organis ſentiẽdi poſt expergefactionem, q̃ fuit in ſomno Et ideo pueri aliquando expergefacti à ſomno, ſi tenebræ ſunt, videntes eadem ſimulachra, quæ vident in dormiendo ita quod dormiendo timeant, timent qđ ſit verum qđ apparet. Et hoc ibi, [ Quoniam autẽ vera, &c.] Et nota ꝙ hmõi apparitio nõ fit ſimpliciter vigilando ſed languẽdo, ſ. ſcđm quod ſomnus ineſt ſenſibus ſecundum quid. Deinde cum dicit.

dormiendo dicit aliquid in anima, qm̃ ſomnium eſt quod apparet. Si vero lateat quoniam dormit, nihil contradicit phantaſiæ.

*LECTIO V.*

*a* QVoniam aũt vera dicimus & quot ſunt motus phãtaſtici in ſenſitiuis, manifeſtum ſi quis attendens tentet, memorare quæ patimur dormientes quidem & expergefacti. Interdum enim q̃ apparent idola dormienti, aſpiciet expergefactꝰ eſſe motus in ſenſitiuis. Quibuſdam n. iuniorum & omnino perſpicientibus, ſi ſint tenebræ, idola apparent plura, quæ mouentur, ita vt velentur frequenter timentes.

*b* Ex his itaque vniuerſis oportet ſyllogizare, quod eſt ſomniũ phantaſma quidẽ aliquod & in ſomno. nam quæ modo dicta ſunt idola, ſunt ſomnia, neque ſi quid aliud ſenſibus ſolutis videtur.

*c* Neq; quod in ſomno phantaſma omne. Nã primum quidem aliquib. accidit & ſentire aliquo modo & ſonos, & lumen, & ſaporem, & tactum languide quidem, & veluti de longe. Iam n. in dormiendo reſpicientes, & mox excitati: quod debiliter videbant lumen lucernę dormiẽtes vt arbitrabantur, & expergefacti ſtatim cognouerunt quod lucernæ erat. Et gallorum, & canum debiliter audiẽtes vocem, expergefacti cognouerunt manifeſte. Quidam vero & reſpondent interrogati.

*d* Contingit n. & vigilare & dormire ſimpliciter altero exiſtente & altero alioquin mõ ineſſe quorum nullũ ſomnium dicendum.

*e* Sed neque quęcunque in ſomno quidem fiunt veræ intelligentiæ præter phantaſmata.

*f* Sed phãtaſma, quod eſt à motu ſimulachrorum cum in dormiendo fit, & in eo quod dormit, hoc eſt ſomnium.

*g* Iam vero quibuſdam accidit, vt nullum ſomnium viderint in vita. rarum quidem hmõi eſt, accidit tamen. Et his quidem omnino perſeuerauit, quibuſdam vero nultum peruectis ætate accidit, cum prius nullum ſomniũ viderint. Cauſam aũt quare non fiat ſimile aliquid, oportet arbitrari, qm̃ neque qui poſt cibum dormitauerunt, neque pueris

*animo ſuo dicit quod ſomnium eſt id, quod ſibi apparet, ſi vero illum quod dormit lateat, nihil phantaſiæ contradicit.*

LECTIO V.

*QVod autem vera dicimus, & motus quoſdam phãtaſticos in ipſis eſſe ſenſiteriis, manifeſtum ſane erit, ſi quiſpiam intendens meminiſſe contenderit quæcunque in ſomnum* B *delapſi, & excitati patimur. Nam plerunque ea quæ dormiẽti apparuerunt ſimulachra, excitatus deprehendet eẽ motiones in ſenſiteriis. Pueris n. nonnullis, quamuis omnino conſpiciant ſi fuerint tenebræ, multa apparent commota ſimulachra, ita vt ſæpenumero expaueſcentes caput obuoluant.*

*Ex iis ſane omnibus concludere licet, quod ſomnium phãtaſma quidem eſt verum ſomni tẽpore; ea enim, quæ modo dicta ſunt ſimulachra, non ſunt ſomnia, neque ſi aliud quippiam ſolutis apparet ſenſibus.*

C

*Neque etiam omne quod in ſomnis apparet phãtaſma: in primis n. quibuſdam accidit ſentire quodammodo cum ſtrepitum & lumen, tum ſapores & contactus, debiliter tamen & quaſi procul, iam vero inter dormiẽdum, conſpicientes, id quod languide ſtertentes vt putabant, viderant lucernæ lumen, experrecti ſtatim illud lucernæ eſſe agnouerunt. Gallinaceorum quinetiam & canum vocem debiliter audientes, experrecti manifeſte perceperunt, nonulli item cum interrogan*D*tur reſpondent.*

*Accidit enim in vigilia, & ſomno ſimpliciter cum alterum adſit, alterũ etiam quodammodo adeſſe, quorum neutrum ſane ſomnium dicendum eſt.*

*Neque etiam quæcunque in ſomnis præter phantaſmata, veræ fiunt motiones.*

*Sed ipſum phãtaſma quod à ſimulachrorum fit motione, quando ſomni tempore repræſentatur quatenus dormit, iſtud eſt ſomnium.*

E *Iam vero quibuſdam vſu euenit toto vitæ ſpatio nullum vidiſſe ſomnium rarum profecto id eſt, contigiſſe tamen aliquando fertur, & aliis quidem idipſum omnino perſeuerauit, nõnullis autem procedente ætate, cum prius nullum vidiſſent ſomnium, poſtmodum videre contigit. Cauſa autem, cur non fiant ſomnia, ſimilis eſſe videtur illi, quam de pueris, & de iis, qui poſt aſ-*

A *b* ¶ Infert corollarie, quod aliquid eſt quod apparet præter ſomnium in ſomno. nam prædicta ſimulachra adparentia vigilantibus languide nõ ſunt ſomnia, neque ſi aliquid aliud apparet ſenſu ſoluto, & non ligato per ſomnum. Et hoc ibi, [ Ex his &c. ] Deinde cum dicit.

*c* ¶ Oſtendit illud in languedine dormiendo quod non omne ſimulachrũ apparẽs in ſomno eſt ſomnium. Nam aliquãdo ſimulachra ſenſuum vere mouent ſenſum dormientium, apparet ẽt dormienti ſentire ſonos, & audire ſonos, & ſic de aliis, languedo tamen erit à longe, & deinde expergefacti perpẽdunt non fuiſſe ſomnium ꝙ apparuit, ſed ſe vidiſſe lumen vel tactũ. Et hoc ibi, [Neq; ꝙ in ſõno.] Deĩde cũ dicit.

*d* ¶ Dat cauſam huiꝰ apparitionis. & eſt ꝙ cum vigilare & dormire ſint contraria, vnum põt eſſe ſimpliciter & aliud ſecundum qđ. Languide n. vigilans, ſimpliciter non vigilat, ſed dormit, & languide dormiens non ſimpliciter dormit, ſed vigilat, & nullum ſimulachrum ei apparẽs eſt ſomnium. Et hoc ibi. Contingit enim, &c. Deinde cum dicit.

*e* ¶ Oſtendit apparitionẽ ſimulachri intelligibilis, dicens, quod quæcunq; ſimulachra intelligibilia apparẽt eẽ in ſomno non mediante aliquo phãtaſmate, aut ſenſibili, nõ ſunt ſomnia, ſed viſiones. Et hoc ibi, [ Sed neque quæcunque. ] Deinde cum dicit.

*f* ¶ Concludit quale ſimulachrũ facit inſõniũ, dicens, ꝙ ſimulachrum ſenſile, eſt qđ apparet dormienti in quantũ dormit. Et ſic eſt ſomnium. Per hoc ꝙ dicit [dormienti] excludit omnia quę apparent languide dormienti, quia illa apparent ſecundum quod vigilat. Et hoc ibi, [Sed phantaſma, &c.] Deinde cum dicit.

*g* ¶ Determinat de ſomno in cõparatione quo ad nos, dicẽs, quod aliquibus nullum accidit ſomnium in tota vita, licet hoc ſit raro. Et cauſa eſt continua turbatio cerebri: & motus continuus interior, qui impedit motum ſimulachri. Accidit aũt aliis ſomnium in tota vita, vt his q̃ ſunt in continua quiete.

Aliis in prima ætate non accidit ſomnus, ſed cum fuerint prouecti. & cauſa cõmunis eſt in iſtis & in illis qui ſtatim dormiunt poſt cibum. Et cauſa illius, quare deficit ſomnium, eſt aſcenſus multi vaporis nutrimenti ad cerebrum, qui cõſequenter deſcendens, variatione motus interioris impedit motus ſimulacrorum: & ideo nullũ eis apparet ſomnium. ſed alias permutatione facta interius & mutatione inferioris, quæ contingit propter pueritiã. Et ita ſedata paſſione, quæ turbationem faciebat, tunc apparent ſomnia. Contraria enim cauſa ponit cõtrarium effectum. Et hoc: ibi, [Iam vero quibuſdam.]

fit ſomniũ. Quibuſcunq; enim hoc modo conſtructa natura, ita vt multa aſcendat euaporatio in ſuperiorem locum, vel iterum deorſum lata facit multitudinẽ motus, conuenienter iſtis nullum apparet phãtaſma. Procedente vero ætate, nihil inconueniẽs eſt apparere ſomnia. permutatione enim aliqua facta vel ſecundum ætatem, vel ſecundum paſſionem, neceſſarium eſt accidere contrarietatem hanc.

F *ſumptos cibos ſtatim dormiunt, retro diximus. Quibuſcunq; enim hoc natura ſe habet modo, vt copioſa exhalatio ſummum petat locum, quæ rurſum inferne deuoluta plurimum efficiat motum, iis recta ſane ratione nullum apparet ſimulacrum. ætatis autem decurſu haud ſane abſurdum eſt, ſi iiſdem ſomnia appareant; mutatione enim aliqua aut per ætatem, aut per paſſionem facta, hanc accidere contrarietatem eſt neceſſarium.*

*Expoſitionis Diui Thomæ Aquinatis ſuper librum Ariſtotelis de Somniis, finis.*

# DIVI THOMÆ AQVINATIS IN LIBRVM ARISTOTELIS, DE DIVINATIONE PER SOMNVM, EXPOSITIO.

## LECTIO PRIMA.

Determinato prius de ſomnio & quibuſdam proprietatibus eius, hic determinat de quodam conſequente ad ſomnum, ſc. de diuinatione ſomni. Et eſt diuinatio alicuius futuri & abſentis ſignificati præcognitio. & iſta pars in duas diuiditur. In prima ponit intentum. In ſecunda proſequitur de intento: ibi, [Nam quod omnes, &c.] Et iſta in duas. Primo procedit opponendo, ſecundo determinando: ibi, [Neceſſe eſt, &c.] Prima in duas. In prima oſtendit diuinationẽ per duas rationes, ſecundo arguit ad partem affirmatiuã ꝙ diuinatio ſit: ibi, [Nullam vero.] Prima in duas ſecundum duas rationes. Et ſecunda: ibi, [Sed de quibuſdã.] Illa pars in qua ꝓcedit determinando, in duas diuiditur. Primo determinat de diuinatione ſomniorum, quantum eſt ex parte ipſorũ, ſecundo quantum eſt ex parte ſomniantium: ibi, [Quidam enim.] Prima pars diuiditur in duas. Primo determinat de ſomniis, quorũ origines ſunt ſemp in ſomnis, ſecũdo determinat de illis, quorũ origines non ſunt in ſomnis: ibi, [De his vero, &c.] Prima in duas. Primo ponit tres quæſtiones & exponit eas cum dicit: [Dico autẽ.] ſecundo verificat eas: ibi, [Ergo ſomniorũ.] Et hæc in duas. Primo verificat quæſtiones illas, ſecũdo mouet quaſdam dubitationes circa illas: ibi, [Omnino autem, &c.] Prima in duas ſecundum numerum triũ concluſionum, ſecunda: ibi, [At vero quædam.] tertia: ibi, [plura vero, &c.] Illa pars in qua remouet dubitationes, diuiditur in duas. Primo remouet vnam circa concluſionem vltimam. ſecundo remouet dubitationem circa primã: ibi, [Quoniam G non eueniunt.] Prima in duas, ſecundũ duas rationes, ſecunda: ibi, [Signum autem, &c.] Similiter alia pars habet duas rationes: ſecunda: ibi, [Cum multa cõſulta.] In ſpeciali ſic procedit. Primo ponit intentũ, dicens, quod diuinatio ſomniorum, quæ accidere dicitur, neq; erit contemnenda, neque omnino ſuadenda. Deinde cum dicit.

b ¶ Proſequitur intentum. Et primo probat per duas rationes, quod diuinatio ſomniorum eſt, & primo ponit rationem a rei iudicio ſic. Omnes vel plures dicunt ſomnia aliquid ſignificare, & ita diuinatio ſomniorũ poteſt adeſſe: quia ſic oſtendit cauſam in iſto tractatu ſecundum hunc librum. Nam impoſſibile eſt, famoſum eſſe falſum ſecundum totum. Secundo ibi.

c ¶ Ponit ſecundam rationem, quæ talis eſt. De quibuſdam ſomniis fit vera diuinatio: ergo & eadem ratione de omnibus. Deinde cum dicit.

d ¶ Arguit ſic. Si ipſa ſomnia immitterentur à Deo & ipſa diuinatio, nulla alia cauſa eſt, & ipſorum ſomniorum diuinationem eſſe, ſed Deus non immittit ſomnia: ergo non eſt aliqua cauſa in illis, quare debeãt ſomnia aliquid ſignificare, & eorum diuinatio eſſe. Minor ſic probatur. Somnia etiã accidũt qbuſdã fatuis magis q̃ ſapientibus: ſed ſi eſſent à Deo, inconueniẽs eſſet ipſa potius immittere fatuis, q̃ ſapientibus, & omnib. hominib. indifferenter; ergo Deus huiuſmodi ſomnia non immittit. Huius rationis primo ponit mediũ; ſecũdo ponit maiorẽ. Et hoc: ibi, [Ablata.] Tertio ꝓbat eã ſic. Supra naturã eſt cognoſcere ea, q̃ ſunt in remotiſſimis partib. ꝑ ſomnia, quoniã manifeſtũ eſt ꝙ hoc non poteſt eſſe niſi per immiſſionem diuinam. Et hoc: ibi, [De his enim.[

e ¶ Pro-

# ARISTOTELIS STAGIRITÆ PERIPATETICORVM PRINCIPIS DE DIVINATIONE PER SOMNVM.

*Antiqua Tranſlatio.*

a De diuinatione vero, quæ in ſomnis fit, & dicitur accidere à ſomniis, neq; contemnere idoneum, neque ſuaderi.

b Nam quod omnes quidem vel plures exiſtimãt habere aliquam ſignificationem ſomnia pręſtat fidem, tanquam ab experientia dictum eſt.

c Et quod de quibuſdam fit diuinatio in ſomniis, non eſt incredibile, habet enim aliquam rationẽ. Ideo & de aliis ſomniis ſimiliter vtique quis arbitrabitur.

d Nullam vero rationabilem cauſam videre, ſecundum, quam vtique fiat hoc non credere facit. Nam Deum quidem eſſe immittentem cum alia irrationabilitate, & non optimis, & prudentiſſimis, ſed quibuslibet mittere, inconueniens. Ablata vero quę à Deo cauſa, nulla aliarũ conueniens eſſe videtur cauſa. De his enim quæ ſecus Herculeas columnas, & quæ in Boryſthene prætuidere aliqua, ſuper noſtram videtur eſſe prudentiam inuenire originem horum.

Nicolai Leoniceni interpret.

H *Diuinationem, quæ per ſomnũ fit, quæue ab ipſis contingere dicitur ſomniis, neque facile eſt ſpernere, neq; rurſus illi omnino fidem præſtare.*

*Quod enim omnes, aut plures aliquã habere ſomnia ſignificationem arbitrantur, tanquam ab experientia dictum, fidem facere poteſt.*

*Et alioquin de nonnullis per ſomnia eſſe diuinationem, non eſt incredibile. Rationem enim quandam id habere videtur, iccirco de reliquis etiam* I *ſomniis ſimiliter decernere quiſpiam poſſet.*

*Quia autem nulla ratione conſtans intercedere videtur cauſa propter quam fiant, id profecto illis fidẽ non præſtare facit. Nam Deum quidem ſomnia mittere, præter id quod ratione caret, vt non optimis & prudentiſſimis, ſed cuiuis è populo illa mittat, abſurdum etiam eſſe vide-* K *tur. Deorum autem ſublata cauſa, aliarum certe nulla ratione conſtare videtur, primam enim originem reperire cur nonnulli præſagiant de iis, qui ad Herculeas degunt columnas, aut ad Boryſthenem, noſtræ profecto mentis ſuperat captum.*

A e Neceſſe igitur ſomnia, vel cauſas eſſe, vel ſigna eorũ quæ fiunt aut accidentia, vel omnia, vel aliqua eorum, vel vnum ſolum.

f Dico autem cauſam quidem, vt Lunam defectus Solis, vel laborem febris. Signum vero defectus, ſtellam ſubintrare, aſperitatem vero linguæ febricitandi, accidens vero, aliquo ambulante deficere Solem. Neq; n. ſignũ deficiendi hoc eſt, neque cauſa, neque defectus, ambulãdi. Ideo accidentium nullum, neq; ſemper fit, neque vt plurimum.

B g Sunt ergo ſomniorũ, hæc q̃dẽ cãæ & ſigna, velut eorum, q̃ circa corpus accidũt. Dñt quidem, & Medicorũ gratioſi, q̃m oportet valde intendere ſomniis. Cõueniens autem ſic exiſtimare, & non artificib. quidẽ; ſed conſiderantib. aliq̃d & philoſophantib.

h Nam qui in die motus, niſi magni valde fuerint & fortes, latẽt iuxta maiores qui in vigilando ſunt motus, in dormiendo autẽ cõtrarium, etenim parui magni videntur eſſe. Manifeſtum autẽ ex his quæ in ſomnis accidunt C frequenter: arbitrantur n. fulgura cadere, ac tonitrua fieri, paruis ſonis in auribus factis, & melle & dulcibus ſaporibus perfrui tenui phlegmate defluente; & ambulare per ignem & calefieri vehementer, paruo calore circa quaſdam partes facto. Expergefactis autẽ, manifeſtum eſt ea hoc modo ſe habere. Quare q̃m parua oĩum principia, manifeſtum q̃m & ægritudinum & aliarum paſſionũ, quæ in corporib. futura ſunt. Manifeſtum ergo q̃m ne D ceſſariũ hæc in ſomnis eſſe patentia magis quã in vigilando.

i At vero quædam quidem, q̃ in ſomnis phantaſmata, cauſas eſſe propriorum cuiuſq; actuũ, non eſt irrationabile. Quemadmodũ n. debentes agere, & in actibus exiſtentes, aut qui olim egimus, ſæpe recta his ſomnia intuemur & agimus, cã aũt, quoniam ſicut p̄paratus exiſtit motus à diurnis inchoationibus, ſic rurſus neceſſarium eſt eos qui in ſomno ſunt motus, frequenter principiũ eſ- E ſe diurnorum actuum, eo quod pręparata ſit rurſus & horum intelligentia in phantaſmatibus nocturnis. Sic ergo contingit ſomniorum, quædam ſigna, & cauſas eſſe.

k Plurima vero accidentib. aſſimilant̃, maxime, & trãſcendẽtia oĩa, & quorum non eſt origo in nobis: ſed de nauali bello, & de his quæ procul accidunt, ſunt.

A *Somnia igitur vel cauſas eſſe, vel ſigna eorum quæ fiunt, vel accidentia quædam neceſſe eſt, vel omnia, vel de iis quædam, vel vnum tantummodo.*

*Dico autem cauſam quidem, vt Lunam quod Sol defectum patiatur, vt defatigationem febris, defectus vero ſignum, quod ſubdit ſydus, linguæ autem aſpredinem ipſius febris, accidens vero quod de ambulante quopiam deficiat Sol, neq; enim ſignum defectus hoc eſt, neque cauſa, ſed neque defectus deambulationi. Quapropter accidentium nullum neque ſemper, neque magna ex parte.*

B *An igitur ſomniorum alia quidem ſunt cauſæ, alia vero ſunt ſigna eorum quæ corporibus contingunt? Elegantes namque affirmant Medici magnopere conuenire ſomnia obſeruari. Et profecto ita exiſtimare conuenit, illis etiam qui artes exercent, & aliquid diſquirunt, & philoſophantur.*

*Eæ etenim quæ interdiu fiunt motiones, niſi grandes fuerint & præualidæ, latere plane ſolent, ſi maioribus vigilãtium motib. comparentur: ſomni autem tempore contrario ſe habent modo, parui nanque motus magni eſſe videntur. Palam aũt id eſt ex iis, quæ* C *in ſomnis plerumque contingunt. Modico n. aurib. percepto ſtrepitu fulmina ex tonitruis appetiti ſe exiſtimant, minimaque diſtillante pituita, mel & dulces ſe deguſtare ſapores, atque etiã per ignem incedere, vehementerq; calefieri, leui calore quaſdam corporis partes inceſſente, quæ tamen experrecti hoc ſe habere modo manifeſte deprehendunt. Quare cum debilia omnium ſint initia, manifeſtum ſane eſt quod morborum etiam aliarumque paſſionum, quæ in corporibus fieri* D *debent. Palam igitur eſt quod iſthæc ipſa in ſomnis neceſſario illuſtriora ſunt quam vigiliæ tempore.*

*At vero nonnulla in ſomnis apparẽtium phãtaſmatum, propriarũ vnicuique operationum eſſe cauſas, haud quaquam rõne caret. Quemadmodũ enim cum agere quippiam debemus, aut in ipſo ſumus opere, aut etiam id iam peregimus per recta plerumque ſomnia in illis verſamur, & agimus, quoniam à diurnis initiis præparatus exiſtit motus, ita rurſum neceſſe eſt eas, quæ ſomni tempore fiunt motiones,* E *diurnorum plerumque operum eſſe principia, propterea quod illorum cogitatio nocturnis imaginibus iam eſt præuenta, & hoc certe modo ſomniorum nonnulla, & ſigna, & cauſas eſſe contingit.*

*Verum plurima fortuitis ſimilia habentur, illaq; præcipue omnia quæ remota ſunt, & quorũ in nobis nullũ eſt initium, vt de bello nauali, & de his quæ procul fieri contingit.*

e ❡ Procedit determinando. Et primo ponit tres concluſiones quas intendit probare. Et eſt prima talis, quod ſomnia ſunt ſigna eorum, quæ fiunt: ſecunda eſt quod ſomnia ſunt cauſæ eorum, quæ fiunt. Tertia eſt, quod ſomnia ſunt accidentia eorum. Secundo ibi.

f ❡ Exponit eas, dicens, ꝙ cauſa alicuius eſt ſomnium, ſicut eſt cauſa interpoſitio Lunæ eclipſis Solis. Et eſt ſignum ſicut aſperitas linguæ ſignum eſt febris, & eſt accidens, ſicut accidit Soli eclipſari aliquo ambulante. Neutrum tamen eſt cauſa alterius, vel ſignũ, ſed ſolum à caſu eſt, quod ſimul ſunt. Et quia, quę à caſu fiunt nullam cauſam habent, ideo non fiunt ſemper neq; frequenter, vt probatur in Sexto Metaphyſic. Tertio ibi.

g ❡ Verificat has concluſiones. Et primo ponit ſimul primam cum ſecunda, cum dicit, [ Sunt igitur. ] Et poſtea declarat primam: dicens quod boni Medici dicunt, q̃d oportet multum intendere ſomnis, & cauſa eſt, vel poteſt eſſe, eo quod ſomnia ſunt ſigna ægritudinum futurarum, vel ſanitatis futuræ. Abundantia autem caloris, in ſomno mouet phãtaſma & facit apparere homini, q̃d ſit in igne, & ita abundantia phlegmatis, ꝙ ſit in aqua: quia talis abũdantia aliquo modo mouet ſenſum tactus; licet in vigilia talis motus propter ſui paruitatem lateat. Similiter omnib. mechanicis accidũt ſomnia, quæ ſunt ſigna fiendorum ab ipſis. Et hoc ibi, [ Dicunt quidem. ] Deinde cum dicit.

h ❡ Dat cauſam huiuſmodi apparitionis de nocte, & eſt quod motus ſimulachrorũ, qui fiunt in die, non ſunt valde magni, & fortes, & ideo latent in anima: ſed in dormiendo apparent huiuſmodi motus, eo ꝙ tũc quieſcunt ſenſus à magnis motib. ſenſibilium exteriorum: & iõ apparent ꝙ multo maiores videntur eſſe quam ſunt. Sicut n. paruus ſonus in aure dormientis apparet dormienti tonitruus eſſe, ita credit ſe guſtare mel, ſiue hm̃ōi dulcia paruõ phlegmate deſcendente ad guſtum, apparet ẽt ſibi ꝙ ſit in igne, p̄p calorem in ipſo abundantem. Et quod his cauſis appareant talia ſomnia, perpendant expergefacti poſt ſomnium. Nam cauſę præſentes fortes talium paſſionũ, magis poſſunt apparere in dormiendo q̃ in vigilia. Et ita ſomnia ipſarum figurarum poſſunt eſſe. Deinde cum dicit.

i ❡ Intendit verificare ſecundam concluſionem, & primo ponit eã: ſecundo verificat eã, dicens, ꝙ illi qui debent facere aliquam operationẽ in futuro, vel cum ſint in pręſenti in actu operandi, vel dudum inceperunt agere, cauſa complemẽti, quod intendunt per phãtaſmata recta his, in ſomno intuentur. Et cauſa huius eſt, ꝙ aliqua operatio inchoatur in vigilando & non p̄ficitur, quia nõ põt aĩa complete eius perfectionem cognoſcere propter occupationes eius & operationes circa ſimulachra q̃ imprimuntur in ea, & mouent ipſam & non põt diiudicare, propter varias occupationes impreſſas ipſi circa aliqua in vigilando: ſi tamen dormit, quia tunc q̃eſcit ab oĩ occupatione exteriori, cõuertit ſe ſuper ſimulachrum & cõplet in eis dormiendo, quæ incepit vigilãdo: & ita acquirit cognitionẽ, per ſomnum, mediante quo perficit ꝙ intendit. Et ita ſunt ſomnia cauſę operationum fiendarum. Et hoc dicit ibi, [ Quemadmodũ n. ] Deinde cum dicit.

k ❡ Verificat tertiam cõcluſionẽ. Et primo ponit eã, dicens quod maior pars ſomniorũ ſunt accidentia reſpectu eorum quæ ſunt. Et hoc eſt ſolum à caſu q̃d futura manifeſtantur, ſicut oĩa alia ſomnia, quæ trãſcendunt ſciam, & aliorum origo nõ eſt in nobis ſimpliciter,

ſicut

ſicut ea quæ ſunt de cauſalibus futuris, & de his quæ ſunt in partibus remotis. Deinde cum dicit.

*l* ¶ Verificat eã ꝑ ſimilẽ: Sicut contingit aliquã cognoſcere de aliquo futuro contingenti, & deinde accidit illud contingens vel aliqđ ſimile, nec tamen iſta cognitio eſt cã nec ſignũ illiꝰ futuri, eodem mõ cõtingit aliqđ ſomniare ꝙ cõtingenter ſit vel ex ſuo conſimili, nec tamẽ eſt ſomniũ cã illiꝰ futuri, ſed ſolũ à caſu, & ita accidit. Et ideo etiã pro minori parte ſomnia eueniunt, qa quod caſuale eſt, non ſemper eſt, nec vt frequẽter, vt dictum eſt prius. Et hoc ibi, [De his enim, &c.] Deinde cum dicit.

*m* ¶ Remouet dubitationẽ contra concluſionem vltimã. Diceret n. aliquis, hmõi sõnia quę tranſcendunt ſciam humanam & fiũt de valde remotis cũ ſint cauſa & naturaliter immittuntur, à Deo, ẽt per ipſa poſſunt futura cognoſci & hoc remouet ꝑ duas rõnes. prima eſt: Hmõi ſomnia fiunt in aliis animalibus, ergo non ſunt miſſa à Deo, nec fiunt per gratiam diuinam. Deinde cum dicit.

*n* ¶ Ponit ſecundam rationẽ quæ talis eſt. Hoĩes mali & infirmi sõniant & præuident futura per ſomnia: ſed talib. non immittit Deus aliquam gratiam ſiue cognitionem; ergo ſolũ à caſu, & non per immiſſionem diuinam, ſic ſomniãt. Deinde cũ dicit.

*o* ¶ Subiungit cauſam quare qdam multum sõniant. Et ẽꝙ natura iſtorũ circa multa eſt occupata, i. multorũ phantaſmatum informata: ſicut contingit melancholicis, & ideo multa vident ſomnia. Quaſi n. circa plura & diuerſa occupãtur in vigilando, ideo à ſimilib. phantaſmatib. manifeſtantur in dormiendo. Fortunati ãt aliquãdo diuinãt futura, ſed hoc eſt à caſu & non ab arte, nec ꝑ naturã, ſicut ẽt, ſi multi cõtendunt circa aliqđ à caſu ẽ ꝙ vnꝰ illorum vincat. Et hoc eſt qđ dicit [Sed quorumcũque.] Deinde cũ dicit.

*p* ¶ Remouet aliam dubitationem circa primã concluſionẽ. Quęreret n. aliquis cum sõnia ſint futurorũ, quare non ſemper accidunt ea quorum ſunt ſigna. multis n. apparent ſigna quod ſunt in igne, & tamen non febricitant. Sed hoc remouet per ſimile dicens, nõ eſſe inconueniens multa euenire, quorũ ſigna ſomnia ſunt, ita n. eſt in natura ꝙ multa ſi-

*l* De his n. eodẽ modo ſe habere veriſimile eſt, velut quando memoranti de aliquo, cõtingit hoc factum eſſe. Quid n. prohibet & in ſomniis ita contingere? Magis aũt veriſimile multa huiuſmodi accidere. Queãdmodũ igitur neque meminiſſe de aliquo, neque ſignum, neq; cauſa cur euenerit, ſic & ibi eueniſſe ſomniũ videnti, neq; ſignũ, neque cã, ſed caſus. Ideo & multa ſomniorum non eueniunt. Nã q̃ caſu eueniunt, neque ſemper, neque vt frequenter fiunt.

*m* Oĩno aũt quoniam & aliorũ aĩalium ſomniant q̃dam, à Deo vtique immiſſa non erunt ſomnia, neque facta ſunt huius gratia; Dæmones tamen, natura enim dæmoniaca, non diuina.

*n* Signum ãt. Valde n. degeneres hoĩes ꝓuidẽtes ſunt, & recte sõniãtes tanq̃ Deo non immitten te.

*o* Sed quoruncũq; quaſiloquax natura eſt & melancholica, multimodas viſiones videt, eo n. ꝙ ſcđm plura & multifaria moueãtur aſſequunt, vt quidã tanta rapiũt cõtendentes. Nã queãdmodum & dicit ſi multa iacias, alias aliud iacies & in his hoc accidit.

*p* Quoniam autẽ non eueniunt multa ſomniorum, nihil ẽ incõueniẽs. Neq; n. eorum, q̃ in corporib. ſunt ſignorũ & cæleſtiũ, velut quæ aquarum & ventorũ, ſi n. alius vehementior iſto accidit motus à quo futuro ſignum factum eſt, non fit.

*q* Et multa conſulta bene, q̃ fieri expediebat, diſſoluta ſunt ꝑꝑ alias digniores inchoationes. Omnino n. non omne fit ꝙ futurum erat, neque idem eſt quod erit & quod futurum. verumtamen quidem principia dicendũ eſſe, à quib. non perfecta ſunt, & ſigna nata ſunt hæc aliquorum, quæ non fiunt.

LECTIO II.

*a* DE his vero sõniis, q̃ nõ huiuſmodi habẽt origines, ſed illatiões vel tẽporib. vel locis, vel magnitudinib. vel horũ quidẽ nihil, nõ tamen habẽtib. in ſeipſis principia, qui vident ſomnia, niſi præuiſum fiat ab accidente, tale vtique erit magis q̃ vt dicit Democritus, idola & defluxiones cauſans.

F gna apparẽt in corporib. inferiorib. quorũ cõſignata nõ ſequũtur: ſicut infirmo apparet aliquãdo ſignũ mortis vel ſanitatis, & tamen non ſequitur ſignatũ. Et ſic in cęleſtib. aliquãdo apparet ſignum pluuiæ vel venti, & tamen non ſequuntur ſignata. Et cauſa huius eſt, quia ſigna futurorum, cum fiunt à cauſis præſentibus eorundem, cum autem cauſa ſuperior & fortior ſuperuenerit, tunc nõ ſequitur ſignatum ipſum ſignum. Deinde cum dicit.

*q* ¶ Confirmat hoc per aliud ſimile in his quæ ſunt à ꝓpoſito, dicẽs quod multoties in his quæ ſunt præuiſa, vt fiant, licet expediat ipſa fieri, tamen ꝑꝑ aliqua digniora & meliora, q fieri poſſunt omittũtur & ideo non eſt neceſſe propter ſignũ euenire ſignatum. Nullum n. contingens futurum ad vtrunque, de neceſſitate eueniet, & licet non eueniat, nõ tamen ponendũ eſt ipſa habere principia in rerum natura, mediantibus quibus nata ſunt fieri. Nihilominus tamẽ ponenda ſunt hæc ſigna vera dicentium ſigna exiſtere. Et nota ꝙ cauſæ naturales, vt frequenter cauſant effectus ſuos, & non neceſſario. Et ideo, licet ita ſit, tamen effectus ad vtrumlibet dicitur: quia contingens natum, contingens ad vtrumlibet, eſt omne quod à neceſſario deficit, &c.

*De iis enim eodem ſe habere modo par eſt, ac ſi quapiam aliqua de re memorãte, idipſum fieri cõtingat. Quid n. ꝓhibet ſic ſe habere in ſomnis? quin immo multa eiuſmodi incidere veri eſt ſimile. Queamodum igitur de aliquo meminiſſe, neque ſignum eſt, neque cauſa, vt ille ſuperueniat, ita ſomnium illius, quod euenit, neque cauſa eſt, neque ſignum, ſed caſus. Quãob-*

G *rem ſomniorum multa nõ eueniunt. Fortuita enim neque ſemper, neque magna ex parte fiunt.*

*Omnino autem, quoniam nonnulla etiã ſomniant animalia, à Deo certe miſſa non erunt ſomnia, neque huius gratia fiunt, ſed dæmonia ſane erunt, ſiquidem natura Dæmonia eſt, non diuina.*

*Huius autem rei ſignum eſt, quod infimo genere homines, futura præuidere poſſunt, & recte ſomniare tan-*

H *quam non mittente Deo.*

*Verum ii, quorũ natura quaſi garrula eſt, & melancholica, varias ſane cernunt viſiones. Cum autẽ multiplicibus variiſque moueantur motionibus; plerunque aſſequuntur, vt nonnulli contendentes rapiunt. Quemadmodũ n. vulgo dicitur, ſi multa iacias alud iacies, ita in iis iſtuc accidit.*

*Quod autem pleraque ſomniorum non eueniunt, nullum eſt incõueniens, neque n. ſignorum, quæ in corporibus ſunt, neque etiam cœleſtium, vt im-*

I *brium & ventorum. ſi n. alius valentior hoc acciderit motus, à quo cum fieri deberet, factum eſt ſignũ, non fit.*

*Multaq; præterea recte conſulta eorum quæ fieri expedit, incaſſum ceciderũt propter alia præſtãtiora initia, deniq; non omne fit, quod fieri oportebat, neque idem eſt id, quod euenturũ eſt, & id quod eſt futurum. Sed nihilominus prima initia dicendum eſt, eſſe à quibus aliquid non eſt confectum. Et quod ſigna nata ſunt iſthæc quorundam, quæ facta non ſunt.*

LECTIO II.

*DE iis autem ſomniis qua talia non habent initia qualia diximus, ſed remota vel temporibus, vel*

K *locis, vel magnitudinibus, aut horũ ſane nihil, verumtamen eiuſmodi in ſe nõ habent initia ii qui vident ſomnium niſi fortuito præuidere contingat, id profecto erit, magis quam vt dicit Democritus idola, & effluxiones ad cauſam referens.*

LECTIO II.

*a* SVprà Philoſophꝰ determinauit de his quorum origines ſunt in nobis, hic determinat de his, quorum origines nõ ſunt in nobis. Et hæc in duas in principalem & corollariam, quæ ibi incipit, [Et iõ accidit.] Et prima in duas: Primo determinat quõ fiunt ſomnia hmoĩ, ſecũdo dat cãm quare apparent dormientib. de nocte ibi, [Et quocunq; cõtingit, &c.] Prima in duas. Primo ponit modum illum, ſecundo confirmat hoc per ſimile, ibi, [Quemadmodum n. &c.] Alia pars in duas. Primo dat cauſam quare apparent magis de nocte q̃ de die: ſecundo quare apparent dormientibus, ibi, [Et in corpore, &c.] Tunc ſequitur illa pars qua determinat de diuinatione in ſomnis à parte ſomniantium. Et illa in duas. Primo determinat, de illis, qui bene diuinant in ſomnis: ſecũdo determinat qui opinionẽ diuinant in artificioſis, &c. Prima

in

in dũas, ſecundũ ꝙ ſunt tria genera hoĩum bene diuinantium, in ſecũda, ibi, [Quoſdã aũt &c.] Tertia ibi, [Melancholici aũt &c.] Primo ergo oſtẽdit modũ quo fiũt hmõi ſomnia, dicens ꝙ hmõi ſomnia q̃ nõ hñt originẽ in nobis, ſed de diſtantib. per multa tpã vel loca ſiue magnitudines, nõ ꝑuidentur in ſomno niſi à caſu: quia nõ habẽt in ſe principiũ ſõniorũ, i. nihil præcognoſcit ſomniãs de tali ſomnio. Non n. pri⁹ ſit ab aliquo, ſimulachro prius in ſenſũ, vt ipſo recepto, hmõi ſomnia fiãt per defluxiones à reb. ſenſibilibus remotis, quę mouẽtur per mediũ & intrant ꝑ ſenſum vſq; ad aĩam ſomniantis, & apparent ei, ſicut vult Democritus per defluxionem à reb. ſenſibilib. Et tunc põnit cauſam compoſitionis cuiuslibet ſenſitiuæ. Secundo ibi.

*b* ¶ Confirmat hoc per ſimile tale. Sicut cum aliquis mouet aerem vel aq̃, vel pars aquæ vel aeris mouet aliã, & ſic ſucceſſiue vſque ad remotum terminum, primo motore quieſcente vel abſente, eodem mõ motus factus in aere à re ſenſibili vel quieſcente põt ſuccedere ſucceſſiue ad loca remota vbi eſt ſomnians: quẽ motũ Democritus vocat idolũ motũ in medio, ſiue defluxionem factã à ſenſibili. Et nota ꝙ in hoc errabat, ꝙ poſuit aliquod materiale egredi & moueri ꝑ mediũ vſq; ad ſenſum, nõ ẽ aũt hoc verum, ſed ſenſibile mouet aerem mediũ ſignando ſui ſpẽm in ipſo, ita ꝙ nil egreditur à ſenſibili: & talis mot⁹ ꝓcedit ſucceſſiue vſq; ad ſenſũ à medio. Deinde cũ dicit.

*c* ¶ Dat cauſam, quare ſomnia apparent, de nocte, dicens ꝙ talia phãtaſmata rerũ abſẽtiũ magis appropriant ad ſomnia de nocte & apparent q̃ de die q̃a phãtaſmata delata de die ꝑ mediũ ꝑꝑ mot⁹ maiores diſſoluũtur, ſed in nocte eſt mediũ min⁹ turbulẽtũ ꝑꝑ ſilentiũ & quietem noctis: & ꝓpter hoc manẽt phãtaſmata mota integra. Deĩde cũ dicit.

*d* ¶ Dat cauſam, quare hmõi phantaſmata apparent in dormiendo. Et eſt quod dormientes minores motus ĩtriſec⁹ ſimulachrorũ percipiũt q̃ vigilãtes ꝑꝑ quietẽ extrinſecorũ. Vnde motus hmõi phantaſmatũ fiunt in ſomno virtute phantaſmatis, & faciunt ſomnia, per quæ ſomniantes præuident futura de his, quorum ſunt phantaſmata. Deinde cum dicit.

*e* ¶ Infert concluſionem, ꝙ quia hmõi ſomnia ſic fiunt, per influxiones idolorum & non per immiſſionẽ diuinam, ideo eueniunt indifferenter etiã fatuis & imprudentib. Si aũt Deus immitteret ſõnia, q̃ ſunt ſigna abſentiũ, immitteret ꝙ ipſa de die, & ſapientibus ſolum q̃d melius iudicarent, de his accipientes vigilando q̃ dormiendo. Sed quia fiunt per defluxiones idolorum, ideo põt quilibet ꝑuidere futura indifferenter per hmõi ſomnia, eo ꝙ virtus cognoſcitiua in ſomnis eſt abſoluta à motib. rerum exteriorũ, & quieſcẽs ab oĩ motu exteriori: & iõ anima, mota ab hmõi phantaſmatib. deducitur & ꝑficitur per hmõi motus apprehendendo, quæ ipſum primo latebãt. Deinde cum dicit.

*f* ¶ Determinat de diuinatione in ſomnis à parte ſomniantiũ, dicens ꝙ extatici bene ꝑuident de ſomnis, & cauſa eſt: q̃a non ſunt ſoliciti ſolũ circa ꝓprios motus, ſed circa alienos; & iõ maxime percipiũt per ſomnia q̃ fiunt circa aliquos. Deinde cum dicit.

*g* ¶ Addit, ꝙ ſic noti recte ſomniant de notis & ꝑuidẽt multa de ipſis, eo q̃d maxime ſunt ſoliciti de inuicẽ. In illis n. ſolicitudo facit magnã impreſſionẽ ſimulachrorũ. Et ideo nõ recedẽtes ab inuicem, prius vident in ſomnis de ſe inuicẽ quam de aliis: ſicut ſe melius cognoſcũt ad inuicem, ſicut & ſimulachra eorum magis ſunt eis nota q̃ aliorũ &c. Deinde cum dicit.

*h* ¶ Addit ꝙ melancholici ꝓpter vehemẽtiam bene coniecturant de ſomnis: inueniunt n. cito ſignata ſomniorũ, eo ꝙ cito permutantur à ſimili in ſimile. Et iſti etiam furioſi iudicãt de ſimilibus phantaſmatib⁹, ei apparentib. faciliter. Et quia vnũ ſimile aliud apprehendit, ſicut in colore rhetorico ꝙ dicitur Adnominatio, fit faciliter tranſmutatio ab vno ſimili in aliud. Et ꝑꝑ vehementem impreſſionẽ taliũ phantaſmatũ in melancholicis, non faciliter repellitur motus ipſorum à motu exteriori. Deinde cum dicit.

*i* ¶ Oſtendit, quod qui ſimilitudines rerũ in phan-

---

A

*b* Quemadmodũ n. cũ quis moueat aquã vel aerem, hoc aliud mouit, quieſcente illo accidit huiuſmodi motum prodire vſque ad aliquid, illo ꝙ mouit nõ præſente, ſic nihil ꝓhibet motũ aliquem & ſenſum pertingere ad animas ſomniantes, à quibus ille idola facit & defluxiones.

*c* Et quocunq; fuerint ptingentes, magis ſenſibiles eſſe nocte, eo ꝙ quæ in die deferuntur, diſſoluuntur magis. Magis enim ſine turbatione eſt aer noctis, eo quod ſilentiores ſint noctes.

B

*d* Et in corpore facere ſenſum propter ſomnũ. Ideo & paruos motus intrinſecus ſentire dormientes magis quam vigilantes; hi vero motus phãtaſmata faciunt ex quibus præuident futura de huiuſmodi.

*e* Et ideo accidit paſſio hæc quibuslibet & non prudentiſſimis, in die enim vtique fieret & ſapientibus, ſi Deus eſſet immittens. Sic autem veriſimile quoslibet præuidere, nam intelligentia horum non eſt curis affecta, ſed tanquam deſerta & vacua ab omnibus, & mota ſecundum mouens ducitur.

C

*f* Et quod quidam qui mentis exceſſum patiuntur præuident, cauſa eſt, quoniã proprii motus nõ infeſtãt, ſed lõge ꝓiiciuntur: extraneos ergo maxime ſentiũt.

*g* Quoſdã aũt recte ſomniantes eſſe & notos de notis maxime præuidere accidit, eo ꝙ noti maxime pro ſeinuicẽ ſoliciti ſunt. Quemadmodum n. procul diſtantes maxime cognoſcunt & ſentiunt, ſic & motus, notiorum enim notiores ſunt motus.

D

*h* Melancholici autem propter vehementiam, quemadmodum iacentes longe bene coniectant. Et propter permutationem, cito hærens imaginantur ipſi. Quemadmodum enim Philægidę poemata & qui furioſi ſunt hærentia ſimili, dicunt & intelligunt, veluti Venerem, & ſic copulãt ad id quod longe. Amplius autem propter vehementiam non repellitur eorum motus ab alio motu.

E

*i* Artificioſiſſimus autem eſt iudex ſomniorum, qui poteſt ſimilitudines inſpicere. Recta enim ſomnia iudicare, cuiuſque eſt. Dico autem ſimilitudines: quoniam ſimilia accidunt phãtaſmata eis, quæ in aquis ſunt idolis, ſicut & prius diximus. Ibi

---

*Quemadmodum n. cum quiſpiam aquam mouerit, aut aerem, id aliud mouit, illo autem ceſſante quodantenus authore abſente procedere contingit, ita nihil prohibet motum quempiam, & ſenſum ad ſomniantes peruenire animos, à quibus ille idola, & effluxiones fieri aſſerit.*

*Et quocunque peruenire contigerit, nocte magis ſentiri, quoniam interdiu ſi deferantur, euaneſcant. Noctu nanque tranquillior eſt aer, quia minus perſlatæ ſunt noctes.*

*Et in corpore propter ſomnum ſenſationem facere, quoniam tenues dormientibus motus quam vigilantibus ſentiuntur magis. Porro ii motus imagines efficiunt ex quibus de eiuſmodi futura præuident.*

*Quapropter infimæ conditionis hominibus hæc accidit paſſio, & non ii, qui prudentia ſunt inſignes. Sapientibus n. interdiu fierent ſi mitteret illa Deus, hoc autem modo infimæ conditionis homines præuidere veriſimile eſt, ſiquidem horum mẽs haud quaquam eſt cogitabunda, ſed tanquam deſerta, & ab omnibus vacua, & quæ impulſa ſecundum motorem agatur.*

*Cur autem nonnulli qui ecſtaſim patiuntur præuidẽt, in cauſa eſt, quoniam peculiares motus illos non præpediunt, ſed diſſipantur, extraneos igitur maxime ſentiunt.*

*Quod vero quidam recte ſomniant, & quod amici de amicis præuident maxime, iccirco contingere videtur, quoniam amici mutuas ſibi inuicem curas impartiunt. Et ſicut quæ procul ſunt cognoſcunt & ſentiunt maxime, ita cognitorum notiores ſunt motus.*

*Melancholici autem propter vehemẽtiam, vt qui à longinquo iaculantur, ſæpe collimant; nec non ob celerem permutationem, celeriter id quod ſequitur, imaginantur. Quemadmodũ enim Philægidis poemata furore perciti ii, quæ ſimilia ſunt coniuncta, dicunt & cogitant, vt Venerem, itaque ad primum annectunt, præterea ob vehementiam ab alia motione illorum non extenditur motus.*

*Artificioſiſſimus autem ſomniorum eſt interpres, quicunque poteſt ſimilitudines contemplari. Cuiuſuis enim eſt recta diiudicare ſomnia. Similitudines autem dico, quoniam ſimiles accidunt imagines iis quæ in aquis cernuntur idolis, vt proxime diximus, ibi nanque

phantaſmata vult inſpicere, ipſe bene diuinat in ſomniis, cuius ſimilitudines faciliter apprehendit: ſicut quando fit motus magnus aliunde, in aqua apparent ſimulachra diſtorta, & tamen qui nouerit ſimilitudinem in propriis, promptus erit, & cito perpendit quorum ſunt hæc idola diſtorta: & quid ſignificent, prompte, eodem modo iudicare de ſomno, quia tale phantaſma apparens in ſomno, ſimilitudo

vero ſi multus fiat motus, non ſimilis fit apparitio & idola veris. Promptus vero erit ſimulacra iudicare, qui poteſt cito inſpicere & ſentire diſſipata & diſtorta idolorum ꝙ eſt hominis, vel equi aut cuiuſque. Et ibi ita aliquid poteſt ſimile ſomnium. Motus enim impedit rectum ſomnium.

k Quid quidem igitur eſt ſomnus & ſomnium, & propter quam cauſam vtrunque horum fit, amplius autem, & de ea, quæ in ſomnis eſt, diuinatione, dictum eſt.

F *ſi multa fuerit commotio, haud quaque ſimilis fiet effigies aut idola iis quæ vera ſunt. Efficax itaque erit huiuſmodi ſufficienter diiudicare imagines, qui celeriter animaduertere poterit & perſpicere diſſipata & diſtorta idola, quod hominis, aut equi aut cuiuſuis alterius exiſtunt. Et ibi ſane ſimile quiddam poteſt ſomnium. Motus enim recta extrudit ſomnia.*

G *Quid igitur eſt ſomnus, & quid ſomnium, quamve ob cauſam vtrũque illorum fit. Præterea de ea qua ex ſomniis eſt diuinatione, dictum eſt. De communi animalium motione eſt dicendum.*

alicuius rei extra eſt, indiſtortum tamen, aliquando motus interior rectum ſomnum impedit. Deinde cum dicit.

k ¶ Epilogat omnia determinata in hoc libro, &c.

Expoſitionis Diui Thomæ Aquinatis ſuper librum Ariſtotelis de Diuinatione per Somnum, finis.

*Deeſt in reliqua parua expoſitio, quam D. Thomas morte præuentus, abſoluere non valuit.*